M. T. CICERONIS,

UT FERUNT,

RHETORICORUM AD HERENNIUM

LIBRI QUATTUOR.

EIUSDEM

DE INVENTIONE RHETORICA

LIBRI DUO.

EDITIONEM GRAEVIO-BURMANNIANAM

IN GERMANIA REPETENDAM

CURAVIT SUASQUE NOTAS ADIECIT

FRIDERICUS LINDEMANNUS.

LIPSIAE

SUMTIBUS I. C. HINRICHSII

CIƆIƆCCCXXVIII.

PRAEFATIO EDITORIS.

LECTURIS S. LINDEMANNUS.

Editio Rhetoricorum Ciceronis Burmanniana, quae prodiit Lugduni Batavorum cIↄIↄCCLXI. quum librario videretur non sine fructu bonarum litterarum in nostris terris venumdari posse, eius curandae negotium ad me delatum est. Non eram nescius, eius editionis exempla multa etiam in Batavia haberi et apud Luchtmansios prostare; sed ea apud nos pluris veneunt, quam ut nostrates facile sibi parare possint. Accedit, quod haec editio non amplius videretur nostri temporis studiis esse accommodata, licet multa contineat, propter quae non indigna videretur repetitione. Quare curam eius repetendae suscepi, sed ita ut, quae necessaria viderentur, adderem, Batavorum futuras criminationes nihil moraturus. Quibus criminationibus a multis Batavorum iam in me congestis respondere nolo. Responderunt pro me, quod satis fuerit, amici. Quorum defensioni facile cumulum addere pos-

sem, si res tanti videretur, aut si lites inter Klotzium et Burmannum secundum olim agitatas instaurare vellem, quod futurum esset, si tam abiecto essem animo, ut Mahnii, Bergmanni, Geelii convicia reponerem. Unum tacere nequeo, ego si edidissem Mahnii scriptionem, qua is Wyttenbachii vitam persequutus est, hoc et honori et usui permagno futurum fuisse illi libello. Adnotationes enim addidissem, quas etsi Bergmannus aliquis maiori etiam acrimonia impugnasset, quam impugnavit notas meas ad Vitas Duumvirorum, tamen earum nullam refutasset, quod ne in illis quidem perficere potuit. Igitur et magis propagata esset mea editione Mahnii scriptio, et ipse Mahnius multa didicisset, quibus emendare potuisset librum suum, si quando nova editione fuisset opus. Sed, ut ingenue fatear, si novissem, qualis futura esset qualisque nunc est Mahnii scriptio, eam me editurum nunquam promisissem.

Iam paucis mihi enunciandum restat, quid in hac Ciceronis Rhetoricorum editione iteranda praestiterim quidque consilii in ea persequutus fuerim. Primum volebam omnia, quaecunque Batava editio haberet, retineri; non quia omnia praeclara et necessaria existimarem, sed quo nihil desideraretur, quod alicui usui esse possit. Atque ita versatus sum ubique, si perpauca exceperis, quae ab initio

inter Graevianas adnotationes legebantur plane futilia. Tum si forte quid non satis Latine dictum mihi videretur ab interpretibus, quod mihi apud Oudendorpium saepius accidit, nolebam committere, ut id sine obelo in posterum legeretur. Ego quidem non is sum, qui propterea dictionem Latinam doctorum virorum, hodie illa utentium, improbandam censeam, quod uno alterove vocabulo utantur, quo nemo probatiorum inter veteres usus esse invenitur. Nam eiusmodi vocabulorum usum ni concedere velis, verendum ne mox omnis abiicienda sit Latini sermonis consuetudo. Ita quum *sospitandi* verbum satis sit probatum; quo iure improbabis *sospitatorem?* Quod ipsum si multi fecerunt, fugit eos ratio. Eodem modo quum *inelegans* et *ineleganter* satis sint Latina et auctoritate nitantur haud contemnenda; ego certe non dubitem dicere *inelegantiam*. Sed Burmannus posuit *cespitare* pro eo quod est *labi;* et quidem translate de errore Critici. At nemo nisi Servius testatur, *cespitatores* suo tempore dictos esse equos, qui saepe pedibus offendant. Unde qui deduxit verbum *cespitare*, si unquam in usu hoc fuit, certe ad infimam Latinitatem descendit. Multo autem minus in metaphora dici potuit. Porro idem loquitur de *inemendatis* codicibus. Dicitur quidem a *perfecto imperfectus*; et multa eiusdemmodi alia; sed nemo

a *prohibito* procedit *improhibitus*. Quare intelligitur, caute versandum esse in componendis eiusmodi vocabulis. Atque ita etiam hoc male composito vocabulo *inemendatus* nemo usus est veterum, praeter ecclesiasticos quosdam scriptores, atque eos quidem minime elegantes, Hieronymum, *Augustinum*.

In reliqua opera mea exhibenda ita sum versatus, ut quaecunque mihi vel suppeditarent, vel inter relegendum in mentem venirent, adderem, ea etiam, quae viri docti ad hoc usque tempus excogitassent, quoad mihi cognita essent, subiungerem. Itaque Schützii sententiam ubique exhibui, et ubicunque possem, vel confirmavi vel refutavi. Dolendum tamen mihi magnopere est, quod, quum plagulae excudi coepissent, Orellii editio nondum in manus meas venerat. Quapropter acquiescendum mihi erat in varietate lectionis e Codice quodam Zwiccaviensi in libris ad Herennium, et e codice Vratislaviensi in libris de Inventione recensenda. Verum simulatque accepi Orellii editionem, ad eam diligenter ubique respexi. In Museo Vratislaviensi, cuius primum volumen iam tum prodierat, invenitur varia quinque Codicum scriptura ad libros ad Herennium enotata, quam libentissime in meum usum convertissem, si librum accipere a bibliopola potuissem. Quod quum multum quaerenti non li-

esset, scripsi ad Passovium, V. Cl., librumque ab eo expetitum accepi. Quatenus igitur fieri potuit, illa quintuplici varietate usus sum; quod non per omnes ad Herennium libros factum esse, vehementer doleo. Sed solatur me, quod nunc liber ille utilissimus, Museum Vratislaviense dico, tandem in doctorum manus pervenit, unde qui plenum apparatum criticum desiderat, instrumenta haurire potest.

Ceterum aliquot longiores disputationes de quibusdam Latini sermonis formulis exhibui, in quibus quae de formulis *usu venire* et *usu evenire* disserui, postea peculiari scriptione retractavi. Eius retractationis sententia hoc loco paucis complectenda videbatur, sed quum longiorem esse viderem disputationem, quam capere posset praefationis angustia, *Addenda* quaedam consignavi, in quibus omnem istum locum denuo excuterem.

In oratione scriptorum ipsorum, quae nunc denuo eduntur, nihil mutandum censui, quare factum est, ut quam dederant recensionem Graevius et Burmannus, ea retineretur sine ulla mutatione. Proinde etiam orthographiam eandem, quam prior editio sequuta est, retinendam censui, excepto quod aliquoties aequabilitatem quandam, quam priores editores interdum neglexisse videbantur,

restitui. Interdum sigla notarum Oudendorpii, quae in vetere editione ad calcem adiectae erant, in hac vero textae orationi subiacent, omissa est; nescio meo, an typothetarum errore. Sed nec saepe hoc factum, et res ipsa facile de se indicium facit.

Scripsi in Gymnasio Zittaviensi Kal. Maiis cIɔIɔcccxxviii.

RHETORICA

AD

HERENNIUM

LIBRI IV.

A

CLARISSIMIS ATQUE ORNATISSIMIS

ADOLESCENTIBUS

IULIO ET BAPTISTAE LOMELINIS

FRANCISCI F. F. PULCHRIS

IOAN. MICHAEL BRUTUS

S. D.

Eloquentiae laudes tantae sunt, Iuli Lomeline, quanta sunt ab illa profecta in homines commoda, et beneficia. Quae quidem si tanta sunt, ut eorum admirari magnitudinem, quam inire numerum facilius homines possint: merito illa debet una laudandarum rerum omnium maxima atque amplissima videri. Qua de re, et multa alia saepe a doctissimis hominibus atque eloquentissimis et nonnulla a nobis, cum tertio ab hinc anno Ciceronis Orationes edendas curaremus, accurate dicta et copiose sunt. Illud in praesentia expostulandum videtur, cum nulla sit vitae pars, in qua non magnos fructus eloquentiae atque uberes homines referant, qui eius studio ducantur non ita multos esse; qui illam complexi animo ita excoluerint, ut digni iidem magna laude habiti sint, perpaucos semper ad nostram memoriam esse inventos. Cuius rei tamen non una modo caussa afferri potest. Nam et sunt nonnulli, qui cum ingenio excellant, naturae bono contenti, usu modo atque exercitatione dicendi facultatem se assequi posse confidant; et, si qui sunt, qui ita a natura habeant adiumenta ad dicendum maxima, ut tamen existiment ea sibi praeceptionibus artis augenda, ita se totos huic studio addicunt, ut nihil naturae tribuant, cuius quidem in hac re, ut in aliis omnibus, quo illae excultae a nobis diligentius ad summam absolutionem perducantur, sunt principes partes. Quorum utrique longe, mea sententia, falli videntur. Nam qui omnia a natura petunt, artem contemnunt; ii non intelligunt,

magnum naturae subsidium, atque unum adeo, sine quo vita hominum nulla futura sit, a se contemni. Ratio enim, a qua una artes omnes atque hominum inventa manant, cum eius tanta vis sit, ut nos a brutis animantibus seiunctos dei immortalis efficiat quam simillimos, tota a natura est; ut non prius quis ab arte discedat, quam idem a naturae praescripto et rationis discedere, qua una homines ad agendum utuntur duce, existimetur. Itaque non solum, quod inter nos loquimur, quo nihil magis proprium hominis est, sed quod ornate, apte, apposite ad persuadendum loquimur, quod eloquentis est proprium munus, cum quae in nobis inchoavit ratio, arte inventa perfecit, naturae tribuendum est. Ita autem multis notatis et animadversis, quae in unaquaque re a prudentissimis hominibus sapienter, et certa ratione fierent, singulae sunt artes a nostris maioribus inventae et perfectae. Atque, ut de hac ipsa arte dicendi loquamur, cum nulli adhuc rhetores exstitissent, quorum praeceptionibus haec in nobis facultas corroborata altius se efferret; et Thucydides, et Herodotus doctissimi homines historiam luculenter scripserunt, et magna cum eloquentiae laude, et in foro atque in concionibus clari homines multi Athenis, cum nondum ludum Isocrates aperuisset, magister in primis dicendi clarus, magnam gloriam sunt apud suos cives in dicendo assecuti. Neque tamen, quoniam illi tantum efficere sine arte potuissent, mirifice a natura et ab ingenio parati; Demosthenes, cuius maxime illustre nomen apud posteros manavit, Demades, Hyperides, Aeschines, alii artis adiumenta neglexerunt. Ita enim, opinor, doctissimi homines statuebant: qui magnam laudem tum dicendo, tum scribendo assecuti essent nullis artis praesidiis innixi, multo clariores illos hac laude futuros fuisse, si ad naturae atque ingenii vim, qua excellebant, ars quoque dicendi accessisset. Verum, ut magnopere hi reprehendendi, qui artem contemnentes omnia sibi in natura posita esse arbitrantur; ita minime illi laudandi, qui plane ingenio diffisi, quo valent, arte una ad dicendum, atque adeo ut ab ea divelli nulla ratione possint, innituntur. Neque enim ita est omnia una ars complexa, ut non multa temporum ratio, hominum mores, religio, vitae instituta, quorum nulla certa ratio et parum diuturna est, ab in-

geniis postulent, quae arte non traduntur; ut vere iam dici possit, ut ingenia artis subsidiis, ita artem ornari ingeniis maxime et augeri. Nam qui nihil potest a se afferre, cum ab arte discesserit, quod aliis instar artis sit; is, licet hauriat praecepta omnia, quae aut Graeci, aut Latini scriptores de dicendi arte tradiderunt, nullus orator sit futurus; cui quidem ita ab arte est praesidium petendum, ut intelligat, plurimum in arte inesse ad naturae vim, si adsit, excitandam atque conformandam; omnia in arte non inesse. Certa enim ac definita genera quaedam rerum ars complectitur, id quod facile fieri potest in hominum vita; multa quotidie emergunt, quae cum infinita numero sint, ab eo modo tractari recte possunt, quem ubi artis praecepta deficiant, ingenii vis quaedam acerrima, quae nullis in nobis aut temporum aut rerum finibus circumscribi potest, suis magis, quam externis viribus dicentem tueatur. Quae cum optime nosset vir clarissimus, ac sapientissimus pater vester; quamquam eos liberos suscepisset, in quibus imaginem sui ingenii, pudoris, probitatis, mirificam ad virtutem indolem, eximiam spem posteritatis intueretur; censuit in vobis naturae vim, cura acerrima sibi et studio adiuvandam. Ita doctissimos homines pueritiae vestrae moderatores, qui vos et litteris augerent, et exemplis ad virtutem, et honestatem conformarent, vobis educandis instituendisque praefecit. Quo quidem factum est, ut brevi, ob admirabilem quandam ad omnes virtutes progressionem, quae in vobis maiore indies cum vestra laude spectabatur, inter principes iuventutis vestra virtus eluceret. Itaque quod admirabile quiddam et maius inter homines habendum est, cum vos maiorum nobilitas, divitiae, fortunae amplissimae, et quae in vestra domo hereditaria est, formae decus, venustas, et cognomine vestro digna oris pulchritudo commendaret; perfecistis pudore, suavitate morum, vitae elegantia, ut quibus rebus in multis saepe obruitur virtutis lumen, inter eas, tamquam inter minora lumina, et suum splendorem virtus obtineret, et tantis naturae, et fortunae ornamentis aucta, si modo fieri posset, ut ullam aliunde accessionem, quam a se ipsa virtus sumeret, maiorem etiam multo obtineret. Licuit vobis per patrem in una hac re vobis indulgentissimum, quod vobis erat maxime in optatis, per hunc laudis cursum ad summam gloriam pervenire;

quo vos tamen alio vitae cursu, sed aeque illo laudabili et recto facile vestra vos virtus provexit. Atque illud in vobis maxima dignum laude, quod in magna negotiorum mole, quae in Italia, in Galliis, Hispaniis, Belgis, omnibusque Europae conventibus districtos habent, omnibus rebus persequendis, quae dignae habentur amplissimo loco natis adolescentibus, si cui id modo dubium sit, fidem facitis, in omni vitae ratione, virtutis decus, nisi obrui ipsi id patiamur, enitere. Ac te quidem, Iuli, quem non mihi prius tua consuetudo, qua est nihil suavius, quam tuae virtutis fama conciliavit, cum alii multa in te fortunae, et naturae bona alia admirentur, quibus ipse non teneor; neque ullae curae graviores, neque negotia amplissima quae geris, neque aetatis ullae illecebrae a tam laudabili instituto deducere potuerunt. Itaque et quotidie legis ipse multa et, ne qua tibi hora pereat, ea de doctis hominibus perquirendo percunctandoque consequeris, quae non prius deesse liberis hominibus possunt, quam illis certa ratio desit, vitam, ut dignum homine est, honeste et cum laude agendi. Quae tua virtus tanta non me tibi solum amore devinxit, sed ita devinxit, ut nisi insigni monumento ad posteritatem quantus meus in te amor esset testarer, non me tibi magis, quam mihi ipse facere iniuriam viderer. Quae enim in libero homine summa laus est, nullum tu quidem virtutis fructum uberiorem tua virtute habes, qui totus tibi in conscientia recte factorum positus est: ipse cum possim, nisi tuam virtutem mihi litteris illustrandam suscipiam, aut videar ea non videre, quae sita in oculis omnium clarissime elucent, aut tibi, quem unice amo et observo, videar maximum vitae ornamentum et decus invidere. Ita laetis secundisque ominibus, clarissimo tuo et fratris nomini inscripti Ciceronis Rhetorici libri in lucem prodeunt, summo a me labore, studio, vigilantia, id quod res ipsa declarat, emendati. Id et vestrae virtutis illustre testimonium, et summi mei in vos amoris, studii, observantiae, haud obscurum monumentum, perpetuum ut sit non despero aliquando fore: opto quidem certe atque aveo in primis. Ac si in omni munere largiendo voluntas magis, et studium, quam munus spectatur, spero vobis maximum idem atque amplissimum visum iri. Datum Lugduno, Kal. Ianuar. CIↃ. IↃ. LXX.

IOHANNIS GEORGII GRAEVII

PRAEFATIO

AD

LECTOREM.

Primo loco collocantur Libri Rhetoricorum ad Herennium, cuiuscumque sint auctoris, antiqui certe et aetatis optimae. Quae de illo viri docti seculo superiore disputarunt, praemissa sunt Aldi Manutii Commentario, qui tamen Manutii non est, sed Michaelis Toxitae Rhaeti, qui anno MIↃLVI. in officina Ioannis Oporini Basileae commentarium totum cum typographicis etiam mendis, quas tamen Veneti cumularunt, exscripsit. Non credidissem hoc aliis dicentibus, nisi meis oculis mihi fuisset credendum. Non tantum verba omissa in commentario, Aldi Manutii nomen praeferente, ex Toxita restitui, sed et integras periodos. Notabilis maxime est locus in explanatione ad cap. 53. libri IV., in quibus haec verba habentur apud Aldum: *Item illud:*

Demissum lapsi per funem.

Sic enim equi Troiani altitudo demonstratur, et apud Homerum, cum Menelaus Graecos in equo sedisse de oratore Siculo, et oratore malo notus est locus. Unde nullam possis elicere sententiam. Quomodo enim ullam pervestiges, cum plures sint versus in Aldina omissi, qui ex Toxita sunt reponendi, ut explanatio possit intelligi. Hi nimirum: *in equo sedisse dicit, ostendens uno verbo equi magnitudinem. Alter modus ex ἀμφιλογία ἢ διττόν, quod est, aliud verbis dicitur, aliud mente intelligitur, unde εὐτραπελία nascitur. Est enim hoc σχῆμα γελοῖον καὶ σκεπτικόν, quo in iocis, ridiculis et sarcasmo utimur, ut in hoc loco cernere, videre et possidere significat, hoc est, multa per fas et nefas acquisivisse. Utimur etiam in sensu contrario, cum dicimus aliquem*

nec in cella vini nec in penu olei et frumenti quicquam cernere, hoc est mendicum esse. Item illa ex secundo de Oratore, de Siculo etc. Haec omnia sunt apud Aldum vitio librariorum omissa, sine quibus tamen locus huius commentarii est mancus et mutilus, nec potest intelligi, nisi ex Toxita, ex quo verbum de verbo descripsit, nihil de suo addens, nisi vix in tribus aut quatuor locis, iisque paucissimis et nullius momenti verbis. Delevissem sane Aldi Manutii nomen, et pro illo substituissem Michaëlis Toxitae, veri huius commentarii auctoris, nisi typographis fuisset hic, ut in multis aliis, invito mos gerendus. Volunt illi totum Manutii in Ciceronem commentarium huic editioni includi. Itaque nolebant Manutii nomen expungi, ne quis calumniari possit, aliquid a Manutiis ad Ciceronem illustrandum dictum factumve esse, quod in illorum editione non inveniretur. Iussi tamen Manutii prooemio praefigi epistolam Toxitae, qua suas explanationes commendat suis patronis. Nemo autem mirabitur os Aldi, cum nec pudentior fuerit in notis ad libros de Officiis et qui eis iunguntur, ut in adlocutione ad Lectorem ibi notavi. Sex MSS. codicibus usus sum, Erfurtensi, Puteaneo, Pithoei, Cauchiano, Duisburgensi et meo; editione antiquissima anni 1478. quam Ioanni Kolio debeo, aliisque vetustioribus. Vale.

VIRO AMPLISSIMO AMICISSIMOQUE,

ISAACO SWEERSIO

IN SUPREMO URBIS AMSTELAEDAMENSIS TRIBUNALI IUDICI INTEGERRIMO,

S. P. D.

PETRUS BURMANNUS SECUNDUS.

III Circumspicienti mihi, cuinam potissimum Ciceroniana haec Rhetoricorum ad Herennium et de Inventione opuscula, doctorum Interpretum notis et ineditis praesertim *) Graevii animadversionibus illustrata, quae

*) Scribendum fuit *praecipue*. *L.*

mea qualicumque cura nunc in lucem prodeunt, offer-
rem ac dedicarem ex honoratis Urbis nostrae Viris,
cui literarum elegantiorum peritia et Musarum amore
praeter dignitatis decora conspicuo ac fulgenti grata
haec venirent et opportuna, Tu prae ceteris, Amplissime
et doctrinarum studiis simul cultissime Sweersi, eli-
gendus videbaris, cuius praeclaro nomini haec inscripta
consecrarem; quem si inter viros huius Urbis honora-
tos eruditissimum, inter eruditos vero honoratissimum
si dicam, nullis me verborum lenociniis uti, neque
inepta aut minus Tibi congrua praedicatione vim pudori
tuo facere *) vel modestiae illudere, ultro agnituri
sunt, qui Te ac merita tua propius inspexerint. Tu
enim a prima iuventute ingenuis humaniorum litera-
rum artibus probe innutritus ac politus, posthabitis
deviis et vulgo tritis amfractibus, quibus per compen-
dia ad sterilem et ieiunam Iurisprudentiam alii facto
agmine passim ruunt, regiam illam viam, qua ad IV
veram masculamque eruditionem nobiliora adspirant
ingenia, generosis semper passibus incessisti; unde ex
historiarum veterum cognitione, Reipublicae Romanae
fatis, domesticisque gentis patriae Annalibus, et tam
publici quam privati Iuris peritia, quas scientias doctis
et rerum solidarum cupidis peregrinationibus corrobo-
rasti, illum consecutus es civilis prudentiae adparatum
et usum, quem ingenti Urbis nostrae et summi tribu-
nalis iuridici emolumento in publica commoda exseris,
et quo dignitates in Te sponte collatas non externo aut
adventitio tantum natalium et Fortunae splendore, quo
solo plerique capita efferunt, sed et propria et optima
meritorum Tuorum luce sic illustras, ut inter illos
praecipue censearis Iudices, quorum suffragia non ex
aliorum calculo aut adminiculo dependeant, sed hono-
res illos, quos hactenus **) gessisti, pari omnium ad-
plausu ita sustinueris, ut plurimi Te longe ampliori
in loco collocari dignum uno ore consentiant, nisi ipse
valetudinis ac sanitatis tuendae maiorem quam lauda-
bilis ambitionis proferendae curam Tibi habendam cen-
seres. Haec vero quemadmodum Tibi omnium aesti-
mationem et venerationem iure conciliant, ita commu-
nem Procerum civiumque amorem ultro Tibi allicis

---

*) Vitandum hoc erat propter *κακέμφατον*. *L.* **) Dicendum *hucusque*. *L.*

vitae inculpatae integritate, prudenti de patria bene sentiendi ac merendi libertate, comitate non fucata, candore aperto, et lactea morum dulcedine, quibus eximiis animi virtutibus cunctos Tibi amabili coagulo devincis adstringisque; praesertim vero *) Musarum cultores eo amplecteris favore, quo propria eruditione instructus verum et aequum literis et literatis pretium ponere soles. Neque privatae mihi desunt caussae, quae vel solo amicitiae multis abhinc annis tecum exercitae nomine me impulerunt, ut hoc tenui licet et levi nimis forte **) monumento publice Tibi erecto exhiberem testificationem cultus et obsequii, quo egregias illas et non vulgares animi atque ingenii Tui dotes semper prosecutus sum, Tibique Viro non tantum praeclara in dignitate posito, sed et literarum nostrarum peritissimo, offerrem Rhetorica haec, Ciceroni vulgo adtributa ad Herennium, et de Inventione, ut titulus prae se fert, opera; quae quoniam praecepta Rhetorices, non tantum ad Orationes quascumque artificiose instituendas, sed et ad disceptationes caussarum forensium rite et ordine agendas complectantur, ab hoc instituto diversum nemo criminabitur, si Tibi praecipue ista dedicentur, cui non iniucunda aut a persona Sua aliena haec fore speramus, qui ad lites iuridicas in foro dirimendas exercitatissimus Iudex tanta cum laude sedere consuesti. Cum vero haec notis ac variantibus codicum MSS. lectionibus, contextus emendandi gratia, satis mihi ab aliis instructa videbantur, de Auctore Librorum ad Herennium, quae lis sub iudice adhuc pendet, utrum Cicero ipse, an Cornificius, Tullio nimirum aequalis ac familiaris, vel alius quispiam statuendus sit, aliquid in limine huius operis disserere et Virorum doctorum sententias diversas ad examen revocare, mearum esse partium existimavi; quod argumentum dum mihi tractandum propono, dissertatiunculae huius, et simul curae in novam hanc editionem collatae arbitrum Te et exactorem compellare in animum induxi, primumque omnium hac Dedicatione Epistolari, quae simul Praefationis vice fungatur, potius salutare Lectorem harum rerum et callentissimum ***) et valde studiosum, quam nuda et prae-

*) Hoc loco dicendum fuit: *imprimis vero.* *L.* **) *Fortasse.* *L.*
***) Huius superlativi auctoritas valde dubia. Ipsa formula: *callens*

fationi praevia Dedicatione ex more vulgari librum
hunc ad Te ablegare, qualis cuicumque Viro honorato,
licet literarum et doctrinae minus gnaro, vel dignatio-
nis vel amicitiae caussa scribi potest, paucis vero tan-
tum et seculo hoc nostro valde raris, qui de eruditis
eiusmodi quaestionibus suum quoque suffragium ferre
valeant *): quod certe honorificum magis ac gloriosum
Musis nostris existimandum reor, quam ambitiosis De-
dicationibus patronos sibi sumere operum, quorum
praeter titulos vix aliquid intelligant.

Horum igitur Rhetoricorum alterum de Inventione
foetum Ciceronis genuinum esse plerique agnoscunt,
sed ex quatuor libris duos tantum superstites referen-
tem **), licet titulum hunc ab auctore ipso non pro-
fectum fuisse pateat, quia et alias artis Rhetoricae par-
tes ac solam Inventionem in his se tractasse, ipse in-
dicat sub finem cap. 3. lib. II., pluresque libros a Ci-
cerone conscriptos ex ultimis operis ipsius verbis mani-
festum est; ut ostendunt Vossius de Natur. et Const.
Rhetor. cap. XIII. et eruditi interpretes ad Quinctil.
lib. III. Inst. Orat. cap. 3. p. 222. Libros vero ad
Herennium, dubium et incertum habere auctorem, com-
munis doctorum virorum opinio est; licet plurimi non
obscurae famae homines eruditi variis dissertationibus
Ciceroni vindicandos contenderint, alii Cornificio Se- vi
niori vel Iuniori adscribendos, unus Virginio Rufo
vel Timolao, alter M. Gallioni Rhetori, nonnulli etiam
Laureae Tullio, aut Tullio Tironi, Ciceronis libertis,
tribuendos esse arbitrati fuerint. Horum omnium Dia-
tribas, rariores saltem et vix obvias, huic editioni
praefigere constitueram, sed Bibliopolis impensas istas
aversantibus argumenta singulorum hic quasi per saty-
ram colligere et examini modesto subiicere malui, ut
Tibi aliisque rerum istarum peritis arbitrium constet
eligendi, ac diiudicandi, licet omnia tamen eo tantum
reditura certus sim, ut congestis et enumeratis diversarum
sententiarum suffragiis auctorem incertum esse, mecum
pronuntiaturus sis, ac facilius refutari posse opposita
aliorum coniecturas, quam dubium et ignotum hactenus
opusculi huius scriptorem e latibulis suis excitare.

---

alicuius rei e Gellio affertur, XVII, 5. *L.* *) Nunquam ita Cicero et quiqui sunt eius aetatis. Scribendum *sciant* vel *possint.* **) Falsum hoc esse Schuetzius docere instituit in Ed. Cic. opp. rhet. Lips. apud Goeschen. 1804. praef. ad tom. I.

Ciceroni qui adserunt, utuntur auctoritate Prisciani, qui aliquot locis, ut vel ex Indice Putschiano patet, auctorem horum Rhetoricorum M. Tullium agnoscit, et sub eius nomine loca ex singulis quatuor libris adfert; cui addere potuissent Rufinum de Comp. et metr. Orat. pag. 315. et 321. inter Rhetor. antiq. Fr. Pithoei, ubi titulo *Ciceronis ad Herennium in Arte Rhetorica* producit locum de Membro Orationis, qui lectione nonnihil variata legitur lib. IV. cap. 19., et horum opinioni etiam favere posset Fortunatianus lib. I. Art. Rhet. pag. 51. *Accedit ad hos* (legales status) *et translatio, quae tantum legalis est, et definitio, quam etiam legalem accipimus secundum M. Tullium;* ut his verbis respexerit ad lib. I. ad Heren. cap. 13. et 15. et lib. IV. cap. 34. ubi de translatione, et lib. II. cap. 12. ubi de definitione agitur. Augustinus etiam in Princip. Rhetor. pag. 290. eiusd. ed. Pith. *Haec omnia memoria suscipi debent, quam et plerique Graecorum et M. Tullius in primis oratori affirmant necessariam hoc, ut opinor, modo: Venio nunc ad thesaurum rerum omnium memoriam, quae nisi custos inventis ordinatisque rebus adhibeatur, intelligemus omnia, etiamsi praeclarissima sint, in oratore peritura;* quibus paria sub Tullii nomine adfert Alcuinus, qui pleraque descripsit ex libris de Inventione, Dialog. de Arte Rhetor. pag. 377. unde quis coniicere posset, respicere eos ad lib. III. ad He-
VII renn. cap. 15. fin. *Nunc ad thesaurum inventorum atque omnium partium rhetoricae custodem, memoriam transeamus.* Sed in animo potius habuerunt illa ex Cic. lib. I. de Orat. cap. 5. *Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria, quae nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis adhibeatur, intelligimus omnia, etiamsi praeclarissima fuerint, in oratore peritura;* ubi dubito an non ex Augustino reponendum sit *inventis ordinatisque rebus,* quia sic videtur in suis reperisse codicibus: cui coniecturae favere posset alius locus ex lib. II. de Orat. cap. 85. fin. *Habetis, de inveniendis rebus disponendisque quid sentiam. Adiungam etiam de memoria.* Non tamen pro Cicerone librorum ad Herennium auctore pugnare potest, quod sequenti cap. 16. addit, se *alio tempore idoneo* dicturum de memoria, artificiali an naturali, seque *alias ostensurum,* an memoriae artificium sit, tamquam id referendum esset ad locum illum lib. I. de Orat. de memoria omnium rerum thesauro, cum

adferri deberet uberior locus, in quo alibi de memoria artificiali vel naturali egerit, quod cum frustra illic quaeras, argumentum inde mihi videtur peti posse, diversum a Cicerone loqui scriptorem, qui in alio opere deperdito de memoria artificiali dedita opera fuerit commentatus; nisi quis contendat hinc spectare illa quae occurrunt lib. II. de Orat. 86. 87. 88. Ex istis vero similibusque Grammaticorum et Rhetorum locis nihil aliud colligi potest, quam illorum aevo iam Tullio haec adtributa fuisse, quod, quia unus alterius errorem secutus est, non magis me movet, quam quod praeter auctoritatem Prisciani utantur etiam testimonio Hieronymi, duobus locis infra producendis, et Servati Lupi, Abbatis Ferrariensis, Epist. I. ad praeceptorem suum Einhardum, vel Eginhartum, prope finem, cuius verba merentur adscribi: *Etiam hoc postulo, ut quosdam librorum vestrorum mihi hic posito commodetis etc. Sunt autem hi. Tulli de Rhetorica liber; quem quidem habeo, sed in plerisque mendosum. Quare cum codice istic reperto illum contuli, et quem certiorem putabam, mendosiorem inveni. Item eiusdem Auctoris de Rhetorica, tres libri in disputatione ac dialogo de Oratore. Quos vos habere arbitror, propterea quod in brevi voluminum vestrorum post Commentationem libri ad Herennium, interpositis quibusdam aliis, scriptum reperi, Ciceronis de Rhetorica.* Unde docemur, iam isto tempore codices VIII librorum ad Herennium mendosissimos et a viris doctis inter se collatos fuisse *), a quibus libros tres dialogorum de Oratore distinguit, et in codice illo post libros ad Herennium fuisse alterum opus *Ciceronis de Rhetorica*, id est de Inventione, licet male dici *Rhetoricam*, addendamque vel subintelligendam esse *artem*, vel *Rhetoricen* cum Quinctiliano, aut neutro plurali *Rhetorica* dicenda, adversus Regium docuerit Becichemus. Quamquam Suetonius in libro de Illustr. Grammaticis et de claris Rhetoribus *Rhetoricâ* utatur, sine addita voce *arte*. Et sic auctor ad Herenn. lib. I. cap. 1. *quod te non sine caussa velle cognoscere Rhetoricam intelligebamus;* ubi *artem* alii inserunt. Sed *Rhetorica* praefert Gronovius, a cuius sententia non alienum se profitetur Cl. Oudendorpius, cum et in MSS. titulus

---

*) Non libros ad Herennium, sed Tullii de rhetorica librum in plerisque mendosum esse, ait Servatus Lupus. S.

sit *Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum liber explicit.* *) Graevius tamen ex aliis MSS. et edd. vetustis, in quibus *artem* desiderari notavit, vulgatam admisit. Mihi vel subintelligenda vel potius a librariis omissa videtur haec vox, quia posteriori tempore passim *Rhetorica*, ut *Grammatica*, et similia dicebatur; sed meliori aevo *rhetoricam artem* vocarunt. Sic lib. III. ad Herenn. cap. 15. fin. *omnium partium rhetoricae artis custodem* addit codex Erfurtensis optimus et vetustissimus, ut ex MSS. etiam legendum lib. I. de Inv. cap. 6. in fine: *Quare materia quidem nobis rhetoricae videtur artis;* ut paullo ante cap. 5. *eas res materiam artis rhetoricae nominamus.* Hinc supplendum puto lib. II. de Inv. cap. ult. in fin. *de Inventione, prima et maxima parte artis rhetoricae, satis dictum videtur.* Nam deleta fuit vox, vel excidit ex similitudine consonae vocis *parte.* Et sic lib. II. de Inv. cap. 3. *nonnullam rhetoricae quoque artis sibi curam adsumebat,* et alibi. Ciceronis certe Rhetorica vocasse veteres, et per ea intellexisse, ut opinor, libros de Inventione, non autem ad Herennium, patet ex Servio ad Virg. VIII. Aen. 321. *Hoc autem est quod dicit Cicero in primo Rhetoricorum: Feros adhuc homines magni cuiusdam viri oratione compositos;* quae in vulgatis Servii editionibus sic exhibentur, tamquam ista *Feros adhuc homines* etc. essent totidem Ciceronis verba hoc ordine scripta, ac proinde inter eius Fragmenta referri mererentur. Sed sunt ipsius Servii, eodem sensu sed aliis et brevibus verbis in compendium quasi contrahentis ea quae operosius narrantur lib. I. de Invent.
IX cap. 2. *Quo tempore quidam magnus videlicet vir et sapiens cognovit, quae materia esset* et seqq. *qui dispersos homines in agris et in tectis silvestribus abditos ratione quadam compulit unum in locum* etc. *et ex feris immanibus mites reddidit et mansuetos.* Sic per Ciceronis Rhetorica libros de Inventione etiam innuit, cum ad lib. IX. Aen. 481. notat: *Est conquestio matris Eu-*

*) At differunt rhetorica (ῥητορική) et rhetorica (τὰ ῥητορικά). Illud totum aliquod significat, et *artis*, συστήματος, habet notionem; hoc latius patet et ea omnia complectitur, quae ad rhetores eorumque artem attinent. Conf. Cic. de Fato, 2. *Sed quoniam rhetorica mihi vestra sunt nota.* Ita enim meliores codd. teste Bremio. Quo loco qui *rhetorica*, singulari numero, vellet, vitium admitteret. Et Cicero ipse, quod vel lexica docent, saepe *rhetorica* sic nude numero sing. dixit. *L.*

ryali plena artis Rhetoricae; nam paene omnes partes habet de misericordia commovenda, a Cicerone in Rhetoricis positas. Quibus verbis nos remittit procul dubio ad lib. I. de Invent. cap. 55. Similiter Servius ad eiusdem libri v. 614. *Utitur argumentis, quae in Rhetoricis commemorat Cicero, a gente, ab habitu, a gestu, ab animo;* quae conferenda cum lib. I. de Invent. cap. 25. et 26. Nusquam vero Servius aliquid, quod sciam, adfert ex Ciceronis Rhetoricis, quod in libris ad Herennium sese offerat; cum tria haec loca aperte respiciant libros de Inventione, ut nunc vulgo inscribuntur, quae Ciceronis Rhetorica dicenda, ut non tantum ex his Servii, sed et Asconii Pediani, Hieronymi, aliorumque locis probatur. *Artem Rhetoricam* vocat Cassiodorus in Rhetor. Compend. pag. 339. et 340. [p. 533. ed. Gen.] *Hunc Cicero ita facit in Arte Rhetorica. Si deliberatio et demonstratio genera sunt caussarum, non possunt recte partes alicuius generis caussae putari. Eadem enim res alii genus, alii pars esse potest, idem genus et pars esse non potest* *); ubi Ciceronis artem Rhetoricam etiam agnoscit libros de Inventione, quia illa, quae profert, non leguntur in his ad Herennium, sed de Inventione lib. I. cap. 9., et sic ea, quae de partibus Rhetorices, inventione, dispositione, memoria, et pronuntiatione ex Tullio adfert Sulpitius Victor in Inst. Orat. pag. 242. eadem invenies lib. I. de Invent. cap. 7. quibus et alia loca facile subiungi possent. Tullio tamen vindicanda haec ad Herennium Rhetorica ideo volunt, quia lib. III. cap. 2. de Republica et Re Militari se scripturum pollicetur, et quod Virgilii, Horatii, et similium non meminerit: quodque lib. I. cap. 12. ista occurrant **): *Tullius heres meus Terentiae uxori meae XXX pondo argenteorum vasorum dato;* denique quod praedicet operam suam foro et Curiae praestitam, ut et alibi saepe iactare solet. His argumentis viros doctos non adiunxisse miror locum ex lib. I. de Invent. cap. 30. *Horum exempla et descriptiones in praeceptis elocutionis cognoscentur;* quia toto fere libro quarto ad Herennium Elocutionis praecepta traduntur. Sed quoniam ex verbis istis sequeretur, si idem utriusque operis auctor esset, libros ad Heren-

*) Etiam aliis in locis Cassiodorus, velut pag. 531. (ed. Gen.) bis.
**) Dicendum *inveniantur*, vel *legantur*. *L.*

nium ergo post opusculum de Inventione scriptos, quia dicit *in praeceptis elocutionis cognoscentur*, quod probare difficillimum esset; mihi verosimile fit, Ciceronem illic indicare voluisse, se Elocutionis praecepta traditurum in sequentibus libris, quos duobus istis de Inventione addendos destinaverat, sed imperfectos reliquit, quia maturiori aetate se contulit ad dialogos de Oratore, tribus libris comprehensos; adeo ut de Elocutione forte *) egerit in tertio quartove libro Rhetoricorum, de Inventione nunc inscriptorum, quos si conscripsit, certe amissi perierunt **). In iis enim Tullium de *dispositione* et *elocutione* disseruisse, coniici posset ex insigni Quinctiliani loco lib. III. Inst. Orat. cap. 3. *Et Cicero quidem in Rhetoricis* (intelligi libros de Inventione ***), certum est) *iudicium subiecit inventioni: mihi autem adeo tribus primis partibus videtur esse permixtum; nam neque dispositio sine eo, neque eloqutio fuerit, ut pronuntiationem quoque vel plurimum ex eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in Partitionibus Oratoriis ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque pervenit partes. Nam cum dupliciter primum divisisset, in inventionem atque elocutionem, res ac dispositionem inventioni, verba et pronuntiationem elocutioni dedit, quintamque constituit communem, ac velut custodem omnium memoriam.* Itaque isto in loco nullum sibi praesidium petere possunt, qui Tullio Rhetorica Herenniana vindicare conantur, quos inter ex recentioribus literarum instauratoribus praecipui sunt Leonardus Aretinus, Georgius Trapezuntius, Laurentius Valla, Angelus Politianus, aliique plures, qui Ciceronem illorum parentem esse consentiunt, eique adseruit Antonius Mancinellus; et Sinibaldus Antoninus in Dialogo de Rhetoricis ad Herennium, splendidissimae operum Ciceronianorum editioni Aldinae praefixo, pleraque pro Cicerone argumenta satis adcurate exhibuit, sed quibus et alia subiunxit, quae faveant Cornificio, de quo postea. Nostra quoque aetate inter Germanos peculiaribus diatribis Caspar Kirchmaierus et Ioh. Petrus

*) Dic. *fortasse*. **) Nonnisi duo, quos habemus, libros Rhetoricorum a Cicerone scriptos esse, docere instituit Schuetzius in praef. ad ed. Cic. Rhetor. apud Goeschen. 1804. ***) Si lectio vera, memoria lapsum esse Quinctilianum patet e Cic. Rhetor. I, 7. ubi itidem quinque partes artis rhetoricae constituuntur, nulla iudicii mentione facta. Fortasse tamen legendum est apud Quinctilianum: *Et Cicero quidem in Oratoriis.* Cf. quae diximus ad C. II. *S.*

Ludovicus, Professor quondam Halensis, pro Cicerone in arenam hanc literariam descenderunt, quorum in XI Bibliotheca sua Latina meminit Cel. Ioh. Alb. Fabricius. Sed horum quidem dissertationes cum frustra in his terris quaesiverim, praecipuam mihi rationem habendam censui Nicolai Angelii Bucinensis et Marini Becichemi Scodrensis, quorum de hac controversia dissertationes habentur in Oratoriis Ciceronis operibus ed. Basil. 1541. et Becichemi quidem ista leguntur cap. XXXIX. Castigationum Criticarum in libros hos Rhetoricor. ad Herenn., quas nescio cur omiserit Graevius, inter eius Centuriam Quaestionum Epistolicarum forma maiori olim editas cura Angeli Britannici. Hic enim operose libros hos ad Herennium e familia Ciceronis non amovendos contendit, seque opposuit non sine multa verborum acrimonia Raphaëli Regio, qui varie fluctuavit in divinando operis huius auctore, quod Ciceroni abiudicandum existimat in notis ad Quinctil. lib. III. cap. 9. circa finem; quia diversa a Cicerone in lib. I. de Inventione, et in his Rhetoricis ad Herennium praecipiantur de exordio orationis; tum quod idem Quinctilian. lib. IV. cap. 5. refutet illos, qui *partitionem vetant ultra tres propositiones extendere*, idque in his Libris ad Herennium reperiatur, colligit inde Regius, eum quidem nomine auctoris expresso indicaturum fuisse Ciceronem, si illius id opusculum censuisset. Sed hoc quidem argumentum non maioris momenti est, quam quo Ascensius non esse hunc Tullii foetum adfirmat, quia Quinctilian. lib. IX. cap. 3. p. 814. non nominato auctore adferat, quae in his ad Herennium Rhetoricis etiam occurrunt *) lib. IV. cap. 25., cum tamen alia illic sequentia sub nomine Calvi producat. Hinc enim nihil de auctore colligi posse, notavit patruus meus, quia non sunt ipsa auctoris ad Herennium verba, sed alterius, quae ille aeque ac Fabius in exemplum adponit. Itaque *Virginio Rufo*, ut vocat, adscribenda haec opinabatur Regius, quem de arte Rhetorica commentatum fuisse testatur Quinctil. lib. III. cap. 1. ubi eum suae aetatis Rhetoribus Plinio Rutilioque adiungit. Illum Lipsius facit eumdem, quem Tacitus lib. XV. Ann. 71. sub Nerone eloquentiae doctorem memorat: *Virginium et Rufum claritudo nominis expulit. Nam*

*) *inveniuntur.*

Virginius studia iuvenum eloquentia, Musonius praeceptis
XII *sapientiae fovebat;* ita enim recte castigatum a viris doctis, non *Virginium Rufum.* Duos enim diversos distinguit, Virginium Rhetorem, et Musonium Rufum, sectae Stoicae Philosophum, de quo notavi nonnulla ad lib. I. Anthol. Lat. Ep. 79. Quod autem Vossius de Nat. Rhet. cap. 13. eumdem hunc Tacito memoratum Virginium faciat ac *) illum, de quo Suetonius egerit in libro de claris Rhetoribus, sciendum est, nihil hodie de Virginio Rhetore in isto Suetonii opere mutilo legi, sed in Catalogo Rhetorum a Suetonio praeter illos, qui nunc exstant, laudatorum, quem ex codd. MSS. Achilles Statius notis suis subiunxit, recenseri *Virgilium*, sive, ut legendum, *Virginium Flavum*, et sic in codd. MS. Bonav. Vulcanii eumdem vocari in vita Persii, Suetonio etiam vulgo adtributa, ad Tacitum monuit Lipsius. Sed quia haec duo gentilitia nomina sunt, rectius *Virginium Flaccum* dici censet patruus meus ad Quinctil. lib. XI. cap. 3. pag. 1026. a quo diversum Virginium Rhetorem arbitror, a Tacito memoratum, cum quo Vossius confundit Virginium Rufum Consulem, cuius laudes describit Plinius Secundus lib. II. epist. 1. eiusque Epitaphium exhibet lib. VI. ep. 10. et lib. IX. ep. 19., quod inserui Anthologiae Lat. lib. II. ep. 55. ubi nonnulla de Virginio isto Rufo, Vindicis victore, adnotavi, qui nihil commune habet cum Virginio Rhetore, quem sub Nerone recenset Tacitus, et *Virginium* vocat, ut Quinctilianus, non *Virginium Rufum*, neque enim Rufi illud cognomen Virginii Rhetoris sed Musonii Philosophi est, quod male Regius et alii, vitiosis Taciti editionibus, quae *Virginium Rufum* exhibent, decepti, addiderunt huic Rhetori Virginio, cui Rhetorica ad Herennium tribuenda hariolati sunt. Ea autem ratione inductus praecipue id credidit Regius, quia statum in arte Rhetorica coniecturalem, legalem et iuridicialem Virginio huic tribuit Fabius, quae eadem definitio in his ad Herennium libris occurrat **). Sed revocavit ***) sententiam ad

---

*) Dicendum *atque.* **) Dic. *inveniatur.* ***) Quid hoc est? An *mutavit*, *retractavit sententiam*, quod coniicere licet ex particula adversativa *sed?* At hoc significare nequit haec formula. *Revocare* enim *sententiam* est *omissam reducere*, *reponere improbatam*, *instaurare eversam.* Propterea dicendum fuit *retractavit sententiam. Se revocare* hoc sensu affertur ex Cic.

illum Quinctiliani locum lib. III. cap. 6. p. 249. ubi Anton. Pinus notat libros hos esse scriptos a Virginio ad Herennium Senecionem, Plinio lib. I. epist. 5. et alibi memoratum, non autem ad Herennium, Ciceronis necessarium. Idem Regius ad lib. IV. Inst. Orat. cap. 1. pag. 303. ex iis, quae ex Virginio illic tradit Quinctilianus, et in hoc tamen opusculo non inveniuntur, aperte XIII
colligit, decipi illos, qui Rhetorica haec Herennio inscripta ei tribuunt. Sed uberius hac de re egit Raphaël hic Regius in Quaestione, *utrum Ars Rhetorica ad Herennium Ciceroni falso inscribatur*, quae post eius Problemata in Quinctil. Inst. Orat. prodiit Venet. 1492. in qua paullo melioribus argumentis Ciceroni abiudicat hos libros, quam verum auctorem, quem in hac Quaestione Cornificium aut Timolaum esse coniicit, e tenebris eruit. Et recte quidem refutat illos, qui ex titulo, quo Ciceroni vulgo inscribuntur, et ex auctoritate aliorum, qui sub Tullii nomine adferre solent, argumentantur. Hac enim ratione admissa numquam quaerendum esse, an aliquod opus suo ac legitimo auctori adtributum sit, quod iure adfirmat, quia non ideo genuina sunt veterum auctorum opera, quibus tituli vulgo inscripti ea largiuntur, aut quae inter alia eorum non dissimilis argumenti scripta codicibus vetustis adnectuntur: hinc enim tot auctorum illustrium libri et olim et hodie circumferuntur falso iis adtributi, ut scriptis supposititiis, quorum tituli parentes non suos mentiebantur, obelo configendis et vero scriptori vindicandis plurimi inter antiquos Grammatici et Aristarchi operam dederint, et ut Quinctilianus dicit lib. I. cap. 4.: *iudicio suo ita severe usi sint, ut libros, qui falso viderentur inscripti, tamquam subdititios submovere familia permiserint sibi, sed et auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino eximerent numero.* Cuius generis non pauca veterum Graecorum et Latinorum auctorum scripta ex commentatione de Arte Critica et Criticis antiquis, quam aliquando meditatus fui, huc transferre possem post curas Wouwerii de Polym. cap. XVI. et Maussaci ad Harpocrat. p. 397. si huius loci ista essent, aut a scopo *) nobis proposito non nimium nos avocarent. Auctoritatibus vero illorum, qui sub Ciceronis nomine

---

Acad. II, 52, c. 17. sed falso. Cf. ad illum locum Goerenzius.

*) Aut Graece scribendum σκοπός, aut *finis*, *consilium*, *pro-*

libros hos laudare solent, quod pugnandum recuset
Regius, animum quidem prae se fert a praeiudicatis et
aliorum iudicio receptis opinionibus liberum, licet ipse
tamen se his armis induat *). Quinctilianum praeterea
contendit nullam libri huius Ciceroniani mentionem fa-
cere, diligentissimum ceteroquin Ciceronis scriptorum
observatorem, et cuius auctoritas hic praecipua sit, quia
de arte Rhetorica agatur, cuius ille praecepta cum tra-
xiv diderit, et antiquiores huius disciplinae magistros pas-
sim recensuerit, Ciceronem indicato nomine, ut libri
huius auctorem, non inlaudatum praeteriisset. Mentio-
nem *Tullii filii* et *uxoris Terentiae* falsitatem prae cete-
ris ostendere, quia si auctor eius fuerit Cicero, id sal-
tem valde iuvenis scripserit, antequam uxorem Teren-
tiam duxisset, aut filium Tullium procreasset. Quod
vero praeceptoris *Hermetis* vel *Hermestis* meminerit hic
auctor lib. I. cap. 9., id a Cicerone valde alienum esse,
cuius tempore nullus *Hermes* vel *Hermestes* memoretur,
quemque inter claros suae aetatis Rhetores in aliis ope-
ribus nusquam laudet Tullius. Damnat praeterea Ci-
ceronem auctorem, propter stylum compositione et sen-
tentiis perquam dissimilem aliis eius operibus, quae
vel adolescens vel iuvenis vel senex scripsit, et quod
praecepta Eloquentiae diverso hic ordine tradantur,
quam in aliis Tullii scriptis ad hanc artem spectanti-
bus. Gellium denique adfirmare, neminem antiquo-
rum usque ad Augusti tempora voce *barbarismi* usum,
quae tamen occurrit **) lib. IV. cap. 12.

His potissimum argumentis spurium et suppositi-
tium Ciceronis foetum esse hoc opus contendit Regius.
Cornificium igitur Seniorem ***) eius auctorem esse
suspicatur, quia Quinctilianus nonnulla huic Cornificio
tribuit, quae in his libris leguntur: quemadmodum
idem Regius in notis ad Quinctilian. lib. I. cap. 4. et
lib. II. cap. 14. et cum eo Ascensius probare pluribus
conantur, libros hos illius Cornificii esse, ad quem
nonnullae supersunt Ciceronis Epistolae, et paullo post
mortem Ciceronis editos esse. Eiusdem forte †) senten-
tiae fuisse videtur Petrus Crinitus, qui in lib. II. de

---

positum pro illo ponendum. *) Ptaeter Columellam et poetas non invenio, qui dixerit *se induere aliqua re.* Contra passivum *indutus* saepe cum ablativo. **) *Legitur* scribendum. ***) Nusquam Quinctilianus *Cornificium Seniorent* Rhetorica scripsisse dicit; simpliciter *Cornifloium* nominat. *S.* †) *Fortasse.*

Poët. Lat. cap. 29. ubi de Cornificio poëta postquam
egit, sub finem capitis addit, *de Cornificio Oratore, qui
Rhetoricos libros composuit, diximus in libris de claris
Oratoribus;* quod Criniti opus cum hodie non exstet,
diiudicare non possumus, an per Rhetoricos illos libros
intellexerit opus ad Herennium. Aliter censuit Gyral-
dus, qui a poëta Cornificio oratorem distinguens, ad
quem exstant Ciceronis Epistolae, Rhetoricos quidem
libros eum scripsisse, sed quos nonnulli perperam ad
Herennium esse putaverunt, dicit in Hist. Poët. Dial. IV.
pag. 215. Turnebus tamen in suis ad Quinctilianum
notis passim Cornificio, ut indubitato auctori tribuit, XV
quae ex his libris adfert, et variis Fabii locis permo-
tus id adfirmat ad lib. III. cap. 1. p. 218. et ad lib. IX.
cap. 2. p. 775., quia tradit illic Fabius, Cornificium
παῤῥησίαν vertere *licentiam,* de qua agit hic auctor
lib. IV. cap. 36. et 37., Ciceronem vero semper vertere
orationem vel *vocem liberam.* Quod argumentum non-
nullis videri possit speciosum, et nonnihil adiuvari a
Iulio Rufiniano de Fig. Sent. pag. 29. *Parrhesia, ora-
tio libera, quam Cornificius licentiam vocat.* Quamquam
complura alia ex Cornificio adferantur *) a Quinctiliano,
quae in hoc Rhetoricorum opusculo non inveniuntur, ut
ipse fatetur Regius ad lib. V. cap. 10. Alia etiam pro
Cornificio ratiocinatione utitur Sinibaldus Antoninus,
quod se familiaribus negotiis impeditum, et philoso-
phiae deditum fateatur auctor ad Herennium ipso ope-
ris initio, optime id convenire Cornificio, quem occu-
patissimum fuisse fatetur Cicero lib. XII. ad Fam. Ep.
18. ac philosophiae praecipuam operam dedisse ex eiusd.
libri Ep. 23. colligit; tum quod multa in his ad Heren-
nium Rhetoricis a Ciceronis praeceptis discrepent, sen-
tentiae huic favere, quia in dicendi ratione a Tullio
dissidebat Cornificius, ut aperte illic indicat Cicero
Epist. 17. Sed quoniam obstare sibi vidit Regius sty-
lum a Ciceroniana aetate, ut agnoverat, diversum ac
dissimilem, et Cornificius tamen Ciceronis aevo flo-
ruerit, quem inter Oratores sui temporis laudat ibidem
Tullius, hinc eo tandem delapsus fuit, ut ad longe in-

---

*) Absonus ab h. l. coniunctivus. Esset enim dubitantis, an revera afferantur a Quinctiliano complura alia ex Cornificio, quae in libris ad Herennium non leguntur, quod contra scriptoris est sententiam. Neque est oratio obliqua, sed sunt ipsius Burmanni verba, ut ex seqq. patet.

teriora tempora auctorem hunc detrudat, et hallucinetur esse Timolaum, Zenobiae filium, unum ex tringinta Romanorum tyrannis tempore Aureliani, quia Trebellius Pollio Timolaum hunc Grammatices et Rhetorices peritissimum laudat: huic autem cum frater natu maior fuerit Herennianus, qui et ipse imperium adfectavit, sed uterque cum ab Aureliano essent victi, et in triumphum cum matre Zenobia ducti, indulgentia tamen Imperatoris in agro Tiburtino privatam vitam agere iussi sunt, in quo otio Timolaum praeceptis his Rhetorices fratrem Herennianum imbuisse coniicit, ut exilii sui dolorem hac quasi exercitatione erudita, quemadmodum Dionysius Corinthi, falleret, e tyranno et Pseudo-Augusto literarum magister factus. Timolaum igitur in gratiam fratris Herenniani opusculum hoc scripsisse comminiscitur
XVI Regius, ac proinde suspicatur nomina *Timolai ad Herennianum*, obscuriora quippe, posteriori seculo ab imperitis mutata fuisse in *Tullii ad Herennium*. Haec autem nullis argumentis probata gratis *) tantum finguntur, ac proinde inter temeraria ingenii luxuriantis commenta referenda sunt; non enim Timolaus ille librorum horum auctor esse ullo modo potest, si verum sit, quod ipse Regius adfirmat, Quinctilianum nonnulla adferre, quae in hoc opere occurrant, cum diu post eius aetatem Timolaus vixerit, quem de arte Rhetorica scripsisse, aut si aliquam eiusmodi commentationem scripserit, huius propterea auctorem esse, probari etiam non potest, licet Trebellius eum Rhetorices peritum fuisse dicat. Miramur vero Raphaëlis huius Regii absurdam satis inconstantiam in excitandis quasi ab inferno tribus huius opusculi auctoribus tam diversae aetatis, Cornificio videlicet, qui Ciceronis aevo vixerit, Virginio, (Virginium Rufum male vocat) quem sub Nerone iuventutem in Eloquentiae studio exercuisse supra ex Tacito vidimus, et denique Timolao, tyranno sub Aureliano. Singulis enim tam diversi temporis aetatibus, quibus dissimilem admodum formam ac faciem induit lingua Latina, stylum et dictionem huius operis convenire, probandum ipsi fuisset.

Neque etiam argumenta Regii, quibus Ciceroni adimere hoc opus adnititur, absque **) omni controversia

*) *Gratis* pro *frustra* (aliter enim intelligere nequeo) barbarum est.
**) Dicendum *sine*. Cf. Vorstius de Lat. merito suspecta c. 9.;

sunt. Nam quod utatur auctoritate Laurentii Vallae, qui neget Tullium eius auctorem esse, licet ipse Regius profiteatur auctoritatibus ex omni disputatione tollendis hic contendendum non esse, falsitatis eum arguit Becichemus adfirmatque, Vallam sexcentis in locis sub nomine Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium adferre. Stylum autem ab aliis Tullii operibus alienum quod obiiciat Regius, inde ei extorqueri hoc scriptum non patitur, quia dictio eius non ubique eadem, sed pro materiae qualitate dissimilis est non modo in variis operibus, sed etiam in uno eodemque volumine, quia se exercuerit in diverso dicendi genere, aliterque scripserit iuvenis, aliter aetate iam confirmata. Caussam vero nullam video, cur stylum auctoris huius tamquam humilem nimis et aridum adeo inprobent nonnulli, qui licet Ciceronem quidem ipsum non referat, ab eius tamen aetate non abhorret; sed cum praecepta artis Rhetoricae tradat, quae doceri contenta, ab ornatu XVII
praecipuam dotem non requirit, recte auctor tantum doctoris breviter et dilucide partes suas agentis officio functus est, ut ipse innuit *) lib. II. cap. 1. *In primo libro locuti sumus de exordio, narratione, divisione, nec pluribus verbis quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam te velle existimabamus.* Et sic Cicero etiam lib. II. de Invent. cap. 3. profitetur se artis praecepta *simpliciter sine ulla exornatione* expositurum. Quod vero non eadem tradat Tullius in artis Oratoriae libris, recte distinguunt Nicolaus Angelius et Becichemus, eum in Oratoriis omisisse illa, quae Rhetoricen proprie spectant, quae nempe in his Rhetoricorum libris olim tractaverat, quemadmodum in Philosophicis aliisque scriptis saepe a se ipse dissidet. Porro quod Quinctilianus non meminerit horum librorum, nihil inde evinci urguent, cum non ideo sint spurii, quod ille nomine ac titulo expresso non laudaverit aut recensuerit, ut multa veterum scripta omisit; sed tamen utatur verbis ac sententiis ex hoc ad Herennium opere desumtis, licet Ciceronem non nominet, quod ex modestia et veneratione praesertim facit, quando dissentit, ut solet plerumque, ubi Ciceronis opinionem aliquam damnat, aut veniam praefari, aut auctorem dissimulare. Sub Ciceronis vero

---

Scioppius Verisimm. III, 13.; Oudendorpius infra ad Cic. de invent. I, 36. *) *ostendit.*

nomine quae adfert lib. III. cap. XI. *Συνέχον, quod, ut dixi, continens alii, firmamentum alii putant, Cicero firmissimam argumentationem defensoris, et appositissimam ad iudicationem*, clare mihi indicare videntur, Rhetorica Tullii ab eo censeri libros de Inventione, in quibus haec eadem invenies lib. I. cap. 14.: *Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris, et aptissima ad iudicationem*, ubi pro *aptissima* in suis exemplaribus *appositissima* legisse Quinctilianum patet, ut et in Palatino aliisque codd. invenit Gruterus, et in quatuor MSS. Ioh. Mich. Brutus. Idem paullo post cum *Ciceronem in Rhetoricis Hermagoram secutum esse* dicit, libros certe de Inventione innuit*). Sic et lib. II. cap. 16. *Cicero in Rhetoricis etiam, quos sine dubio ipse non probat, finem facit, persuadere;* ubi cogitabat illa lib. I. de Invent. cap. 6.: *Officium autem eius facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionem, finis, persuadere dictione.* Contrarium tamen Fabii testimonio probari volunt, unde liqueat Tullii hoc opus ad Herennium esse, qui Rhetoricos libros Ciceroni excidisse ait
XVIII lib. III. cap. 1. sub finem, sed ab eo damnatos, quia in adolescentia scripti erant. Respexit nimirum Quinctilianus ad locum Ciceronis, in quo ipse lib. I. de Orat. cap. 2. fatetur, *quae pueris aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt, vix hac aetate digna, et hoc usu, quem ex caussis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus*, sed quae verba ad libros de Inventione, quos non absolvit ipse, aut temporis iniuria delevit, si reliquos addiderit, recte retulit Regius, et Seb. Corradus in Quaestura de Cicer. P. II. pag. 255. ubi viros eruditos valde decipi dicit, qui per libros Rhetoricos, quos rudes et inchoatos ipse agnoscit, intelligunt libros ad Herennium, aut eos a Tullio scriptos existimant; quod se probaturum addit, si vel quisquam doctior amplius de eo dubitaret. Male igitur ad Rhetorica Herennio inscripta retulit Beciche-mus, quem sequitur Sinibaldus Antoninus, quamquam de utroque opere Rhetorico intellexisse iam olim videatur Hieronymus, cuius auctoritate plurimos uti in libris his Tullio vindicandis, supra notabam. Ita enim ille lib. I. advers. Rufin. pag. m. 137.: *Lege ad Herennium Tullii libros, lege Rhetoricos eius: aut quia illa sibi*

*) *Significat*, vel *indicat*. Cf. Ruhnken. ad Muret. Var. L. V, 18.

dicit inchoata et rudia excidisse de manibus, revolve tria volumina de Oratore etc. Et Ciceronem ipsum de utroque opere id profiteri, licet perfectiores esse libros Rhetoricos de Inventione censeat, apertius adhuc idem censet Hieronymus in Prooemio Comment. ad Abdiam: *Dicit et Tullius tuus adolescentulo sibi inchoata quaedam et rudia excidisse. Si hoc ille tam de libris ad Herennium, quum de Rhetoricis, quos ego vel perfectissimos puto, ad comparationem senilis prudentiae dicere potuit.* Cuius verba vel ideo adscripsi, quia etiam probant, alterum opus *Rhetoricorum* titulo, non *de Inventione*, olim inscriptum fuisse, adeo ut de eo vix dubitandi ratio sit: licet Graeco *Rhetorices* nomine Ciceronem in ipsis librorum, quos hac de re primum scripserat, titulis usum testetur Quinctilianus lib. II. cap. 14. Sed pace Hieronymi liceat ab eo dissentire, et per libros istos Rhetoricos, quos inchoatos ac rudes sibi adolescentulo excidisse fatetur Cicero, cum Regio et Corrado intelligere solos duos Rhetoricorum de Inventione, in quorum primo cum tradidisset, quo modo argumentationes tractari conveniret, in altero inventa in XIX
unamquamque rem exposuisset simpliciter et sine ullo ornatu, adeo ut in secundo inventa ipsa tradiderit, in primo inventorum expolitionem praeceperit, ceteras orationis partes, quae Oratori necessariae erant, se in reliquis dicturum in fine lib. II. pollicetur; hinc mutato deinceps consilio videtur plerisque opus illud inchoatum destituisse, et a Quinto Fratre rogatus tres illos Dialogorum libros de Oratore elaborasse; qui omnium doctissimi, elegantes, et copiosi sunt, et in quibus se ipsum superasse merito iudicatur. Certe Quinctilianum loco isto non intellexisse libros ad Herennium, sed de Inventione, ab auctore Cicerone postea damnatos, ipse fidem facit lib. III. cap. 6.: *In primo Ciceronis Rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem, cum ita scriptum sit, Negotialis est, in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur: cui diligentiae praeesse apud nos iurisconsulti existimantur.* Quae ipsissima *) verba leguntur lib. I. de Invent. cap. XI. his mox subiungit Fabius: *Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi. Sunt enim velut regestae in hos*

*) *Ipsissimus* ex uno Plauti loco, Trin. IV, 2, 148. affertur; neque ibi de re, sed de persona dictum: *Ergo ipsusne es? Ipsissimus.* Saltem igitur comicae orationi relinquendum.

commentarios, quos adolescens deduxerat, scholae, et si qua est in his culpa, tradentis est. Et paullo post: *M. Tullius non dubitavit aliquos iam editos libros ipse damnare, sicut Catulum atque Lucullum, et hos ipsos, de quibus modo sum locutus, artis Rhetoricae.* Hinc sequitur ultro, Ciceronem ipsum per libros illos Rhetoricos, quos velut impolitum nec satis elaboratum adolescentiae opus repudiavit, solos de Inventione intelligere, et hos ad Herennium Tullio abiudicandos esse, quia ab eo neque ante neque post libros de Inventione scribi potuerunt, quod bene animadvertit Aldus in Praefat. ad Andr. Naugerium. Nam si puer aut adolescentulus duos istos de Inventione tantum inchoavit, rudesque et imperfectos reliquit, quando igitur hos ad Herennium composuit? An puerulus aut infans? Quod adfirmare absurdum esset. *Inchoatos* vero et *rudes* cum testetur sibi libros suos Rhetoricos ex commentariolis formatos excidisse, de opere ad Herennium sane intelligi nequit, quod quatuor libris integris constat, in quibus auctor ille iactat in fine *nihil rhetoricae praeceptionis praeteritum esse.* Si vero eos composuisset ante libros de Inventione, cur igitur nusquam illic eorum meminit, si de eadem arte bis scripserit, aut in Topicis vel Parti-
XX tionibus oratoriis: neque praeterea post libros de Inventione scriptos esse adfirmari potest, ut existimasse videntur illi, qui titulum Rhetoricae veteris operi de Inventione, et Rhetoricae novae libris ad Herennium indiderunt, quia si maturiori aetate doctior eos elucubrasset, politiores sane et magis culti deberent esse, quam libri de Inventione, cum quibus si comparentur hi ad Herennium, licet sua laude non fraudandi, tamen rudiores adparent ac magis ieiuni, neque ullo modo adultae et maturae Ciceronis eloquentiae convenire: multo minus scripti fuerunt post Dialogos de Oratore, qui omnium perfectissimi sunt, aut post librum de Claris Oratoribus, vel Oratorem, de quo ipse testatur lib. VI. ad Fam. Ep. 18. *Se, quidquid habuerit iudicii de dicendo, in illum librum contulisse.* Post illos enim qui ab eodem auctore compositos esse libros ad Herennium somniaret, is profecto, quid lupinis distent aera, discernere nequiret. His vero similibusque artis oratoriae ac rhetoricae operibus promeritus est a veteribus recenseri et in exemplum proponi illorum, qui in sua quisque arte principes exstiterunt. Notabilis est

Vitruvii locus lib. IX. de Archit. cap. 3. *Item plures post nostram memoriam nascentes cum Lucretio videbuntur velut de rerum natura disputare, de arte vero Rhetorica cum Cicerone; multi posterorum cum Varrone conferent sermonem de lingua Latina.*

Deinde *Hermestem*, vel *Hermetem*, quod praeceptorem adpellet hic auctor, quo nomine nullus eo tempore Rhetor fuerit cognitus, iidem Angelius et Becichemus nihil inde probari posse adfirmant, cum Plutarchus, praeceptores Ciceronis praecipuos memorans, addat *et alios*, inter quos hic adolescentiae eius praeceptor *Hermes* referri potest; cuius tamen nomen abest a plurimis codd. MSS. ut de Palatinis, Mediceis, aliisque Italicis Angelius, Gruterus et Gronovius testantur; quod nec in tribus suis Gryphianis codicibus reperit Ioh. Mich. Brutus, neque in sex Leidensibus Cl. Oudendorpius. Frustra enim a Lambino *Hermagoras* reponitur, cuius post Gorgiam Leontinum et Aristotelem meminit Cicero lib. II. de Invent. cap. 6. et 11. et variis in locis Quinctilianus. Illum enim Hermagoram, licet saepe ab eo dissentiat, et antiquiores Graecos secutum esse adfirmant in opere de Inventione, quod etiam ex Victorini expositione passim liquet, ostendit- XXI que Fr. Robortellus in tractatu de Facultate Rhetorica, seu Praefatione ad Ciceronis Rhetoricos libros, quos vulgus, ut ait, de Inventione inscriptos putat: hunc vero Hermetem et recentiores sequi volunt in Rhetoricis ad Herennium, in quorum prooemio lib. I. et IV. indicat se reliquisse illa, quae Graeci scriptores inanis arrogantiae caussa sibi adsumserunt, seque praeter Graecorum consuetudinem aliam viam ingressum, et suis exemplis usum fuisse; et hinc in codd. MSS. hi libri inscribuntur: *M. Tullii Ciceronis novae Rhetoricae Liber I. incipit.* Quod autem *barbarismi* et *soloecismi* voce utatur hic auctor lib. IV. cap. 12. inter argumenta, quibus Ciceronem operis huius scriptorem esse negat, retulit Regius; quia Gellius hac voce neminem eorum, qui integre loquerentur, ante Augusti tempora usum esse tradit lib. XIII. cap. 6. et nullum Latinorum aut Graecorum, qui facundi haberentur, *barbarismum* aut *soloecismum*, sed *barbarum* et *soloecum* dixisse, adfirmat lib. V. cap. 20. Sed hallucinatum esse Gellium recte censuit Becichemus, cum apud Dionysium Halicarnassensem aliosque antiquiores utraque vox occurrat; quem-

admodum e Graecis *soloecismi* voce Aristotelem, Theophrastum, et Chrysippum usos esse docet P. Faber ad Cicer. Acad. lib. II. pag. 320. ed. Davies., et iam e Latinis Lucilium, patebit ex Fr. Dousae ad illum notis pag. 106., quamquam Menagius ad Diog. Laërt. pag. 289. et 290. de *barbarismo* adsentiri Gellio, sed de *soloecismo* aliter censere videatur. Mihi cum aliqua distinctione videtur *soloecum* et *barbarum* dicendum, quando pravum aliquod orationis tortuosae genus damnamus, quae *imparilitas* Asinio Capitoni, *stribligo* Latinis vetustioribus, teste Gellio, dicebatur: sed cum in Eloquentiae praeceptis vitia sermonis enumeramus, *barbarismo*, *soloecismo*, *idiotismo* et similibus veterum exemplo recte uti licere existimamus. Similiter errasse etiam Gellium ostendit Becichemus, cui vox *novissimus* eiusdem monetae esse videtur lib. X. cap. 21. cum tamen saepissime Cicero, Varro, hic ipse auctor, aliique eam adhibuerint. Sed dum Raph. Regium acerrime castigat Becichemus, quia negaverit quemquam fuisse Herennium Ciceroni familiarem, aut usquam memoratum, con-
XXII tenditque eumdem esse, cuius meminit Cicero pro Coelio cap. XI., qui tamen illic *L. Herennius*, non vero *C. Herennius* vocatur, ipse ridendum se propinavit, dum nonnullos ex antiquitate Herennios recensens (quibus plures enumerat Fabricius lib. I. Bibl. Lat. cap. 8. pag. 97.) inter illos, qui tempore Ciceronis fuerunt, memorat etiam Herennium quemdam, cuius mentionem faciat Propertius. Insigne exemplum hic praebet nobis Becichemus, in quam pudendos et ioculares errores incidere possint viri docti, qui vel inemendatis *) editionibus primis vel corruptis veterum auctorum codicibus nimis supine utantur, cum nullius Herennii usquam meminisse Propertium certus adfirmare possim. Sed vitiosis, ut dixi, codicibus deceptus fuit, in animo habens illud Propertii lib. II. El. 18. init.:

Scis, here mi, multas pariter placuisse puellas,
Scis mihi, Demophoon, multa venire mala.

quo in loco *heremi* iunctim, quasi *Heremi*, in multis codd. MSS. exararunt rudes librariorum manus, quomodo et in primis editionibus excusum fuit, unde et in primo Leidensi meoque codice inepta Elegiac' in-

---

*) Vox *inemendatus* ex scriptoribus ecclesiasticis, Hieronymo et Augustino, affertur. Priores non videntur usi.

scriptio est, AD HEREMUM DEMOPHONTEM, vel HEREMIUM, ut de suo libro antiquo testatur Dorvill. in Miscell. Observ. Vol. V. T. II. p. 297., in secundo Leidensi AD EREMUM, in aliis AD HERENNIUM DEMOPHONTEM; quod nomen versus tamen non admittit, nisi *Hereni* pro *Herenni* licentia insolita adripuerit Becichemus. Sed ignoscenda sunt viris eruditis, etiam Becichemo longe maioribus, similia errata, qui saepe ex duabus vocibus in vitiosa, quam adhibebant, editione veteri male coniunctis, in pares impegerunt lapsus *), quemadmodum Ciceroniano illi P. Bembo, ut notavit Voss. II. de Analog. cap. 24., imposuit vetusta Tullii editio Ascensiana, in qua *multismeis doloribus* quum una voce excusum esset, inde *multissimus* formavit, eoque superlativo ipse in Epistolis suis usus est: et magnus Casaubonus corrupta Valerii Flacci editione elusus cespitavit **), dum in eius Argonauticon initio *Phoemonoë* legendum coniecit, quia illic *Phoebemone* editum repererat, iunctis male vocibus, pro *Phoebe mone, si Cumaeae mihi conscia vatis Stat casta cortina domo;* et quae similia alibi viris doctis imprudenter exciderunt.

Inter illos etiam, qui Ciceroni libros hos ad Heren- XXIII
nium abrogarunt, est Angelus Decembrius, unus ex primis illis literarum renascentium Sospitatoribus, iudice Broukhusio ad Tibull. lib. I. El. 4. 77. His enim potissimum argumentis ostendit non esse hoc Ciceronis opus, lib. I. Polit. Liter. cap. 10., ob styli nempe diversitatem, et quod sub finem sine scopo absoluto ***) quaedam aliena sint adiuncta: ut et nonnullos illic periodos, in quibus totius operis, quod Cornificio tribuit, quasi recapitulatio est, spurios notat Gruterus; tum quod in codd. MSS. Ciceroni non semper adnectantur, sed a librariis indoctis adsuti, et propter argumenti vicinitatem aliis Tullii operibus Rhetoricis fuerint adiecti. Fatendum quidem esse, nonnullis in locis quamdam dictionis Ciceronianae similitudinem deprehendi, sed quod ex imitatione ortum esse, recte contendit, ut infinita in

*) *In lapsus impingere* ἄκυρον. Nec neutralis verbi significatio idoneum habet auctorem. **) *Cespitare* verbum per lexica propagatum non habet auctorem, nisi lexicographos, qui illud duxisse videntur ex Serv. ad Aen. XI, 671. ubi *cespitatores equi.* ***) *Sine scopo obsoluto* Belgismus est, eo etiam vituperandus, quod *scopo* pro *consilio* dixit. Dicendum fuit: *consilium nondum exsecutus*, vel *proposito nondum pertractato*, vel *materia nondum exhausta*, vel etinm *re nondum absoluta.*

his loca sunt, quae iisdem fere verbis auctor imitatus est vel descripsit ex libris de Inventione *). Deinde librum de Partitionibus oratoriis etiam Ciceroni adimit, quia si iam ad Herennium scripsisset, frustra secundum laborem suscepisset, quum roganti Herennio familiari et cognato suo, ut colligunt ex lib. IV. cap. 56., respondere potuisset, se iam ei satisfecisse in prioribus libris, ut in dialogis de Oratore et similibus; ex prooemio enim adparere, eum in Herennii gratiam istos libros scripsisse, unde fraudi occasionem cepit impostor. Sed hoc quidem argumentum praeposterum est, si in iuventute hoc opusculum ipsi exciderit, adeoque ante libros de Oratore scripserit. Partitiones vero oratorias levibus nimis coniecturis adductum Decembrium Ciceroni abiudicasse, merito notat Vossius de Nat. Rhet. cap. 13., earum enim Tullium auctorem agnoscit Quinctilian. lib. III. cap. 3. Neque etiam adparere caussam adfirmat Decembrius, cur in libris ad Herennium nullam de instituto suo rationem reddiderit, ut solet in aliis: quod tamen nescio cur adfirmet, quia in prooemiis ante singulos quatuor libros instituti sui rationem satis reddidisse videtur. Meliori denique et omnium optimo argumento rem agit Decembrius, mirum videri, Victorinum in haec Rhetorica ad Herennium, si Ciceronis essent, non aeque commentatum fuisse, ac **) in libros de Inventione, qui iactantur vulgo esse posterio-
xxiv res et perfectiores, nisi forte, ut hoc addam, illa ad Herennium, tamquam iuvenilia et minoris pretii, labore hoc suo indigna censuerit, aut, quod potius mihi videtur, ipse ea Ciceronis non esse iudicaverit. Cur enim in toto illo Commentario ad Rhetorica de Inventione nusquam ad partes vocat aut producit exempla ex libris ad Herennium? quae saepissime illic locum habere potuissent, si eos Tullium auctorem habere credidisset. Quin et duos hos de Inventione seu artis Rhetoricae libros simul cum Victorini Commentis recensens Cassiodorus, nullam tamen Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium mentionem facit in Compend. Rhetoric. pag. 339. [Edit. Gen. Cass. p. 531.] inter Rhetor. Pithoei: *Haec licet Cicero Latinae eloquentiae lumen eximium per*

*) Ostendere conatus est Schuetzius, Ciceronem, quum libros de Inventione scriberet, libros Rhetoricorum ad Herennium in manibus habuisse et multa ex iis descripsisse. Cf. Edit. Sch. Rhet. praef. XVIII, seqq. **) Pone: *atque*.

varia volumina copiose nimis et diligenter effuderit, et in Arte Rhetorica duobus libris videatur amplexus, quorum Commenta a Mario Victorino composita in bibliotheca mea vobis reliquisse cognoscor. Quae verba cum in MS. Palatino legerentur ante Victorini Commentarios, quos Q. Fabio Laurentio codex ille et MS. Coloniensis tribuunt, descriptoris alicuius esse, qui artis rhetoricae epitomen collegit, perperam credidit P. Pithoeus, cuius notam ad init. lib. I. de Inv. exhibuit Graevius: hoc enim ipsum Cassiodori de Victorino testimonium glossator aliquis initio codicis istius praefixerat. Illo autem in loco per *varia volumina* a Cassiodoro intelligi non dubito Oratoriae artis opera, a quibus distinguit Ciceronis artem Rhetoricam, cuius duos cum tantum memoret libros, eos certe indicat, qui de Inventione vulgo inscribuntur, neque quatuor illos ad Herennium Ciceronis esse agnoscit. Et sic ibidem paullo post subiungit: *Libros autem duos Ciceronis de Arte Rhetorica et Quinctiliani duodecim Institutionum iudicavimus esse iungendos.* Aliter enim post varia illa Oratoriae artis volumina sex artis Rhetoricae libros, et ex iis duos a Victorino Commentariis illustratos laudasset: quemadmodum in codice quodam MS., quem nuper oculis lustrabam, sub finem horum Rhetoricorum legebatur: *Ciceronis Rhetoricorum Liber VI. explicit.* Et sic in duobus codicibus Bernensibus dividi hoc opus in VI libros, monet Sinnerus in egregio illius Bibliothecae Catalogo, nuper edito, pag. 336. Istius Marii Victorini Expositionem in Rhetorica Ciceronis, seu in duos hos nobis superstites libros de Inventione, editam inter eosdem Rhetores antiquos Pithoei pag. 79. et seqq. et in maiori Aldina Ciceronis xxv
editione contextui subiectam, quam Graevius etiam addere constituerat, libenter huic editioni cum Marini Becichemi castigationibus, quae leguntur inter eius Quaestiones Epistolicas cap. XVII—XXIX., adiunxissem, nisi me deterruisset voluminis nimium densandi moles, qua editionum novarum pretia incendi *) non facile, ut scis, patiuntur bibliopolae.

Decembrio succedat Franc. Floridus Sabinus, qui lib. I. Lect. Succesiv. cap. 4. posthabita Prisciani et Hieronymi inter veteres, et Vallae ac Politiani inter recentiores, quos errasse censet, auctoritate, ex variis

*) *Incendere annonam* dixit Varro de R. R. III, 2. *Accendere pretium restium* dixit Plin. H. N. XVIII, 25.

horum Rhetoricorum locis, praesertim *) ex initio et
fine operis, ostendit stylum minime Ciceronianum esse;
ipsum Tullium, qui omnia sua artis oratoriae opera
saepe memorat, horum tamen nusqnam meminisse;
Quinctilianum in recensione Rhetorum, qui aetatem
suam antecesserunt, facta Ciceronis mentione, solos in-
dicare libros de Inventione, in adolescentia ab eo scrip-
tos; Victorinum denique non interpretaturum fuisse im-
perfectum opus de Inventione, si integros ad Herenni-
um libros Tullio adscribendos sibi persuasisset. His
aliisque argumentis adfirmat Sabinus, Rhetorica haec
Herenniana Ciceroni non magis convenire, quam gene-
roso, ut ait, equo macilenti asini clitellas; aut illum,
qui cum aliis eiusdem argumenti operibus Tullianis haec
conferat, asinos certe (anseres dixisse mallem) ab olo-
ribus distinguere non posse. Huic adiungendus est Io-
hannes Marius Matius, vel Mattius, Brixianus, qui
Adnotationum in varios Auctores cap. 2. ex aliquot
Quinctiliani locis id praecipue egit, ut ostenderet libros
Rhetoricorum ad Herennium nec Ciceronis nec Corni-
ficii esse: cui quum se opposuisset Antonius Riccobonus,
et pro L. Cornificio pugnasset, defensionem istius Ad-
notationis suae uberiorem inseruit Mattius Libris Opi-
nionum, quae illic legitur pag. 457—471. ed. noviss.
Riccobonus autem comparatis Quinctiliani et huius Au-
ctoris locis ostendere conatus est ea, quae ex Cornificio
adfert Fabius, reperiri in his ad Herennium Rhetoricis;
quae tamen singula loca diligenter et adcurate excussit
Mattius, ut probaret, vel non integre verba Quinctilia-
ni a Riccobono producta fuisse, vel licet Cornificius
etiam Rhetorica scripserit, quod in aperto est, negat
tamen haec eadem illa Cornificii Rhetorica esse, quo-
xxvi niam plurima a Cornificio tradita scribit Fabius, quae
in his libris nusquam exstent. Ponderatis utriusque ar-
gumentis, nullus dubito, quin Mario Mattio album cal-
culum mecum adiecturus sis, neque Ciceroni neque
Cornificio tribuendum hoc Rhetoricorum opusculum ad
Herennium esse; quemadmodum Tullio id etiam abro-
gat, et Cornificio dubitanter adiudicat Demsterus ad
Rosin. Lib. II. cap. 16. pag. 163. *Auctor Rhetorico-
rum ad Herennium, seu Cornificius, seu quilibet alius;
certe Ciceronis non est illud opus.* Sic Lambinus ad

*) Dicendum *maxime*, vel *praecipue*.

lib. II. ad Heren. cap. 16. haesitat an Cornificio sive *) alii cuiquam id dandum sit. Cornificio tamen id quoque adtribuerunt Petrus Victorius, Paullus et Aldus Manutii, Maioragius, Muretus, Sigonius, Barthius in Adversariis, et Glandorpius in Onomastico; aliorum iudicia breviter etiam collegit Heumannus in Schediasm. de libris Anonym. et Pseudonym. p. 149. et 150. ubi inter alia meminit Conr. Sam. Schurfleischii Dissertationis *de auctoritate Rhetoricorum ad Herennium*, editae Witteberg. 1703. qui Riccoboni pro Cornificio certantis sententiam amplectitur, quia dictio et vocabula Rhetoris Herenniani multum a Ciceronis eloquentia distant, licet imitandi industria ei similis esse studuerit, plurimaque ex libris de Inventione descripserit. Ciceroni vel Cornificio dubius adscribit Iac. Gronovius ad lib. IV. cap. 8. *Et iure olim viros doctissimos Ciceroni abiudicasse, ac verosimiliter eos adsignasse Cornificio* censet Graevius initio notar. ad lib. I. qui Cornificium etiam auctorem facit ad lib. I. cap. 14. fin.; nam manum eius aberrasse puto, cum Herennium vocat auctorem ad lib. II. cap. 4. pag. 56. Sed virorum doctorum auctoritates non adnumerandae sunt, prae quibus apud me praevalent **) argumenta Mattii, qui ostendit ea, quae ex Cornificio adfert Quinctilianus, et in hoc libro nusquam leguntur, desumta esse ex alio, quod periit, Cornificii opere Rhetorico: nam licet pauca producat Fabius, tamquam Cornificii, quae forte ***) etiam in his occurrant †), id certe non probat, illum huius quoque foetus parentem esse, cum saepissime eadem praecepta et exempla apud diversos Grammaticos et Rhetores tradantur, ut vel ex eiusdem Quinctiliani loco patet lib. IX. cap. 3. p. 808. de Carthaginiensibus Romanorum hostibus, si conferatur cum lib. IV. ad Heren. cap. 14. unde tamen minime colligendum sit, eosdem et horum et illorum XXVII
operum auctores esse; quae argumentandi ratio si reciperetur, nihil certius adfirmari posset, quam Ciceronem utriusque huius Rhetorici operis auctorem esse, quia

---

*) *An — sive* in disiunctione putidum; neque aliter voluisse scriptorem conformare orationem probabile est. **) *Praevalere* licet non Ciceronianum, probum tamen et apud Livium, qui in praef. totius operis participio utitur, et apud Catullum VI, 12., qui habet impersonale *praevalet*, praeterea apud Velleium, Columellam, Plinium maiorem aliosque obvium. ***) *Fortasse*. †) *Inveniantur*.

passim et ubique similia iisdem fere verbis exposita, iisdemque exemplis illustrata inculcantur praecepta, totis saepe paginis ne mutatis quidem. Sed unde mihi saniori argumento videtur constare, Ciceronis non esse Rhetorica ad Herennium, quorum auctor illa, quae eadem occurrunt *) in opusculo de Inventione, potius imitatus est vel descripsit ex illis Ciceronis libris, quum non verosimile sit, Tullium de eadem arte geminum opus scripsisse, quorum alterum ab altero vix differat, neque ulterius progrediatur, sed similia fere, ut dixi, praecepta et exempla proponat, adeo ut in utroque opere passim eadem plane docuerit, ne verbis quidem variatis aut ordine immutato. Ex innumeris locis sufficiat unus speciminis caussa ex lib. I. ad Herenn. cap. 2. *Oportet igitur esse in Oratore inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, et pronuntiationem. Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quae caussam probabilem reddunt*, et seqq. quae iisdem verbis etiam occurrunt **) lib. I. de Invent. cap. 7. Et haec quoque sua fecit Alcuinus ***) Dialog. de Art. Rhet. pag. 360. quibus infinita ex aliis Rhetoribus addi possent, in quibus alter alterum presso pede sequitur, vel totidem verbis describit. Sic conferenda sunt, ut plurima alia praeteream, loca ex lib. II. ad Heren. cap. 22. 23. 25. et 26. cum lib. I. de Inv. cap. 45. 48. 49. et 50. in quibus eadem poëtarum veterum testimonia ita adferuntur, ut pateat unum alterius opus ante oculos habuisse; quemadmodum auctor, ad Herenn. lib. II. cap. 27. *uti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia cum de Musica inducta sit, disputatio in sapientiae rationem et virtutis utilitatem consumitur*. Haec enim mutuatus est ex illis, quae breviora occurrunt †) apud Ciceronem lib. I. de Inv. 51. *item apud Pacuvium, qui vituperata Musica sapientiam laudat*. Sed et ††) nonnumquam in utroque opere contraria aut dissimilia inveniuntur, quae eumdem scriptorem abnuant; ut auctori ad Herenn. lib. I. cap. 3. *genera caussarum sunt quatuor, honestum, turpe, dubium, humile*. Sed apud Cic. lib. I. de Inv. cap. 15. *genera caussarum sunt quinque, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum*. Quae

---

*) *Inveniuntur, habentur.* **) *Leguntur.* ***) Verborum ordo inconcinnus; *quoque* enim non suo loco positum. Scribendum fuit: *Et Alcuinus quoque haec sua fecit* cet. †) *Habentur, sunt.* ††) *Sed etiam.*

descripsit idem Alcuinus Dialog. de Art. Rhet. p. 368. xxviii *Quot sunt caussarum genera? quinque: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum.* Sic lib. I. ad Herenn. cap. 9. sub finem, auctor ille testatur, quae in praecedentibus dicta erant, sibi constare cum reliquis artis scriptoribus, sed de insinuationibus se nova excogitasse, quas solus praeter ceteros in tria tempora divisit, ut certam viam et perspicuam rationem exordiorum traderet; ista vero divisio insinuationum in tria tempora ibidem cap. 6. amplius describitur, quae conferenda cum lib. I. de Inv. cap. 17., ubi *tres caussas* Cicero vocat, quae auctor Herennianus *tria tempora*, in quae se primum insinuationes distinxisse scribit, unde etiam colligi potest, diversos utriusque opusculi auctores esse. Quae vero auctor ad Herenn. lib. II. cap. 30. praecipit de indignatione per decem locos communes artificii rhetorici commovenda, ita defloravit*) ex lib. I. de Inv. cap. 53. et 54.**), ut in decem istis locis communibus tractandis Ciceroni quidem adhaereat, sed nonnulla tamen amplioribus verbis extendat, vel in breviora contrahat, reliquos vero quinque locos a Tullio additos omittat, ut dissimilis adpareat, sed in cap. 31., de misericordia commovenda agens, eadem fere habet, quae lib. I. de Inv. cap. ult. occurrunt***), dictumque illud vetus, *nihil lacrima citius arescere*, sine auctore adfert, quod Apollonio Rhetori adscribit Cicero, a quo desumsisse Cornificium notat Cresollius Vacat. Autum. lib. III. p. 687., cum praecipit: *Commiserationem brevem esse oportet; nihil enim lacrima citius arescit.* Sunt autem haec ipsa verba auctoris ad Herennium d. l. quae Cornificio tribuit Cresollius, quem supine descripsit Pareus ad Quinctil. lib. VI. cap. 1. p. 507., ubi dictum illud sine auctoris indicio Fabius profert. His plura similia passim deprehendent illi, qui adcurata lectione singula artis Rhetoricae praecepta scriptoris utriusque component, quae vel plane eadem sunt, ubi praeceptor Herennianus Tullium sequitur ac describit, vel dissimilia, quando ab eo dissentit ipse, aut aliorum vestigiis insistit.

---

*) Incertae auctoritatis vocabulum. Nec pro eo, quod est *decerpere* dictum esse videtur, licet *defloratio* hoc sensu apud Tertullian. advers. Val. 12. **) Supra iam monitum, ex Schuetzii sententia non auctorem ad Herennium Ciceronis Rhetorica s. libros de inventione compilasse, sed potius Ciceronem libros ad Herennium adhibuisse, quum de inventione scriberet. ***) *Leguntur.*

Sed praecipue ex diligenti utriusque auctoris comparatione, singulorumque capitum collatione, in quibus eadem traduntur praecepta, plurima ex scripturae varietate indagari possunt a Criticis ad lectiones veras in alterutro scriptore stabiliendas vel falsas reiiciendas,
xxix quod frequentius a viris doctis factitatum vellem; quemadmodum d. l. lib. I. ad Heren. cap. 8. legendum esse: *Illud genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festivitatem, animorum dissimilitudinem, gravitatem, lenitatem, spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem, errorem, misericordiam, rerum varietates*, etc., constabit ex comparatione lib. I. de Inv. cap. 19. prope finem: *Hoc in genere narrationis multa inesse debet festivitas, confecta ex rerum varietate, animorum dissimilitudine, gravitate, lenitate, spe, metu, suspicione, desiderio, dissimulatione, errore, misericordia* etc., unde patet, male viros doctos primo in loco *levitatem* praetulisse, et *errorem* expunxisse, nisi *levitate* altero in loco reponi praestet, ut *gravitati* opponatur. Istius generis plurima a me observata addi possent, si huius, quod nunc agimus, instituti essent.

Ab his vero, qui Lucio Cornificio Seniori, eidem, qui in bello civili Iulii Caesaris Quaestor et pro Praetore missus fuit in Illyricum, hos ad Herennium libros adiudicant, in diversa abit Ger. Ioh. Vossius de Nat. et Const. Rhetor. cap. XIII., cui varias virorum doctorum hac in re opiniones breviter recensenti magis credibile fit, esse L. Cornificium prioris Cornificii filium, qui Caesaris Octaviani partes secutus Brutum Iulii Caesaris percussorem pro tribunali accusavit, et Octaviani Triumviri favore Consul fuit A. V. C. DCCXIX. Sed docendum fuisse Vossio existimamus, Cornificium hunc filium inter Rhetores vel artis Rhetoricae praeceptores ab aliquo veterum, Quinctiliano aut Suetonio, laudari; quo eodem argumento refutat Nascimbenium, qui in Comment. ad lib. II. de Invent. hoc opus largiendum coniecerat Laureae Tullio, Ciceronis liberto, qui et ipse Ciceronis nomine audit *), et cuius exstat nobis Epigramma in Academiam, Ciceronis villam, quod edidi lib. II. Antholog. Lat. ep. 156. Et hinc in aliam

*) *Alicuius nomine audire* pro *appellari*, non dici posse puto. Horatius quidem Ep. I, 7, 37: *rexque paterque Audisti coram nec verbo parcius absens;* sed hoc aliter conformatum.

potius coniecturam deflectit Vossius, esse Tullium Tironem, Ciceronis etiam libertum, quia hunc inter Rhetores illius aevi nomen habuisse, ex Plinio constet, qui lib. II. Hist. Nat. eius meminit, quemque inter Rhetores claros retulerat Suetonius, ut ex Indice Achillis Statii patet, ubi post M. Fabium Quinctilianum ultimus illorum, quorum vitae a Suetonio descriptae perierunt, vulgo recensetur IUL. TITO, sed pro XXX
quo TUL. TIRO legendum censent. Sub huius nomine circumferuntur hodie Notae scribendi compendiariae in fine Gruterianarum Inscriptionum: illius saltem quasi auctoris titulum iis praefixerunt, quia notas has primum commentum esse M. Tullium Tironem scribit Hieronymus in Chronic. Euseb. pag. 156. ed. Scalig. Nonnulla quoque eius scripta de Usu et Oratione Linguae Latinae, Epistolae, Pandectae de variis Quaestionibus, a Gellio, alia a Plutarcho memorantur; vide notas ad Gellium lib. IV. cap. 10. Id certe probabilius mihi adpareret, si quid in his divinando adsequi fas sit, quam quod nonnulli de Ciceronis filio somniarunt. Sed quem Tullii filium intelligant, in ambiguo relinquunt *). An illum, quem secum de ratione dicendi disserentem introduxit et instruit in Dialogo Partitionum oratoriarum? Hinc forte haec opinio nata fuit. Eumdem opinor, quem Trebonius Ciceroni scribit lib. XII. ad Fam. Ep. 16. se Athenis vidisse *deditum optimis studiis, summaque modestiae fama.* Quae ad filium M. Tullium referenda, cui libros de Officiis inscripsit; sed hunc Athenis a Gorgia rhetore voluptatibus et comissationibus corruptum a patre degenerasse constat, ideoque id vel solo Senecae refutatur testimonio, qui Marcum Tullium *nihil ex paterno ingenio habuisse praeter urbanitatem, cuique natura memoriam demserat, et ebrietas, si qua ex ea supererat, subduxerat* **), scribit Suasor. VII. circa finem. Vide de eo Corradi Quaestur. p. 275. et seq. Neque facile quemquam opinor amplexurum esse sententiam illorum, quibus referenda haec Rhetorica Herenniana

*) Facile aliquis possit suspicari, Burmannum duo Ciceroni filios hic tribuisse. Sed videtur Ciceronis filium bonae spei plenum ab eodem, qui postea degeneraverit, distinguere voluisse. *S.* Id vero sequentia apertissime docent. **) Meras has malivolorum calumnias fuisse bene docuit Middletonus in vita Ciceronis tom. III, p. 360. seqq. ed. Bas. *S.*

videntur ad M. Gallionem, quia hunc inter Rhetores
reponit Seneca, itidem rhetor, et auctor Dialogi de
claris Orat. cap. 26., qui tamen dum *calamistros Mae-
cenatis et tinnitus Gallionis* reprehendit, illum inter
tumidos et Asiaticos Rhetores reponit. Sic Iul. Caes.
Scaliger lib. III. de Re Poët. cap. 31. et 34. quae ex
libris ad Herennium adfert, Gallioni tamquam certo
auctori adscribit. Et Aldus Manutius in Praefatione ad
Naugerium aliorum fide narrat, in codice quodam MS.
antiquissimo, qui Romae in Bibliotheca Palatina ex-
stare dicebatur, titulum hunc fuisse: M. Gallionis
Rhetoricorum ad C. Herennium liber primus, sed
deletum Gallionis nomen, ita tamen ut legi posset,
et pro eo, ut falso ac supposititio, T. Ciceronis su-
xxxi perscriptum fuisse, licet ipse de rei veritate dubitet.
Gallionem hunc eumdem censet Aldus, ad quem exstat
Ovidii Epistola in Ponticis lib. IV. Ep. XI. sed in
qua Elegia nihil occurrit, unde a rhetorices studio
commendetur Gallio, cum ceteroquin Ovidius non
omittat illas studiorum partes, quibus amici praecipue
excelluerunt, ut observat Patruus ad Quinctilianum
p. 218. Quem vero M. Gallionem innuant *) Scaliger
aliique, haereo. Gallio enim ille, qui frater Senecae
Philosophi et Lucani patruus fuit, antea M. Annaeus
Novatus, non M. Gallio, sed Iunius Annaeus Gallio
dictus fuit, postquam a Iunio Gallione adoptatus esset.
De quo plura notavi ad lib. III. Anthol. Lat. ep. 155.
Sed neque ad illius aetatem hoc opus demittendum esse
arbitror, neque ad illum Gallionem, quem sub Patris
Gallionis nomine, ut ab alio distinguat, inter celebres,
qui tempora sua antecesserunt, Rhetores enumerat
Quinctilianus lib. III. cap. 1. circa finem: *Scripsit de
eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius,
nonnihil Pater Gallio: accuratius vero priores Gallione
Celsus et Lenas, et aetatis nostrae Virginius, Plinius,
Rutilius.* Vides Quinctilianum adfirmare, patrem Gal-
lionem tantum *nonnihil* de arte Rhetorica scripsisse,
cuius operam huic arti impensam valde tenuem fuisse
oportet, quia post *non pauca Cornificii*, et *aliqua Ster-
tinii*, tamquam minoris adhuc et levioris curae laborem
subiungit, *nonnihil Pater Gallio.* Sed eo priores Cel-
sum et Lenam adcuratius hanc materiam tractasse; un-

*) *Intelligant.*

de iustam coniecturam capio, neque illi Gallioni Patri, qui perfunctoria adeo cura nonnihil de hac arte commentatus est, tribui posse operosiores hos quatuor libros Rhetoricorum ad Herennium, quem illius Gallionis aevo vixisse etiam probandum esset; neque alii eiusdem nominis Gallioni adiudicandos, quem Senecae Philosophi fratrem, Rhetoris vero filium faciunt nonnulli, qui illius cum laude meminit in prooemio lib. III. et V. Controvers. et alibi. De eo vide A. Schotti Catalog. Rhetor. apud Senec. in *Iunio Gallione* pag. 16. ubi inter alia addit: *Huius Gallionis esse Critici quidam existimant Rhetoricorum ad Herennium libros, quos Cornificio Quinctilianus, M. Tullio Hieronymus adtribuunt.* Schottum vero cum Deltio mire fluctuasse in distinguendis Gallionibus, ad illum Fabii locum Patruus meus notavit.

Ceterum haec omnia hactenus enumerata cum ad- XXXII
modum controversa sint et incerta, mihi persuasissimum est, ultro Te, SWEERSI politissime, concessurum, verum horum Rhetoricorum ad Herennium auctorem ignotum nobis latere, quem Ciceronem ipsum esse qui negant, iis me accedere profiteor. Becichemo enim et Sinibaldo Antonino nequaquam adsentiri possum, qui, ut Ciceroni hos libros adversus Raph. Regium vindicent, pro sententia sua praecipue adferunt, et in prima acie collocant illa, quae occurrunt *) lib. I. cap. 12.: *Tullius heres meus Terentiae uxori meae XXX pondo vasorum argenteorum dato quae volet,* in quibus verbis quum a se ipso exemplum ducere videatur Cicero, illius igitur id opus esse, contendunt. Regius vero inde νοθείας **) argumentum deducit, quod si in adolescentia hos libros sibi excidisse fateatur ipse, pateat inde falsitas tituli, quia tunc nondum uxorem Terentiam duxerat, aut filium Tullium procreaverat. Certe probandum fuisset Becichemo, et Sinibaldo Antonino eius vestigia prementi, Ciceronem valde iuvenem ante hos artis Rhetoricae libros a se conscriptos Terentiam in matrimonio iam habuisse, ac Tullii patrem fuisse, qui demum ei natus fuit, quum annum aetatis quadragesimum tertium ageret; vel si praecepta haec Rhe-

*) *Leguntur.* **) Legitur in Editione Batava νοθησίας; haud dubie culpa operarum. Schuetzius in Praef. ad Cic. opp. omn. p. XLI. edidit νοθείας; recte, non est aliud vocabulum, quod hoc loco ponere potuisset scriptor.

torica adolescens quidem in Commentarios coniecerit, ea tamen maturiori aetate edidisse, hac uxore iam ducta. Tullium enim haec in adolescentia scripsisse aut edidisse, refutat ipsum operis initium, ubi se negotiis familiaribus ita impeditum dicit, ut vix satis otii studio eloquentiae sibi superesset, quod in philosophia libentius consumere consueverat, cui non nisi senior operam dedit: quae ostendunt virum natu grandiorem non vero adolescentem loqui, ideoque haec Ciceroni non convenire, qui Rhetoricos libros rudes et inchoatos sibi adolescentulo excidisse queritur. Et hoc praecipue inter illa, quibus Ciceroni abrogat hoc opus, urguet Iacobus Proustius, initio notarum in usum Delphini editarum, qui partim ex vocabulis durioribus et nonnullis, ut ait, absurdis, puerilibus, et a libris de Oratore discrepantibus, in illorum partes etiam transit, qui Cornificio tribuunt, cuius nomen titulo inscripsit, quod propter Quinctiliani auctoritatem non firmo admodum talo inniti, iam supra satis dictum est; cumque
XXXIII in libris ad Herennium et de Inventione plurima persimili tractentur modo, existimat Cornificium hortulos suos ex Ciceronis fontibus irrigasse, vel utrumque Rhetoris alicuius antiquioris Hermetis aut Hermagorae rivulos fuisse consectatum. Sed eo decurrere vix necesse videtur, quia de Hermete isto Rhetore, et auctoris huius praeceptore, res valde incerta est. Mihi tamen, ut ad Terentiam Ciceronis uxorem, filiumque eius Tullium revertar, alio argumento, quam quo fecit Regius, hic utendum videtur, ut illa, quae a Becichemo et Simbaldo Antonino ei obiecta sunt, amoveamus, nimirum aut mentionem uxoris Terentiae et filii Tullii parum probare, Ciceronem ipsum operis huius auctorem esse, quia more Grammaticorum vel Iurisconsultorum (nam loquitur illic de filio, quem paterfamilias heredem fecit) generalia haec tantum et vaga nomina sint, quibus uti liceat cuicumque Grammatico aut Rhetori, adhibito tantum nomine proprio uxoris et filii inter antiquos notioris, quemadmodum saepe apud Iurisconsultos: *Titius filius meus heres esto; si moriatur, antequam pubes factus sit, tunc Seius heres esto. Titius heres esto; si hereditatem non creverit, Maevius heres esto*, et similia tritissima. Vel, quod mihi verosimilius adparet *), iis in verbis *Tullii*

*) *Videtur* dicendum. Nam *apparere* est *manifestum esse* et *evi-*

ac *Terentiae* nomina intrusa fuisse ab impostoribus, ut eo magis operi huic Rhetorico ea arte quasi et fuco illustre Ciceronis nomen inscriberent; idemque dicendum coniicio de *Tusculani* mentione, quam pro sua opinione non adduxisse Beciehemum, equidem miror, lib. IV. cap. 50. fin. *Tametsi in Tusculano quidem coepi insanire, et in iisdem fundamentis aedificare.* Vel adfirmari etiam potest *Tusculanum* in genere sumi pro quavis villa elegantiori in agro Tusculano sita, qui praediis superbissimis erat quasi consitus; unde et *Tusculanum* pro villa quacumque magnifica dicitur; vid. Hotoman. ad Cic. IV. Verr. 57. p. 278. Vel denique locus hic nonnihil favere posset sententiae Vossii, Tullium Tironem divinantis, ut hic Ciceronis libertus loqui videatur, dicatque se aedificare in iisdem fundamentis villae incensae, quibus antea Cicero ipse inaedificaverat: licet prius malim, quia non constat, Tironem post obitum Ciceronis possessorem eius villae fuisse, sed Antistium Veterem, ut patet ex Epigrammate supra indicato. Ne autem temere coniecisse XXXIV videar, quae de Terentia coniuge ac filio Tullio, ab auctore operis ad Herennium memoratis, modo dicebam, erunt, ni fallor, manifestiora, si conferantur cum alio loco ex libris de Inventione, ubi eodem exemplo utitur Cicero, sed omisso utroque nomine proprio. Ipsa verba lib. I. ad Herenn. cap. 12. sic occurrunt *): *Paterfamilias quum filium heredem faceret, testamento vasa argentea uxori legavit hoc modo:* TULLIUS HERES MEUS TERENTIAE UXORI MEAE XXX PONDO VASORUM ARGENTEORUM DATO QUAE VOLET. *Post mortem eius vasa pretiosa et caelata magnifice petit mulier. Tullius se, quae ipse volet, in XXX pondo ei debere dicit.* Haec, inquam, verba comparanda sunt cum similibus, quae leguntur lib. II. de Invent. cap. 40.: *Paterfamilias quum filium heredem faceret, vasorum argenteorum centum pondo uxori suae sic legavit:* HERES MEUS UXORI MEAE VASORUM ARGENTEORUM PONDO CENTUM, QUAE VOLET, DATO. *Post mortem eius vasa magnifica* (leg. *magnifice*) *et pretiose caelata petit a filio mater. Ille se, quae ipse vellet, debere dicit.* Hic nimirum rogatos ve-

---

dens. Proinde dici quidem potest: *Hoc verosimilius esse apparet*, nec tamen: *Hoc mihi verosimilius apparet.* Neque facile invenietur, qui veterum ita dixerit.

*) *Sic leguntur.*

lim illos, qui ex verbis istis prioris loci ad Herennium, *Tullius heres meus Terentiae uxori meae* etc. defendere conantur, Ciceronem ipsum operis auctorem loqui, cur igitur non scripserit: *paterfamilias quum filium heredem facerem, vasa uxori legavi hoc modo* etc. et quomodo haec scribens, dum viveret, potuerit addere, quae se defuncto inter uxorem filiumque acta fuerint: *Post mortem vasa petit mulier, Tullius ei se dare dicit;* quae certe ridicula et absurda sunt, nisi quis argutari velit, verbis istis *Post mortem* etc. poni tantum a scriptore vivente casum *), qui post mortem suam locum posset habere. Sed cur, quaeso, in opere de Inventione, quod Ciceroni ut genuinum adscribitur, nomina propria absunt, *Heres meus uxori meae dato* etc., et in altero ad Herennium, quod vel iuvenem scripsisse volunt, antequam maritus aut pater esset, vel penitus ei abiudicatur, inserta adduntur coniugis ac filii nomina, *Tullius heres Terentiae uxori meae* etc., unde clarissime liquere arbitror, vel interpolata a mala manu esse haec nomina, vel alium ac diversum a Cicerone, et quidem eiusdem aevi aut paullo post
xxxv illius obitum viventem scriptorem loqui, sed ex consuetudine veterum artis rhetoricae et oratoriae magistrorum in eiusmodi argumentorum exemplis frequentata uti tantum his uxoris, filii, et alibi villae Tusculanae nominibus propriis, a celebri et illustri oratore Cicerone desumtis, tamquam loqueretur ipse. Illius igitur aevo proximum esse Grammaticum vel Rhetorem, adfirmare ausim, sive cum Vossio Tullium Tironem, Ciceronis libertum, sive quod tutius videtur, incertum esse scriptorem, de quo nihil aut parum nobis constet, quia plura eius opera hodie non supersunt, sed Ciceronianae tamen, ut dixi, aetatis statuamus. Quod vel hinc, ut alia omittam, colligi posse opinor, quia omnia virorum in Rep. Rom. illustrium, quorum mentionem facit, exempla, et poëtarum veterum, quae adfert, loca, ad Augusti aetatem non extendantur; neuter enim ullius Caesariani vel Augustei aevi poëtae usquam meminit, aut exemplum historicum istius temporis adfert. Cui sententiae ne quis obiiciat illa, quae leguntur lib. IV. cap. 1.: *Etenim cum possimus ab Ennio sumtum aut a Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia, illa relinquere, et ad sua devenire.* Neque enim ultima loci huius verba indicant auctorem multis

seculis ita distantem a Gracchi et Ennii exemplis, ut ad inferiora deiiciendus sit tempora, cum sic Cicero ipse potuisset loqui, adeoque et alius aetate ipsi compar, unde patet, ea referri posse ad aevi a Ciceroniana aetate non remoti exempla, a quibus abstinuisse videtur, ut Quinctilianus lib. III. cap. 1. etiam testatur, se pepercisse nominibus et exemplis viventium, quia venturum erat *) laudi eorum tempus, quum ad posteros virtus duret, neque invidia perveniat: quam caussam etiam esse existimo, cur auctoritate et exemplis Ciceronis, cuius recens nimis erat memoria, non utatur hic auctor, vel eodem tempore vel paullo post eius mortem scribens, quod ceteroquin posterioris aevi Rhetoribus et Grammaticis frequentiori in usu est, ut Quinctilianus aliique passim fecerunt; nisi dicamus, Ciceronis mentionem dissimulasse hunc scriptorem, quia illius de Inventione libros passim descripsit. Et his quidem argumentis alios hactenus usos ignoro, quemadmodum viris doctis inter illa, quibus Ciceroni recte
hos libros adimunt, observatum dubito, auctorem XXXVI
hunc aliud opus suum *Artis Grammaticae* memorare lib. IV. cap. 12.: *Haec qua ratione vitare possimus, in Arte Grammatica dilucide dicemus;* ut pro *discemus* ex MSS. praeferunt Gruterus et Graevius, qui recte notat *dilucide discere* locutionem Latinis ignoratam, sed *dilucide dicere*, vel *docere*, usitatissimam esse. Sic enim et lib. I. cap. 17. *Sedulo dedimus operam, ut breviter et dilucide, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus.* Ita *rem dilucide narrare* lib. I. cap. 9. et *dilucide loqui* lib. II. cap. 2. *In primo libro loquuti sumus de exordio* etc. *nec pluribus verbis, quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam te velle existimabamus.* Lib. I. de Inv. c. 33. *Sed quia non satis alicui videbitur dilucide demonstratum,* et alibi. An igitur hi ad Herennium libri auctorem habent Ciceronem? cuius opus *Artis Grammaticae* ignotum penitus est, neque enim ita deperditum illud facile existimandum est, ut nulla scripti huius Grammatici Ciceroniani superessent vestigia inter Fragmenta illorum, quae amisimus, aut nusquam eius apud aliquem Grammaticorum veterum exstaret mentio.

---

*) Rectius *esset*, ut in oratione obliqua. Melius etiam *suum tempus*, quod Quinctilian. l. c. posuit.

Sed iam diutius forte *), quam fas erat, de auctore horum ad Herennium Rhetoricorum Tua tempora me moratum fuisse vereor, Amplissime Sweersi, quae Ciceroni perperam adscripta esse, Te mihi adsensurum non dubito, meque satis ex voto refutasse argumenta illorum, qui vel Tullio, vel Cornificio, vel alii cuicumque scriptori, levibus nimium coniecturis innixi, ea adsignarunt. Reliquum igitur Tibi videbitur esse, ut verum ac genuinum Rhetorici huius foetus parentem indagatum a me, certisque notis et indiciis probatum exhibeam, quod iure Tuo exigere posses. Id qui praestare valebit **), magnum mihi Apollinem fore agnoscam, partim quia nulla Rhetorum vel Grammaticorum veterum nobis supersunt monumenta, quae eumdem vel similem auctorem prodant aut demonstrent, partim quia non alia huius scriptoris ad posteritatem pervenerunt opera, e quibus res ad liquidum deduci possit. Ciceronem sane ipsum non esse, sed Ciceroniano tamen aevo vixisse, vel paullo post eius obitum haec literis mandasse, ac proinde ad inferiora tempora minime detrudendum esse, non infirmis rationibus me ostendisse opinor; sed nomine suo auctorem ignotum
XXXVII e situ excitare, atque ex tenebris hisce in lucem protrahere, cum a quoquam fieri posse desperem, sanius et modestius videri, ut ignorantiam candide profiteamur, quam vagis vel temerariis coniecturis et hariolationibus orbi erudito illudamus, mecum iudicaturum Te auguror. Hac igitur parte deficere et claudicare malo hanc qualemcumque nostram commentationem, quam operam me ludere, et irritum laborem perdere; quapropter *faciliorem mihi veniam deprecationis arbitrabor fore,* ut fere cum Quinctiliano prooem. Inst. Orat. loquar, *quod, cum inter diversas et quasdam etiam inter se contrarias virorum eruditorum opiniones difficilis esset electio, si non inveniendi nova, at certe de illis iudicandi, partes mihi sumserim.* Quod si Musis non omnino aversis mihi successisse censueris, de aliorum suffragiis, benevolis an iniquis, minus sollicitum me reddes. Ad alteram itaque Epistolae huius partem, sed multo breviorem, qua novae huius editionis rationem Tibi me redditurum promisi, accedo.

Quam sub exitum seculi proxime elapsi egregiam Ciceronis editionem, suis et optimorum commentato-

*) *Fortasse.* Sed melius etiam: *Sed iam diutius, opinor.* **) *Poterit.*

rum animadversionibus instructam, inchoavit Celeberrimus *) Ioh. Georg. Graevius, ad finem a viro praeclaro non fuisse elaboratam, merito dolemus. Nam Epistolas tantum ad Familiares et Atticum, libros de Officiis, Catonem Maiorem, Laelium, Paradoxa et Somnium Scipionis, tum Orationum Volumina absolvisse eum non nescis; obstante fato, ne et reliquis primam admoveret manum, aut supremam imponeret: quorum tamen nonnulla notis suis adornata et editioni parata reliquisse, et iam typographo suo commisisse Graevium suspicor, quae aliquamdiu illic delituerint, et post utriusque obitum alio, ni fallor, aberraverint. Illam certe sortem subiisse ineditas hactenus **) has in libros IV. Rhetoricorum ad Herennium, et in partem Librorum de Inventione, mihi patuit ex schedis earum autographis, quas duobus fasciculis comprehensas ante paucos abhinc annos quum venales nostra in urbe exponi viderem ab obscuro quodam vilium libellorum tabernario inter nescio quas futiles quisquilias, nihil cum literata eiusmodi merce commune habentes, quibus loco non suo sed valde alieno immixtae vagabantur, eas iure emtionis adquisitas ab interitu vindicaveram. XXXVIII
Sed ne solus invento hoc thesauro fruerer, illas in publica rei literariae commoda typis describendas, et Graevianam Ciceronis editionem, insertis aliorum notis illum in modum, quo Graevius ipse priora curaverat, et haec quoque in schedis suis digerenda notaverat, hoc volumine augendam esse existimavi, praesertim cum Rhetorica ad Herennium, et de Inventione, non edita fuerint a viris inter Anglos eruditissimis, Daviesio, Pearcio, Th. Bentleio, Toolyo et Cockmanno, qui Graevianae editioni reliqua Ciceronis opera et curas succedaneas ***) eadem forma addiderunt; ratus me gratiam non exiguam ab elegantiorum literarum cultoribus hoc munere initurum, simulque operam non inutilem, neque a statione mea publica alienam navaturum studio eloquentiae, cuius egregia praecepta uterque hic libellus complectitur.

*) *Celebris* apud melioris aevi scriptores vix aliter, quam de hominum frequentia. Atque ita apud *Ciceronem* de amicit. 12. *celeberrimi dies* dicuntur ab hominum frequentia celebratissimi. *Plinius* autem 24, 17, 7. *celeberrimum arte Grammatica* dixit. Poetae pro *crebro* usurpasse inveniuntur.

) *Hucusque* vel *adhuc*. *) *Curas succedaneas* quo sensu h. l. dixerit Burmannus, incertum. *Culpae, periculi succedaneum*

Contextum illorum Ciceronis operum, quae ipse edidit Graevius, ad splendidam et emendatissimam Petri Victorii editionem, quae Florentiae apud Iuntas an. CIƆIƆLXXI. prodiit, et hodie rarissima atque in paucorum manibus est, conformavit. Victorio enim prae ceteris salutem vitamque debet Tullius, adeo ut eius sospitator dici mereatur. Non tamen religioni duxit Graevius, aliquando ab ea recedere, ubi vel sana ratio, vel codicum praestantissimorum auctoritas id suaderet. Haec vero opuscula Rhetorica ad sex codices antiquos recensuit, quorum Erfurtensis omnium optimus et veterrimus est, cuius ope plurimas labes, quae praecedentes foedaverant editiones, etiam aliis Ciceronis operibus feliciter abstersit. Illius codicis usum habuit a Fred. Bened. Carpzovio, Senatore Lipsiensi doctissimo, et Ioh. Tentzelio, ducum Saxoniae domus Gothanae Historico, scriptisque eruditis claro. Vid. Neocori et Sikii Biblioth. Nov. Libror. T. V. p. 688. et 689. ubi Orationum editio Graeviana recensetur. Alter est Duisburgensis, quem olim Fr. Fabricii fuisse, toties Grutero laudatum, putat ad lib. II. cap. 16. pag. 87. Deinde Puteaneum, Cauchianum, suum quoque codicem, et praecipue Pithoeanum, adhibuit, quorum primus a Claudio Puteano, eruditione et honoribus illustri quondam inter Gallos viro, secundus a Ioh.
XXXIX Cauchio, Ultraiectinae olim civitatis ornamento insigni, quartus ab egregio illo et de literis tam praeclare merito Petro Pithoeo nomen habet. Ab Eduardo nempe Bernardo, Oxoniensi, non vulgaris doctrinae viro, habuit exemplar editionis Argentoratensis Lambinianae, in qua Pithoeus Orationes et alios Ciceronis libros cum membranis manu exaratis contulerat, et minoris Gryphianae an. 1550., cuius margini idem adnotaverat varias lectiones ex duobus MSS. excerptas, inter quos codices optimus erat, cum quo Gryphianam composuerat *); ut discimus ex Graevii praefationibus

protulisse inveniuntur ICti de eo, qui pro alio succedit culpae, periculo. Contra Iustinus 28, 6, 2. *succedaneum regi* dixit, qui submissus fit regi, foedere vel pacto aliquo; hoc est qui inferioris fit dignitatis et quasi secundus ab illo, potestati fortasse etiam subiectus. Essent igitur *curas succedaneas* notae viliores et minoris pretii. Sed Burmannus videtur proprie dixisse *curas succedaneas*, quae priorum interpretum nobis succederent, h. e. *adderentur*. Sed non idonea auctoritate nititur dictio.

*) Obscura haec vel non satis perpensa et cogitata. Exspectares

ante Ciceronis Orationes, et libros de Officiis. Pithoeum vero et alias Ciceronis editiones, praeter duas istas Lambinianam et Gryphianam, ad vetustos codices exegisse oportet, quoniam possideo et ipse **) exemplar editionis Wechelianae Francof. 1590., cuius tomus V. complectitur opera Philosophica, Acad. Quaest., de Finibus, Tusculan. Disput., de Nat. Deor., de Divin., de Fato, de Legibus, de Officiis, Catonem, Laelium, Paradoxa et Somnium Scipionis, eiusdem P. Pithoei manu cum MSS. collata, et ad tomum VI. adscriptas variantis scripturae differentias ad tres priores libros Epistolarum ad Familiares. Inter vetustas editiones, quibus usus est Graevius, eminet prae ceteris Mediolanensis an. 1498. ut de Cratandri, Victorii, Caroli et Roberti Stephani, P. Manutii, et aliorum nihil addam, quarum in notis saepe meminit. Recte vero suis observationibus praemisit notas Dion. Lambini, quas nescio cur in sua editione omiserit Gronovius; licet enim Lambino passim iniquior sit Gruterus, merito tamen eius in Ciceronem labores laudat Lipsius lib. I. Var. Lect. cap. 20. Fulvii quoque Ursini pauculas notas non negligendas notaverat, quas ex reliquis eius ad Ciceronem notis, Antverpiae apud Christoph. Plantin. 1581. editis, excerpsi. Lambinianis praeterea addidit optimas Iani Gruteri, tot aliis in literas nostras meritis inclyti, quem licet haud raro reprehendat Gronovius, illis tamen non facile carere vellent homines literati, quum plurimis iisque optimis codicibus fuerit usus. Sex enim consuluit Palatinos, quorum secundus, quartus, et sextus ceteris erant antiquiores; primum veró secundumque tertio meliores fuisse notat ad lib. II. de Inv. cap. 2. Sextus olim fuerat Iohannis Palatini, ducis Bavariae ac Simerensis, qui pater fuit XL
Frederici II. Electoris, ut dicit ad lib. I. ad Heren. cap. 3. Membranas quoque Ampliss. Caroli Rechlingeri Ulricianas memorat ad lib. II. de Inv. cap. 36. et praeter haec instructus fuit copiis Iani Gulielmii, qui, iuvenis licet, Ciceroni ad codices vetustos emaculando immortuus fuit, inter alia usus membranis Fr. Fabri-

---

enim descriptionem vel diligentiorem significationem, qui fuerit ille codex; sequitur autem nihil aliud, quam, quod modo dixit, collatam fuisse cum illo Gryphianam editionem. Aliud haud dubie in mente habebat scriptor. **) Saltem dicendum: *Quoniam et ipse possideo.*

eii, et Excerptis ex codd. Gemblacensi, Erphurdensi, Bruilerensi, ac chartaceo Suffridi Petri; ut initio notarum monet Gruterus. Eumdem hunc adparatum criticum aliis Ciceronis operibus castigandis admovit Graevius, qui in praef. ad Epist. Famil. testatur se ab Amplissimo Ioh. Sixio habuisse editionem Lambinianam cum libris vetustis collatam a Iano Gulielmio, et cum Palatinis codicibus a Grutero, quod idem exemplar recensetur in Catal. Biblioth. Sixian. inter codd. MSS. pag. 110. Horum etiam observationibus adiunxi Iacobi Gronovii notas, qui in Rhetoricis his emendandis duos insignioris notae codices adhibuit, Florentinum et Oxoniensem, quem Laudianum vocat ad lib. I. de Inv. cap. 24., nonnullas etiam codicis Traiectini variationes, et notulas paucas his subiectas videbis, quas editioni Gronovianae an. 1692., quam typographis exprimendam dedi, adleverat Celeb. Arn. Drakenborchius.

Ceterum quia Graevius notas suas, et quas iis inserui variantes veterum codicum lectiones, tantum perduxerit ad lib. I. de Inv. cap. 23., fato forte*) praeventus ne et reliquas adtexeret, non improbaturum Te confido, quod defectus huius sarciendi et supplendi caussa subiunxerim Animadversiones Ioh. Mich. Bruti, petitas ex editione Lugdunensi apud Ant. Gryphium 1570. formae minoris; quia nullam earum rationem habuerat Graevius, neque illas in sua editione exhibuerat Gronovius, dignas profecto, quas Lambini et Gruteri notis inseruissent; nam in contextu ad tres vetustos Gryphianos aliosque codices et antiquas editiones emendando occupantur. Meminit earum ipse **) lib. III. Epist. pag. 284. et Lambin. ad lib. II. de Invent. cap. 54. laudatque Brutum magno ingenio et doctrina praeditum P. Victorius lib. XXXII. Var. Lect. cap. 13. et virum pereruditum atque acerrimi iudicii vocat Graevius ad Cic. lib. I. ad Att. epist. 11., quorum encomiis
XLI nihil officere potest maligna Gebhardi morositas, qui Brutum hunc ut baronem sive fatuum ac stultum hominem perstringit ad Cic. V. Tusc. cap. 2. sed ubi vide Daviesii notas. Sane Gebhardus provinciam sibi a Gru-

*) Ne putes recte dici h. l. *forte*. Et enim coniectura. **) *Graevius?* An *Gronovius?* An *Brutus?* Hoc enim obscurum reliquit Burmannus. Scilicet *Brutus* intelligitur, quod patet ex epistolarum eius commemoratione. Sed ita scribendum erat, ut hoc etiam aliter pateret.

tero demandatam in Cicerone ad vetustos libros castigando rectius et maiore cum laude administrasset, si plus studii posuisset in emendate scribendo, quam in vellicando Lambino, Aldo, aliisque se longe doctioribus, ut notat Graevius in praef. ad Epist. ad Familiares. Fuerunt etiam, qui Brutum in suis ad Ciceronem notis nonnulla Lambino surripuisse criminati sunt, sed a qua calumnia falso sibi intentata ipse se purgat operosa ad Lambinum epistola inter Epistolas Bruti, ubi pag. 602. et 603. ed. Berol. rationem exponit, qua in edendo commentandoque Cicerone versatus sit, et quomodo Hotomanni, Sigonii, Mureti, Faërni, ipsiusque Lambini notis fuerit usus, ita ut nihil sibi ipse de alieno sumserit, ingenuo animo laudans, quorum curas probaret, et cum nullius contumelia in quibusdam dissentiens. Hae certe notae in Rhetorica ad Herennium, et de Inventione, Brutum ab hac sinistra suspicione facile liberant, in quibus Lambini saepe cum laude meminit, sive eius coniecturas admittat sive repudiet, emendationum nimiarum vel coniecturarum temere invectarum parcus ipse et abstinens. Criticos enim nimis audaces odisse Brutum patet ex eius Epistolis lib. III. p. 346. quemadmodum fastidiosos Ciceronianos etiam valde aversabatur, ut docet Epistola ad Bargaeum lib. V. pag. 590. et seqq. Fuit autem hic Brutus, nam merito non suo hodie fere obscurior est, natione Venetus. Venetias enim patriam suam vocat in Adpend. Epist. pag. 1129., ex familia antiqua oriundus, qui adolescens Patavii literis operam dedit praecipue sub Lazaro Bonamico, cui summa necessitudine coniunctus fuit, ut et *) Mediolani Aonium Palearium, Pisis Petrum Ang. Bargaeum, Viennae Ioh. Sambucum, et alibi viros eruditione insignes habuit amicissimos: sed dein fortunae iniuria et iniquitate, nulla tamen patriae culpa neque ullo suo dedecore exclusus fuit loco, quem maiores eius per trecentos fere annos tenuerant, ut queritur in operosa ad Paul. Theupolum Epistola, a quo ad scribendam patriae urbis Venetae historiam compulsus erat, quae exstat in Adpend.
Epistolar. Bruti pag. 1068. et inter Epistolas clar. XLII
Viror. ab ipso Lugduni editas lib. I. pag. 176. Hinc variis per Europam peregrinationibus omnem fere vi-

*) Dicendum fuit: *nec minus*, vel potius *itemque*.

tam consumsit, quarum partem describit in Epist. ad
Vesp. Gonzagam ibid. pag. 100—104. His vero adsi-
duis concursationibus fessus recessum quaesivit in Lau-
rentiano, villa prope Lucam et Pisas, ubi in otio li-
terato aliquamdiu moratus est, ut colligo ex eius Epist.
ad Sylvium Vonicum pag. 211. et 212., aut in Andreae
Duditii, ad quem scriptus est liber IV. Epistolarum,
villa Paschoviana, optimae Bibliothecae adparatu in-
structa, cuius delicias describit lib. III. pag. 322. et 323.
In exteris enim regionibus, Hispania, Anglia, Gallia,
et Germania peregrinatum fuisse patet ex eius Epistolis
pag. 593.; in Galliae autem urbe Lugduno ex officina
celebris *) Typographi Antonii Gryphii praeter opera
Ciceronis, notis suis emendata, Epistolas clarorum Vi-
rorum, suis passim immixtis, edidit an. 1561. de qua-
rum editione ipse agit Brutus in epistola ad Lambin.
in Adpend. Epist. pag. 1138. ed. Berol. Istas vero Epi-
stolas bonae frugis plenas esse, et nonnullas veterum
scriptorum emendationes continere, sed editionem istam
Gryphianam hodie rariorem, videbis in notis Patrui mei
ad Tom. I. Syllog. Epist. pag. 109. ubi Lipsius de
Bruti Epistolis, quarum una centenis **) Lipsianis, li-
cet eruditis, elegantior est, iniquissime iudicat. Ex illa
vero Lugdunensi editione desumtae sunt Bruti Episto-
lae, quae in rarissima Cracoviensi an. 1583. deside-
rantur, et titulo Adpendicis leguntur sub finem editio-
nis Berolinensis an. 1698. quam a viro Amplissimo Ioh.
Fred. Cramero curatam esse patet ex Graevii praefat.
ad Cic. Orat. pag. 9. licet in Adpendice nonnulla occur-
rant ***), quae iam antea in opere ipso fuerant exhi-
bita, ut insignis epistola ad Petr. Ang. Bargaeum, quae
in Adpendice est pag. 1099. et seqq. paucis variatis edita
erat lib. V. Epist. pag. 583. ad p. 592. et quae ex Bruti
lib. I. de Instauratione Italiae leguntur in Adpend. pag.
1072 — 1081. ubi luculenta Venetiarum, seu patriae
suae †), descriptio est, eadem quoque iam ante edita
erant pag. 621—631. ex cuius operis libro II. proli-
xum ††) fragmentum exstat pag. 1007. ad p. 1061. quae
XLIII omnia etiam inter Epistolas clar. Vir. a Bruto edi-
tas conspiciuntur lib. I. a pag. 105. ad pag. 168. Lug-

*) Vide notata supra ad Batav. ed. p. 37. **) Dicendum aut *quarum una centum Lipsianis* aut *quarum singulae centenis Lipsianis*. ***) *Insint*. †) Omittendum *seu*. ††) Hoc serioris aetatis. Dicendum fuit *grande*, vel *longum*.

duni quoque edidit Historiam Florentinam an. 1562. hodie rarissimam, de qua legi meretur Franc. Luisini epistola ad Brutum inter clar. Vir. Epist. lib. I. p. 229. et 230. ex qua facile refutatur, id quod alii adfirmant, hanc Bruti Historiam Florentinam minime honorificam fuisse domui Mediceae. Alii quoque in ea culparunt, quod ab alta nimis et fabulosa antiquitate res repetierit, sed quam censuram rei Romanae Scriptorum, Bembi Historiae Venetae, M. Ant. Sabellici, aliorumque exemplo retundit P. Ang. Bargaeus epist. ad Brutum inter easdem claror. Viror. Epist. lib. I. pag. 224. et seqq. Ex Gallia Basileam se contulit, ubi multam expertus est humanitatem Theodori Zvingeri, cui *Theatrum vitae humanae* inter ingentium Voluminum auctores nomen dedit. Basilea in Transilvaniam an. 1574. discessisse Brutum, verosimile est, honorificentissima conditione evocatum a Stephano Bathorio, istius tum regionis Archonte, ut patet ex eleganti eius epistola Stephano huic scripta lib. X. Epist. pag. 84. et seqq. et hunc biennio post Poloniae Regem creatum, cuius honoris fastigium ipsi gratulatur lib. I. Epist. 1. et 2., illuc secutus est, commodam habitationem nactus in Arce Cracoviensi, et eodem Historiographi Regis Poloniae, quo antea Transilvaniae Principis, titulo et munere ornatus, ut res Dacicas et Pannonicas describeret. Cuius operis saepissime meminit in Epistolis, ut lib. I. p. 177. lib. II. pag. 205. 206. 221. 228. 229. lib. III. pag. 294. 315. et 345. et lib. IV. pag. 511. Sed Historiam hanc Bruti Dacicam et Pannonicam umquam editam dubito, cuius se libros XII iam confecisse scribit lib. I. Epist. pag. 80. Brutum certe Regis Poloniae Historicum et Consiliarium scribere tantum meditatum fuisse Historiam Hungaricam et de Stephano, dicit Reiner. Reineccius in Epist. Hist. pag. 42. Huc forte *) etiam spectant Philippi Callimachi libri III de vita et rebus gestis Vladislai, Hungarorum et Polonorum Regis, quos edidisse Brutum ex iisdem eius Epistolis liquet. Post obitum vero illius Stephani Bathorii, Poloniae Regis, an. 1587. cum adsumtus esset in comitatum Gulielmi S. Clementis, Legati Regis Hispaniae Philippi ad Rudolphum II. Imp., regnum Poloniae reliquit iam septuagenarius, operamque suam deinceps addixit Imp. XLIV

*) *Fortasse;* vel potius ita: *Huc etiam spectant*, *opinor*, cet.

Maximiliano, Sacrae Caesareae Maiestatis Historici titulo insignitus. Hoc loco positus Orationem conscripsit de Ernesti Archiducis Austriae, totiusque Austriacae familiae laudibus, quae Legato isti Regis Hispaniae dedicata legitur post Bruti Epistolas in editione novissima Berolinensi. Constituisse etiam post Lazium scribere de Imperatore Ferdinando patet ex lib. III. Epist. p. 259. In his vero regionibus vitae exitum invenisse Brutum, mihi credibile fit, licet de tempore, quando e vivis excesserit, aut loco, ubi defunctus fuerit, vix constet. Ceterum praeter haec scripta Bruti paulo ante enumerata, quae vel edidit vel meditatus fuit, etiam memorat in Epistolis lib. III. pag. 284. notas suas in Horatium, cum Lambinianis excusas, quae exstant in sola rarissima editione Veneta Pauli Manutii an. 1566.; in Iul. Caesarem quoque libellum variarum lectionum edidit, quas se dedicasse Andreae Marino scribit in Adpend. Epist. p. 1121. et illae quidem habentur in Caesare Iungermanni ed. Francof. 1606. sed praeter has varias lectiones adornavit etiam Caesaris Commentarios multis animadversionibus emendatos, adiecto volumine uberiori, quo voces et locutiones Caesaris omnes, rerumque descriptiones, ad supellectilem historicam aliis suppeditandam illustraverat, quem librum Basileae edere, et Transilvaniae Principi inscribere in animo se habuisse scribit lib. II. Epist. p. 220. Sed haec de fatis scriptisque Bruti huius notata sufficiant, quae operosius recensere paraveram, eumque in finem Epistolas illius diligenter perlegere et excerpere iam inceperam, sed impetum hunc repressi, postquam incidissem in Neocori et Sikii Biblioth. Novor. Libr. Tom. III. an. 1698., ubi pag. 559. ad pag. 568. adcurata satis de Bruti vita ac scriptis instituta est recensio, quae si conferatur cum illis, quae congessit Baylius in Lexico Critic. et Histor. Tom. I. pag. 687. et seq., videbis omnia fere ex solis Bruti Epistolis desumta et electa, sed haud pauca, hic a me commemorata, omissa esse: unde simul tamen liquet, quam utiles et necessariae ad fata virorum eruditorum indaganda sint eorum epistolae, quas hodie a plerisque tam fastidiose contemni ac negligi, saepe Te, Sweersi, mercis huius literariae studiosissime, iure querentem et mecum indignantem memini.

Notis vero Bruti additas vel praemissas forte *) nonnulli exspectassent Manutianas, quia illas singulis Ciceronis, quae edidit, voluminibus ad finem subiecerat Graevius, magis profecto, quod ipse fatetur, ut typographorum opinioni ac voluntati, quam animo suo, morem invitus gereret. Nam in Praefat. ad Libros de Officiis testatur, Aldum praeter variantes codicum MSS. lectiones nihil de suo promsisse, sed omnia illic descripsisse ex H. Wolfii et Xysti Betuleii notis; ideoque eas, quia Manutiani nominis famae non responderent, omissas maluisset: quemadmodum idem Aldus alibi quoque aliorum messem excantavit **), et in sua ad Iulium Caesarem scholia omnes Ioh. Rhellicani observationes, nulla eius mentione facta, transtulit; sic et in hos Rhetoricorum libros omnia eum ex Toxita derivasse, in Praefatione sua, quam ex schedis eius exhibui, admonuit Graevius, qui dedicationi Aldinae praemittendam notaverat dedicationem Toxitae, et suae praefationi subiiciendam Antonii Riccoboni a Ioh. Mar. Matio Brixiano Defensionem, ex opere Riccoboni de Usu artis Rhetoricae pag. 667. et seqq. ut et libris de Inventione adiungere Marii Victorini Scholia proposuerat, quod patet ex Indice Interpretum Tullianorum post eius Praefat. in Epist. ad Famil. Sed cur ista praetermiserim, rationem in superioribus dedi. Utinam vero pro commentatione Manutiana haberemus Salmasii notas, quas in Auctorem Rhetoricorum ad Herennium, ex codicibus vetustis a se emendatum, promisit ad Tertullian. de Pall. pag. 199., quae tamen non memorantur in Catalogo anecdotorum Salmasii scriptorum, Epistolis eius praefixo, ut alia plura a Viro magno promissa illic neglecta sunt. Egregia denique et pulcherrima accessione editioni huic nostrae coronidem imposuit Vir celeberrimus et eruditissimus Franciscus Oudendorpius, qui pro summa amicitiae necessitudine ultro mihi concessit, et ad finem subiungi permisit notas suas in utrumque hoc Rhetoricorum opus, quae ad sex codices Leidenses et editionem Mediolanensem an. 1474. atque Omniboni

XLV

*) *Fortasse.* **) *Excantare* est *carminibus magicis nocere;* interdum etiam *mutare* aliquid cantando, vel *transferre.* At pro *compilare*, *diripere* quisnam dicet, nisi in oratione ioculari? Et *fruges excantare*, quod ex Legg. XII tabulis excitant Plinius et Seneca, est *frugibus cantando nocere*, quod docet Senecae explicatio Quaestt. Natt. 4, 7.

an. 1476. diligentissime exegit: breves illae sunt in libros ad Herennium, sed uberiores ad Rhetorica Ciceronis de Inventione, quia in illorum praecipuam partem desiderantur notae Graevianae.

XLVI Haec erant, SWEERSI Amplissime, quae Tecum de auctore Rhetoricorum Herennianorum, et copiis literatis, quibus novam hanc editionem instruxi, communicanda et iudicio Tuo submittenda habebam, quibus si nonnihil meruisse me de Cicerone, et laudatissima Graevii editione locupletanda, Tibi aliisque peritis harum rerum arbitris videbor, non leve operae pretium tulisse me existimabo, eademque alacritate et ardore ad literas elegantiores, quantum in nobis est, porro promovendas, aliaque maiora tentanda et orbi erudito impertienda me accingam. Vale, Vir eximie, meque inter primos virtutum Tuarum cultores numerare, ac Musis nostris favere perge. Dabam e Santhorstiano ipsis Nonis Octobr. CIↃIↃCCLX.

SCHUETZII DE AUCTORE

LIBRORUM AD HERENNIUM SENTENTIA.

De auctore librorum ad Herennium diligentissime exposuit post Burmannum *Christianus Godofredus Schuetzius*, primum in editione Rhetoricorum Ciceronis, quae prodiit Lipsiae apud Goeschenium anno CIↃIↃCCCIV., deinde in editione omnium operum Ciceronis, quae prodire coepit Lipsiae anno CIↃIↃCCCXIV. et nunc absoluta est. Is primum comparatis inter se locis, quae auctor Herennianus et Cicero similia et saepe paria habent, hoc pro certo posuit, alterum ex altero hausisse. Communem utriusque fontem Graecum fuisse propterea non probabile dicit esse, quia citat uterque locum Plautinum, Comicum falso reprehendens; ex quo sequi putat Schuetzius, alterum ab altero in errorem esse inductum. Accedere, quod, si Graecum uterque librum vertisset, difficile sit explicare, quomodo tot loca iisdem verbis potuerint ab utroque enunciari.

Deinde certissimis argumentis evincit Schuetzius, Ciceronem, quum libros suos Rhetoricos, qui nunc *de*

Inventione inscribuntur, scriberet, auctoris ad Herennium libros adhibuisse ex iisque, quae vellet, excerpsisse. Argumenta sunt fere haec:

a. Nusquam Herennianus dicit se Latinos quosdam artis scriptores secutum esse; memorat tantum Graecos, et quae illi inanis arrogantiae caussa sibi assumpserint, a se relicta esse profitetur I, 1.

Cicero autem, etsi non magis, quam ille, Latinos de arte Rhetorica auctores laudat, dicit tamen c. 2. sibi ab ultimo principio huius praeceptionis usque *ad hoc tempus* omnium scriptorum copias expositas ex iisque eligendi potestatem fuisse.

b. Auctor ad Herennium diserte significat IV, 7. nomina figurarum Latina, quae de Graeco converterit, remota esse a consuetudine; unde probabiliter colligitur, ei nullum Rhetoris Latini librum cognitum fuisse, ex quo figurarum Latina nomina sic iam usitata et propterea minus asperitatis habentia petere posset.

Contra Cicero nusquam tali praefamine utitur.

c. Auctor librorum ad Herennium affirmat, sibi, quae de exordio et narratione dixerat, cum ceteris artis scriptoribus constare, nisi quod de insinuationibus nova excogitaverit, quas solus in tria tempora diviserit.

Contra Cicero, qui de Inv. I, 17. disertis verbis de iisdem tribus temporibus agit, quibus insinuatione potius, quam altero genere exordii, quod principium dicitur, utendum sit, nusquam dicit, se haec praecepta primum invenisse. Et quum Herennianus sibi eorum inventorum laudem arroget, nec tamen ulla in eum vanitatis cuiusdam cadat suspicio, nemo non videt, Herenniani librum a Cicerone, non autem Ciceronis librum ab Herenniano usurpatum esse.

Tum Schuetzius de aetate utriusque operis agens ostendit, verisimile esse, Ciceronem libros suos Rhetoricorum seu de Inventione intra suae aetatis annum XX. et XXVI. scripsisse, quod tempus incidit in annum A. V. C. 666. usque ad annum A. V. C. 672. Iam novissimus rerum Romanarum eventus, cuius in libris ad Herennium fit mentio, est *Sulpicii caedes* quae incidit in annum A. V. C. 665. Itaque scribi potuerunt libri ad Herennium anno V. C. 666, vel duobus proxime sequentibus. Ex quo perspicuum est, temporis rationes nihil impedire, quo minus Cicero ado-

lescens eos, quum de Inventione Rhetorica scriberet, adhibere potuerit.

Porro Schuetzius demonstrat, *Cornificium* non esse posse auctorem librorum ad Herennium, his potissimum de caussis:

a. Q. Cornificius pater vix aliquot annis Ciceronem aetate superavit. Non est igitur credibile, hunc Ciceronis prope aequalem librum scripsisse, cui Cicero adolescens eam auctoritatem tribuerit, ut ex eo in suum tam multa transferret. Neque ullum apud auctores veteres, qui Rhetoricorum ad Herennium mentionem vel faciunt, vel fecisse videntur, vestigium est, cui insistere possimus, ut Cornificio patri illos libros tribuendos esse nobis persuadeamus.

b. Cornificium autem *filium*, ad quem sunt complures Ciceronis epistolae XII, 17—30., quique eius in auguratu collega fuit, quem libros scripsisse certum est ex Cic. Ep. ad Fam. XII, 20. et de arte oratoria scripsisse colligi potest ex Epist. XII, 17., qui ipse designari videtur a Quinctiliano III, 1. IX, 3., non potuisse libros ad Herennium conscribere, gravissimum argumentum ex eius aetate petendum. Is enim anno V. C. 672., quo anno Ciceronis libri de Inventione iam exstabant, ad summum puer decennis erat, natus scilicet anno V. C. 662.

Denique novam de auctore librorum ad Herennium Schuetzius coniecturam protulit. Ei enim libros illos scripsisse videtur *M. Antonius Gnipho*, de quo Suetonius in libello de claris Grammaticis pluscula memoriae mandavit. Ac negari nequit, rationes, quibus utitur ad hoc demonstrandum, ita esse comparatas, ut vix alius eorum rhetorum, qui illo tempore vixerunt, auctor illorum librorum esse potuisse appareat. Accedit, mea quidem sententia, quod, nisi si hoc cum Schuetzio statuas, vix intelligitur, quomodo accidere potuerit, ut Quinctilianus plura ex Cornificio proferret, quae in his libris ad Herennium pariter atque apud Ciceronem in libris de inventione saepe ad verbum leguntur. Scilicet Suetonio teste Cicero audiit *Antonium Gniphonem* tum etiam, quum iam praetor esset, h. e. non solum antea, sed etiam post, quum iam praetura fungeretur. Vixit autem *Antonius Gnipho* secundum Schuetzii rationes usque ad annum V. C. 690., ubi anno aetatis quinquagesimo obiisse videtur. Potuit igitur Cornificius

filius facile esse *Gniphonis* auditor, eiusque libris ad Herennium scriptis eodem modo uti in libris suis de arte oratoria conscribendis, quo Ciceronem iis usum esse probabile est. Quum autem Gniphonis libri in compluribus discipulorum suorum bibliothecis exstarent, nomine auctoris non inscripti, factum est, ut auctor eorum non constaret. Ciceroni autem assignati, quod fortasse exemplar, a quo primum descripti et amplius propagati sunt, in Ciceronis bibliotheca repertum est. *L.*

FRANCISCUS OUDENDORPIUS

LECTORI SALUTEM.

Quatuor hos elegantes et doctos, cuiuscumque demum sint auctoris, Rhetoricorum ad C. Herennium libros, novae editionis, postumis celeberrimi *) I. G. Graevii observationibus per clarissimi amicissimique P. Burmanni Secundi curam auctae, occasione contuli cum septem Bibliothecae Acad. Leidensis manu exaratis Codicibus, nec non duabus antiquissimis Editionibus; atque ex praecipuis lectionum varietatibus has, quas vides, Amice Lector, notas confeci. Illas aequi bonique fac, et, ut voles, uterè ac vale.

MSStorum notae sunt hae:

N.	1	Leidensis membranaceus in 4to	p. 333	Cat. N.	195
	2	- - - - - - - - - - -	531		45
	3	- - - - - - - - - - -	531		44
	4	- - Chartaceus in F. A. 1459	327		50
	1	Vossianus membranaceus in 4to.	384		103
	2	- - - - - - - - - - -	388		64
	3	- - - - - - - - - - -	388		66

O. Omnes.

Editionum notae:

Med. Mediolanensis in F. A. 1474. 12 Aug. per Anton. Zarotum Parmensen.

Omn. Omniboni in F. A. 1476. sine loco.

*) Imo potius *clarissimi.*

RHETORICORUM
AD
C. HERENNIUM
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus, et id ipsum, quod datur otii, libentius in philosophia consumere consuevimus: tamen tua nos, C. Herenni, voluntas commovit, ut de ratione dicendi conscriberemus, ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse 2
laborem putares. Et eo studiosius hoc negotium suscepi-

RHETORICORUM AD HERENNIUM LIB. I.] Haec est inscriptio huius libri in editionibus Vict., Car. Steph., P. Man. et aliorum antiquiorum. Accedit meus MS. nisi quod is addat *M. Tulli Ciceronis Rhetoricorum liber primus ad Caium Herennium incipit feliciter;* quamvis Ciceroni olim viri doctissimi iure hos libros ad Herennium abiudicarint, et verosimiliter adsignarint eos Cornificio. GRAEV. Pro *Rhetoricorum* Ed. Omn. a. 1476. *Rhetoricorum novorum.* OUD.

Etsi negotiis familiaribus impediti.] Petrus Pithoeus in margine Lamb. ed. notat: *Vel prooemium indicat non esse Ciceronis opus.* GRAEV.

Vix satis otium suppeditare possumus.] Sic in omnibus quidem libris manuscriptis reperi, atque idcirco nihil mutavi: sed vox *otium* videtur mihi ab aliquo adiecta, et ita legendum: *vix satis studio supped. poss.*, ut *suppeditare* accipiamus absolute, pro ἐπαρκεῖν, id est sufficere. Cum simus toti fere occupati negotiis familiaribus, vix ulla nostri pars superest, quae in studio versari possit. LAMB. Palat. quartus, notae optimae liber, non agnoscit illud *studio;* aberatque item a membranis Francisci Fabricii, quibus usus fuit Gulielmius noster: qui praeterea adscripserat hic ad oram libri sui variantes lectiones excerptas ex codice Gemblacensi, Erfurdiensi, Bruilerensi, denique e chartaceo Suffridi Petreii. Ego autem usus sum Palatinae Bibliothecae exemplaribus sex, quorum secundus, quartus ac sextus erant antiquiores ceteris. GRUT. MSS. *Vix satis otium suppeditare.* GRAEV. *Otium* delevit Schuetzius, *studio* autem defendit Ernestius, utrumque recte. *L.*

Ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborem] Pith. et meus MS: *Ne aut tua causa noluisse, aut nos fugisse laborem.* Erfurt. *Ne aut tua causa noluisse, aut fugisse laborem nos putares.* GRAEV. MSS. Omnes: *noluisse aut fugisse nos.* Edd.: *aut nos fugisse.* Recte coniecisse Verburgium credo: *aut nostra fugisse*, vel: *f. nostra.* OUD. Non opus esse censet Schuetz. Ver-

mus, quod te non sine causa velle cognoscere Rhetoricam intelligebamus. Non enim parum habet in se fructus copia dicendi et commoditas orationis, si recta intelligentia et

---

burgii emendatione; nam qui laborem fugiat, eum non posse fugere, nisi propter suam ignaviam. *L.*

Cognoscere artem rhetoricam] Deletis vocibus, *artem rhetoricam*, sic legendum putabam: *non sine causa velle cognoscere intelligebamus*, ut subintelligatur, vel repetatur ἀπὸ κοινοῦ, *rationem dicendi*, quod antecedit. In nonnullis codicib. non est vox *artem*. LAMB. Nullus e sex Pall. admisit voculam *artem*, ideoque videtur expungenda. GRUT. Etiam in tribus nostris exemplaribus v. *artem* non adest. Porro quanquam bis, nempe libro III. in princip. et in fine totius scripti huius sic loquatur, occurrit tamen lib. II, 27. et fine libri III., ubi substantivum aeque videmus negligi. Utique et Velleius ita *comicam novam* dixit, et Ausonius *sophisticam*. Sed tamen videndum, quum in MSStis legatur, *cognoscere Rhetoricam intelligebamus*, an non illud *M* venerit ex duplicata temere prima syllaba verbi sequentis, et auctor dederit *rhetorica*. Nam quum Asconius in Divinationem et Orationem de Praetura urbana citet librum primum Rhetoricorum, et ea propter, quae citat, tam in libro I. de Inventione, quam ad Herennium exstent; ut fatendum quidem est ab Mario Victorino illa vocari Rhetorica: ita sciendum quoque est, hos ad Herennium libros in MSS. non minus appellari Rhetorica, quem titulum sic in MS. conceptum vidi: *M. Tullii Ciceronis ad Caium Herennium Rhetoricorum liber explicit*, et testatur idem de duobus P. Lambecius in libro II. Comment. Biblioth. Caesareae, quidquid alii negent. IAC. GRON. Sane Pithoeus quoque notavit in MS. se legisse: *M. Tullii Ciceronis novae Rhetoricae lib. I. incipit*; at in V. C. Theod. Bezae Vezelii scriptum fuisse: *M. Tullii Ciceronis ad Herennium artis rhetoricae lib. I. incipit.* In meo codice est: *M. Tullii Ciceronis Rhetoricorum liber primus ad Caium Herennium incipit feliciter.* Sed in hoc loco *cognoscere artem Rhetoricam*, nec in Pithoei, nec in meo quoque codice legitur *artem*, nec in Mediol. 1478., sed nec in P. Victorii Iuntina editione Veneta 1537., nec in Caroli, nec Rob. Stephani, et omnibus antiquioribus editionibus. Cur ergo in recentibus toleratur? GRAEV. *Artem* non agnoscit MS. Traiectinus, in quo titulus est huic libro *Rhetorica nova*. BURM. Vocem artem male a recentioribus Edd. fuisse intrusam, testantur MSS. O. et Edd. Vett., licet ita vulgo legas apud Priscianum quoque L. III. p. 611. [3, 5, 29. *Kr.*] *artis Rhetoricae*. Sed et ibi istas voces esse spurias [at exhibent eas omnes Prisc. Codd.] clamant cetera Prisciani loca, semper modo citantis *e Lib. I, II, III*, etc. *ad Herenn.* Non alienus sum a I. Gron. sententia, qui ex inscriptione, quam aliquot Codd. et Edd. primae produnt *Rhetoricorum*, divinavit legendum *Rhetorica*. OUD. Idem vocabulum cum Ernestio delevit Schuetzius. *L.*

Non enim parum habet in se fructus] Erf. *non in se parum fructus habet*. GRAEV. Lege e quatuor vel quinque vetustioribus nostris: *in se parum fructus habet*. Ed. pp. *in se fr. habet*. OUD. Praetulit Schuetzius Edd. ordinem *parum in se fructus habet*, ut concinniorem. Recte. *L.*

Si recta intelligentia et definita moderatione animi gubernetur,] Hoc est, si prudenter et modeste utamur eloquentia; si illa

definita moderatione animi gubernetur. Quas ob res illa, 3
quae Graeci scriptores inanis arrogantiae causa sibi assumserunt, reliquimus. Nam illi, ne parum multa scisse viderentur, ea conquisierunt, quae nihil attinebant, ut ars

---

non abutamur ad seditiones concitandas, quales sunt tribuniciae conciones, et ad imbuendos homines pravis opinionibus, qualis fuit eloquentia sophistarum et illorum philosophorum, qui disserebant nullam esse iustitiam, nullam divinam providentiam. Hi sunt qui non intelligentes seu recta intelligentia gubernant eloquentiam, quam propterea tantopere improbat Plato in Gorgia et aliis in locis. GRAEV.

Definita moderatione animi] Vox *definita* abest a quibusdam libr. vet. LAMB. MSS. quidam *Moderatione animi*. MS. meus *Diffinita moderatione animi*. GRAEV. Etiam Schuetz. in priori et singulari Rhetoricorum ed. praeferendum censebat: *si recta intelligentia et moderatione animi*. *L*.

Scriptores inanis arrogantiae causa] Vocem *inanis*, quae fuerat alieno loco posita, et suo mota (nam debet poni infra sexto abhinc versu et coniungi cum voce *gloria*) ego hinc sustuli, et in suum locum restitui. LAMB. Pall. omnes et Gulielmiani hoc loco retinent illud *inanis*, quod Lambinus adiungit infra voci *gloria*. Apparet quidem eo commotum, quod ore vulgi teratur *inanis gloria*, non item *arrogantia inanis*. Quomodo tamen locutum hunc scriptorem quid vetat credere? Certe non repugnat aut Latinitatis ratio, aut sententiae. Miseram vero optimorum scriptorum sortem, si hoc modo illis praescribere, et pro captu nostro quidvis immutare nobis licebit. Haec Gulielmii schedae. GRUT. Lambin. sublatam vocem *inanis* e verbo *arrogantiae*, tanquam alieno loco, paullo infra *gloriae* adiungit. Excusis quidem cum MSS. convenit; e quibus, ne quem hoc fugiat, aliquot principio carent, a distributione temporis, quo quis uti principio possit, nimirum *tria sunt tempora quibus principio uti non possumus*, initium facientes. BRUT. Omnes bene servant *inanis*. OUD. *Inanis arrogantiae* etiam retinet MS. Traiectin. BURM.

Assumserunt, reliquimus:] MS. et Edd. vett. *Assumsere, reliquimus*. GRAEV. In vetustioribus et plerisque est *relinquimus;* in nonnullis *assumsere*. OUD.

Ne parum — viderentur] Erf. *ne p. — videantur*. GRAEV.

Ea conquisierunt] Sic edidi secutus vetustissimos libros, in quibus ita legebatur, non *conquisiverunt*. Etiam cap. 10. *quaesiisse* vel *quaesisse* habent libri vetusti, et priores editi, ubi Gruterus retulit *quaesivisse;* frustra, et ideo recorrexi. Sic IV, 3. *nescierunt*. GRONOV. Al. *Ea conquisiverunt*. Quamvis mei codices cum vulgatis *conquisiverunt* scribant, assentior tamen Iac. Gronovio ex suis libris reponenti *conquisierunt*. GRAEV. In Omnibus est *conquisiverunt*. OUD.

Quae nihil attinebant] Sic legendum, non, *quae nihil ad rem attinebant*, aut, ut habent alii libri vulg. *ad propositum attinebant*, ita enim usitate loquuntur boni scriptores, *quae nihil attinent*, sine adiectione. M. Tull. Acad. Quaest. [IV, 37.] *Nihil attinet de assensione omnia loqui*. Idem Off. lib. [I, 31.] *Neque enim naturae attinet repugnare*. Idem Accus. lib. V, [c. 66. 169.] *Quid enim attinuit te iubere, in ea parte figere, quae ad fretum spectaret?* Horat. lib. I, Od. 19, [v. 12.) *Nec versis animosum equis Parthum dicere, nec quae nihil attinent*. LAMB. Eiecimus

difficilior cognitu putaretur: nos autem ea, quae videbantur ad rationem dicendi pertinere, sumsimus. Non enim
4 spe quaestus aut gloria commoti venimus ad scribendum, quemadmodum ceteri: sed ut industria nostra tuae morem geramus voluntati. Nunc, ne nimium longa sumatur oratio, de re dicere incipiemus: si te unum illud monuerimus, ARTEM sine assiduitate dicendi non multum iuvare: ut intelligas hanc rationem praeceptionis ad exercitationem accommodari oportere.

CAP. II. Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus ac legibus constitutae sunt, cum assensione auditorum, quoad eius fieri poterit. Tria sunt genera causarum, quae recipere debet orator: demonstrativum, deliberativum, iudiciale. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicuius certae personae

---

binas dictiones *ad rem*, quae in nullo comparebant Palatinorum, nam primus earum loco habebat *ad propositum.* GRUT. Sic et MS. Traiect. BURM. Lambinus, ut videtur, ex ingenio, loco emendato, duo hinc verba sustulit *ad propositum;* cuius coniecturam Aldi et Victorii editio, tum e tribus Gryphii MSS. unus, qui integer est, confirmat, in quo ea verba absunt. BRUT. Edd. *quae nihil ad rem att.* GRAEV. Ed. A. 1474. *q. n. ad artem att.* Omn. *q. n. ad propositum a.* E glossa. OUD.

Nos autem ea, quae videbantur] Erf. *Nos quae videbantur.* GRAEV. Voc. *pertinere* exsulat a m. pr. Voss. tert. OUD.

Aut inanis gloriae] Sic restitui ex Cod. manuscripto, cum antea legeretur: *aut gloria commoti:* licet etiam legere, *aut inani gloria commoti.* LAMB. In MS. sane Ant. Cauchii et Duisburgensi legebatur *aut gloriae commoti*, scilicet *spe*, quod mihi valde probatur. GRAEV. In Leidd. 1. et 5. et Voss. 1. *gloriae*, quod recipiendum duco. OUD. Recepit Schuetzius. *L.*

De re dicere incipiemus, si te unum illud monuerimus.] *Sed si te* impressi omnes. In uno Gryphii MS. *sed* particula abest. BRUT. Non modo Duisburg.: *De re dicere incipiamus*, sed et: *sed te unum illud monuerimus.* GRAEV. Scripsit h. l. Schuetzius ex ed. 1474. *de re ipsa dicere incipiemus.* Recte. *L.*

Non multum iuvare] Malim legi, *non multum adiuvare.* LAMBIN.

Ad exercitationem accommodari] Al. *Accommodari ad exercitationem.* Pith. *commodari ad exercitationem.* GRAEV.

CAP. II. *Moribus ac legibus*] In sex membranis et edd. prr. *m. et legibus.* OUD. *Legibus ac moribus.* Cod. Aug. apud Sch. *L.*

Cum assensione auditorum] Duisb. *cum assensione auditoris.* GRAEV.

Demonstrativum est] Imperite dixerunt Latini *demonstrativum*, quod Graeci ἐπιδεικτικόν: cum *ostentativum* potius debuerint dicere, ut docet Quintil. lib. III. cap. 4. LAMB.

Deliberativum, iudiciale.] Duisb. et meus *Deliberativum et iudiciale.* GRAEV.

Quod attribuitur in alicuius] Erfurt. *Quod tribuitur in alicuius.* IDEM.

laudem vel vituperationem. Deliberativum est, quod in consultatione positum, habet in se suasionem vel dissuasionem. Iudiciale est, quod positum in controversia, habet accusationem, aut petitionem cum defensione. Nunc, quas res oratorem habere oporteat, docebimus: deinde quo modo has causas tractari conveniat, ostendemus. Oportet igitur esse in oratore inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem. Inventio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quae causam probabilem reddant. Dispositio est ordo et distributio rerum, quae demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum. Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem accommodatio. Memoria est firma animi rerum et verborum et dispositionis perceptio. Pronuntiatio

---

Laudem vel vituperationem.] Erfurt. *Laudem et vituperationem.* Idem.

Deliberativum est, quod in consultatione positum; habet in se, etc.] Adblanditur mihi scriptura Pal. quarti: *Deliberativum, est in consultatione, quod habet in se.* Grut. Sic et Erfurtensis. Graev. *Quod est in c. p. et habet.* Cod. Aug. ap. Sch. *L.* MSS. sex: *delib. est in consultatione, quod habet.* Oud.

Suasionem vel dissuasionem.] MS. et edd. nonnullae, *suasionem et dissuasionem.* Al. edd. *persuasionem et dissuasionem.* MS. *suasorem et dissuasionem.* Graev. *Persuasionem* ed. 1476. Oud.

Quod positum in controversia, habet] Erf. *Quod positum est in controversia et habet.* Duisb. *quod positum in controversia in se habet.* Graev. Omnes: *quod p. est in c. et habet.* Oud. Voculas *in se* teste Sch. addit Cod. Aug. post v. *accusationem.* *L.* Paullo post pro vv. *has causas tractari* Voss. pr. *has res tractare.* Leid. tert. *has c. tractare.* Oud.

Memoriam, pronuntiationem.] Sic Erfurt., Duisb. et ed. Crat. Basil. Vulgatae addunt copulam, *Memoriam et pronuntiationem.* Sic in praecedentibus *demonstrativum, deliberativum, iudiciale,* quidam libri addunt copulam. Graev. Delenda est copula auctoribus MSS. O. Oud. Idem iubet Cod. Aug. ap. Sch. *L.*

Quid quibus in locis sit collocandum.] Sic Vulgg. Sed Erfurt. et alius Cauchii MS. *Quod quidque loco sit collocandum;* quod placet. Cratand. ed. *quid quibusque locis conveniat et collocandum sit.* Graev. Membranae sex carent praepositione; et recte, cum edd. pr. *Quibusque* Voss. 3 et ed. 1476. Oud. Omisit praep. etiam Sch. Apud eundem Cod. Aug. *quod et quibus l.* *L.*

Verborum et sententiarum] Erf. *Verborum ac sententiarum.* Gr.

Et dispositionis] Copulationem *et* ex cod. vetere restitutam quis non videt esse necessariam? Lamb. In bene multis posterior copulativa non exstat, quomodo etiam veteres editi, qui mihi quidem hic videntur castiores, quum non consistat dispositio in aliis quam in rebus vel verbis, et memoria praebeat animo firmam perceptionem dispositionis rerum et verborum. Gron. Copula, quae est in omnibus meis, est necessaria. Nam licet res et verba memoria simus complexi, si tamen dispositionem non teneamus, confundemus et perturbabimus

est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. Haec
omnia tribus rebus assequi poterimus, arte, imita-
tione, exercitatione. Ars est praeceptio, quae dat cer-
6 tam viam rationemque dicendi. Imitatio est, qua im-
pellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum similes in
dicendo velimus esse. Exercitatio est assiduus usus con-
suetudoque dicendi. Quoniam igitur demonstratum est, quas
causas oratorem recipere, quasque res habere conveniat,

---

omnia. Graev. Posterior copula deest etiam MS. Traiect. Burm. Recte copulam addidit Lambinus, a Graevio vindicatam et agnitam a meis quinque Codd., in quibus vetustissimi Leid. 1. et Voss. 1. Oud. Voc. *animi* displicet Ernestio. Est tamen etiam de Inv. I, 7. *Sch.*

Est vocis, vultus, gestus] Edd. Al. *Vocis et vultus et gestus.* Graev. Copulas rectius hic abesse iudicavit etiam Sch. *L.*

Tribus rebus] Sic habent tres libri manuscripti: vulgati, *tribus modis*, in uno manuscr. legitur, *tribus assequi*, neutra voce adiecta, neque *rebus*, neque *modis;* ego tamen legi malim, *tribus rationibus.* Lamb. Edd. Al. *tribus modis assequi.* MSS. *tribus assequi.* Graev. In omnibus Codd. et edd. pr. *tribus rebus.* Oud.

Ars est praeceptio] Pith. et Erfurt. *Ars est perceptio.* Graev.

Certam viam ac rationem dicendi.] Erf. *Certam viam ac rationem discerendi*, forte [imo *fortasse*]: *disserendi.* Idem.

Impellimur cum diligenti ratione] Gembl. et Bruil. item Pal. quart. *dicendi;* forte [*fortasse*] fuit *diligendi ratione*, pro *delegendi.* Veteribus enim *dilectus*, quod nobis hodie *delectus;* diligendi ergo ratio esset delectus, quo non aliud magis in imitatione necessarium, quippe quem eloquentiae magistrum Cicero saepe dixit. Gulielmius. Grut. Saepius, ubi de imitatione agitur, memoratur quoque officium deligendi, quem imiteris. Ita Sch., qui *deligendi* rescripsit. *L.*

Similes in dicendo velimus esse.] Melius Erfurt. Pith. Duisb. meus MS. et edd. Mediol. et Cratand. *Similes in dicendo valeamus esse.* Graev. *Velimus esse* Ald. Victor. Lamb. In excusis tamen et MSS. nonnullis legitur: *esse valeamus.* Brut. *Velimus esse* in solo est Leid. II.; reliqui MSS. et edd. dant *valeamus esse* vel *esse valeamus.* Bene. Oud. Male. Nihil est *impellimur, ut valeamus.* Non impelli possumus, ut possimus. Neque Latine dicitur *valere* pro eo, quod est *posse.* *L.*

Quoniam igitur demonstratum est, etc.] MS. *Quoniam ergo demonstratum.* In Erf. nec *igitur*, nec *ergo* legitur. Graev. In MSS. quatuor *ergo.* Oud. Totam hanc clausulam: *Quoniam — videtur* ab interpp. adiectam, vel potius omnem librum in epitomen redactum, unde haec molesta et odiosa, tribus punctis interpositis, eorundem repetitio profecta fuerit, indicat Gruterus. *L.*

Quasque res habere conveniat] Sic Erf. Duisb. et alii MSS. et edd. vett., sed recentiores *quasque res habere conveniret.* Graev. In quibusdam impressis legitur: *recipere oporteat.* Nos ex Gryphii MS., cui cum Aldi editione, Victorii et Lambini congruit, sublato verbo *oporteat*, postremo loco *conveniret* edidimus. Brut. Leid. I. *suscipere.* Ed. 1476. addit *oporteat.* Recte correxit Graevius *conveniat.* Accedunt nostri tres et edd. pp. Sed Leid. II. *convenit.* In ceteris *conveniret.* Oud.

nunc, quemadmodum ad orationem possint oratoris officia accommodari, dicendum videtur.

CAP. III. Inventio in sex partes orationis consumitur, in exordium, narrationem, divisionem, confirmationem, confutationem, conclusionem. Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris constitui- 7

Nunc, quemadmodum possint ad inventionis rationem oratoris officia] Al. *Ad rationem possint oratoris officia accommodari.* Duisb. *possit oratio ad rationem oratoris officii accommodari.* Lamb. ed. *Ad inventionis rationem possint oratoris officia accommodari.* Graev. Lambini codd.: *possit oratio ad rationem oratoris officii* cet.; alii: *possit orator ad orationem ipsius officia accommodare.* Ipse coniecit: *ad inventionis rationem* ex seqq. Astipulatur ei Brutus. Gulielmius autem in Pall. Codd. aliquot invenit: *quemadmodum ad rationem possint* cet. in primo autem Pal. *q. ad inventionem possint;* in secundo: *q. oratio ad rationem oratoris officii p. a.* Ipsi nihil mutari placet. Recepit Sch. *ad inventionem*, quod falso Lambino et Bruto attribuit. Verum videtur *ad inventionem* pro vv. *ad orationem*, firmaturque a cod. Pal. I. *L.* Leidens. I, Voss. I. *possit oratio ad rationem oratoris officii* vel *possint ad orationem oratoris officia acc.* Leid. II.: *possit oratio ad rationem oratoris officii acc.* Leid. III.: *ad orationem possint oratoris acc. officia.* Voss. III.: *officia oratoris ad orationem acc. possint*, vel *possit oratio ad orationem oratoris officia acc.* Leid. IV.: *possit oratio ad rationem oratoris officii acc.* *Et quemadmodum officia oratoris ad rationem acc. possint.* Cum Victorio et vulgatis facit Voss. II. et edd. pp. Oud.

CAP. III. *In sex partes orationis consumitur, in exordium*] Sic placuit edere, quum et quondam ita Victorius, et in tribus meis reperiam. Gronov. Nec aliter MS. Traiect. Burm. Sic Pith. et Erfurt. nec non Mediol. Cratand. Victorii et Hervag. edd. quod et lac. Gronovius probavit. Sed praeterea in Erfurt. et Cauchii MSS. non legitur *orationis*, et commode posset abesse. Al. edd. *In sex partes orationis consumitur, exordium.* Graev. Ita MSS. omnes et edd. pp., nisi quod in Mediol. 1474 non compareat *orationis.* Nec male. Oud.

Est principium orationis] Erfurt.: *Est principium narrationis.* Graev. Verba: *principium orationis* omisit Sch., quod deinde *exordium* dividatur in *principium et insinuationem.* Non sufficiens ratio. *L.*

Animus auditoris aut iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum.] Monet Gulielmius exstare in Coloniensi *et apparatur;* quomodo et tres Pall. posteriores, itaque habet illud *vel*, tanquam insigne glossematis; ut scilicet *vel apparatur*, adiectum fuerit ab librario parum Latino. Gruter. Verissime coniecit Gulielmius, idque firmat optimae notae codex Duisbergensis, a quo abest etiam *aut iudicis*, quod et ipsum supervacuum est. Itaque hunc fidum ducem hic sumus secuti. Erf. *Auditoris vel iudicis.* Graev. In MSS. aliquot et ed. Mediol. 1474 *vel iudicis.* Voss. III. *et paratur.* Sed optime Leid. IV. simpliciter dat *auditoris constituitur ad audiendum*, ut bene e suis emendavit Graevius. Oud. Cod. Aug. apud Sch. *aut iudicis* et *vel apparatur.* *L.*

Constituitur ad audiendum.] Edd. *Constituitur*, vel *appara-*

tur ad audiendum. Narratio est rerum gestarum, aut
perinde ut gestarum, expositio. Divisio est, per quam
aperimus quid conveniat, quid in controversia sit: et per
quam exponimus, quibus de rebus simus acturi. Confir-
8 matio est nostrorum argumentorum expositio cum asseve-
ratione. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.
Conclusio est artificiosus terminus orationis. Nunc, quo-

---

tur ad audiendum. MSS. quidam: *Constituitur et apparatur ad audiendum.* Graev.

Perinde ut gestarum] Erf. et Cauch. *Proindē ut gestarum.* Idem. Leid. I. II. Voss. I. II. cum edd. pp. *proinde*, ut passim. Oud.

Quid conveniat, quid in controversia sit.] Hanc lectionem servant Pall. vetustiores; nam quo quodque exemplar est recentius, hoc pluribus interpolatum est quisquiliis exscriptorum, unde sec. *quid nobis conveniat, quid etc.* at primus adhuc amplius, *quid nobis ex adversariis conveniat, quid* etc. Qualia cum forte reperisset in Gallicanis membranis Lambinus, obtrusit lectori: *quid nobis cum adversario conveniat, quid* etc. Non inepte, si alterius ore auctor quisque loqui debebat, non suo. Gruter. Edd. *quid conveniat, et quid in controversia sit.* Graev. Etiam ed. Med. 1474: *quid conveniat nobiscum adversariis.* Oud.

Et per quam exponimus] Erf. *Et per quod exponimus.* Pith. *Et exponimus.* optime, ut *per quam* ex prioribus repetatur mente. Graev. Male vero. *L.*

Sumus dicturi.] Libri manuscr. tres habent *sumus acturi.* Ego tamen nihil muto. Lamb. Gulielmio placebat *acturi*, inventum in duobus suis, et tribus Lambini. Est quidem *agere* verbum forense, hincque *actores causarum:* sed cum parum intersit, et nihil varient Pall., retineo lectionem receptam. Gruter. Gulielmio assentitur Erfurt. Pith. Duisb. quos hic sequor. *Agere de re aliqua*, sive in foro, sive in senatu, sive in schola, est dicere, disserere de aliqua re. Vulgg. *Quibus de rebus simus dicturi.* Graev. Gryph. unus manuscr., quem posthac littera A designabimus, *simus acturi.* Brut. *Sumus* Leid. I. IV. ed. 1476. *Acturi* reposuit bene Graevius, suffragantibus Leid. I. Voss. I. et recentioribus quatuor. Oud. Vulgatum *dicturi* non deterius censet Sch. Recte quidem; sed codd. melioribus obsecundandum. Praeterea indicativus exquisitior. *L.*

Expositio cum asseveratione.] Duisb. *Expositio cum assentatione.* In marg. Hervag. est: *expositio cum assertione.* Graev. *Cum assertione* in Gryph. A. Brut. Leid. IV. *cum assentatione.* Sed I. et III. *cum assertione*, quod nequaquam spernendum videtur. Oud. Schuetzius veretur, ne utrumque et vulgatum, et quod commendat Oud. ab interpolatore. Retinuit tamen *cum asseveratione*, quia *asseveratio* severior quaedam affirmatio, ablegans ad *rationis probationem* infra lib. II, c. 18. *L.*

Artificiosus terminus orationis.] Pall. tres priores, ex Italia ad nos delati, adiiciunt, *totius orationis.* Quae dictio otiosa videri non posset, nisi abesset totidem Pall. in Germania forte [fortasse] descriptis: quorum quartus plane est scriptura antiqua, ut et sextus, qui ultimus praescriptum habet nomen Iohannis Palatini,

niam una cum oratoris officiis, quo res cognitu facilior esset, producti sumus, ut de orationis partibus loqueremur, et eas ad inventionis rationem accommodaremus: de exordio primum dicendum videtur. Causa posita, quo commodius exordiri possimus, genus causae considerandum est. Genera causarum sunt quatuor, honestum, turpe, dubium, humile. Honestum causae genus putatur, cum aut id defendimus, quod ab omnibus defendendum videtur; aut id oppugnamus, quod ab omnibus videtur oppugnari debere: ut pro viro forti contra parricidam. Turpe genus intelligitur, cum aut honesta res oppugnatur, aut defenditur turpis. Dubium genus est, cum habet in se causa et honestatis et turpitudinis partem. Humile ge- 9
nus est, quum contemta res affertur. Cum haec ita sint,

Ducis Bavariae ac Simerensis; qui fuit pater Friderici II. Electoris. Gruter. Quidam MSS. *Artificiosus terminus totius orationis.* Graev. In Voss. II. *argumentationis term.* Leid. IV. *orationis term.* sed Leid. II. non agnoscit v. *orationis.* Oud.

Producti sumus] Legendum fortasse est: *provecti sumus.* Verumtamen nihil muto, praesertim veteribus codicibus vulgatam scripturam confirmantibus, *producti sumus:* quod aequale est Graeco verbo προήχθημεν. Lambin.

Quo commodius exordiri possimus] Duisb. *Quo commodius et facilis exordiri possimus.* Leg. *et facilius.* Graev. Addit Leid. IV. *et facilius.* Oud. Gryph. *genus caussae erit considerandum.* Brut. *Est consid.* Ald. notante Sch. *L.*

Honestum causae genus putatur] Duisb. *Honestum causae genus id putamus.* Graev. Voss. I. *putetur.* Leid. IV. *id putamus.* Ed. Med. *putamus.* Oud.

Cum aut defendimus id, quod] Sic Erfort. Vulg. *Cum aut id defendimus.* Graev. Cod. Erf. lectionem recepit Sch. *L.*

Quod ab omnibus defendendum] Gulielmius, et hic, et statim infra delevit vocabulum *ab*, nescio an librorum iussu, haeret id sane in sex Palatinis, et vetuste editis. Gruter.

Aut id oppugnamus] Erf. *Aut oppugnamus.* Graev. Voculam *id* non habent Leid. II. Voss. III. Ed. 1476. Oud.

Ab omnibus videtur oppugnari debere.] Erf. *oppugnari debere videtur.* Graev. Falso retulit in Ed. omn. opp. Cic. ad hunc locum Schuetzius, legi in Erf. *oppugnari videtur debere*, quem ordinem recepit. Est autem hic ordo in Cod. Aug. teste eodem Sch. in Ed. Cic. Rhetor. anni 1804.

Turpe genus intelligitur] Al. *Turpe genus causae intelligitur.* Graev.

Cum habet in se causa et honestatis et turpitudinis partem.] Melius Erfurt. *et honestatis et turpitudinis partes.* Graev. *Partes* Sch. etiam in cod. Aug. invenit recepitque *L.*

Humile genus est] Duisb. *Humile genus causae est.* Graev. Deest verbum substantivum in Voss. I.; contra *caussae* addit Leid. IV. Oud.

Cum contemta res affertur.] Erf. *Cum contemta res ante afferur.* Pith. *Cum contemta res antefertur.* Graev. *Ante affertur*

conveniet exordiorum rationem ad genus causae accommodari.

CAP. IV. Exordiorum duo sunt genera. Principium, quod Graece *προοίμιον* appellatur, et insinuatio, quae *ἔφοδος* nominatur. Principium est, quum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur, ut attentos, ut dociles, ut benivolos auditores habere possimus. Si genus causae dubium habebimus, a benivolentia principium constituemus, ne quid illa turpitudinis pars nobis obesse possit. Sin humile erit genus causae, faciemus attentos. Sin turpe causae genus erit, in-

---

etiam Gryph., a quo dissentiunt excusi omnes. Unus Leoniceni liber habet *antefertur*, sed uterque male, ut existimo. Brut. *Antefertur* in quatuor iunioribus et edd. pp. *Ante affertur* vel *ante afferatur* Leid. I. Voss. I. et III. In seqq. pro *exordiorum rationem* Voss. I. *exordii narrationem* Leid. II, *exordium et narrationem*. Leid. III. *exordii rationem*. Oud.

Ad genus causae accomodari.] Lamb. et al. edd. *Ad omne genus causae accommodari.* Sed *omne* non est in Erf. Graev. *Causae ad genus* Leid. III. *Omne* additur in sola edit. 1476. Oud. *Ad omne genus causae* Sch. in Ald. reperit. *L.*

CAP. IV. *Προοίμιον appellatur, et insinuatio*] Erfurt. *Prooemium appellatur, insinuatio.* Graev.

Quae ἔφοδος nominatur.] Maluit Gulielmius *ἐπῳδός*, ut Latinis expressere literis duo Mss. eius, et Pal. omnes. Tralatio tunc ducta esset ab incantationibus morbos pellentibus; quarum meminit Suidas, tanquam hic quoque rhetores magico quasi artificio aversos hominum animos ad se allicerent; sed longius petitum videtur. Gruter. MS. meus et Mediol. edd. *quae epodos nominatur.* Cratand. et Ascens. *Quae ἔπωδος nominatur.* ἔφοδος est inductio, cum occulta quadam ratione in exordio inducitur auditor ad audiendum et accurate attendendum. Graev. *Epodos* in MS. Traj. Burm. MSS. omnes et Edd. pp. *epodos* vel ἔπωδος. In seqq. pro *quum statim* Voss. II. *quo statim*. Oud. *Statim* ad h. l. interpretatur Sch. *protinus*, ut Cic. de inv. I, 15. *L.*

Benevolos auditores] Erfurt. et meus ac Mediol. ed. *benivolos auditores*, et mox iidem *a benivolentia principum*. Graev. *Benivolos* et *benivolentia* MSS. O. et Edd. pp. semper. Oud. In seqq. Cod. Aug. traiectis vocibus *pars turpitudinis* teste Sch. *L.*

Sin turpe erit] Sic edidi, deletis duabus inanibus vocibus, *causae genus*. Lamb. Al. *Sin turpe genus causae erit.* Duisb. *Sin turpe causae erit.* Lamb. ed. *Sin turpe erit.* Sane Lambini coniecturam approbat quodam modo Duisburgensis codex, in quo *genus* non legitur. Graev. *Genus* abest quoque a Leid. IV. In aliis vocum ordo variatur. Voss. III. *sin turpe*, ceteris omissis. Optime. Oud. Hanc omissionem comprobavit Schuetzius, inficetam frequentiorem horum verborum repetitionem esse iudicans. Intelligit autem Graevius *turpe genus caussae* tale, ut si pro ebrietate, aut pro podagra dicatur. *L.*

Insinuatione utendum est.] Al. *Insinuatione utemur.* Graev. Nos, ut Lamb. edidit, *insinuatione utendum erit*, edidimus, hanc scripturam in Gryph. A., quae multo quidem praestat, nacti. Brut.

simulatione utendum est, de qua posterius dicemus, nisi quid nacti fuerimus, quare adversarios criminando, benivolentiam captare possimus. Sin honestum causae genus erit, licebit recte vel uti, vel non uti principio. Si uti volemus, aut id oportebit ostendere, quare causa sit honesta, aut breviter, quibus de rebus simus dicturi, exponere. Si principio uti nolemus, a lege, a scriptura,

---

De qua posterius dicemus] Haec in Erfurtensi traiecta sunt ad sequentia verba: *Sin honestum de qua posterius dicemus.* GRAEV.

Nisi quid nacti fuerimus] Ita quidem, quod scio, Gothofredus et Gruterus, quum ante illos legant editiones *nacti erimus,* quod probant nostri tres; et particula ista aeque frequenter vel saepius etiam sic construitur ab hoc scriptore. Mox quoque iidem *benevolentiam capere.* GRONOV. Utrumque in MS. Traiect. BURM.

Nisi quid nacti fuerimus] MSS. quidam et edd. vett.: *Nisi quid nacti erimus.* Sed *fuerimus* est in Duisb. et Erfurtano MS. et ed. Victoriana. GRAEV. In septem nostris et Edd. pp. est *erimus.* OUD.

Benivolentiam captare] Quidam MSS. *Benivolentiam capere.* GRAEV. *Captare* exaratur in Leid. III; in reliquis et Edd. *capere,* OUD. Capere rescripsit Ern. e MSS. et edd. vett. Cod. Aug. teste Sch. habet *capere oportebit. L.*

Sin honestum causae genus erit, licebit] Erfurt. *Sin honestum, de qua posterius dicemus, licebit.* GRAEV.

Licebit recte uti, vel non uti] Cauch. *Licebit recte vel uti vel non uti.* GRAEV. Prius *vel* male exsulat ab Ed. 1476. OUD.

Si uti volemus, aut id oportebit] Lamb. ed. *Si uti principio volumus, aut id oportebit.* GRAEV. Sine voce *principio,* ut iam Aldus et Victorius ediderat, scriptum invenimus in Gryph. A. Lambinus etiam secundo loco vocem *principio* tollit, haud illam etiam illic magnopere opportunam. BRUT. In vv. *aut id oportebit* pronomen cum Ernestio sustulit Sch., non satis recte, ut opinor. *L.*

Quibus de rebus simus dicturi] Duisb. *Quibus de rebus sumus dicturi.* GRAEV. *Sumus* etiam Leid. IV. In seqq. pro *exponere* Leid. II. *ostendere.* Verbum deest in Ed. Med. OUD.

Si principio uti nolemus, a lege, a scriptura, aut ab aliquo firmissimo nostrae causae] Erfurt. *Si principio uti nolemus, ab lege, ab scriptura, ab aliquo nostrae caussae.* Duisb. *Si principio uti nolemus, a lege, aut a scriptura, aut ab aliquo firmissimo.* Meus MS. *Si principio uti nolemus a lege, vel a scriptura, vel ab alio firmissimo.* Lamb. ed. *Sin uti nolemus, a narratione, a lege, a scriptura, aut ab aliquo firmissimo.* Ed. Veneta et Herv. *Sin principio uti nolemus.* GRAEV. *A narratione, a lege, a scr.* Ita Lamb. legit; quod quidem videtur ratio postulare. Ubi enim quis principio non utatur, reliqua illi est narratio, quam primam aggrediatur. Quae quanquam ita sint, absunt tamen aeque a MSS. et ab impressis aliis. BRUT. Placet *ab lege,* quod dant Leid. I. II. III. Voss. II., in quo etiam et in Leid. II. *ab scr.* In Leid. IV. *aut a scr.* Edd. *vel a scr.* Med. addit *aut a narratione.* OUD.

aut ab aliquo firmissimo nostrae causae adiumento principium capere oportebit. Quoniam igitur docilem, benivolum, attentum habere auditorem volumus, quomodo quidque confici possit, aperiemus. Dociles auditores habere poterimus, si summam causae breviter exponemus, et si attentos eos faciemus; nam docilis est is, qui attente
11 vult audire. Attentos habebimus, si pollicebimur, nos de rebus magnis, novis, inusitatis verba facturos, aut de iis rebus, quae ad remp. pertinent, aut ad eos ipsos, qui audient, aut ad Deorum immortalium religionem; et si

---

Ab aliquo firmissimo nostrae causae adiumento] Erfurt. *Ab aliquo nostrae causae adiumento.* Pith. *Ab aliquo firmissimo nostrae causae argumento.* Graev. Deest *aut* Voss. tribus. *Firmissimo* non comparet in Leid. II. Oud. MSS. quidam *alio.* Sed bene defendit Ern. *aliquo*, quod, ut saepe, dicitur pro *alio quo. Sch.* Idem *initium capere* pro *principium c.* dedit ex coniectura. *L.*

Quomodo quidque confici possit] Duisb. MS. *modo quodque effici possit.* Lamb. ed. *Quomodo quidque effici possit;* quod vulgatae praetulerim. Al. *Quomodo quidque eorum confici possit.* Hervag. *Quomodo quidque confici possimus.* Graev. *Quomodo quidque fieri possit* exhibet Gryph. A. *Quomodo quidque confici possit* Ald. Vict. Leonic. Brut. *Quodque* Leid. III. IV. *quodque eorum* Ed. 1476. *effici* Voss. II. Leid. IV. Oud. Paullo ante *attentum auditorem volumus habere* Cod. Aug. teste Sch. *L.*

Dociles auditores habere poterimus] Erf. *Dociles auditores habere possumus.* Graev.

Si attentos eos faciemus] Pith. *Si attentos faciemus.* Idem.

Docilis est is, qui attente vult audire.] In nullo MS. reperi istud *is*, quod tamen habent etiam editi. Gronov. Non exstat *is* in meo et Duisburg. nec in suis reperit Gronovius. Sed Erf.: *Nam docile est, quod attente vult audire.* Graev. In MS. Traiect. *est ille.* Burm. Expungatur pronomen, iubentibus MSS. sex. In recentissimo et Ed. 1476. *ille.* Oud. Expunxit Sch. auctoritate cod. Altorf. Cod. Aug. habet *ille*, teste eodem Sch. Variationem illorum inter *is* et *ille*, pronomen interpolatori debere ostendit, iudice Schuetzio, qui propterea etiam improbandum censet, quod speciem definitionis praeberet. *L.*

Quae ad remp. pertinent] Mss. vel *pertinent* vel *pertineant.* Gronov. *Pertinent* MS. Traiect. Burm. Erfurt. et al. *Aut de iis quae ad remp. pertineant.* Al. *Quae ad remp. pertinerent.* Edd. nonnullae: *quae aut ad remp. pertinent.* Graev. Et hic deleatur *rebus*, auctoritate MSS. quinque vetustiorum et ed. Mediol. Oud. *De rebus his* Cod. Aug. teste Schuetzio. *L. Pertineant* cum MSS. quinque melioribus et Edd. pp. Oud.

Eos ipsos, qui audient] Erf. *Eos ipsos, qui audiunt.* Graev. *Eos ad ipsos* Leid. pr. *audiant* Leid. II. *audiunt* Leid. III. Oud.

Religionem, aut ad pietatem; etsi, etc.] Verba illa, quae erant in libris vulgg. *nos esse dicturos* sustulimus, ut supervacanea. Petenda enim sunt ἀπὸ κοινοῦ superiora, *verba facturos;* adde quod non reperiuntur in tribus libris manu scriptis. Lamb. Secutus sum Victorium et Manutium, Pall. et quinque, item Fabr. nam retro vulgati verbesius: *religionem, aut ad pietatem, et si*

rogabimus, ut attente audiant; et si numero exponemus
res, de quibus dicturi sumus. Benivolos auditores face- 13
re, quatuor modis possumus, a nostra, ab adversariorum,
ab auditorum persona, et a rebus ipsis.

---

etc. Male; nam quod cui in mentem veniat, *pietatem* hic intelligi de iis officiis, quae conferuntur in parentes, cognatos, liberos etc. id vero minus nihilo est: ea attentionem non excitabit, sed magis benivolentiam, itaque ibi mox ponitur. GRUT. Edd. *Ad deorum immortalium religionem, aut ad pietatem nos esse dicturos.* Erf. *Aut deorum immortalium religionem, et si.* Merito Grut. delevit haec verba *aut ad pietatem.* Nam nec in Erfurt. nec in Pith. nec Duisb. MSS. leguntur. GRAEV. Etiam Brutus, Lambinum et Gryph. ms. secutus, deleverat verba *nos esse dicturos,* retinuerat tamen vv. *aut ad pietatem. L.* Addunt Leid. I. Voss. I. *pietatem*, Leid. III. *et pietatem* cum ed. Med. Sed ed. 1474. *aut pietatem nos esse dicturos*, prave. OUD. Cod. Aug. apud Sch. pariter addit: *et pietatem.* Ipsa in hoc additamento varietas scripturae testatur originem. *L.*

Ut attente audiant.] Erf. *Ut attente audiantur.* GRAEV.

Et si numero exponemus res, de quibus dicturi] Plerique MS. *quibus de rebus dicturi;* ut videatur id admittendum, sed prius expuncta syllaba *res.* GRUTER. Cur illam exigat, non bene intelligo, quum Manuscripti nihil varietate sua definiant, et in uno plenissime legam *exponemus res quibus de rebus.* Id non minus nunc pati queo, quam initio capitis 2. *de his rebus posse dicere, quae res ad usum civilem constitutae sunt*, et centies tum in hac, tum reliqua horum scriptorum parte, et cap. 10. GRONOV. Quem etiam vid. ad lib. IV. cap. 8. BURM. Quidam MSS. *Si numero exponemus res de quibus rebus dicturi.* Alii aliter. *Si numero exponemus res, de quibus dicturi.* Meus MS. et edd. quaedam: *Si numero exponemus res, quibus de rebus dicturi.* Duisb. *Si numero exponemus res, de quibus rebus dicturi.* Quod lac. Gronovius merito tuetur. GRAEV. *Res, quibus de rebus.* Ita legitur in Gryph. A., usitata optimis scriptoribus dicendi ratione. Ut infra eodem libro [c. 9.] *de his rebus caute confligendum est, quibus in rebus* et quae sequuntur. In impressis partim [modo] vox illa prior *res* abest, partim [modo] duae sequentes *de rebus.* BRUT. *Res, quibus de rebus* etiam Ernestius edidit. Probavit Sch. ex MS. Guelf. notante Heusingero ad Cic. de officiis I, 31, 2. qui conferendus est. *L.* Atque ita legendum esse docent Voss. tres, Leid. II. et ed. Med. *Rebus* addunt etiam reliqui tres. Omnibonus ergo primus edidit *de quibus d.* OUD.

Possumus] E Cod. Aug. recepit Sch. *poterimus. L.*

Aut a nostra] Duisb. *Aut ab nostra.* GRAEV. MSS. quinque *ab nostra.* Ed. Med. *a n. persona.* OUD.

Ab adversariorum, ab auditorum.] Erfurt. *Ab adversariorum nostrorum, ab auditorum.* GRAEV. Addunt *nostrorum* MSS. sex et Ed. pr. Bene. *ab advers. persona* Voss. II. OUD. Voc. *nostrorum* sine caussa probari ab O. notavit Sch. *L.*

Et a rebus ipsis.] Ab Erfurt. abest copula. GRAEV. Copulam non habet Ed. Med. *Ab rebus i.* Voss. I. *Et ab r. i.* Voss. II. et duo Leid. OUD.

CAP. V. A nostra persona benivolentiam contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, aut in rempub. quales fuerimus, aut in parentes, aut in amicos, aut in eos, qui audiunt, aliquid referemus, dummodo haec omnia ad eam ipsam rem, de qua agitur, sint ac-
13 commodata. Item si nostra incommoda proferemus, in-

CAP. V. *Benevolentiam contrahemus*] Quidam putant legendum *conrademus*, aut *corrademus*; ego nihil muto. LAMB. Cum tradat Lambinus, quosdam arbitrari legendum *corrademus*, prodideritque Beciohemus in libro suo MS. inveniri *comparemus*; suspicetur quis non de nihilo, duo illa, *benivolentiam contrahemus* esse a largitione scribarum; certe subintelligi posse, nemo negaverit. GRUT. MS. *A nostra persona benevolentiam comparemus*. GRAEV. Iniuria Gruterum, vv. *ben. contr.* a librariis addita esse, censere, vidit Sch. Amare enim hunc scriptorem variationem in verbis, ut postea: *benivolentia captabitur — colligetur*. *L.*

Aut in remp.] *Si aut in remp.* LAMB. *Aut in rempub. quales fuerimus, aut in parentes, aut in amicos*] Ab Erfurt. absunt haec omnia. GRAEV. Brutus e Gryph. A. ediderat *atque in remp.*, quod comprobavit Sch. recepitque. Exemplum rei citatur Cic. Or. pro Rabirio exord. *L.*

Aut in amicos] Duisb. *Aut etiam in amicos*. GRAEV. Ita etiam Leid. IV. OUD.

Aut in eos ipsos, qui audiunt, vel omnes, vel aliquos, referemus] Sic restitui libros aliquot veteres secutus. Longe profecto melius, quam quo modo habent vulgati: *aut in eos ipsos, qui audiunt, aliquid referemus, d.* LAMB. Recepi lectionem Lambinianam libris aliquot veteribus nixam, ut quidem ipse adfirmat. Nam nostri subscribunt vulgato: *qui audiunt aliquid referemus*, neque ullam suorum varietatem prodidit Gulielmius. GRUT. Erfurt. *Aut in eos, qui audiunt, aliquid referemus*. Lamb. et Grut. edd. *Aut in eos ipsos, qui audiunt, vel omnes, vel aliquos referemus*. Mei quoque omnes, praecipue illi optimi Erfurtensis, Duisburgensis, et Pithoei, illa verba, quae inseruit Lambinus, nescio quibus ex MSS. quos non nominat, et retinuit Gruterus, ignorant. Si in MS. leguntur, potuerunt in id irrepsisse ex magistri interpretatione versibus interposita, aut margini allita. Nolui ego invitis libris, quos alii omnes praeter Lambinum evolverunt, retinere, quamvis ea non displiceant mihi. GRAEV. *Aut in eos, qui audiunt, aliquid ref.* Sic etiam in MSS. Leid. et Voss. ac pp. Edd., nisi quod *eos ipsos* dent Edd. *Et ipsos eos* Leid. IV. *Audient* Voss. II. Ed. Med. *aliquod* Voss. II. OUD. *Qui audient* iudices intelligit Sch. atque ita scripsit, missis illis a Lamb. introductis. *L.*

Dummodo haec omnia ad eam ipsam rem] Erfurt. *omnia ad eam ipsam rem. Dummodo haec omnia*. Ab Omnibono est lectio. In MSS. meis ad unum omnibus et Ed. Med. *dum*, quod optimis quibusque cum subiunctivo pro *dummodo* in usu esse, nemo nescit. OUD. *Dum* restituit Ern. In proximis *ipsam* delevit Sch., iniuria, ut videtur. Exemplum rei laudatur Cic. or. pro Flacco exordium. *L.*

Si nostra inc. prof.] In rei exemplum citatur exordium orat. pro Sulla. *L.*

opiam, solitudinem, calamitatem: et si orabimus, ut nobis
sint auxilio; simul ostendemus, nos in aliis spem no-
luisse habere. Ab adversariorum persona benivolentia
captabitur, si eos in odium, in invidiam, in contemtio-
nem adducemus. In odium rapiemus, si quod eorum
spurce, superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, ma-
litiose, flagitiose factum proferemus. In invidiam trahe-
mus, si vim, si potentiam, factionem, divitias, inconti-
nentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitatem,
affinitates adversariorum proferemus, et his adiumentis
magis, quam veritate eos confidere aperiemus. In con-
temtionem adducemus, si inertiam, ignaviam, desidiam,
luxuriam eorum proferemus. Ab auditorum persona be-
nivolentia colligetur, si res eorum fortiter, sapienter, 14
mansuete, magnifice iudicatas proferemus: et si, quae de

Et simul ostendemus] Al. *Et si simul ostendemus.* Graev. MSS. sex cum Ed. pr. *et simul.* Leid. III. *si simul.* Ed. 1476. *Et si simul.* Certe addi quid debet. Oud. *Et si simul ostendemus* Cod. Aug. apud Sch. Nihil addi necessarium. *L.*

Benevolentia captabitur.] Pith. *Benevolentiam captabimus.* Graev. *Benivolentiam captabimus* Voss. II. Leid. III. Oud.

In invidiam, in odium, in contemtionem] Erfurt. *In invidiam, in odium, et contemtionem.* Graev. Tertium *in* a MSS. abest, si excipias Voss. II. et Leid. IV. Oud.

Si quod eorum] Duisb. et nonnullae edd. *Si quid eorum.* Graev. *Quid* Leid. IV. Ed. 1476. Oud.

Perfidiose, crudeliter] Erf. *perfidiose, perniciose, crudeliter.* Graev.

Si vim, si potentiam, factionem] Duisb. *Si vim, potentias, si factionem.* Graev. In rei exemplum afferunt exordium orat. pro P. Quinctio. *L.*

Hospitium, sodalitatem, etc.] Arbitratur Gulielmius corrigendum *hospitia, sodalitates*, neque enim odiosum, habere hospitem, aut sodalem; multitudo in invidia fuit. Grut. Recepit Sch. *L.*

Quam veritate eos confidere] Sic Pal. sec. quart. sextus, item Bruil. dictumque vetuste ac venuste videbatur Gulielmio. Grut. Plerique MSS. et edd. *Quam veritati confidere.* Duisburg. *Quam veritate confidere.* Sed Pith. Cauch. meus cum editis *veritati.* In Erfurtano haec omnia *et his adiumentis*, usque *ad adversariorum proferemus* non habentur. Graev. *Veritate eos* sola editio Mediol. In ceteris *veritati.*

Luxuriam eorum] Sic in nullo vetere inveni, sed simpliciter *luxuriam adversariorum*, ut est in olim editis. Gronov. et ita MS. Traiect. Burm. *Si luxuriam eorum proferemus.*] Sic quidam MSS., in meo et edd. priscis est: *Si luxuriam adversariorum proferemus,* quod in suis quoque Gronovius legit. Graev. Etiam Lambinus dederat *eorum. L.* MSS. O. et Edd. pp. *adversariorum,* quod nulla de caussa mutarunt recentiores Edd. cum Lambino. In seqq. pro *colligetur* MSS. duo et Edd. pp. *colligitur.* Voss. II. *captatur.* Leid. I. *ducitur.* Oud. *Captatur* Cod. Aug. apud Sch. *L.*

Fortiter, sapienter] In rei exemplum affertur Darii apud Curtium V, 6. oratio, et Ciceronis exordium in orat. post red. in

iis existimatio, quae iudicii exspectatio sit, aperiemus. A rebus ipsis benivolum efficiemus auditorem, si nostram causam laudando extollemus, adversariorum per contemtionem deprimemus.

CAP. VI. Deinceps de insinuatione aperiundum est. Tria sunt tempora, quibus principio uti non possumus: quae diligenter sunt consideranda: aut cum turpem causam habemus, hoc est, cum ipsa res animum auditoris a nobis alienat; aut cum animus auditoris persuasus videtur esse ab iis, qui ante contra dixerunt; aut cum defessus est eos audiendo, qui ante dixerunt. Si causa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his rationibus: rem, non hominem; aut hominem, non rem spectari

---

Sen. *Existimatio — exspectatio.* Cf. Apuleii in Apologia principium. *L.*

Laudando extollemus.] Equidem verba *extollere* et *deprimere* aliquoties opposita occurrunt apud Ciceronem, etiam apud Livium, ut patet ex citatis ab Patre ad lib. XXX. 36. Hic tamen in MSS. mihi occurrit *laudando tollemus.* Gronov. Quidam MSS. *Laudando tollemus.* Graev. Voss. I. cum Leid. I. a pr. m. et Leid. II. *tollemus.* Oud. Ita etiam Cod. Altorf. apud Sch. Exemplum rei laudatur quarti huius libri totum exordium. *L.*

Per contemtionem deprimemus.] Edd. Vett. *Per contentionem deprimemus.* Graev.

CAP. VI. *Deinceps de insinuatione aperiundum est.*] Pal. quartus nihil habet loco illius *aperiundum est*, et profecto, poterat abesse. Grut. MSS. sex et Ed. 1476 *aperiendum est.* Voss. III. *aperiemus.* Ed. Med. *dicemus.* Oud.

Quibus principio uti] Erfurt. et meus: *in quibus principio uti.* His verbis adscripserat Pithoeus: *Hinc orditur V. C. Claud. Puteani vetustiss. exemplar de insinuatione et tribus temporibus principii.* Graev. Unus Leoniceni liber vetustissimae editionis converso ordine verborum ita habet: *quae — consideranda; in quibus — possumus.* Gryphii tres MSS. vetustissimi a vulgatis non dissentiunt. Brut. *Tempora, quibus.* Leid. II. *genera vel tempora, quibus.* Voss. I. Ed. 1476. *in quibus.* Bene. Oud.

Persuasus videtur esse] Putean. et Erfurt. *Persuasus esse videtur.* Graev.

Aut cum defessus est eos audiendo, qui ante dixerunt.] Haec in Erfurt. non leguntur. Graev. Paullo ante Schuetzius in verbis: *qui ante contra dixerunt* sustulit v. *ante;* recte. *L.*

Non rem spectare oportere:] Indicat Gulielmius restare in Broil. *exspectare;* quod et mihi repertum in Pal. pr. sec. quarto, sexto, et sic saepe expressum in bonis auctoribus, de quo nos integro capite in libellis Suspicionum. Gruter. In Pithoeano non leguntur haec verba: *Aut hominem non rem.* Addit Pithoeus, *et glossa est manu recenti reposita.* Mox una voce auctior Erfurtensis: *Et esse indigna, aut nefaria proferemus.* A Duisburg. abest *aut.* Graev. Quatuor illa verba: *aut hominem non rem* desunt etiam in duobus Gryph. MSS. teste Bruto. Legebantur in uno, qui recentior illis, praeter particulam *aut*, quae aberat. *L.* De-

oportere: non placere nobis ipsis, quae facta dicantur ab adversariis, et esse indigna, aut nefaria. Deinde cum diu rem auxerimus, nihil simile a nobis factum ostendemus; aut aliquorum iudicium de simili causa, aut de eadem re, aut de minore, aut de maiore proferemus. Deinde ad nostram causam pedetentim accedemus, et similitudinem conferemus. Item si negabimus, nos de adversariis, aut de aliqua re dicturos, et tamen occulte dicemus interiectione verborum. Si persuasus auditor

---

sunt in Voss. III. Voce *aut* carent quattuor MSS. In Leid. III. legas *hominem, non rem, aut rem, non hominem.* Et sic dant Edd. pp. nisi quod ed. 1476. *aut* non habet. Oud. Genuina videbantur Schuetzio, quia Cic. de Inv. I, 17. in eadem caussa dicit: *aut pro re hominem, aut pro homine rem interponere.* L.

Cum diu rem auxerimus] Al. *cum rem diu auxerimus.* Haec verba: *cum diu rem* etc. usque *aut de maiore proferemus*, non habentur in Erfurtensi. Graev. In seqq. *factum a nobis* in cod. Aug. teste Sch. L.

Aut de eadem re, aut de minore] Sic reposui ex Duisburgensi, cum *re* desideretur in aliis, ut paullo post: *aut de aliqua re dicturos.* Mox Put. *aut de minore aut maiore.* Pith. *de minore aut maiore.* Addit Pithoeus *de* esse glossam. Abest etiam a Duisburg. Graev. *De simili caussa, aut de eadem, aut de minore.* Sic MSS. O. mei et Edd. pp., nisi quod in Leid. chart. sit *et de eadem re.* Mihi istud *re* non placet. *Simili de caussa* in eodem et in Leid. III. Oud. Nec Sch. v. *re* opus esse iudicat, citatque Ciceronem de Inv. I, 17. L.

Ad nostram causam pedetentim] Putean. *aut nostram caussam pedetemptim.* Duisb. *ad nostram pedetentim.* Graev. Voc. *caussam* deest in Leid. IV. Oud. In seqq. *Si denegabimus.* Voss. I. *Si* sustulit Sch. propterea, quod antecedentium membrorum constructioni non conveniat. L.

Aut de aliqua re dicturos] Hactenus impressi interiectum habebant: *re eorum dicturos;* perperam, sane contra MSS. nostros, et vero de persona, aut de re dicimus. Grut. *Eorum* abest cum ab aliis MSS. tum Putean. Duisb. Erfurt. in quo *aut aliqua re dicturos.* Graev. *De aliqua re eorum.* Sic editio Omniboni contra MSS. O. Oud. *Eorum* etiam abest a Cod. Aug. Ernestius delevit ne monito quidem lectore. Sed abesse non debet, quod vel e simili loco Cic. de Inv. I, 17. intelligitur: *et negante quicquam de adversariis esse dicturum neque hoc neque illud.* Haec Schuetzius. Recte hic, etsi locus e Ciceronis libro petitus nihil demonstrat. In editione Omn. opp. Cic. delevit v. *eorum*, sententia retractata, male, tametsi Brutus quoque, neque in tribus Gryph. MSS. neque in Ald. et Vict. legi, testatum reliquerit. L.

Si persuasus auditor fuerit, id est, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit:] Quis concoquat hanc explicandi rationem, ut quum in glossa sit singulare, in expositione ponatur plurali numero? Certe non sic facit alibi. Etiam MSS. hic fraudem agnoscunt, in quorum uno non apparet vox *auditoribus.* In duobus hic ordo est: *fidem fecerit auditoribus*, et eorum tamen unus *auctoribus.* Mox iidem duo *putarint*, quomodo etiam non-

fuerit, id est, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit (neque enim non facile scire poterimus, quoniam non sumus nescii, quibus rebus fides fieri soleat): ergo
16 si fidem factam putabimus, his rebus nos insinuabimus ad causam: de eo, quod adversarii firmissimum sibi adiumentum putaverunt, primum nos dicturos pollicebimur: aut ab adversarii dicto exordiemur, et ab eo maxime, quod ille nuperrime dixerit: aut dubitatione utemur, quid potissimum dicamus, aut cui loco primum respondeamus

---

nulli editi antiquiores, alii vero *putaverint;* quod non video cur sit mutatum. GRONOV. In Puteani et Erfurt. codicibus legitur: *si persuasus auditor, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit.* Quam lectionem probat Pithoeus, addens *fuerit, id est,* est glossa. Non tamen recedendum puto a vulgatis, aut omnia ista delenda: *id est, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit,* ut sit interpretatio horum verborum: *si persuasus auditor fuerit.* GRAEV. Verba *id est* in duobus Gryph. vetustioribus non habentur. Non incommode autem videntur posse desiderari. BRUT. Sch. ista omnia: *si persuasus auditor fuerit, id est* tanquam ab interpolatore profecta delevit. Provocat ad Cic. de Inv. I, 17.; ubi quum antea dixisset Cicero: *aut ab iis, qui ante dixerunt quiddam, auditori persuasum videtur;* id deinde sic variat: *sin oratio adversariorum fidem videbitur auditoribus fecisse. L.* Ceterum *adiumentum putarint* exhibent Voss. I. III. Leid. I. II. Vulgo *putaverunt.* In Voss. II. non legas *adiumentum,* nec male. OUD. *Adiumentum* etiam Sch. delevit. *L.*

Auditoribus fidem fecerit] Erfurt. et Put. *fecerit auditoribus fidem.* GRAEV.

Ergo si fidem factam] Propter aliquot verba interposita, iterat ea, quae ante dicta sunt, sed aliis verbis: quod est scriptoribus perquam usitatum. *Si persuasus* (inquit) *auditor fuerit, id est* etc. deinde sequitur interpositio, qua absoluta, subiicitur eiusdem rei iteratio aliis verbis: *ergo si fidem,* etc. LAMBIN. De vv. *ergo* et *igitur,* parenthesin excipientibus cf. Matth. Miscell. philol. I, vol. 2, p. 299. Adde Goerenz. ad Cic. Acad. II, 50. 233. Sed res est nota. *L.*

His rebus nos] Al. *His nos rebus.* GRAEV.

De eo, quod adversarii] Quidam libri veteres non habent particulam *si* ante *de eo, quod:* quos secuti sumus. Vulgata tamen lectio ferri potest. LAMB. Sic Erfurt. Put. et alii MSS. Vulgati: *si de eo, quod adversarii.* GRAEV. Lambini emendationem tuentur duo Gryph. B. C. BRUT.

Aut ab adversarii dicto exordiemur, et ab eo maxime] Erfurt. *ab adversarii dicto exordiemur, ut ab eo maxime.* Duisb. *aut ab adversariis dicto exordiemur.* GRAEV. *Aut* deest etiam in iisdem duobus Gryph. BRUT.

Aut dubitatione utemur] Erfurt. *dubitatione utemur.* GRAEV. Deest pariter *aut* in duobus iisdem Gryph. BRUT.

Aut cui loco primum] Erf. *aut quo loco primum.* GRAEV. *Quo loco* etiam duo Gryph. B. et C. BRUT.

Respondeamus cum admiratione] Erf. *Respondeamus cum af-*

cum admiratione. Si defessi erunt audiendo, ab aliqua re, quae risum movere possit, exordiemur, ab apologo, a fabula verisimili, imitatione, depravatione, inversione,
ambiguo, suspicione, irrisione, stultitia, exsuperatione, 17

---

firmatione. Graev. *Cum admiratione.* Addunt Voss. I. *vel confirmatione*, Leid. II. *vel affirmatione.* Oud.

Ab aliqua re, quae risum movere possit, exordiemur] In optimo Erfurtensi non est *exordiemur*, et potest abesse sine ullo detrimento, et ἀπὸ κοινοῦ repeti. Sic paullo post pro *a fabula verosimili*, Frfurt. *Fabula verosimili* sine *a*. Quod hic non magis desideres, ac [atque] in sequentibus vocibus. Graev. Dele verbum ἀπὸ κοινοῦ repetendum, nec in ullo MSpto comparens. Oud. Sch. verbum commode abesse non posse ratus, ex Cic. de Inv. I, 17. extr. scripsit *incipiemus*, pro *exordiemur.* Quod improbandum. *L.* Vocula *a* ante v. *fabula* deest etiam in Leid. II. Oud.

Imitatione] Brutus dedit *immutatione* e Gryph. B. et C. Non hos admittendum censuit Sch., quia in seqq. dicit de ridiculo e litterarum mutatione. *L. Vel imitatione* Voss. I. Leid. II. aliique. *Imitatione sententiae* Voss. II. Oud. Tum *imitatione depravata* Sch. de coniectura, qua non opus. Ceterum *depravatio* est vocis vultusque deformatio, *imitatio* autem orationis, vocis atque oris alterius repraesentatio. *L.*

Inversione, ambiguo, suspicione] Al. *Inversione, abiectione, ambiguo, suspicione.* Erfurt. *inversione, suspicione.* Graev. *Verborum inversione.* Voss. II. *Ab ambiguo* MSS. quatuor. Oud. Pro *ambiguo* in Gryph. B. *abicia*, in C. *abiecta*; ut verisimile sit, corruptam vocem et depravatam ex vera *abiecta*, quae non male adiungi verbo *suspicione* potest; si quam enim in suspicionem adversariorum oratione sint iudices vocati, ut principium ab ea abiecta et refutata instituatur. Brut. Sed in eo nulla est caussa ridiculi. Sch. *Abiectione* inserunt ante v. *suspicione* MSS. tres. In Voss. I. Leid. II. *a suspicione.* Oud. *Inversio* est, iudice Toxita, sententiae in contrariam partem inclinatio. Eius exemplum laudatur ex lib. II. de Orat. 65. ubi conferenda, quae de L. Helvio Lamia et Crasso narrantur. *Ambiguum* est secundum Toxitam, cum nescitur, in quam partem accipi debeat. *Suspicio*, ut si dicas: *quot hic doli lateant, vos nescitis. L.*

Stultitia, exsuperatione] Erfurt. et Cauch. *Stultitia, separatione.* Graev.

Stultitia] Cum adversarios videri stultos, quod minus prudenter quae dixerint excogitariut, videri nolumus. Capidur. *Irrisione stultitiae* recte scripsit Sch. ex Cic. de Orat. II, 69. ubi inter genera ridiculorum memoratur *stultitiae reprehensio L.*

Exsuperatione] G. Trapezuntius Rhetor. Lib. I. ait: Ab exsuperatione fit exordium, cum accusantes dicimus maioris criminis accusare potuisse; ut si quem furti accuses, eum etiam sacrilegii accusare potuisse. Defensor exsuperatione utetur, si dicere poterit, se non solum nullam huius rei criminationem timuisse, sed laudem etiam sperasse hoc pacto: Quidam traiecto exercitu naves comburi iussit, vicit, rediit, causam dicit quod naves combussisset. Cuius simile est pro L. Flacco Ciceronis exordium. Inferius in lib. IV, 53. clarius exponit: *Significatio est*, etc. Graev.

18 collatione, abiectione, adiectione, literarum mutatione; praeterea exspectatione, similitudine, novitate, historia, versu: aut ab alicuius interpellatione, aut arrisione; et

---

Collatione, abiectione, adiectione literarum] Secutus sum editionem Roberti Stephani, confirmatam ab interprete Palatini primi, nisi quod idem quoque explicet praeterea vulgatum illum *collocatione:* adeo ut forsan et hoc reponi hic possit. Lambinus haec etiam habet, sed interponit ter voculam *aut*, quae in nullo MS. Posset etiam legi *collectione* cum Bruil. ac Fabr. Grut. In Gryph. B. C. *collectione, litterarum mutatione,* a quibus Gryph. A. non dissentiens vocem *collatione*, quae in vulgatis mansit, retinet. In Leonic., qui *collatione* habet, *abiectione, mutatione litterarum* legitur. Brut.

Collatione, etc.] Collatio est cum conferimus nostra cum adversariis. De collatione vide Vossium lib. V. Institut. Orator. cap. 10. sect. 1. Varie hic locus legitur tam in editionibus, quam in MSS. In Mediol. legitur: *Collatione, abiectione, mutatione litterarum.* Ascensii, Cratandri, Hervag. et multae aliae lectionem, quam Gruterus secutus est, exprimunt. Sed Victorii, *collocatione, litterarum mutatione.* Lamb. ed. *Collatione adiectione aut abiectione litterarum, aut commutatione.* Erfurt. *Collectione, litterarum mutatione.* Pithoei, *Collocatione, litterarum mutatione.* Meus codex: *Collectione, abiectione, litterarum mutatione.* Duisb.: *Collatione aut litterarum mutatione.* Hanc veram duco huius loci scripturam esse, illa vero *abiectione, adiectione* esse glossam magistri, qui interpretatus sit *mutatione litterarum* per illa *abiectione, adiectione.* In nullo sane codice, quos evolvi, *adiectione* legitur. In aliis tam edd. quam MSS. *adiectione* alio loco ponitur; ut in Argentoratensi: *inversione, abiectione, ambiguo, suspicione* etc. In Putean. *inversione, abiectione, ambiguo, adiectione, suspicione.* In Erfurt. plane non legitur. Sic enim totus locus ibi se habet: *Inversione, suspicione, irrisione, stultitia, separatione, collectione, litterarum mutatione.* Ista litterarum mutatio aliter dicitur παρονομασία, de qua vide Vossii Institut. Orator. lib. V. c. 5. sect. 1. Eo etiam pertinet παρήχησις, de qua idem eodem capite sect. 3. Graev. Vocabula *abiectione, adiectione* glossatori tribuit etiam Sch. *Collatione* verum esse, ostendit idem e Cic. de Orat. II, 66. ubi de ea agitur in locis ridiculi. *L.*

Exspectatione] Cum fingimus auditorem exspectare rem magnam, quam dicturi sumus. Longol. *Similitudine turpi, novitate* scriptum exstat in Gryph. B. et C. Brut. In proxime antecc. pro vv. *praeterea exspectatione* rescripsit Sch. *dicto praeter exspectationem,* quemadmodum legendum patere dicit coll. de Orat. II, 69. 70. In sola enim exspectatione non contineri caussam ridiculi. Nec credibile esse, omissum h. l. esse notissimum ridiculi genus τὸ παρὰ προςδοκίαν. *L.*

Aut ab alicuius interpellatione, aut arrisione etc.] Ita exemplaria nostra omnia. Lambinus *irrisione* maluit, oblitus turpiter, id verbum paullo ante positum hac ipsa in re. Grut. Hic quoque satis magna varietas. Nonnullae edd. *ab alicuius interpretatione, aut arrisione.* In Erfurtensi totus locus sic legitur: *historia, versu, aliter ac parati fuerimus, nos esse dicturos ab alicuius interpellatione aut arrisione, nos non eodem modo, ut ceteri solent, verba fa-*

si promiserimus, aliter, ac parati fuerimus, nos esse dicturos; nos non eodem modo, ut ceteri soleant, verba facturos; quid alii soleant, quid nos facturi simus, breviter exponemus.

CAP. VII. Inter insinuationem, et principium hoc interest. Principium huiusmodi debet esse, ut statim, apertis his rationibus, quibus praescripsimus, aut benivolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem; at insinuatio eiusmodi debet esse, ut occulte per dissimulationem eadem illa omnia conficiamus, ut ad eandem commoditatem in dicendi opere pervenire possimus. 19

---

cturos. Non male, nam in sequentibus non additur: *nos non eodem modo* etc. et *quid alii soleant* etc. non additur: *aut* ac *si promiserimus.* In Duib. haec tantum discrepant a vulgatis: *irrisione* ibi scribitur pro *arrisione, si promiserimus* deleta copula *et*, quae in edd. extat. *ut ceteri solent*, aeque ac Erfurt. et, *quod alii soleant* pro *quid alii soleant.* Interpellatio est, cum alterius sermone interrumpitur oratio, aut fingitur interrumpi. Graev.

Ab arrisione] Affabili allocutione ad aliquem cum iucundo risu, unde recreari potest animus defessus. Longol. *Arrisione* haud aptum videbatur Sch. quapropter ex Cic. de Inv. I, 17. legendum esse coniiceret *acclamatione. L.* In seqq. pro vv. *ut ceteri soleant* Cod. Ang. apud Sch. *ut soleant ceteri.*

CAP. VII. *Quod principium huiusmodi esse debet*] *Quod* expunxi auctoritate Putean. Erfurt. Duisb. cod. Meus codex: *quia principium huiusmodi esse debet.* Erfurt. etiam pro *huiusmodi* scribit *eiusmodi.* Graev. Tres Gryph. MSS. *quod* non habent; quae eadem lectio in nonnullis impressis habetur. Leon. Vict. Ald. Lamb. *quod* retinent. Brut. *Principium huiusmodi.* Sic MSS. quos vidi, sex, cum Ed. Mediol. Vulgo male addebant *quod* vel *quia.* Sed etiam *eiusmodi* est in sex meorum et Ed. Omniboni. Oud.

Apertis rationibus, quibus praescripsimus] Est ab antiquitus cusis et Pall. nostris aliorumque. Vulgata, *quas praescripsimus.* Genus dicendi e Graecia est, inquit Gulielmius, qui item monuit abesse Fabr. *apertis*, ac probat. Grut. Approbant Erfurt. Putean. nisi quod meus, et Duisb. addunt *his, apertis his rationibus, quibus praescripsimus*, quod recepi. Al. *Apertis rationibus, quibus praescripsimus.* Erfurt. *Apertis rationibus, quibus perscripsimus.* Edd. *Apertis rationibus, quas praescripsimus.* Graev. In nullo meorum est *his*, quod addidit Graevius. Sed *quibus* praebent MSS. et Edd. Oud. *Aeque perscripsimus* in tribus Gryph. legitur. Brut. Pro *apertis his* Sch. dedit: *et aperte his*, ductus loco simili apud Cic. de Inv. I, 15. ubi principium sic definitur: *Est oratio perspicue et protinus perficiens auditorem benevolum. L.* In seqq. pro: *insinuatio eiusmodi* Voss. I. II. Ed. Med. *in. huiusmodi.* Oud.

Illa omnia conficiamus] Erfurt. *omnia illa conficiamus.* Graev.

Ut ad eandem commoditatem] Erfurt. *ut per eandem commoditatem.* Graev.

In dicendo pervenire] Sic restitui coniectura ductus. Nam perspicue germana, et recta scriptura fuerat a scriptoribus librariis depravata, cum ex *dicendo per, dicendo opere* fecissent. Lamb. Sic

Verum hae tres utilitates tametsi in tota oratione sunt comparandae, hoc est, ut auditores sese perpetuo nobis attentos, dociles, benivolos praebeant; tamen id per exordium causae maxime comparandum est. Nunc, ne quando vitioso exordio utamur, quae vitia vitanda sunt, docebo. In exordienda causa servandum est, ut lenis sit sermo, et usitata verborum consuetudo, ut non apparata oratio esse videatur. Vitiosum exordium est, quod in plures causas potest accommodari, quod vulgare dicitur. Item vitiosum est, quo nihilo minus adversarius potest uti, quod commune appellatur. Item illud, quo leviter commutato

---

Lambinus ex coniectura. In aliis Edd. et MSS. Putean. Erfurt. meo, et in omnibus, quos ego consului, codd. est: *in dicendi opere pervenire*. All. *in dicendi opere venire*. At *In dicendo pervenire* est mera Lambini coniectura, quam ego recipere non sum ausus, quamvis eam receperint praeter Lambinum Manutius et Gruterus. Graev. *In dicendi opere pervenire*. Ita solus ex meis dat Voss. II. Ceteri cum edd. pp. *in dicendi opere venire*. Omnia ista: *ut ad eandem — possimus*, ut ineptum magistri alicuius interpretamentum eiecit Sch. *L.*

Verum hae tres utilitates] Erfurt. *Verum hae res utilitates*. Mihi persuasum est *utilitates* esse interpretationem magistri, quae in contextum irrepsit, quam si deleveris, et legeris ex Erfurtensi: *Verum hae res, etsi in tota oratione sint comparandae*, omnia erunt planiora et lenius fluent. Graev. Vulgatam tamen ab auctoris consuetudine non abhorrere iudicat Sch. *L. Vitanda sunt*. Voss. II. Leid. IV. cum Ed. Mediol. *vitanda sint*. Eodem modo in superioribus *sint comparandae* MSS. quatuor. Oud. Pro vv. *vitioso exordio* Gryph. A. *vitio in exordio*. Brut.

In exordienda causa] Erf. *Exordienda causa* sine *in*. Graev. Quae ante haec verba leguntur: *Nunc, ne — docebo*, Sch. post vv. *esse videatur* inserenda curavit, quum nexu docente, tum collato Ciceronis loco de Inv. I, 18. *L.*

Ut non apparata oratio esse videatur.] Putean. *ut non apparata oratio videatur*. Erfurt. *ut non apparata oratio videatur esse*. Graev. In supp. *ut usitata verborum consuetudo* in MSS. quatuor et Ed. Omniboni. Bene. Ed. Mediol. *et ut us*. Oud. *Videatur esse* etiam Ald.

Quo nihilominus] Erf. *quod nihilominus*. Graev. Etiam Leid. II. *quod nihilominus*. Oud.

Quod commune appellatur.] Pith. *quod commune appellari potest*. Graev.

Quo leviter commutato adversarius poterit uti ex contrario] Pith. *quo adversarius ex contrario leviter commutato potest uti*. Erfurt. *quod adversarius ex contrario poterit uti*. Meus MS. cum nonnullis edd. *quo adversarius ex contrario potest uti*. MSS. quidam: *quo leviter commutato adversarius poterit uti ex contrario, quod commutabile dicitur*. Graev. Duae voces *leviter commutato* absunt a Voss. et Leidd. O. et Ed. Omniboni, in quibus *quo advers. ex contrario poterit* (vel *potest*) *uti*. In Ed. Mediol. *q. adv. ex contrario leviter commutato potest uti*. Oud. Verba *leviter commutato* etiam Ernestio glossam sapere videbantur. Non assentitur Sch. Nam etiam

adversarius poterit uti ex contrario. Item vitiosum est, quod nimium apparatis verbis compositum est, aut nimis longum est, et quod non ex ipsa causa natum videtur, (quod separatum vocatur; in quo etiam translatum includitur) ut proprie cohaereat cum narratione; et quod neque benivolum, neque docilem, neque attentum facit auditorem.

Cicero de Inv. I, 18. in vitiosis exordiis numerat id, *quod ab adversario potest leviter mutatum ex contraria parte dici.* *L.* In seqq. pro vv. *apparatis verbis* Voss. III. cum Ed. Mediol. *apparate.* Leid. III. *accurate et adparate.* Dein *est* recte abest a Leid. IV. Oud. *Apparate* etiam Erfurt. quod non displicet. Graev. Idem praetulit Sch. suasore etiam Ernestio. *L.*

Aut nimis longum] Dicant causam, qui sic mutarunt. Nos in omnibus legimus, *aut nimium longum,* quod mihi non ingratius accidit, quam *nimium quantum:* aut ut in I. Verrin. *nimium diligentem.* Magna autem huius loci in MSS. mutatio, et licet in ipso contextu non habeant omnes, tamen in margine agnoscunt hic argui exordia, vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra praecepta. Itaque quum probabiliter aliae appellationes huc invectae sint, certe non minus probabiliter augebitur: *ex contrario poterit uti, quod commutabile dicitur,* et in fine: *auditorem, quod contra praecepta et inefficax appellatur.* Utique idem tenor per omnia servandus fuit, nec apparet haec esse sciolorum. Gronov. Erfurt. Putean. Duisb. meus *nimium longum* prae se ferunt; quod in suis quoque Gronovius invenit, probavitque, quia dicatur, ut *nimium quantum:* sed Duisburg. recte quoque prius *est* non agnoscit. Graev. *Aut nimium longum* Codex Traiect. Burm. MSS. sex et Edd. pp. *aut nimium l.* In ed. Med. *aut quod* nimium longum. Oud. In seqq. pro *natum videtur* MSS. quinque *natum videatur.* Oud. Male Ernesti legi volebat *videatur.* Sch. *Quod separatum — includitur.* Desunt haec in MSS. O. et Ed. Med. Oud. Cum haec verba in meis MSS. non exstent, absint autem aeque in Aldi et Victorii editione; equidem in eam suspicionem venio, ut ea tanquam redundantia inducenda censeam. Sapiunt certe nescio quo pacto seduli hominis explicationem, ne sententia satis intelligeretur, verentis. Brut. Eiecit Schuetzius. *L.*

Ut non proprie cohaereat] Quis non videt, negationem hic desiderari in libris vulgatis, in quibus legitur: *ut proprie cohaereat* etc. Separatum enim est id, quod non cohaeret. Lambin. Revocavi veterem scripturam a Lambino foede eiectam, immissa voce negativa *non,* quae in nullis visa mihi membranis, scriptorisque sententiae prorsus est contraria, admissis quidem distinctionibus nostris, quas ipsa propugnat ratio. Grut. Voss. III. *coh. narrationi.* Ed. Med. *conveniat.* Oud. Vulgatam contra Lambini emendationem, defendit etiam Sch., quod ex ea idem sensus oriatur, et negatio iam insit in antecc.: *quod non ex ipsa causa natum videtur.* Iubet idem conferri Cic. de Inv. I, 18., ubi sic.: *Separatum est, quod non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum annexum orationi.* *L.*

Attentum facit auditorem.] Quidam MSS. teste Gronovio:

CAP. VIII. De exordio satis dictum est: deinceps ad narrationem transeamus. Narrationum tria sunt genera. Unum, quo exponimus rem gestam, et unumquodque trahimus ad utilitatem nostram, vincendi causa;
21 quod pertinet ad eas causas, de quibus iudicium futurum est. Alterum genus narrationis est, quod intercurrit nonnumquam fidei, criminationis, aut transitionis, aut alicuius apparationis, vel laudationis causa. Tertium genus

---

attentum facit auditorem, quod contra praecepta et inefficax appellatur. Graev.

CAP. VIII. *De exordio satis dictum est: deinceps*] Erfurt. *De exordio satis dictum: deinceps.* Duisb. *de exordio satis erit dictum: deinceps.* Graev. MSS. sex et Ed. Med. *satis erit dictum.* Oud.

Narrationum tria sunt genera.] Duisb. *Narrationum vero tria sunt genera.* Erfurt. meus, et edd. nonnullae: *narrationum genera tria sunt.* Graev.

Unum, quo exponimus rem gestam] Erf. *Unum est cum exponimus rem gestam.* Idem. Voss. et Leid. III. cum ed. Omniboni: *Unum est, cum exp.* Leid. I. Ed. Mediol.: *Unum cum exp.* In Al. *unum est, quo.* Oud. In seqq. pro vv. *quod pertinet ad eas caussas* Gryph. A. *quod maxime pertinet.* In ceteris Gryph. *maxime* abest. Brut. Scripsit Sch. *quod genus pertinet,* v. *genus* e MS. Cort. probante Ernestio interponens. *L.*

Trahimus ad utilitatem nostram, vincendi causa;] Saepe non narramus ita, ut gesta res est, et non malitiae, sed victoriae caussa. Ut pro Milone Cicero fecit non solum in descriptione itineris, sed etiam in verbis a Milone de Clodii morte dictis, quae a Clodio dicta esse ait. Talis etiam magna ex parte est Sinonis apud Maronem narratio. Toxita.

Alterum genus narrationis est] Erfurt. *Alterum genus est narrationis.* Graev. Vocabulum *narrationis* auctore Ernestio, quippe superfluum, eiecit Sch. *L.*

Quod intercurrit nonnunquam fidei, criminationis, aut transitionis] Sic reposui ex Puteani codice, deletis voculis *aut*, quae in vulgatis habentur: *quod intercurrit nonnumquam aut fidei aut criminationis.* Primum *aut* nec Erfurtensis agnoscit, in quo legitur: *Quod intercurrit nonnunquam fidei, aut criminationis.* Narrationis autem hoc genus Trapezuntio vocatur digressorium. Graev. Voss. I. Leid. I. Mediol. *fidei aut crim.* In reliquis et Edd. ante Graev. *aut fidei aut crim.* Oud. *Aut* post v. *fidei* merito a Graevio et Ern. abiectum iudicat Sch. (Falso Sch. in hac caussa *Gronovium* laudat). *L.*

Fidei] Ad fidem faciendam, quale in Verrem illud [II, 2, 42.]: *Nonne ita, ut omnibus nobis tacentibus* etc. Plures tales narrationes in iisdem Verrinis habes. Capidur.

Apparationis, vel laudationis causa.] Erfurt. *Apparationis causa.* Graev. Verba *vel laudationis* in Gryph. B. et C. non habentur. Brut. *Appationis vel laudationis.* In Voss. I. suprascriptum *vel amplificationis.* Desunt *vel laud.* a Leid. III. *causa aut laudationis* Ed. Mediol. *Aut* pro *vel* in duobus aliis. Oud.

Laudationis] Ut in Verrina IV. [i. e. II, 2, 35.]: *Etenim ut simul Pub. Africani humanitatem cognoscatis,* et quae seqq. Toxita.

est id, quod a causa civili remotum est; in quo tamen exerceri convenit, quo commodius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationis duo sunt genera: unum, quod in negotiis, alterum, quod in personis positum est. Id quod in negotiorum expositione positum est, tres habet partes, fabulam, historiam, argumentum. Fabula est, quae neque veras, neque verisimiles continet res, ut hae, quae tragoedis traditae sunt.
Historia est res gesta, sed ab aetatis nostrae memoria 22
remota. Argumentum est ficta res, quae tamen fieri potuit, velut argumenta comoediarum. Illud genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festivitatem, animorum dissimilitudinem, gravitatem, levitatem, spem, metum, suspicionem, desiderium,

---

Ut hae, quae tragoediis traditae sunt] Sic sane et plures MSS., nisi quod in plerisque opinor, *tragoedie*, quod ipse video in duobus. Sed in tertio erat: *ut hee sunt que tragoedis*, quae superscribendo aucta sunt usque *in tragoediis sunt traditae*. Plane persuadeor esse hic aliquid inconcinnum; imo fere illud *traditae* ortum ex superscripto, *tragicae*, quae erat expositio τῶν [vv.] *suetae tragoediis:* forsan enim ex lectione antiqua MS. quam posui, patebit auctorem scripsisse *ut hae suetae tragoedis*. Gronov. Vulgg. *Ut hae, quae tragoediis traditae sunt.* Al. edd. *Ut hae quae in tragoediis traditae sunt.* Erf. et Putean. *Ut hae sunt, quae tragoediis truditae sunt.* In meo MS. est: *Ut hae, quae a tragoedis traditae sunt.* Recepi *tragoedis* ex hoc et aliis MSS. Dicitur ut illud Taciti I. Annal. cap. 1. *Claris scriptoribus memorata sunt.* Graev. MS. Traiect. etiam legit: *quae a tragoedis traditae sunt.* Burm. *Ut eae, quae* cet. Ald. *L.* Voss. I. cum duobus Leidd. et Ed. Med. *ut hae sunt.* Dein *a tragoedis* Voss. II. *In tragoediis* Leidd. duo. *Tragoediis* Ed. Med. *A tragoediis* Ed. Omnib. *Traditae* deest in Leid. IV. Oud. Improbat Sch. scripturam *a tragoediis* et *a tragoedis*. Recte. Scriptum erat *tragoedis* pro *tragoediis;* unde factum, ut *a* praep. adderetur. *L.*

Argumentum est ficta res] Sic accipitur apud Suet. Calig. 57. *Parabatur et in nocte spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios et Aethiopes explicantur.* Et in Ner. 12. *Inter pyrrhicharum argumenta taurus Pasiphaen ligneo iuvencae simulacro abditam iniit.* Graev.

Velut argumenta comoediarum.] Erfurt. *Velut argumenta tragoediarum.* Idem.

Illud genus narrationis] Putean. *Aliud genus narrationis.* Idem.

Gravitatem, lenitatem] Haec non videtur inter hos animorum impetus habere locum, et quum senilem hic ac iuvenilem habitum innuat, malo cum alio MS. *levitatem*, quod non dubito in pluribus exstare libris. Nam, quod sequitur *errorem* (dicat enim Gruterus, ubi legerit *errores*) plane expuli, quum nuspiam firmetur. Gronov. Vulgg. *Gravitatem, lenitatem, spem.* Recte *levitatem;* et sic etiam Puteani codex. Graev. Ita et MS. Traiect. et nonnullae editiones. Burm. *Gravitatem, levitatem.* Sic etiam quatuor ex meis cum

dissimulationem, misericordiam, rerum varietates, for-
23 tunae commutationem, insperatum incommodum, subitam
laetitiam, iucundum exitum rerum. Verum haec in exercendo transigentur. Illud, quod ad veritatem pertinet, quomodo tractari conveniat, aperiemus.

CAP. IX. Tres convenit res habere narrationem, ut brevis, ut dilucida, ut verisimilis sit: quae quoniam fieri oportere scimus, quemadmodum faciamus, cognoscendum est. Rem breviter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, unde necesse erit, et si non ab ultimo initio repetere volemus; et si summatim, non particulatim narrabimus; et si non ad extremum, sed usque eo, quo opus erit, prosequemur; et si transitionibus nullis

---

Ed. Med. In aliis *lenitatem*. Male. Oud. *Levitatem* propter oppositionem probavit etiam Sch. *L.*

Dissimulationem, misericordiam] Interserunt recentiores, *errores*. Sed non comparet in ullo Pall. aut editione veteri. Grut. Vulgg. *Dissimulationem, errorem, misericordiam.* *Errorem* recte expunxit Gruterus, nec ea vox in Erfurt. Putean. Duisb. nec meo legitur codice. Graev. Nec in MS. Traiect. Burm. *Errorem* neque in MSS. legitur, neque in editionibus Ald, Vict. Leonic. Tantum Lambini editio habet. Brut. Ab omnibus abest *errorem*. Oud.

Fortunae commutationem] Duisb. *Fortunae commutationes*, ut Lambinus edidit. Graev. Voss. II. Leid. IV. *commutationes;* contra *varietatem* est in Leid. I. et III. Oud.

Iucundum rerum exitum] Erf. et Duisb. *iocundum rerum exitum.* Sic semper optimi et antiquissimi codices. Graev.

Verum haec in exercendo transigentur.] Sic habent libri manuscripti. Haec autem referenda sunt ad id, quod supra dixit: Tertium genus esse narrationis a causa civili remotum, in quo tamen exerceri conveniat etc. Lamb. Al.: *Hoc in exercendo transigitur.* Graev.

CAP. IX. *Tres convenit res habere*] Erfurt. *Tres res convenit habere.* Graev. *Tres res convenit habere.* Sic MSS. sex cum Edd. pp. vel: *tres res habere convenit.* Oud. *Tres convenit res* Ald., quod Sch. retinuit. *L.*

Ut dilucida, ut verisimilis sit] Erfurt. *Ut brevis, ut lucida, ut verisimilis sit.* Graev. *Lucida* est etiam in Voss. II. Oud.

Quomodo faciamus, cognoscendum est.] Put. *Quemadmodum faciamus demonstrandum est.* Graev.

Si inde incipiemus narrare] Duisb. *Si inde ceperimus narrare.* Idem. *Narrare* omisit Sch. iubente Cod. Goth. *L.*

Ab ultimo initio repetere] Habuerim vocabulum *initio* pro glossatoris emblemate. Gruter. Male. Is ab ultimo initio repetit rem, cum incipit narrare de iis rebus, quae longe antecedunt hoc tempus, quo id contigit, de quo narrare coeperunt, et ad rem nihil pertinent; ut si quis de nobilitate Romana velit narrationem instituere, et incipiat narrare de adventu Aeneae in Italiam. Graev. Voc. *initio* retinuit Sch. Ernestium secutus, qui excitat locum Cic. de Inv. II, 5. *L.*

Quo opus erit, prosequemur] Erfurt. et Lamb. ed. *Quo opus*

utemur; et si non deerrabimus ab eo, quod coeperimus exponere; et si exitus rerum ita exponemus, ut ante quoque quae facta sunt, sciri possint, tametsi ea reticue- 24
rimus. Quod genus est, si dicam, me ex provincia redisse, profectum quoque in provinciam intelligatur. Et omnino non modo id, quod obest, sed etiam id, quod neque obest, neque adiuvat, satius est praeterire. Et ne bis aut saepius idem dicamus, cavendum est; etiam ne id, quod semel supra diximus, deinceps dicamus, hoc modo:

Athénis Megaram vésperi advenit Simo:
Ubi advénit Megaram, insidias fecit virgini:
Insidias postquam fécit, vim in loco áttulit.

---

erit persequemur. Graev. *Persequemur*, quomodo emendat Lambinus, auctoritate MSS. innixus, legendum. Brut. Leid. I. *fuerit; ac persequemur* verissime MSS. O. *Prosequamur* Ed. Mediol. Oud. *Persequemur* etiam Sch. recepit. *L.*

Si transitionibus nullis utemur] Putean. *Si translationibus nullis utemur.* Graev. In seqq. pro *coeperimus exponere* Leid. III. *excerpsimus exponere vel coeperimus dicere.* Oud.

Si exitus rerum non ita exponemus] Erfurt. *Si exitus rerum ita ponemus.* Graev. *Ita ponemus* duo Gryph. B. et C. quibus Leonic. suffragatur. Probo, quod cum Erfurtensi dant Voss. tres et Leid. I. II. *ponemus.* Oud. Tuetur etiam Sch. In seqq. v. *quoque*, quod abest a Cod. Aug. tanquam otiosum omisit idem. *L.*

Tametsi ea reticuerimus.] Sic rescripsimus ex Duisburgensi et Lambinianis. Vulgg. *Tametsi nos reticuerimus.* Dein in sequentibus verbis ex Puteani cod. adieci *est*, *quod genus est*, quod in vulgatis desideratur. Graev. *Ea reticuerimus.* E meis ita habet solus Leid. IV.; in ceteris: *nos reticuerimus*, nisi quod Voss. tres neutram vocem agnoscant. Leid. III. *tacuerimus.* In seqq. *quod genus est* etiam Voss. I. III. Edd. pp. *Quod genus est hoc modo* Leid. IV. *Quod genus* Sch. absolute positum indicat, pro *ut* vel *quomodo.* Itaque v. *est* cum Aldina omisit. *L.*

Me ex provincia redisse] Sic Erf. et Lambin. ed., sed vulgg. *Me ex provincia rediisse.* Graev.

Et omnino non modo id quod obest] Erfurt. *Et homini non modo id quod obest.* Idem.

Ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus] Omittit Erfurtensis *supra*; merito. Duisburgensis commode quoque addit *saepius deinceps dicamus.* Idem. *Semel* in tribus Gryph. MSS. non exstat. Excusi habent, in his etiam Leonic. Brut. *Quod semel diximus.* Ita legendum cum Erfurt. et Ed. Med. Vulgo *semel supra* vel *supra semel.* Rectius *saepius deinceps* dat etiam Leid. IV. Oud. Rescripsit Sch. de coniectura: *etiam ne quid, simul diximus, deinceps dicamus*, provocans ad Cic. de Inv. I, 20., ubi est: *et si non ab eo, in quo proxime desitum erit, deinceps incipietur.* Recte. Vulgata enim, quod ipsum vidit Sch., mera est tautologia. *L.*

Athenis Megaram vesp. advenit Simo etc.] Versus sunt iambei tres: quod animadversum indicavit Auratus primum Memmio, deinde mihi. *Insidiatur* autem legendum, non, ut in libris vulgg. *insidias fecit.* Praeterea pro *in loco*, malim legi, *inlico*, seu *illico.* Lamb.

Rem dilucide narrabimus, si, ut quidque primum gestum erit, ita primum exponemus et rerum ac temporum ordinem conservabimus, ut gestae res erunt, aut ut potuisse geri videbuntur. Hic erit considerandum, ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid ambigue, ne quid

---

Erfurt. *Athenis Mecarum.* Putean. *Athenis Mecharum.* Graev. *Insidias fecit virgini*] Lambinus: *insidiatur virgini*, contra Pall. et Gulielm. Neque versus labat; absorbetur enim prima syllaba a fine antecedentis. Sed et idem editor mutat illud *in loco* praeter auctoritatem membranarum: notatque *e vestigio, statim* etc. Grut. Optime Gruterus tuetur membranarum scripturam. Contra Lambini editiones ex coniectura, *vim illico attulit. In loco* est commodo loco, seu suo aut opportuno tempore, ut saepissime apud Comicos. Graev. *Vim illi in loco attulit. Illi*, quod a ceteris abest, ex Gryph. A. addidimus. Brut. MSS. O. et ed. Omniboni habent *Megarum*, etiam in seq. versu, nisi quod illic in Voss. I. sit *Megarim*, pro *Megaridem*, ut est apud Cic. V. in Verrem c. 25. De *Megara* singulari numero vide me ad Sueton. Tib. 4. *Vim in loco attulit.* Leid. tert. *intulit*, male. Vide me ad Lib. II, 42. de Inv. Oud. *In loco* interpretatur Sch. illo ipso loco, ubi insidiatus erat virgini. Male. *In loco* nihil aliud est, quam *illico;* hoc enim ex illo ortum. Significat autem, ut recte notat Gruterus, *statim*, *e vestigio*, respondetque plane nostro *auf der Stelle.* Ceterum in versu secundo Sch. de coniectura, qua non est opus, *venit* pro *advenit. L.*

Ut quidque primum erit] Erfurt. *Ut quicquid primum gestum erit.* Graev. Abest *primum* a Voss. I. Leid. III. *Id quod primum* Ed. Med. Oud.

Ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid ambigue, ne quid nove] Erfurt. *Ne quid perturbate, ne quid novi dicamus.* Graev. In duobus Gryph. B. C. *ne quid perturbate, ne quid novè dicamus, ne quam in aliam rem.* Alteri cum excusis convenit. Brut. In superioribus post vocem *conservabimus* de coniectura inseruit verba: *et si ita narrabimus* collato loco simili in Cic. de Inv. I, 20. ubi haec: *Aperta autem narratio poterit esse, si, ut quidque primum gestum erit, ita primum exponetur et rerum ac temporum ordo servabitur; ut ita narrentur, ut gestae res erunt, aut ut potuisse geri videbuntur.* Tria enim putat significari, quae narrationem dilucidam reddant; primum ut quae prius facta sint, prius narrentur, tum ne res cum rebus aut tempora cum rebus aliter coniungamus, atque in ipso negotio fuerint coniuncta, tertium, ut res, quae ad negotium pertineant, ita referamus, ut quasi ante auditorum oculos geri videantur. Haec Schuetzius. Contra quae tria monenda videntur. Primum alterum illud, quod posuit, a primo revera non differt. Deinde ne ascito quidem illo Ciceronis panno illud dicitur in hoc nostro loco, quod dici vult Schuetzius. Denique si omnia ea, quae Cicero in libris de Inv. melius exposuit, quam hic ad Herennium auctor, recipere velimus, verendum, ne totos illos Ciceronis libros compilare debeamus. *L.*

Perturbate] Ne confundamus ordinem temporum. Graev.

Contorte] Si confundamus rerum ordinem, quod fit rerum, quae coniungi debebant, transpositione, et non necessariorum interpositione. Idem.

Ne quid nove dicamus] Erfurt. *Ne quid novi dicamus*, quod verius puto. Nova hic sunt inusitata, quae in talibus causis num-

nove dicamus, ne quam in aliam rem transeamus, ne ab ultimo repetamus, ne longe persequamur, ne quid, quod ad rem pertineat, praetereamus, et si sequemur ea, quae de brevitate praecepta sunt; nam quo brevior, eo dilucidior et cognitu facilior narratio fiet. Verisimilis narratio erit, si, ut mos, ut opinio, ut

---

quam acciderunt, aut solent accidere, ut suspectam reddant narrationem. *Nove* hic exponit Mich. Toxita, et qui eum sequitur, aut describit, Aldus Manutius, de novis verbis, et *contorte* de hyperbatis intelligit. Sed non hic loquitur de dotibus dictionis, seu elocutionis, sed de rebus, quae narrandae sunt. Idem. *Ne quid nove.* Suspecta haec mihi sunt. In quinque MSS. ponuntur ante vv. *ne quid ambigue.* In duobus et Ed. Mediol. ante vv. *ne quid contorte.* Agit simpliciter de lucida et bene ordinata narratione. Oud. Sine caussa haec etiam Ernestio suspecta fuisse, indicat Sch. Nam Quinctilianum quoque IV, 2, 36. in narrationibus damnare vocabula *ab usu remota.* Ceterum idem *perturbate* narrare eum ait, qui, quod primo loco narrandum erat, tertio annectat; *contorte* autem qui memoriae lapsu aut alio errore, res alio ordine aliisque temporibus gestas esse referat, quam revera sunt gestae. Putat igitur Sch. *perturbate* referri ad causae et eventus confusionem; contra *contorte* ad temporum rationem. Quod mihi secus videtur. *Contorte* narrat, qui prius eventum ponit et caussam annectit. *Perturbate* narrat, cuius memoria res perturbat et alio ordine ponit. *L.*

Ne quam in aliam rem transeamus] Ne omissis rebus ad praesens negotium pertinentibus non narranda atque aliena narremus, sive ut digressiones fugiamus. Graev.

Ne longe persequamur] Al. *Ne longe prosequamur.* Idem.

Ne quid, quod ad rem pertineat] Put. *Ne quod ad rem pertineat.* Idem.

Et si sequemur ea] Al. *Et si persequemur ea.* Idem. MSS. sex *persequemur.* In Leid. IV. *sic sequemur.* Oud.

Nam quo brevior, eo dilucidior] Erfurt. *Nam quo brevior, dilucidior et cognitu facilior erit oratio.* Verum tamen est illud Horatii [A. p. 25.]:

Brevis esse laboro,
Obscurus fio.

Itaque illam brevitatem intelligit, in qua nihil omittitur, quod ad rem pertinet, sed omnia, quae non ad eam spectant, et ad nostrum non faciunt, quod tum urgemus, institutum, praetereuntur, cum non dicimus omnia, quae dici possunt. Egregie Horatius [de Art. p. 42.]:

Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,
Ut iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraque differat et praesens in tempus omittat.

Graev. Ed. 1474. adiicit *est, quo brevior est*, quod minime probandum fuisse ab Ernestio, recte indicat Sch. *L.*

Verisimilis narratio erit.] Erfurt. *Verisimilis narratio fiet.* Graev. Leid. III. Ed. Med. *fiet.* Voss. I. Leid. I. *est.* Oud.

Ut mos, ut opinio, ut natura postulat] *Mos* scilicet religionis, id est, universorum, qui est observandus. Nam omnia fere maiorum institutis indicantur, ut ait C. Nepos in prooemio. Sed tamen ibidem addit illos esse *expertes literarum*, hoc est indoctos, idiotas,

26 natura postulat, dicemus, si spatia temporum, personarum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt, ne refelli possit, aut temporis parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse, aut homines ipsos facere aut pati non potuisse. Si vera res erit, nihilominus haec omnia narrando conservanda sunt; nam saepe veritas, nisi haec servata sint, fidem facere non potest. Sin erit ficta, eo magis erunt con-

---

qui nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. Opinio vel est omnium, vel maioris partis, vel meliorum. Ut si in terris, superstitionibus antiquis etiam nunc in tanta evangelii et bonarum artium luce, obnoxiis, velim tueri opinionem a Gallis, Belgis et aliis cultioribus gentibus merito probatam, sagas et veneficas, quales putantur et habentur vulgo, nullas esse, sed esse miserarum anicularum aut meras praestigias, nugas, ac [atque] aniles ineptias, ac superstitiones, aut malevolorum criminationes mendacissimas, ut non flammis, sed vacerris sint coercendae, is ludat operam. *Natura*, si id quod dicimus nec a nostra natura, nec ab illius, de quo dicimus, nec eorum, pro quibus, vel contra quos agimus, alienum sit. Non enim consentaneum est, ut de pudicitia agat leno, de castitate meretrix. Nam [Juvenal. II, 24.]:

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? Graev.

Consiliorum rationes] Put. *consiliorum narrationes.* Idem.

Ne referri possit] Sic restitui, approbata Memmii et Aurati coniectura. *Referri* autem dictum accipio pro respondendo obiici, et ut vulgus loquitur, replicari. Cuius significationis cum exempla multa sint, unum mihi nunc occurrit: Acad. Quaest. Lib. IV[, 47.] in extr.: *Sic ego nunc tibi refero, artem sine scientia esse non posse;* et Or. pro Caecina [c. 29.]: *Hic est mucro defensionis tuae: in eum ipsum causa tua incurrat necesse est. Ego enim tibi refero: Si non sim ex eo loco deiectus*, etc. Lambin.

Ne refelli possit, etc.] Aptum huic loco verbum, itaque acumen laudandum Aurati ac Memmii, coniectantium *referri*, sed non id etiam inferendum in contextum cum Lambinianis, repugnante omni supellectile librorum nostrorum calamo exaratorum. Gruter. Ed. Lamb. *Ne referri possit.* Graev. Vid. Gifan. Observ. L. L. in *Refellere.* Burm. MSS. eodem consensu et impressi *ne refelli* legunt. Brut. Lambino astipulatur Sch., alienum esse *refelli*, quod non sic absolute dicatur, existimans. *L.*

Nihilominus haec omnia narrando] Lamb. *Tum nihilo minus haec omnia narrando*, vel: *tamen nihilo minus haec omnia narrando.* Graev.

Fidem facere non potest] Erfurt. *Fidem non potest facere.* Lamb. ed. *fidem non poterit facere.* Idem. In supp. *nisi haec servata sint.* Voss. III. *nisi haec omnia conservata sint.* Ed. Med. *conservata non potest.* In Voss. III. *fidem facere non poterit.* Oud.

Sin erit ficta, eo magis erunt conservanda;] Erfurt. *Sin ficta, magis erunt conservanda.* Al. *Sin erit ficta, eo magis conservanda erunt.* MS. *Sin erunt ficta, eo magis erunt conservanda.* Graev. In nonnullis *erunt* vel *erunt fictae.* Contra mox pro *erunt* in quibusdam *erit.* Leg. scilicet cum Erf. *sin ficta* sc. *res erit.* Oud. Atque ita scripsit Sch. Pro *erunt conservanda* Sch. ex Cod. Augustano recepit: *erunt observanda. L.*

servanda. De iis rebus caute confligendum est, quibus
in rebus tabulae aut alicuius firma auctoritas videbitur
interfuisse. Adhuc quae dicta sunt, arbitror mihi con-
stare cum ceteris artis scriptoribus, nisi quae de insinua-
tionibus nova excogitavimus, quod eas soli, praeter cete- 27
ros, in tria tempora divisimus, ut plane certam viam et
perspicuam rationem exordiorum haberemus.

CAP. X. Nunc, quod reliquum est, quoniam de rerum inventione disputandum est, in qua singulare con-

---

Caute confligendum est] Nihil muto, tametsi quidam libri manuscripti habeant: *confingendum est.* *Confligendum* autem interpretor, concertandum, contendendum, pugnandum: ut sit translatio. Praeterea libri vulgati nonpulli habent: *confligendum erit.* LAMB. MSS. quidam: *caute confingendum est.* Al.: *caute confligendum erit.* GRAEV. *De iis rebus caute confligendum est.* Voss. I. *his de rebus* optime transposita praepositione. Idem cum Leid. II. et III. *confingendum.* OUD. Hoc recepit Sch. sensu postulante, ut sit. *Conflictionem* enim hic alienam esse; contra aptissime hic praecipi, caute *confingendum* esse, si quis in his rebus ficta narratione utatur, in quibus tabulae aut firma alicuius auctoritas interfuerit. Recte. *L.*

Videbitur interfuisse.] Duisb. *Videtur interfuisse.* GRAEV. Ed. Mediol. *scripti alicuius firma a.* Male. Eadem Ed. in seqq. *Adhuc ea, quae scripta sunt.* Dein post *constare* addit Voss. II. *communia.*

Nisi quia de insinuationibus nova excogitavimus, quod eas soli, etc.] Haec est vett. edd. scriptura, firmaturque a Pall. deinde eosi; *insinuatione*, item *eam.* Gulielmius emendaverat: *nisi quae de insinuatione nova excogitavimus, eam soli nos*, etc. GRUT. Erfurtanus: *nisi quia de insinuationibus nove excogitavimus.* Duisb.: *nisi quae de insinuatione nova excogitavimus.* Lamb. ed.: *nisi quia de insinuatione nova quaedam excogitavimus.* GRAEV. *Nisi quae* MSS. plerique cum Ed. Mediol. In seqq. Leid. III. IV.. Voss. III. a m. sec. *de insinuatione;* et mox cum Ed. Omniboni *eam.* Sed *ea* bene Leid. II. OUD. *De insinuationibus* MSS. Bruti. *Nova quaedam* scripsit Sch. e Cod. Aug. ad molliendam auctoris ostentationem. *L.*

Soli, praeter ceteros] Scripti vetustiores: *solis nos praeter.* Sed et illa *praeter ceteros* valde suspecta habeo. Vide notas patris ad Senecae Hippolyt. v. 874. GRONOV. Put. *Quod eam solum nos praeter ceteros.* Duisb. *Quod eam soli praeter ceteros.* Sed melius Erfurtensis: *quod ea soli praeter ceteros*, scilicet quae nova excogitavimus. GRAEV. *Eam nos soli praeter ceteros* Cod. Traiect. BURM. *Soli nos* MSS. sex. *Nos soli* editio Omniboni, omissis vocibus *praeter ceteros.* OUD. Easdem, ut futile assumentum, Oudendorpio Ernestioque suspectum, eiecit Sch. Oudendorpio tamen suspectum visum, nusquam legitur. *L.*

CAP. X. *In qua singulare consumitur oratoris officium*] Erfurt.: *In quo singulare consumitur artificium.* GRAEV. *In quo* Leidd. I. II. *unicum* Voss. II. Leid. II. OUD. *Artificium*, ubi impressi *officium* habent, edidimus duorum Gryph. exemplarium B. C. auctoritatem, quae certa praesertim ratione nititur, secuti. BRUT. *Artificium* praebent Voss. I. II. Leid. tres. Bene. OUD. Retinuit recte Sch. *officium*, quod h. l. idem est, quod cap. III. extr. dicitur munus. Ceterum in supp. verba *de rerum inventione* non satis apta videri posse ait idem, quia de inventione hic totus liber agat. Defendi tamen posse existimat sic, ut intelligatur inventio *rerum*,

sumitur oratoris officium, dabimus operam, ut nihilo minus industriae, quam rei utilitas postulabit, quaesiisse videamur, si prius pauca de causarum divisione dixerimus. Causarum divisio in duas partes distributa est. Primum perorata narratione debemus aperire, quid nobis conveniat cum adversariis. Si ea, quae nobis utilia erunt,
28 convenient, quid in controversia relinquatur, hoc modo: Interfectam esse matrem ab Oreste convenit mihi cum adversariis; iure fecerit, et licueritne facere, id est in

---

quae proprie pertineant ad caussam h. e. argumentorum. Atque ita fere lib. III c. 1. init. *L.*

Nihilo minus industriae] Erfurt. *Nihil minus industriae.* Graev. *Industrie* Lamb. legit, ab Aldi editione non dissentiens. Cum MSS. qui *industriae* habent, Victorio convenit. Brut. Recepit *industrie* Sch. Ernestium secutus. Recte. In seqq. *quam res postulabit* enotavit Sch. e cod. Aug. *L.*

Quaesisse videamur] Al. *Quaesivisse videamur.* Graev. Vid. Gronov. supr. ad cap. I. Burm. MSS. O. et Edd. pp. *quaesisse.* Oud.

De causarum divisione] Erf. *De divisione causarum.* Graev. *De divisione causarum.* Hic ordo est in MSS. O. et Ed. Mediol. Oud.

Causarum divisio] Hermogenes προκατασκευὴν vocat, id est, aditum ac vestibulum confirmationis τῆς κατασκευῆς. Duplicem illi locum tribuit, aliquando enim ait illam post prooemia poni, ut in oratione Demosthenis legationis male obitae, aliquando post narrationem, ut in oratione contra Aristocratem. Vide de partitione, et quando illa utendum, quando sit omittenda, Quintil. Institut. IV. c. 5. Toxita.

In duas partes distributa est.] Duisb.: *In duas partes distribuitur.* Non male. Graev. Leid. IV. *distribuitur.* Oud.

Primum perorata narratione debemus] Erfurt. *Primum per narrationem debemus*, forte: *Primum post narrationem.* Ed. Lamb. *Primum enim perorata narratione.* Graev. *Primum per narrationem* legitur in duobus Gryph. MSS; quae lectio haud scio an sit vulgatae praeferenda. Brut. Pro *perorata narratione* Leid. III. *post narrationem.* Oud. *Primum perorata* sine v. *enim* exhibet etiam cod. Aug. teste Sch. *L.*

Ab adversariis, si ea quae nobis utilia erunt, convenient, quid in controversia relinquatur, hoc modo] Erfurt.: *Ab adversariis, quid in controversiis si ea, quae utilia nobis erunt convenient, hoc modo.* Duisb.: *Si ea, quae nobis utilia sunt, convenient, quod in controversiis, relictum sit, hoc modo.* Graev. *Cum adversariis.* Post haec verba in Voss. I. Leid. I. II. legitur: *quid in controversia sit.* Ed. Med.: *Et si quid in controversia sit.* Ed. Omnib.: *et quid in controversia relinquatur.* Contra his ipsis verbis, *quid in controversia relinquatur*, carent illi libri, qui post *adversariis* ponunt. Voss. III. in *controversiis.* Voss. II. Leid. III. IV. *in controversiis relictum sit.* Oud. Post v. *adversariis* sublata plena interpunctione *et si ea*, addita *et* ex ed. 1474. Ernestium recte scripsisse indicat Sch. *L.*

Interfectam esse matrem] Put. *Interfectam matrem.* Graev.

Iure fecerit et licueritne facere] Duisb. *Iurene fecerit, licueritne facere.* Idem. Voss. III. Leid. III. IV. Ed. Med. *iurene f.* *Et* de-

controversia. Item e contrario, Agamemnonem esse a Clytaemnestra occisum confitentur; cum id ita sit, me ulcisci parentem negant oportuisse. Deinde quum hoc fecerimus, distributione uti debemus. Ea dividitur in duas partes, enumerationem et expositionem. Enumeratione utemur, cum dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus. Eam plus quam trium partium numero esse non oportet; nam et periculosum est, ne quando plus minusve dicamus, et suspicionem affert auditori meditationis et artificii, quae res fidem abrogat oratori. Expositio est, cum res, de quibus dicturi sumus, exponimus breviter

est in Leid. IV. *ei facere* Voss. III. Ed. Med. *id facere* Leid. III. Oud.

Item e contrario] Erfurt. *Item e contrarie.* Graev.

Me ulcisci parentem] Lamb. ed. *Tamen me ulcisci parentem.* Idem. In antecc. *cum id ita sit* abest *id* a MSS. tribus. Oud.

Eam plus quam trium partium numero esse] Hoc reprehendit Quintilianus, et non vult hoc numero quasi lege partitionem alligandam esse, eum caussa plures desiderare possit partes. Ideo Trapezuntius quatuor posuit. Toxita.

Eam plus quam trium partium numero esse non oportet.] Erf.: *Ea plus quam trium partium numero, non oportet.* Duisb. et quidam alii: *Eam plus quam trium partium numero contineri non oportet.* Pal.: *Ea plus quam trium partium uti non oportet.* Cratand. ed.: *Ea plus quam trium partium numero constare non oportere.* Graev. *Numero esse non oportet.* Sic legitur in vulgatis fere omnibus. Alter e Gryph. MSS. *numero contineri*, quomodo legitur in Leonic., alter *constare* habet. Brut. Voss. I. III. Leid. II. III. Ed. Omnib. *contineri non oportet.* Leid. I. *esse contineri n. o.* Oud. Voc. *numero*, ut male repetitum ex supp. delevit Sch. Idem improbat lectionem Iuntinam ab Ern. probatam: *eam plerumque trium partium numero contineri oportet.* Iure. L.

Eam plus quam trium partium numero esse non oportet.] Sic Pal. pr. ac sec., at tertius et quint.: *Numero contineri non oportet.* quartus: *ea plus quam trium partium uti non oportet.* Ex quibus liquet, quantum sibi indulserit scribarum licentia. Gruter. Cum Palatino tertio et quinto facit codex Traiect. Burm.

Suspicionem afferet auditori] Erf. *Suspicionem auferet auditori.* Graev.

Quae res fidem abrogat oratori.] Alii libri habent: *fidem abrogat orationi.* Lamb. Sane in Erfurtensi etiam est *orationi*, et id perplacet. In Putean.: *quae res fidem abrogat auditori.* Graev. Voss. III. Leid. II. III. IV. Ed. Omnib. *orationi.* Bene. *orationis* Leid. I. Oud. In supp. Sch. Ernestium secutus scripsit: *nam periculum* pro vv. *nam periculosum est.* L.

Cum res, de quibus dicturi sumus] Ita etiam plerique Pall., non ut prius editi: *cum res, quibus de rebus dicturi.* Pudet quidam annotare tam pusilla, sed facio fidei meae causa, saepius tamen meliorem deinde faciam hunc auctorem, nec indicabo; tantum velim sciat lector, nihil nos abire a lectione recepta, nisi inducti aut auctoritate exemplarium plutealiorum, vel scriptorum, vel olim excusorum. Grut. Firmat sane Gruterianam lectionem Putean. et

29 et absolute. Nunc ad confirmationem transeamus. Tota spes vincendi, ratioque persuadendi posita est in confirmatione et confutatione; nam cum adiumenta nostra exposuerimus, contrariaque dissolverimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus.

CAP. XI. Utrumque igitur facere poterimus, si constitutionem causae cognoverimus. Causarum constitu-
30 tiones alii quatuor fecerunt; noster doctor Hermes tres

Duisburgensis codex. Edd. quaedam: *cum res, quibus de rebus dicturi sumus.* Graev. Cum his Edd. facit tamen MS. Traiect. Vide supr. ad cap. IV. Burm. Voss. I. II. Leid. II. III. Ed. Omnib. *cum res, quibus de rebus.* Voc. *res* delendum opinor. V. c. 17. *quibus de rebus* cet. Oud. Falso retulit Sch., voc. *res* in quibusdam Oudendorpii codd. deesse. Cum Oudend. codd. facit Cod. Aug. apud Sch. *L.*

Nunc ad confirmationem transeamus. Tota spes vincendi] Duisburgensis duabus vocibus auctior est, quam ceteri libri: *Nunc ad confirmationem transeamus, et ad confutationem. Tota spes vincendi* Graev. *Nunc ad confirmationem et confutationem*, ut Lambinus dedit, legitur in Gryph. A. Alii duo *confutationem* non habent; quae vox abest ab impressis Ald. Vict. Leonic. Brut. Addunt *et confutationem* Leid. IV. Ed. Med. Oud. Recepit post Ernestium Sch. ordine a Lambino introducto. *L.*

In confirmatione et confutatione] Erfurt. *In confirmatione et in confutatione.* Graev. Vossiani tres *et in confutatione.* Bene. Oud.

Nam cum adiumenta nostra etc.] Nonnulli legi volunt: *Nam cum argumenta nostra expos.* Lamb. In Puteani MS. et Cratand. ed. etiam est: *Nam cum argumenta nostra.* Graev. Voss. I. Leid. I. Ed. Med. *argumenta.* Oud. Rescripsit ita Sch., quod non videret, cur h. l. auctor translato ac non potius proprio vocabulo uteretur, ubi primum de confirmatione agebat. Idem *argumenti* vocabulum in eadem caussa usurpasse Cic. de Inv. I, 24. *L.*

CAP. XI. *Constitutionem causae*] Hoc est statum causae, seu controversiae. Graev.

Noster doctor Hermagoras] Sic habet liber manu scriptus unus et alter. Hermagoram autem saepe commemorat Marc. Tull. in lib. de Invent. et Quintil. Lib. I. et II. De Hermete autem nullum verbum, quod sciam. Lamb. *Hermagoras* emendat Lambinus, quod ita hic idem scriptor (ut ipse putavit) nominetur a Cicerone in Libris de Inventione, et Quintiliano Lib. I. et II. In veteribus autem libris modo *Hermestes*, modo *Hermes* nominatur. Ego veram lectionem puto *Hermes;* nam *Hermestes* errore librarii factum est, qui coniunxit *Hermes* nomen cum dictione *tres*, quae statim sequitur. F. Ursinus. *Noster doctor Hermetes*] Haud aliter Victorius, et alludunt Pall. in quibus fere *Hermestes*, aut *Hermes;* nisi quod quartus ac sextus totum nomen omittant, quemadmodum et Brunil. et Fabr. Lambinus reposuit *Hermagoras*, secutus Huberti Longolii fidem. Gulielmius mallet nihil adesse, quam nomen falsum, utique cum et Nicolaus Angelius testatus fuerit de suis in Italia omnibus, nihil comparere ibidem, praeter: *noster doctor tres.* Grut. Angelii huius fidem confirmat praeclarus ille Mediceus, et alter satis vetustus; sed in hoc superscriptum ab nova manu *Ermestes vel Ermetes.* Gronov. MS. Traiect. *Hermetes* a m. pr. *Hermes* a m. sec. Burm.

putavit esse, non ut de illorum quicquam detraheret inventione, sed ut ostenderet, id, quod oportuisset simpliciter ac singulari modo docere, illos distribuisse dupliciter et bipertito. Constitutio est prima deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione coniuncta. Constitu-

---

Noster doctor Hermes tres putavit esse] MSS. et edd. *Noster doctor Hermestes tres putavit esse.* In Duisb. est: *noster doctor Hermestes*, ut edd. antiquiores. Sed Putean.: *Noster doctor Hermes.* At Erfurt. ut et Rob. Steph. cum praeclaro Mediceo, quem laudat Iac. Gronovius: *Noster doctor tres putavit esse.* Sed, ne nimis a vulgatis recederem, *Hermes*, quicumque fuerit, recepi. Nec enim apud Graecos et Latinos *Hermetes* nomen est viri. Hermetionis quidem fit mentio in una alterave Inscriptione apud Gratianopolitanos inventa, ut in hac, quam Chifletius vidit:

D. M.
CASSIAE
PAULI HYLAE
AN. XVII.
P. CASSIVS
HERMETIO
FILIAE
PIISSIMAE.

Sic et Hermesii meminit inscriptio inedita, in qua commemoratur C. Hirtius C. L. Hermesius Aug. N. Sed nusquam ullus *Hermetes* legitur. At *Hermes* est nomen notissimum, ab antiquissimis temporibus cognitum, et quod sexcenties in Inscriptionibus occurrit. Graev. Duo Gryph. B. et C. neutrum nomen habent. Ita enim in his scriptum exstat: *noster doctor tris putavit esse.* Brut. Proprium nomen abest a MSS. meis sex, nisi quod in Voss. I. et Leid. I. recentiore manu suprascriptum sit *Hermes*, et in marg. Leid. II. legatur *Hermestes* doctor Tullii. In Leid. IV. et Ed. Omnib. *Hermestes.* Ed. Med. *Hermes.* Oud. Falsum *Hermagorae* nomen Sch. censet, propterea quod Cic. de Inv. I, 11. diserte doceat, Hermagoram quatuor constitutiones fecisse, non tres. In cod. Alt. vocabulo *doctor* supra ascriptam esse glossam *hermesis* testatur Sch. *L.*

Detraheret inventione] Lamb. ed. *Detraheret enumeratione.* Graev.

Simpliciter et singulari modo docere] Putean. et Erfurt. *Simpliciter ac singulari modo docere;* et sic Grut. Idem. *Doceri* h. l. emendandum vidit Ernestius. *L.*

Cum accusatoris insimulatione coniuncta] Put. *accusatoris insimulatione coniuncta.* Graev. In seqq. vox *itaque* exsulat a Leid. III. *ante* a Voss. I. Leid. I. melius. Oud. *Ante* delevit Sch. auctoritate cod. Alt. *L.*

Prima deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione] *Deprecatio* est quod alii vocant *depulsionem*, Graeci ἀντίστασιν, ἀπόφασιν. *Insimulationem* vero alii *intentionem*, Graeci ἔνστασιν, καὶ κατάφασιν. Ex his duabus status nascitur, ut: ἔνστασις est, *occidisti Aiacem*, ἀντίστασις, *non occidi.* Στάσις et quaestio est, an occiderit, *Occidit Clodium Milo. Inique occidit. Non inique occidit, sed iure.* Status est, *an iure occiderit.* Toxita. Recte *deprecationem* interpretantur *depulsionem.* Est enim *deprecari* sae-

tiones itaque, ut ante diximus, tres sunt, coniecturalis, legitima, iuridicialis. Coniecturalis est, cum de facto controversia est, hoc modo: Aiax in silva, postquam rescivit, quae fecisset per insaniam, gladio incubuit. Ulixes intervenit: occisum conspicatur: e corpore telum cruentum educit. Teucer intervenit; cum fratrem occisum et inimicum fratris cum gladio cruento videt, capi-
31 tis arcessit. Hic, quoniam coniectura verum quaeritur, de facto erit controversia, et ex eo constitutio causae coniecturalis nominatur. Legitima constitutio est, cum in scripto, aut ex scripto aliquid controversiae nascitur.

---

pissime propulsare, depellere, amoliri. Cic. Act. V. in Verr. *Is non modo hoc non perfecit, ut virgarum vim deprecaretur.* Sic alibi *deprecari periculum.* [Cic. in Verr. II. 5, 56.] Graev.

Postquam rescivit] Put. et Erfort. *Postquam resciit.* Idem. *Rescivit* solus Leid. IV. In reliquis fere *resciit.* Dein in omnibus *Vlixis.* Oud. Recepi *Vlixes*, quia *Vlysses* non Latinum est. *L.*

E corpore telum cruentum educit] Erf. *Corpore telum cruentum educit.* Graev. *Gladium educit* Gryph. A. Ceteri, ut vulgati, *telum.* Brut. Voss. III. pro *conspicatur* habet *suspicatur.* Leid. IV. *conspicit — eduxit.* A sex Codd. et Edd. pp. abest praep. *e.* Oud.

Cum fratrem occisum] Put. *Cum fratrem suum occisum.* Graev. Non comparet *cum* in Voss. II. Leid. III. Bene. *Ubi fratrem.* Ed. Omniboni. *Fratrem suum occ.* Leid. II. Oud. *Cum* omisit Sch. *L.*

Et inimicum fratris] Erf. *Inimicum fratris.* Graev. MSS. sex carent copula. Bene. Oud. Omisit Sch. *L.*

Cum gladio cruento videt] Duisb. *Cum gladio cruentato videret.* Erfurt. *Cum gladio cruento vidat* pro *videat*, aut *videbat.* Graev. Leid. IV. Ed. Omnib. *cruentato.* Leid. IV. *videret.* Voss. I. Leid. II. *videat.* Voss. II. Ed. Med. *vidit.* Oud.

Hic quoniam coniectura verum quaeritur] Erfurt. *Hic coniectura verum quaeritur.* Graev. In seqq. Leid. III. *de facto enim controversia est.* Oud.

Cum in scripto, aut ex scripto aliquid controversiae nascitur.] Erfurt. *Cum scripto, aut scripto aliquid controversiae nascitur.* Duisb. *Cum in scripto aliquid* etc. Edd. *Cum in scripto, aut ex scriptis. Aut ex scripto* procul dubio ex margine irrepsit, cum quis magister interpretatus esset *in scripto.* Ex Duisburg. rescribendum: *Cum in scripto aliquid controversiae nascitur.* Et sic legendum esse declarant sequentia, cum tradit quid sit *scriptum*, quamvis ex aliis praestet legere *ex scripto.* Mox ex illo addidi voculam *in*, *dividitur in partes sex*, *in scriptum.* A vulgatis abest illa. Graev. *In scripto aut ex scripto.* Exsulat *in* a MSS. quinque. *De scripto* Leid. III. *in scriptum* Leid. IV. *Ex scripto* Edd. pp. Tum *e scriptis* Voss. I. Leid. III. *E scripto* Leid. I. II. *In scriptuis* Voss. II. *per scriptum* Edd. pp. *ex scriptis.* [Haec non satis distincte notata. *L.*] Simpliciter legendum puto: *cum scripto aliquid contr. nascitur.* Oud. Verba: *aut ex scripto* ut spuria omisit. Sch. Cod. Aug. exhibet, uti hic editum est. *L.* *In scriptum*, paullo post, etiam in Leid. IV. Sed abest praepositio a ceteris et Edd. Oud. Praep. *in* omisit h. l. Sch. *L.*

Ea dividitur in partes sex, in scriptum et sententiam, contrarias leges, ambiguum, definitionem, translationem, ratiocinationem. Ex scripto et sententia nascitur controversia, cum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipse dissentire, hoc modo: Si lex sit, quae iubeat, eos, qui propter tempestatem navim reliquerint, omnia perdere; eorum navim ceteraque esse, si navis conservata sit, qui remanserint in navi. Magnitudine tempestatis omnes perterriti navim reliquerunt, scapham conscenderunt, praeter unum aegrotum; is propter morbum exire et fugere non potuit. Casu et fortuitu navis in portum incolumis 32

Cum scripto ipso dissentire] Putean. *Cum scripto ipso dissedere.* Forte [fortasse] *dissidere.* GRAEV.

Lex sit quae iubeat] Recentiores edd. *Sit lex, quae iubeat.* Non male. Sed Erfurt. Putean. meus, Victor. et optimae quaeque edd. Rob. et Carol. Steph. Cratand. et aliae: *Si lex sit, quae iubeat.* Cur tot codicum fidem respuerunt? IDEM. Voss. I. *Si sit lex.* Bene; unde alii cum Leid. III. *sit lex* fecerunt. OUD. *Sit lex* praetulit Sch. quod protasis careret apodosi, si scriberetur: *si sit lex. L.*

Eorum navim] Erf. *Eorum navem.* GRAEV. In seqq. pro *conservata* Voss. II. *reservata.* OUD.

Qui remanserint in nave] Erfurt. *Qui remanserunt in nave.* GRAEV. Voss. I. II. Leid. II. IV. Ed. Omniboni: *remanserunt.*

Navim reliquerunt] Erfurt. *Navem reliquerunt.* IDEM. *Magnitudine t. omnes perterriti.* Voss. I. Leid. I. *m. t. quidam p.* Leid. III. *M. quidem t. quidam p.* Forte [fortasse] *omnes quidem.* OUD. Schuetzius dedit: *Magnitudine tempestatis quidam perterriti, omnes navim reliquerunt;* ita non opus esse dicens, ut ante vocem magnitudine quaedam excidisse putentur. Cod. Aug. *Magn. temp. quidam perterriti. L.*

Et in scapham descenderunt] Sic restitui, secutus libri manuscripti longe optimi auctoritatem, quam ratio adiuvat. Nam qui navi relicta in scapham se conferunt, non *conscendunt*, sed *descendunt.* LAMBIN. Est in Pall. quarto et sexto, quorum brevitas mihi placuit, prae aliorum, *et in scapham conscenderunt.* Lambinus reposuit, ex optimis, ut loquitur, membranis: *et in scapham descenderunt.* Ex quo putabat Gulielm. faciendum *escenderunt.* GRUT. Ex his tamen patet, in MSS. esse terminationem praeteriti, ut est etiam in nostris MSS. atque ideo secuti eum sumus. GRONOV. Et sic in MS. Traiect. BURM. Erfurt.: *In scapham conscenderunt.* Lamb.: *Et in scapham descenderunt.* Al.: *Scapham conscenderant.* GRAEV. MSS. O. *in scapham.* Ed. Omniboni: *et in sc.* Verissimo additur praepositio. V. ad Caes. B. C. V, 7. *conscendere in naves.* Putat Schuetzius, voluisse Oudendorpium ex illo Caesaris loco verbum *conscendere* contra Lambinum h. l. tueri. Falso. Locum Caesaris ille excitavit ob usum praepositionis *in.* Lambinus autem non negat dici posse *conscendere in navem*, sed de scapha hoc dici parum aptum putat, quia, qui e navi in scapham se conferunt, *descendere* recte dicuntur, non *conscendere.* Sed contra Lambinum pugnat h. l. codd. auctoritas. *L.*

Casu et fortuitu navis] Sic optimi MSS. Vulgati tamen, ut et

delata est. Illam aegrotus possidet; navim petit ille, cuius fuerat. Haec constitutio legitima est ex scripto et sententia. Ex contrariis legibus controversia constat, cum alia lex iubet aut permittit, alia vetat quippiam fieri, hoc modo: Lex vetat eum, qui de pecuniis repetundis damnatus sit, in concione orationem habere. Altera lex iubet, augurem, in demortui locum qui petat, in concione nominare. Augur quidam damnatus de pecuniis repetundis, in demortui locum nominavit. Petitur ab eo mulcta. Constitutio haec legitima est ex contrariis legibus.

CAP. XII. Ex ambiguo controversia nascitur, quum scriptum duas aut plures sententias significat, hoc modo:

Putean. *casu et fortuna navis.* Graev. Voss. III. *fortuito.* Ed. Med. *fortuna.* Ceterum in supp. pro *et fugere non potuit* Voss. I. Leid. I. *et effugere non p.* Voss. *et facere non potuit.* Leid. IV. *nec fugere p.* Oud.

In portum incolumis delata est.] Duisb. *In portum delata est.* Graev. Voce *incolumis* caret Leid. IV. *Illata* pro *delata* Voss. III. In seqq. Leid. II. *possedit;* et Voss. II. *petiit.* Oud.

Aut permittit.] Desunt in Voss. III. *Alia permittit* Leid. IV. Ed. Med. Oud.

Altera lex iubet — petat] Voss. I. *alia.* Voss. II. *q. petat succedere.* Oud.

Augur quidam damnatus] Erf. et al. MS. *Vir quidam damnatus.* Graev.

Qui petat in concione nominare] MS. *In concione nominatur.* Graev.

In demortui locum nominavit.] Abieci duas voces insertrices loci non sui, *locum qui petat nominavit,* auctoritate Pall. pr. sec. quarti, sexti, et Bruilerensis, tanto quidem magis quod esset in tertio, *qui petebat.* Gruter. Puteaneus cum vulgg.: *In demortui locum qui petat nominavit.* Duisb.: *In demortui, qui metas, locum nominavit.* Erfurt.: *Vir quidam damnatus de pecuniis repetundis in demortui locum nominat.* Graev. Vocibus: *in demortui locum nominavit* praemittit Ed. Mediol. *eum qui petebat.* MSS. O. *in d. qui petat locum* vel *locum qui petat, n.* Oud.

Constitutio haec legitima est ex contrariis legibus.] In Duisb.: *Constitutio legitima est ex contrariis legibus.* Erfurt.: *Constitutio legitima ex contrariis legibus.* Graev. MSS. quinque carent vocuIis *haec* et *est.* Alii duo cum Ed. Med. non agnoscunt *haec.* Sedes etiam verbi *est* in illis variat. Oud.

CAP. XII. *Quum scriptum duas aut plures sententias significat*] Erfurt.: *Quum res unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat.* Vulgg.: *Quum scriptum duas aut plures res significat.* Sed melius meus codex: *Quum res in unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat.* Quae est vera huius loci scriptura, quam alii codices perverterunt. *In unam sententiam,* ut, *in eam sententiam* in Lib. de Off. [I, 35.]: *Plura in eam sententiam ab iisdem contra verecundiam disputantur.* Alia huius locutionis exempla non pauca suppeditant. Graev. Duo vetustiores Gryph.: *cum res unam sententiam, scriptum duas a. pl. s. significat.*

Paterfamilias quum filium heredem faceret, testamento vasa argentea uxori legavit hoc modo: Tullius heres meus Terentiae uxori meae XXX pondo vasorum argenteorum 33
dato quae volet. Post mortem eius vasa pretiosa et celata magnifice petit mulier. Tullius se, quae ipse volet, in XXX pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. Ex definitione constat causa, cum inde contro-

---

Brut. Voss. III. *Cum scr. aut duas aut plures.* Ed. Omnib. *Cum res in unam sententiam scripta duas* etc. Oud. Dici non posse ait Schuetzius: *res sententias significat.* Propterea rescribit: *quum, re in unam sententiam scripta, scriptum duas aut plures sententias significat.* Sed *scripta res in unam sententiam, duas sententias significat* cur dici non possit, non video. *Scripta res* est *scriptum.* Cui licet a scriptore una tantum sententia substituta, tamen plures admittere explicationes potest. *L.*

Legavit, hoc modo] Pall. quartus non habet illud *hoc modo*, et non videtur esse auctoris. Abesse potest profecto salva sententia; utpote cum neque agnoverit item Bruil. aut Fab. Gruter. Abest sane etiam a MS. Duisburgensi, et Edit. Wechelinna. Graev. *Uxori legavit hoc modo.* Sic solus Voss. III. cum Ed. Mediol. A ceteris et Editione Omnib. absunt ista: *hoc modo.* Oud. Quae h. l. leguntur nomina propria *Tullius*, *Terentiae*, Sch. sustulit, tanquam ab interpolatore profecta, qui libros ad Herennium a Cic. scriptos esse putaret. Omisit Cicero de Inv. II, 40. ubi idem exemplum profert. Cf. Burmann. in praef. p. XXXIII. ed. Bat. *L.*

Pondo vasorum argenteorum dato] Put. *pondo vasorum dato.* Graev.

Magnifice petit mulier. Tullius se, quae ipse volet, in XXX pondo etc.] Sic omnino Pall. plerique et Gulielmiani; prius editi *magnifice illa petit. Tullius se quae velit ipse XXX pondo*, etc. Grut. Vulgg. *magnifice illa petit.* Lamb. ed. *magnifice petit illa.* Erfurt. *Celata magnifice petit.* Graev. *Petit mulier.* Sic Voss. III. et Ed. Mediol. In reliquis *illa petit.* In proximis pro *volet* MSS. quatuor *vellet.* Praepositio *in* male abest a Voss. II. Leid. IV. Ed. Med. et Leid. I. a. m. sec. Oud. Pro *Tullius se* Schuetzio h. l. scribendum fuit *Filius se;* contra libros omnes. *L.*

In triginta pondo ei debere] Sic sane et Puteani, Duisb. et meus, sed Erfurtensis cum plerisque vulgatis omittit *in*, quae particula non est omittenda. Sic enim veteres loquebantur. Plin. XXXIII, 11.: *Delphinos quinis millibus sestertium in libros emto.* Ibid.: *Constat eundem sex millibus sestertium in singulas libras vasa emta habuisse,* et Lib. X, 22.: *Pretium plumae eorum in libras denarii quini.* Quae loca Gronovio debentur, qui illa lib. I. de Pec. vet. c. 10. adtulit. Graev.

Ex definitione constat causa] Erfurt. et Duisb. *Definitione causa constat.* Idem. MSS. sex carent praepositione *ex.* Leid. II. *De deffinitione.* Voss. I. *Diffinitiva c. c.* Oud.

Quum in controversia est] Legendum fortasse est: *quum controversia est*, etc. Lamb. *Cum inde controversia*] Ita Pal. pr. quart. Bruil. et Fabr. non *in*, ut antea vulgati. Grut. Vulgg. *cum in controversia est. Inde* firmat Duisb., ceteri consentiunt vulgatis. Graev. Voss. III. Leid. III. Edd. pp. *in controversia.* Oud.

versia est, quo nomine factum appelletur. Ea est huiusmodi: Cum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset, Caepio, qui per id temporis quaestor urbanus erat, docuit senatum, aerarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat, adversus remp. videri eum facere. Saturninus ferre coepit. Collegae interce-
34 dere. Ille nihilominus cistellam detulit. Caepio, ut illum contra S. C. intercedentibus collegis adversus remp. vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat,

---

De semissibus et trientibus] Intelligitur lex Appulia, frumentaria, quam L. Appulius Saturninus tulit, de frumento gratis dando populo ex aerario, abrogata lege Sempronia, de modio tritici vendendo populo semisse et triente, seu dextante assis, tribus circiter deutis Batavicis. Nam assis sunt quatuor deutae, seu semistuferûs. Graev. Nostro quidem tempore stuferus (s. Stuiver, Stüber), ad Germanorum rationes, octo pfenn. valet, ut igitur *deuta* Bat. par sit nostro *pfenn*. *L.*

Laturus esset Caepio] Lamb. ed. *Laturus esset Q. Caepio.* Graev. *Q. Caepio, qui per id t.* Addidi praenomen auctoribus Voss. I. II. Leid. I. III. IV. Ed. Omnib., quod cur omiserint alii, nescio. Oud. In seqq. Ernestius vel *per* delendum vel *per id tempus* legendum censet. Male. *L.*

Docuit Senatum] Duisburg. *edocuit Senatum.* Graev. Leid. IV. *edocuit senatum.* Oud.

Videri eum facere] Erf. *Videri ea facere.* Graev.

Saturninus ferre coepit.] Putean. *Saturninus legem ferre coepit.* Idem.

Collegae intercedere.] Put. *Collegae eius intercedere.* Idem. Ed. Med. *Collegae eius interc.* Oud.

Sitellam detulit.] Sic habent nonnulli libri manuscr. quibuscum congruunt quidam vulgati; alii habent *deferre*, alii vulgati habent *cistellam detulit.* Lamb. *Cistellam detulit.*] Sic vulgarii omnes et Pall. ad unum. Lambinus ex suis maluit *sitellam.* Gruter. Erfurt. et Lamb. ed. *Sitellam detulit.* Sed Put. Duisb. meus, *cistellam.* Cistellae hae sive cistae alibi *situlae* dicuntur, et *urnae*, in quam coniiciebantur sortes centuriarum, ut cuius sors prima exisset, ea esset praerogativa. Meminit earum Sisennius Hist. IV. apud Nonium in *Cistae.* *Quae erant legum ferendarum gratia paratae defecerant.* Vide Manut. de legibus cap. 36. et Anton. Augustin. de legibus XIV. Graev. *Cistelam* MS. Traiect. Burm.

Contra S. C. intercedentibus] Erfurt. et Put. *Ut illum contra intercedentibus.* Graev. In nullo codice legas: *S. C.* Omnia haec: *contra S. C.* desunt Ed. Mediol. Oud. Quod additur *adversus remp.*, ab Ernestio uncis inclusum, eiecit Sch. *L.* In seqq. *vidit facere* Leid. I. II. Oud.

Ponteis disturbat, cistas deiicit] Libri manuscripti quidam habent: *gradus pontis disturbat, cistellas deiicit.* Quam scripturam ceterum probo: tantum ex *cistellas*, *sitellas* facio. Lamb. Haud secus Pall. nostri, nisi quod sec. *gradus pontis disturbat, cistam deiicit*, quod ipsum pro interpretamento habuerim, aliter

cistas deiicit, impedimento est, quo secius feratur lex: arcessitur Caepio maiestatis. Constitutio est legitima ex definitione. Vocabulum enim definitur ipsum, cum quaeritur, quid sit minuere maiestatem. Ex translatione controversia nascitur, cum aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut iudices mutandos reus dicit. Hac parte constitutionis, Graeci in iudiciis, nos in iure civili plerumque utimur. In hac parte nos iuris civilis scientia adiuvabit. In iudiciis tamen nonnihil ea utimur, hoc modo: Si quis peculatus accusatur, quod vasa ar-

---

quam placitum Lambino. Grut. Putean. et Lamb. ed. *gradus pontis disturbat*. Sed ceteri vulgatis subscribnnt. MS. *Cistam deiicit*. Al. *Cistellas deiicit*. Graev. *Deiecit* Cod. Traiect. Burm. Leid. II. IV. cum Ed. Omniboni c. *deiecit*. Oud.

Feratur lex, arcessitur] Erfurt. et Duisb. *Feratur, arcersitur*. Graev. MSS. O. carent voce *lex*. Oud.

Constitutio est legitima] Erf. *constitutio legitima*. Graev. Exsulat verbum *est* a MSS. quinque. In seqq. Voss. III. *imminuere maiestatem*. Oud.

Ex translatione] Translatio μετάστασις et μετάληψις dicitur, alii statum τῆς παραγραφῆς, id est, praescriptionis vocant. Hic auctor eum sub legitimo statu complectitur, quoniam, ut Fortunatianus ait, nulla translatio, sive praescriptio sine lege potest esse. Toxita. Vide de translatione Vossii Institut. Oratoriae lib. II. cap. 10. Graev.

Controversia nascitur, cum] Erf. *Controversia, cum*. Idem.

Aut iudices mutandos] Lamb. ed. *aut iudices commutandos*. Idem. In seqq. Ed. Med. *Graeci utuntur in iudiciis*. Male. Mox inseritur in Voss. III. ridicule *ius scriptum ante iudices*. Oud.

Nos iuris civilis scientia maxime adiuvabit.] Opinor sic mutatum fuit ab Gothofredo et tum Grutero, ante quos alii *iuvabit*, alii etiam τὸ *maxime* omittebant; id quod in nullo trium codicum reperi, qui tantum habent, *scientia iuvabit*. Gronov. *Scientia adiuvabit* Put. et Duisb. Solus Erfurtensis retinet *maxime*, quod tamen respuunt editiones Victor. et aliae priscae; itaque illam delevi. Graev. *Scientia iuvabit* Cod. Traiect. Burm. *Nos iuris civilis scientia iuvabit*. MSS. O. et Edd. pp. ita exhibent. Quod perperam auxerunt seqq. Editores. Oud. Verba: *in hac p. — iuvabit* pro spuriis habet et uncis inclusit Sch. *L.*

Ea utimur, hoc modo] Bal. quart. et Bruil. *utimur ut hoc modo*. Quis non videt, *hoc modo* delendum, retento *ut?* Gruter. Pravum arbitrium. Nam patet illud *ut* exstitisse ex postrema syllaba verbi praecedentis, ubi scriptum fuit olim *utim* ubi linea tenuiore adscripta, et mox fere evanescente, ut videbatur aliis, hi adscripserunt *ur*, alii quibus vestigia lineae apparebant, inde fecerunt *ut*. Unde patet voces *hoc modo*, quae in omnibus scriptis exstant, retineri debere; syllabam vero *ut* esse lusum calami describentium. Gronov. Erfurt. *Utimur ut hoc modo*. Duisb. *utimur hoc modo*. Edd. Victor. et aliae: *ea utimur, ut hoc modo*. Graev. *Ea utimur hoc modo*. Dele v. *ea* MSS. et Edd. pp. auctoribus. Prave *ut hoc modo* praebent MSS. quatuor, et Ed. Omnib. Sed Leid. III. *s.* i. e. *scilicet, hoc modo*. Oud.

gentea publica de loco privato dicatur sustulisse, possit dicere, cum definitione sit usus, quid sit furtum, quid peculatus; secum furti agi, non peculatus oportere. Haec partitio legitimae constitutionis his de causis raro venit in iudicium, quod et in privata actione praetoriae exceptiones sunt, et causa cadit is, qui non, quemadmodum oportet, egerit; et in publicis quaestionibus cavetur legibus, ut ante, si reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat, utrum illi liceat accusare, necne.

CAP. XIII. Ex ratiocinatione controversia constat, cum res sine propria lege venit in iudicium, quae tamen
86 ab aliis legibus similitudinem quandam aucupatur. Ea est
huiusmodi. Lex est: Si furiosus exsistit, agnatum gen-

Haec partitio legitimae constitutionis] Raro haec pars legitimae constitutionis venit in iudicium. Graev.

Praetoriae exceptiones sunt] Putean. et edd. nonnullae: *exceptiones fiunt.* Quae sit exceptio, vide Ulpianum l. 2. D. de Exceptionibus. Idem. In antecc. *quod et in privata* copula *et* deest MSS. plerisque et Edd. pp. Tum Leid. II. III. *exceptiones fiunt.* Oud. *Praetoriae exceptiones sunt*, ut Lamb., edidimus ex Gryphii B. et C. auctoritate; quibus Leonic. editio suffragatur. *Fiunt* fere excusi habent, Ald. Vict. Brut.

Et causa cadit is, qui non] Erfurt. *et causae cadit, quia egit nisi habuit actionem, qui non.* Graev. Voss. III. Leid. III. IV. Edd. pp. *a caussa cadit.* Oud.

CAP. XIII. *Similitudinem quandam aucupatur.*] Erfurt. *similitudine quadam aucupatur.* Graev. *Similitudine quadam aucupatur* scriptum est in duobus Gryph. B. C., quae, ni fallor, germana lectio est. Aucupatur enim non similitudinem, sed caussae adiumentum ex similitudine. Posse autem desiderari verbum adiunctum, exempla scriptorum atque usus Latini sermonis ostendit. Quae quanquam ita sint; nostro tamen instituto, sententia nostra indicata, vulgatam lectionem retinuimus. Brut. Voss. III. *Ab aliis rebus vel legibus similitudine quadam a.* Oud.

Si furiosus exsistit] Hic locus ex Tuscul. Quaest. sic videtur esse restituendus: *Si furiosus esse incipit*, etc. Sic enim ibi scriptum est: *Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae. Itaque non est scriptum*: si insanus, *sed* si furiosus esse incipit. Sed Adrianus Turnebus hanc lectionem tuetur, et ait haec verba, *esse incipit*, esse interpretationem verbi *exsistit:* cum tamen in lib. 2. de Inventione sub extremum legatur: *Si furiosus est.* Lamb. Meus Codex: *Si furiosus existet.* Erf. et Put.: *Lex, si furiosus existat.* Sic statim: *Et lex, qui parentem necasse*, et: *Et lex, si paterfamilias.* Graev. Exsulat verbum *est* post v. *lex* a Voss. I. Leidd. O. et Edd. pp. Sed supra scriptum in Leid. IV. Tum quidam *exsistat* et *exsistet.* Oud. Palmaria emendatione hunc locum sanavit Schuetzius: *Si furiosus escit*, quod omni dubitatione est maius. *L.*

Agnatum gentiliumque] Casus gignendi antiquus, pro *agnatorum*, neque aliter Pal. quart. sextus, Fabr. ut etiam mox omnes libri habent; et convenit XII tabularum formulis. Gruter. Sic

tiliumque in eo, pecuniaque eius potestas esto. Et lex: Qui parentem necasse iudicatus erit, is obvolutus et obligatus corio, devehatur in profluentem. Et lex: Paterfamilias uti super familia pecuniave sua legaverit, ita ius esto. Et lex: Si Paterfamilias intestatus moritur, familia pecuniaque eius agnatum gentiliumque esto. Malleolus

---

Erfurt. et Duisb. cum Pall., sed Vulgg. *Agnatorum gentiliumque.* Graev. *Agnatorum* Voss. I. III. Leid. I. III. IV. Edd. pp. Oud.

Et obligatus corio] Ex libris manuscrip. alii habent et *obligatus culleo*, alii: *et obligatus corio lupino;* ego *culleo* legendum puto. Lambin. *Is obvolutus et obligatus corio, devehatur*] Sic MSS. nostri omnes, nisi quod Liliensis, *os obvolutus.* Stephanus pater publicavit *culeo*, quod et [etiam] retinuit Manutius, ut et [quemadmodum etiam] *deiiciatur in profl.* quomodo item Victorianus, quod ad ultimum attinet. Grut. Potius de formula legis movisset controversiam. Nam quum et praecedens et sequens concipiatur per *esto*, cur haec non creditur scripta per *devehitor?* Sed hic latet aliquid singulare, quod aperiunt duo MS. exhibentes: *ut is obv. et obl. corio devehatur*, quod frequens in legibus et SCtis. Gronov. Et ita etiam cod. Traiect. Burm. MSS. tres: *ut is obvolutus et obligatus.* MS. *os obvolutus corio.* Edd. quaedam *obligatus culleo.* Al. *obligatus corio lupino.* Ut est etiam in Puteani codice, et sic duo MSS. Iac. Gronovii. Praeterea Duisb. *Lex es, qui parentem necasse*, et nonnullae Edd. *deiiciatur in fluvium.* Put. *deiicitor in fluvium.* Graev. *Ut is obvolutus* in Leonic. Brut. *Et lex est* Voss. III. Leid. III. *Is obvolutus* Sic MSS. O. *Ut is obv.* Edd. Med. Omnib. Mox *in fluentem* Ed. Omnib. Oud. Omnia ista: *Et lex: qui parentem — in profluentem*, recte Sch. pro spuriis habet, his de caussis. Primum nihil ista ad rem, de qua quaeritur, an parricida damnatus in carcere testamentum facere possit. Tum in Cod. August. illa magis etiam interpolata: *obvolutus corio lupino, imposito gallo, simia, serpente, devehatur* etc. Denique totam hanc legem non habet Cic. de Inv. II, 50. ubi tres tantum leges in eadem caussa afferuntur. *L.*

Paterfamilias uti super familia etc.] Simeo Bosius Lemouix, vir doctissimus et acutissimus, putat hanc legem XII tab. in libris omnibus esse mendosam, et sic emendandam: *Paterfamilias uti suae rei, familiae, tutelae, pecuniaeve suae legassit, ita ius esto.* Lamb. *Pecuniave sua legaverit*] Edd. vett. *pecuniave sua legavit.* Erfurt. *Pecuniave sua ligaverit.* Ed. Lamb. *Pecuniave sua legassit.* Graev. *Legassit* in lib. II. de Invent. (cap. 50.) scriptum habet vetustissimus Gryph. codex; quae nobis fuit caussa, cur et [etiam] hoc loco ita excudi curaremus. Brut. *Et lex est* Voss. III. Oud. *Legassit* tacite correxit etiam Sch. *L.*

Si paterfamilias intestatus moritur] Putean. *Si moritur paterfamilias intestatus.* Vulgg. *Si paterfamilias intestato moritur.* Graev.

Agnatum gentiliumque esto.] Vulgg. *Agnatorum gentiliumque esto.* Erfurt. *Agnatum gentilium esto.* Idem. Voss. III. Leid. I. III. IV. Edd. pp. *agnatorum.* Voss. II. Leid. II. III. IV. *et gentilium.* Oud.

iudicatus est matrem necasse. Ei damnato statim folliculo
37 lupino os obvolutum est, et soleae ligneae pedibus inductae
sunt, et in carcerem ductus est. Qui defendebant eum, tabu-

Folliculi lupino os obvolutum est, et soleae] Erf. *folli lupinos, et soleae.* Put. *folliculo lupino os volutum, et soleae.* Al. MS. *folli cum lupino os obvolutum est, et soleae.* Graev. *Os involutum* Gryph. A. Brut. *Folli obvolutum os lupino* Voss. III. *folli obvolutum lupino os* Leid. III. *folliculus lupinus in os* Ed. Med. *involutum* Leid. II. Oud.

Soleae ligneae pedibus inductae sunt] Quidam libri MSS. habent *indutae*, nonnulli *inditae*; ego *pedibus indutae*, vel, *in pedes indutae*, magis probarim. Lamb. Bruil. *ferreae in pedibus*, quod *in* restat etiam in Pal. pr. quart. sext. Grut. Erfurt. *Ligneae in pedibus inductae*, MS. *Ferreae in pedibus inductae.* Pessime Lambinus. Nam *induci* proprie dicuntur, quae pedibus induuntur. Suet. Aug. 92. *Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextro induceretur. Socci* sunt pedum tegumenta. Hinc et *induci* dicuntur quamvis manibus inderentur. Suet. Claud. 8. *solebant et manibus stertentis socci indui*, et sic alii. Graev. MSS. quinque vetustiores: *in pedibus.* Leid. IV. *pedibus indutae.* Voss. I. *inditae.* Male. Vide ad Sueton. Aug. c. 92. et Cic. de Inv. II, 50. Oud. Apud Cic. l. c. legunt alii *inditae*, quod etiam in hunc locum Herennianum introduci volebat Ern. *L.*

Et in carcerem ductus est.] Erfurt. *in carcerem ductus est.* Graev. MSS. tres carent copula. *Deductus* Voss. I. *Inductus* Leid. I. Oud.

Tabulas in carcerem] Duisb. *Statim tabulas in carcerem.* Graev. Leid. IV. *statim t.* etc. Leid. III. *ferunt.* Oud. In iis, quae proxime antecedunt, Schuetzius ex coniectura scripsit *qui defenderant eum.* Vulgatum enim *defendebant* non cadere in hominem iam damnatum. Sed saepe ita imperfectum ponitur, ubi plusquamp. exspectasses. Cogitatur enim a scriptore actio, ante aliam insecutam iam praeterita, durans adhuc, propterea quod in animi quendam habitum transiit et statum vel in consuetudinem abiit. Sic h. l. tametsi defendendi negotium qui susceperant, id iam absolverant ante damnationem, tamen defensoris animus et munus adhuc iis tribuitur; defensores enim adhuc sunt et dicuntur, etsi non amplius locus defensioni. Sic Cic. Acad. II, 2, 5. Goer. *Delectabatur autem mirifice lectione librorum, de quibus audiebat;* ubi male Ern. *audierat* proposuit. Cic. de Fin. V, 29. *Nisi enim id faceret, cur Plato Aegyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et coelestia acciperet? Cur post Tarentum ad Archytam? Cur ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timaeum, Acrionem Locros, ut, quum Socratem expressisset, adiungeret Pythagoreorum disciplinam eaque, quae Socrates repudiabat, addisceret? L.* In seqq. pro *conscribunt* Voss. II. *scribunt.* Addit Ed. Mediol. *haeredes, quos iubet, scribunt.* Bene, si e MSS. Cf. de Inv. II, 50. Oud. Verba: *testamentum i. p. conscribunt* plane expulit Sch. in eorumque locum substituit illa, quae ex ed. Mediol. afferuntur: *haeredes, q. i. scribunt.* Male. Nam ipsum illud, quod ista verba apud Ciceronem de Inv. l. c. leguntur, ostendit, quomodo in editionem Mediol. irrepere potuerint. Quare in vulgata acquiescendum erit. *L.*

las in carcerem afferunt; testamentum ipso praesente conscribunt; testes rite adfuerunt: de illo supplicium paullo post sumitur. Ii, qui heredes erant testamento, hereditatem adeunt. Frater minor Malleoli, qui eum oppugnaverat in eius periculo, suam vocat hereditatem lege agnationis. Hic certa lex in rem nulla adfertur, et tamen multae adferuntur, e quibus ratiocinatio nascitur, quare potuerit, aut non potuerit iure testamentum facere. Constitutio legitima est ex ratiocinatione.

CAP. XIV. Cuiusmodi partes essent legitimae constitutionis ostendimus; nunc de iuridiciali constitutione
dicamus. Iuridicialis constitutio est, cum factum conve- 38
nit, sed iure, an iniuria factum sit, quaeritur. Eius constitutionis partes sunt duae, quarum una absoluta, altera assumtiva nominatur. Absoluta est, cum id ipsum, quod factum est, ut aliud nihil foris assumatur, recte factum esse dicemus. Ea est huiusmodi: Mimus quidam nominatim Accium poëtam compellavit in scena. Cum eo

---

Testes rite affuerunt] Erfurt. et Duisb. *Testes recte affuerunt.* Graev. MSS. quinque et Ed. Omnib. *recte.* Sed in Voss. I. supra scriptum *vel rite.* Oud.

De illo supplicium paullo post sumitur] Voces medias in MSS. non observavi. Gronov. In Erfurt. etiam, et nonnullis aliis MSS. hae voces *paullo post* non leguntur. Graev. Ut nec in MS. Traiect. Burm. Desunt etiam in Leid. II. Oud.

Qui eum oppugnaverat in eius periculo] Tria verba postrema resipiunt glossam interpretis. Grut. Vv. *in eius periculo* exsulant a Leid. IV. Oud.

E quibus ratiocinatio] Erf. *Ex quibus ratiocinatio.* Graev. In antecc. exhibet Voss. II. *Hic cum certa lex i. r. n. sit.* Tum *ex quibus ratiocinatio* cet. MSS. O. cum Ed. Med. pro *e quibus.* Oud.

Constitutio legitima est ex ratiocinatione.] Erfurt. *Constitutio legitima ex ratiocinatione.* Graev. *C. legitima est ex ratioc.* Ita solus Leid. IV. cum Ed. Omniboni. A reliquis abest verbum. Oud.

CAP. XIV. *Cuiusmodi partes essent*] Putean. *Quoniam cuiusmodi partes essent.* Graev. In seqq. Leid. IV. caret v. *constitutione.* Ed. Med. *dicemus.* Oud.

Absoluta] Graecis ἀντιληπτική. Est autem ἀντίληψις simplex facti defensio, recte aut iure factum esse, quae adversariorum criminationi obducitur. Toxita.

Cum id ipsum, quod factum est] Erfurt. *Cum id ipsum quod factum sit.* Graev.

Recte factum esse dicemus.] Erfurt. *Certe factum esse dicemus.* Idem.

Ea est huiusmodi:] Erfurt. *Ea huiusmodi est.* Idem. In seqq. Voss. I. II. Leid. IV. Ed. Omn. *Actium* semper. Ed. Med. *Acium* Oud.

Compellavit in scena. Cum eo Accius] Erfurt. et multi alii: *compellavit in cenaculo eius Accius.* Put. *compellavit in scenaculo*

Accius iniuriarum agit. Hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agenda. Assumtiva pars est, cum per se defensio infirma est, sed assumta extraria re comprobatur. Assumtivae partes sunt

---

in eo Accius. Duisb. *nominavit in scena, cum eo Accius.* Graev. *In scena* primus dedit Becichemus. Placuit Gulielmo, quod scripti nostri: *in coenaculo.* Cf. Plaut. Amphitr. [III, 1, 5.]. Sed infra II, 13. de eadem caussa *in scena*, quamquam et ibi Pal. III. in *coenaculo.* Grut. Leid. IV. *nominavit appellavit.* Voss. I. Leid. I. II. III. in *coenaculo meo.* Voss. III. Leid. IV. Ed. Omnib. *in coenaculo. in eo.* Voss. II. *in cena cum eo.* Ed. Med. *in senaculo. Cum eo.* Sed vid. L. II, c. 13. Oud. Plane absurdum atque alienum *in coenaculo* iam damnaverat Ern. quod idem fecit Sch. *L.*

Hic nihil aliud defendit, nisi licere] Etsi id solum et unum defendat, nihilominus potest multa alia adsumere causam suam iuvantia et animum accusatoris iniquum ac foedum et criminationi pronum ostendentia: ut adeo haec verba in exemplo non sint paria praemissae declarationi. Ea autem recte se habebunt, si commutatis verbis legas *nihil aliud, nisi defendit*, quomodo dedisse auctorem opinor; et constat hanc locutionem saepe quasi imperfectam ab scribis repletam. Vide paterna ad Livium IV. 26. et Quintiliani Decl. 4. Itaque idem sentio in verbis, quae habentur IV. 30.: *Has autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum perculerunt.* Honesta oratio abigit illud *fecerunt.* Gronov. Duisb. *Hic mimus nihil aliud defendit.* Graev. Voss. I. *hec Mimus n. a. d.* Voss. II. Leid. IV. Ed. Med. *hic Mimus nihil a. d.* Pro *nominari* Voss. I. Leid. III. Edd. Med. Omnib. Leid. I. a. m. sec. *nominare.* In nonnullis *eum nominari.* Oud.

Assumtiva] ἀντιθετικὴ ἢ προςληπτικὴ a Graecis dicitur, cum per se defensio est infirma, quoniam ius aliquo modo violatum concedimus, sed ab aliquo foris adiuncto argumento defendimus, quod vel similis, vel maioris, boni compensationem habet. Est enim ἀντίθεσις τῆς ποιότητος ἀντικατάλλαξις. Toxita. Vide de statu assumtivo Vossium in Institut. Orat. lib. I. cap. 9. sect. 7. Graev.

Sed assumta extraria re comprobatur.] Sic fere omnes libri nostri; nisi quod quidam *ex contraria;* et ita infra de hac ipsa constitutione: *Sine ulla assumtione extrariae defensionis*, ubi Lambinus non debuit inculcare, *extraneae*, neque aliter editio Stephani. Grut. *Extraria* habent tres Gryphii MSS. *ex contraria* legitur in Leonic. libro. Brut. Multae Edd. *sed assumta ex extranea re comprobatur.* Comprobatur *extraria re* ab Erfurtensi, et Puteaneo, nisi quod in hoc *re* quoque non legatur, et Duisburgensi codice. Meus codex MS. et nonnulli alii: *sed assumta ex contraria re comprobatur.* Puteani scriptura verissima est: *re* ortum ex ultimis syllabis *ria* praecedentis vocis, *Extraria* nimirum *defensione*, ut inferius: *Sine ulla assumtione extrariae defensionis.* Graev. *ex contraria* MS. Traiect. Burm. Voss. I. III. Leid. IV. Ed. Omn. *ex contraria re*, sed suprascr. *extraria* in Voss. *Aliqua re extranea* Voss. II. *Re extranea* Ed. Mediol. Verum est simpliciter *extraria.* Vide ad Cic. de Inv. lib. II, c. 50. Ut a *contra* est *contrarius*, sic ab *extra extrarius.* Oud. *Extranea* etiam Aldina, teste Sch. Idem comprobavit *extraria.* *L.*

quatuor; concessio, remotio criminis, translatio criminis, comparatio. Concessio est, cum reus postulat sibi ignosci. Ea dividitur in purgationem; et deprecationem. Purgatio est, cum consulto se negat reus fecisse. Ea dividitur in fortunam, imprudentiam, necessitatem. Fortunam, ut Caepio ad tribunos plebis de amissione exercitus. Imprudentiam, ut ille, qui de eo servo, qui dominum occiderat, supplicium sumsit, cui frater esset, antequam tabulas testamenti aperuit, cum is servus manumissus testamento esset. Necessitudinem, ut ille, qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquae interclusissent. Deprecatio est, cum et peccasse se, et consulto fecisse reus 39

Concessio, remotio criminis, translatio criminis, comparatio.] Lamb. ed. *Concessio criminis, remotio, translatio, comparatio.* Graev. Voss. III. *relatio criminis.* Oud. Transposuit Sch. *translatio criminis, remotio criminis,* quia postea auctor, ubi eas pertractat, hunc ordinem sequitur. Non necessarium. *L.*

Postulat sibi ignosci.] Erfurt. *Postulat ignosci.* Graev.

Imprudentiam, necessitatem] Lamb. et al. edd. *inprudentiam, necessitudinem.* Erfurt. *Inprudentiam, fortunam, necessitatem,* et sic semper ille codex *inprudentia,* pro *imprudentia.* Idem. *In inprudentiam, fortunam, necessitatem.* Sic MSS. O. cum Ed. Med. In nonnullis etiam exemplum imprudentiae praecedit exemplum fortunae. Oud. Pro v. *necessitatem* Sch. scripsit *necessitudinem,* quia postea in explicatione divisionis eadem forma verbi recurrit. *L.*

Tribunos plebis de amissione exercitus] Erfurt. *Tribunos plebis de exercitus amissione.* Bello nempe Cimbrico, de quo Eutropius. Graev. Leid. III. IV. Ed. Med. *ad tribunum pl.* Ed. Omn. *apud tribunum pl.* Tum *de exercitus amissione* MSS. O. et Ed. Med. Oud. In seqq. vv. *cui frater esset* Sch. Ernestio monente collocavit post vv. *dominum occiderat.*

Antequam tabulas testamenti aperuit] Edd. *Antequam tabulas testamenti aperuerit.* Graev. *Aperuit* Gryph. B. C. *Aperuisset* eiusdem A. Excusi fere eodem modo *aperuerit.* Brut. *Aperuisset* ut unice verum recepit Sch. *L.* In seqq. *testamento manumissus* nonnulli. Leid. III. *manu test. missus esset.* Abest *testamento* ab Ed. Med. Tum pro *necessitudinem* Voss. I. III. Leid. I. *necessitatem.* Oud.

Ad diem commeatus non venit] Erfurt. *Ad diem commeatus convenit.* Graev.

Quod cum aquae interclusissent.] Erfurt. *quod cum has interclusissent.* Idem.

Cum et peccasse se, et consulto fecisse reus confitetur] Liber unus manuscrip. habet, *consulto peccasse.* Lamb. Voculam *reus* reduxi suasu Pall. trium et primarum editionum. Solus Pal. pr. habet alio positu: *et consulto fecisse et se peccasse reus confitetur.* Grut. Pui. et edd. nonnullae: *Cum peccasse, et consulto fecisse confitetur.* Erfurt. *cum peccasse se, et consulto fecisse se confitetur.* Meus codex MS. *cum et peccasse et consulto reus fecisse confitetur.* MS. Lamb. *Cum peccasse, et consulto peccasse confite-*

confitetur, et tamen postulat, ut sui misereantur. Hoc in iudicio fere non potest usu venire, nisi quando pro eo dicimus, cuius multa recte facta constant. Hoc modo in loco communi per amplificationem iniiciemus: Quod si hoc fecisset, tamen ei pro pristinis beneficiis ignosci conveniret; verum nihil postulat ignosci. Ergo in iudicium non venit: at in senatum, aut ante imperatorem et in consilium talis causa potest venire.

CAP. XV. Ex translatione criminis causa constat, cum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coa-

---

tur. GRAEV. Voces *se* et *reus* desunt plerisque MSS. et Edd. pp., nisi quod in Voss. III. sic: *se cum reus et p. et c. f. conf.* OUD.

Hoc in iudicio non potest fere usu venire] Putean. *Hoc in iudicium non potest fere usu venire.* Erf.: *Hoc in iudicio fere non potest usu venire.* GRAEV. Supra pro *misereantur* Voss. II. Leid. IV. Edd. pp. *misereatur.* Tum MSS. tres et Ed. Med. *iudicium. Evenire* in Voss. I. Vide ad Lib. I. de Inv. c. 10. OUD.

Cuius multa recte facta constant.] Hoc est *in medio sunt*, et *nota omnibus*. Eam vim verbi *constare* non vidit Lambinus, cum hoc mutavit, rescribendo *facta esse constat*, etiam contra vett. edd., in quibus tamen: *facta esse constant*, aliter atque Pall. et Bruil. GRUT. Cum Grutero faciunt Putean. et Duisb, sed cum Lambino meus codex; at Erfurtensis non inepte: *cuius multa recte facta exstant*, quamvis *constant* non repudiem. Ab Erfurtensi non longe recedit editio Cratandri, in qua est: *cuius multa recte facta existant.* GRAEV. Vox *facta* deest Voss. I. *Exstant* Leid. I. II. III. Ed. Med. *Facta esse* Ed. Omnib. Tum Voss. I. III. Leid. III. *loco communi p. a. ini. hoc modo.* Verbum *ini.* exsulat a Leid. III. Deinde *quid si hoc f.* Leid. IV. *Quod si fec.* Ed. Med. OUD.

At in senatum, aut ante imperatorem, et in consilium] Erfurt.: *Aut senatum ad imperatorem, et in consilium.* Putean.: *At in senatum aut aut imperatorem concilium*, Edd. vett.: *aut in senatum, aut ante imperatorem.* GRAEV. Voss. II. Leid. I. *et ante imp.* OUD. Comprobat Sch. Ernestii iudicium, qui vv. *aut ante imp. et in cons.* non duo membra esse, sed eandem rem, imperatoris consilium, significari, pronunciarat. In eadem re, citante Sch. Cic. de Inv. II, 37. *Senatus et consilii. L. Et in concilium* Voss. II. Leid. IV. Ed. Omnib. Tum *talis c. p. evenire.* Voss. I. II. Leid. I. *convenire* Leid. IV. OUD.

Et in consilium etc,] Vulgo *concilium*, contra libros, et sententia nulla. *Consilia* consulum intelligit aliorumque magistratuum, cum quibus agnoscebant delicta interdum domi ex Senatusconsulto, de quo in Bruto, ubi deprecationi locum ait esse posse. Exemplum illustre est in Cic. Laelio 13. initio. *Gulielm.* Nihil locus ille in Laelio, ubi agitur de consilio dando libere amicis, ad hoc argumentum, de quo hic scriptor loquitur, facit, nec intelligitur consilium consulum aut magistratuum urbanorum, sed consilium militare Imperatorum, quod conflabatur ex legatis, tribunis, primique loci ducibus; de quo saepe Livius, aliique. Sueton. Tib. 18.: *Cum animadverteret, Varianam cladem temeritate et negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit, semper alias sui arbitrii.* In illo consilio puniebantur militaria crimina. GRAEV.

ctos fecisse dicimus: ut Orestes cum se defendit, in ma-
trem confert crimen. Ex remotione criminis causa con-
stat, cum a nobis non crimen, sed culpam ipsam amove- 41
mus, et vel in hominem transferimus, vel in rem quam-
piam conferimus. In hominem transfertur; ut si accuse-
tur is, qui P. Sulpicium se fateatur occidisse, et id iussu
consulum defendat; et eos dicat non modo imperasse, sed
rationem quoque ostendisse, quare id facere liceret. In
rem confertur; ut si quis, ex testamento quod facere
iussus sit, ex plebiscito vetetur. Ex comparatione causa
constat, cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, et
id, quod fecerimus, satius fuisse facere. Ea causa huius-
modi est: C. Popillius, cum a Gallis obsideretur, neque

CAP. XV. *In matrem confert crimen.*] Erfurt. *in matrem conferens crimen.* GRAEV. *Conferens crimen* Voss. I. III. *transfert cr.* Leid. IV. OUD.

Sed culpam ipsam] Auctore Ernestio recte scripsit Schuetzius: *non crimen ipsum, sed culpam.* Potest hic locus arguere eos, qui aliquid sine codicum testimonio mutandum esse negant. *L.*

Vel in rem quampiam conferimus.] Verbum ultimum est a glossatore, subintelligiturque *transferimus;* sane nulla huius vola vel vestigium exstat in Pal. sec. ideoque omnino expunxissem, nisi fuisset in aliis MSS. vel eius loco *inferimus.* GRUT. Reclamant etiam omnes nostri. Itaque vocem istam retinemus. GRAEV.

Si accusetur is] Erf. *Si accusatur is.* IDEM. Voss. I. et Leidd. duo *accusatur.* Voss. III. Ed. Med. *accusaretur.* OUD.

Qui P. Sulpicium se] Erf. *qui publicum se.* GRAEV. Leid. II. *Publicum se f.* Leid. III. IV. Ed. Omnib. *se fatetur.* Ed. Med. *fateretur* sine v. *se.* OUD. De *Sulpicio* cf. Vell. Pat. II, 19. ibique interpp. et Sch. in indice Geogr. et Hist. s. n. *L.*

Et id iussu consulum defendat] Sic Pall. et olim impressi, nisi quod Pal. pr. non habeat voculam *id,* tert. vero eius loco *se.* Posterius editi: *et id iussu consulum se fecisse defendat,* ex supervacuo. GRUT. Edd. multae: *et id iussu consulum se fecisse defendat.* GRAEV. In seqq. Voss. III. non agnoscit *quoque* post v. *rationem.* Leid. III. *sed etiam rationem.* Tum Voss. III. *ex plebiscito facere vetetur.* OUD.

Ex comparatione criminis causa constat] Dubito de voce *criminis,* an sit legitima: neque enim agnoscunt aut vetuste editi, aut Pall. quatuor priores aut Fabricianus codex; invexit primum Victorius. GRUT. Vict. Grut. aliae edd. *ex comparatione criminis causa constat.* Delevi sane *criminis,* auctoritate quoque Puteani, Erfurtensis, et mei codicis; quin nec in Mediol. nec Cratandri nec aliis vetustioribus edd. haec vox exstat. GRAEV. Nec in MS. Traiect. BURM. *Ex comparatione causa c.* Ita MSS. O. et Edd. pp., non *ex comp. criminis causa c.* OUD. Recte deletum v. *criminis* etiam Sch. iudicat. *L.*

Ea causa huiusmodi est] Erfurt. *Et causa huiusmodi est.* GRAEV.

C. Popilius] Sic esse legendum indicavit Adr. Turnebus libro Advers. XIII. cap. XIII. LAMB. *C. Popillius* est in veteribus libris.

effugere ullo modo posset, venit cum hostium ducibus in
42 collocutionem; ita discessit, ut impedimenta relinqueret, exercitum educeret; satius esse duxit amittere impedimenta, quam exercitum. Exercitum eduxit, impedimenta reliquit; arcessitur maiestatis.

CAP. XVI. Quae constitutiones, et quae constitutionum partes sint, videor ostendisse. Nunc quo modo eas,

---

Mihi quidem propter historiae ignorationem etsi incertum sit, utro modo legi debeat, labor tamen ut *Popillium* scribendum putem. F. URSIN. Vulgg. *C. Pompilius a Gallis.* Erfurt. *Consul Popilius cum a Gallis.* GRAEV. Voss. III. *Cn.* Leid. IV. *Gne. Pompeius.* In MSS. quatuor et Edd. pp. *Pompilius* vel *Pompillius.* OUD. De *Popillio* cf. Sch. in ind. Cic. s. n. *C. Popillius Laenas.* *L.*

Neque effugere ullo modo] Put. et Erfurt. *neque fugere ullo modo.* GRAEV. *Neque effugere.* Sic solus Voss. II. cum Ed. Omn. In ceteris *fugere.* OUD.

In collocutionem] Erfurt. *in colluctationem.* GRAEV.

Exercitum eduxit, impedimenta reliquit] Quadriga horum verborum nata mihi videtur a glossa marginali; plus quam superfluam, res ipsa clamat: aut si retinenda, tunc certe expungenda venient illa: *satius esse duxit impedimenta quam exercitum.* GRUTER. Sane videtur posse offendere quodam genere haec tam inexspectata repetitio. Sed vide an haec offensio non veniat ab omissa particula, quam MS. optimus ita restituens suppeditat: *ita discessit* (n. ex collocutione, non obsidione) *ut si impedimenta relinqueret, exercitum educeret.* Haec fuit illi proposita conditio, de qua deliberans *satius esse duxit amittere impedimenta, quam exercitum.* Quum id decrevisset, facto executus est, et *exercitum eduxit, impedimenta reliquit.* Sic apparet et ipsam facti seriem exprimi per narrationem, et nihil omnino superesse, et particulam *si* commode a me restitutam. GRONOV. Putean. *cum exercitum eduxit.* In praecedentibus Gronovius legit ex MS. *ita discessit, ut si impedimenta relinqueret, exercitum educeret.* Sed nostri omnes repugnant. At in Erfurt. *quam exercitum. eduxit, impedimenta reliquit.* GRAEV. *Ut si impedimenta* habet Gryphii A. BRUT. Leid. II. *ita discessit, ut si;* non male. Leid. IV. *recessit.* OUD. Gronovium cum Ernestio secutus est Sch., recepitque *si*, quod recte fecit. *L.*

Arcessitur maiestatis.] Erfurt. *adcersitur maiestatis.* Vulgg. *accersitur maiestatis.* GRAEV. *Arcessitur* scribendum esse, diu est, ex quo constat, ut mireris, hodieque esse, qui aliter scribunt. Non enim ab *arceo*, sed ab *arcio* — *adcio*, ut ab *lacio lacesso,* descendit. *Arcio* autem pro *adcio* sive *accio* veteres dixisse, certum est ex Prisc. I, 8. p. 43. tom. I. Kr. *L.*

CAP. XVI. *Satis videor ostendisse.*] Vox prior in nullo MS. a me conspecta est, certo indicio, esse suppositam et huc quoque petitam ex similibus interpositionibus, et praecipue lib. II. 18. GRON. Edd. *Sint, satis videor ostendisse.* Cum autem nec hanc vocem *satis* optimi codices Puteani et Erfurt. agnoscant, cur eam retineam, nullam video causam esse. GRAEV. *Videor ostendisse.* Sic etiam mei MSS. septem cum Ed. Mediol. *Satis v. o.* Ed. Omnib. OUD. Deleverunt *satis* etiam Ern. et Sch. *L.*

et qua via tractari conveniat, demonstrandum est, si prius aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quo ratio omnis totius orationis conferatur. Constitutione igitur reperta, statim quaerenda est ratio. Ratio est, quae 43

Nunc quo modo eas, etc.] Legendum esse voce divisa, non unita, ut vulgo circumfertur, ostendit id quod illi respondet, *qua via*. Grut. Edd. *Nunc quomodo eas*. Graev. *Quo modo* divisim scribendum esse, recte monuit Gruterus. Ita differunt *quemadmodum* et *quem ad modum*, *quodammodo* et *quodam modo*, *magnopere* et *magno opere* aliaque similia. Discrimen autem nullum est aliud, quam quod intercedit nostra eiusmodi: *auf irgend eine Weise* et *gewissermaassen*, *auf welche Art* et *wie*. Sic *quomodo* adverbium est et una vox, sub uno accentu proferenda. Contra *quo modo* formula est, quae disertius et explicatius rationem designat, duobus accentibus pronuncianda. *L.*

Quid oporteat ab ambobus] Erfurt. *quid oporteat ambobus*. Graev. In antecedd. pro *aperuerimus* MSS. tres et Ed. Omn. *aperiemus*. Oud.

Ab ambobus] Ab oratore scilicet accusatoris et rei, et ab ipso iudice. Toxita.

Quo ratio omnis] Al. *quo omnis ratio*. Graev. Ordo verborum a Graevio in aliis repertus: *omnis ratio totius orationis* ut meliori numero se commendet, tamen praeferri nolim, quia vocabula similia vel simile significantia componere amant Romani, quemadmodum etiam contraria ita prope se posita saepe inveniuntur. In his tamen diligenter distinguendum est inter orationem tenuem ieiunamque, et orationem graviorem, quae saepe de industria iustum fluentemque numerum transpositione mutat, ut insuitatior fiat periodi conformatio. De quo toto genere diligentius a me dicetur alibi. *L.*

Constitutione igitur reperta] Sic Pall. sic Bruil. sic antiquitus cusi; neoterici voce adiecta: *Constitutione igitur causae reperta.* Gruter. Edd. *constitutione causae igitur reperta.* Graev.

Constitutione igitur reperta] Vide lib. I. de Inventione, ubi aliter et uberius haec tractat. Principio status est investigandus, qui ex intentione accusatoris ac depulsione rei nascitur. Statu reperto, quaerenda ratio est, id est τὸ αἴτιον, quae causam facit, et defensionem continet, sine qua ne parva quidem dubitatio potest remorari damnationem: si videlicet de facto constet, nec tamen ulla facti adferatur ratio. In ratione firmamentum est quaerendum, quod Graeci συνέχον καὶ αἴτιον vocant. Ex infirmatione igitur et confirmatione rationis indicatio nascitur, quae est indicii quaestio. Graeci κρινόμενον appellant. Reperta indicatione ad eam tanquam scopum [dele v. *scopum*] propositum orator argumenta omnia accommodabit. Toxita. Vide G. Vossii Institut. Orator. lib. I. cap. 6. sect. 6. Graev.

Quaerenda est ratio. Ratio est, quae causam facit] Erfurt. et Putean.: *Quaerenda ratio est, quae causam facit.* Equidem non video cur *ratio est* repetatur. Nec male Erfurt. statim: *Orestes confitetur se occidisse*. Put. *Orestes cum confitetur se occidisse.* Vulgg. *cum confiteatur se occidisse matrem.* Idem. Verba *est ratio* desunt MSS. tribus. In proximis Voss. III. *quae caussam stare facit*. Oud.

causam facit, et continet defensionem, hoc modo (ut docendi causa in hac potissimum consistamus): Orestes, cum confiteatur se occidisse matrem, nisi attulerit facti rationem, perverterit defensionem. Ergo adfert eam: quae nisi intercederet, ne causa quidem esset. Illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Ergo (ut ostendi) ratio ea est, quae continet defensionem, sine qua ne parva quidem dubitatio potest remorari damnationem. Inventa ratione, firmamentum quaerendum est; id est, quod continet accu-
44 sationem, quod affertur contra rationem defensionis, de qua ante dictum est. Id constituetur hoc modo: Cum usus fuerit Orestes ratione, hoc pacto, Iure occidi, illa enim patrem meum occiderat; utetur accusator firmamento, hoc modo: Sed non abs te tamen occidi, neque

---

Docendi causa] Put. *dicendi causa.* Graev.

In hac potissimum consistamus] Erfurt. *in hac potissimum causa consistamus.* Idem. Sic etiam inveni in meis MSS. O. et ed. Med. Vulgo abest v. caussa. Oud. Sic Ernestius edidit. Male, Schuetzio iudice, cui non placet v. *caussam* ter sic deinceps poni. Praeterea Sch. scripsit: *in hoc potissimum consistamus*, quod unice verum. *L.* In seqq. pro vv. *cum confiteatur* Voss. I. Leid. I. III. *cum fateatur.* Voss. III. *confitetur.* Leid. II. Ed. Med. *cum confitetur.* Ed. Omn. *cum fatetur.* Oud.

Perverterit defensionem.] Pall. tres *pervertit*, ut et lectio vulgata. Bruil. et Pal. tertius, quart. sext. *perverterit;* quod Gulielmio non displicuisse videtur, ideoque admisimus. Gruter. Vulgg. *Pervertit defensionem. Perverterit* tuetur Erfurtensis et Duisb. Lambini editio, *pervertet defensionem*, invitis libris. Graev. MSS. quinque et Edd. pp. *pervertit.* In proximis MSS. tres et Ed. Omnib. *nec c. quidem esset.* Oud.

Sine qua ne parva quidem] Sic legendum, non ut vulgo, *sine qua nec parva quidem.* Nam vel sic loquuntur Latini: *ne parva quidem dubitatio*, vel sic: *nec parva dubitatio*, etc. Lamb. Al.: *sine qua nec parva quidem.* Graev. MSS. quatuor et Ed. Omnib. *nec parva quidem.* Oud.

Firmamentum quaerendum est; id est, quod continet etc.] Melius Pal. pr. et Bruil. item Liliensis collegii liber: *firmamentum quaerendum est id quod* etc. Gruter. MSS. quidam: *Firmamentum quaerendum est id, quod.* Omnes nostri libri stant pro vulgata. Graev. Voss. I. *i. quod.* Leid. IV. *id quod.* Vv. *id est* exsulant ab Ed. Med. Oud.

Quod continet accusationem] Erfurt. *Quod accusationem continet.* Graev.

Sed non abs te tamen] Prima vocula videtur addita a mala manu, sane non exstat in Pal. pr. quarto, sexto: eiusque loco habet tert. quint. *At non abs te*, sine dictione *tamen*, quae quoque non est in antiquioribus edd. aut Pal. quarto aut sexto. Grut. Sic et Erfurt. nisi quod corrupte pro *at* in illo *ut* scribitur. Al. MSS. *at non abs te occidi.* Graev. *Tamen* etiam abest a MS. Traiect. Burm. In superioribus pro *hoc pacto* Leid. III. IV. *hoc modo.* Tum in vv. *sed non abs te tamen* deest *sed* Voss. III.

indemnatam poenas pendere oportuit. Ex ratione defensionis, et ex firmamento accusationis, iudicii quaestio nascatur oportet, quam nos iudicationem, Graeci κρινόμενον appellant. Ea constituitur ex coniunctione firmamenti et rationis defensione, hoc modo: Cum dicat Orestes, se patris ulciscendi causa matrem occidisse, rectumne fuerit a filio sine iudicio Clytaemnestram occidi. Ergo hac ratione iudicationem reperire convenit. Reperta iudicatione, omnem rationem totius orationis eo conferri oportebit.

CAP. XVII. In omnibus constitutionibus et partibus constitutionum hac via iudicationes reperientur, praeter- 45
quam in coniecturali constitutione. In ea nec ratio quaeritur, quare fecerit; fecisse enim negatur; nec firma-

---

tamen deest MSS. sex et Ed. Omnib. Voss. III. *non tamen.* Ed. Med. *non tamen abs te.* Oud.

Ex ratione defensionis] Pal. *Ex ratione defensoris.* Graev.

Ea constituitur ex coniunctione] Erfurt. *ea constituetur ex coniunctione.* Idem. MSS. plerique et Edd. pp. *Ea constituetur.* Oud. Futurum aptius esse vidit Ern. quem secutus est Sch. Tum *defensione* post v. *rationis* ut praeter rem additum delevit Sch. *L.* In seqq. *patris ulciscendi gratia* Voss. III. Oud.

A filio sine iudicio Clytaemnestram] Erfurt. *sine iudicio a filio Clytaemnestram.* Graev.

Iudicationem inveniri convenit.] Erf. *iudicationem repperire convenit.* Al. *iudicationem invenire convenit.* Idem. *Reperiri convenit* Voss. II. *invenire c.* Ed. Med. Oud. *Reperire convenit* et mox *reperta* duo Gryph. B. C. habent. Eodem verbo paullo inferius non semel eadem significatione est usus. Brut.

Inventa iudicatione] Erf. *repperta iudicatione.* Graev.

Omnem rationem totius orationis] Sequutus antiquiores discessi ab Gruteriana, quam nimis fideliter retinuerunt aliae proximae, et in his ipsa Londinensis, inepte edens *orationem:* et bene idem observavit Basileensis. Quae mox omnes consentiunt in id, ut exhibeant *ea nec ratio*, omissa vocula *in*, quae in MSS. palam exstat, et sensui necessaria est. Lib. III, 2. Gronov. Exstat etiam in MS. Traiect. Burm.

Eo conferri] Erf. *eo conferre.* Graev. *Conferre* Voss. III. Leid. III. Oud.

CAP. XVII. *Praeterquam in coni. const.*] Voss. III. *Nisi in coni. const.* Oud.

In ea nec ratio quaeritur] Al. edd. *in ea enim nec ratio quaeritur.* In Grut. et aliis omnibus eam secutis edd. vitio librariorum *in* omissum fuit. Duisb. *Nam in ea nec ratio quaeritur.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *Nam in ea n. r.* In optimis etiam quatuor et iisdem Edd. hic est ordo: *ratio, quare fecerit, quaeritur.* Oud. Vulgatum ordinem: *quaeritur, quare fecerit;* Sch. ex Aldina reduxit, illum, quem Oudendorpius ex suis dedit, vulgatum existimans, in quo falsus est. Nec video cur istum ordinem, quem secutus est, dixerit concinniorem. *L.* In seqq. *nec subest ratio* Voss. I. Oud.

mentum exquiritur; quoniam non subest ratio. Quare ex intentione et infitiatione iudicatio constituitur, hoc modo: intentio est, Occidisti Aiacem. Infitiatio, Non occidi. Iudicatio, Occideritne. Ratio omnis utriusque orationis, ut ante dictum est, ad hanc iudicationem conferenda est. Si plures erunt constitutiones, aut partes constitutionum; iudicationes quoque plures erunt in una causa, sed omnes simili ratione reperientur.

Sedulo dedimus operam, ut breviter et dilucide, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus. Nunc quoniam satis huius voluminis magnitudo crevit, commodius est in altero libro de ceteris rebus deinceps exponere; ne qua propter multitudinem literarum possit animum tuum
46 defatigatio retardare. Sed si quo haec tardius, quam studes, absolventur, cum rerum magnitudini, tum nostris quoque occupationibus assignare debebis. Verumtamen

---

Ex intentione et infitiatione] Erfurt. *ex intentione et inficatione.* Sic statim idem: *inficatio, non occidi.* Graev. Pro *infitiatione* Vos. II. *depulsione.* Leid. III. *infirmatione.* Et infra pro *infitiatio* Leid. II. *depulsio.* Oud.

Intentio est, occidisti Aiacem. Inficiatio] Duisb. *intentio, occidisti matrem. Infitiatio.* Graev. MSS. quatuor carent verbo *est.* Oud.

Sed omnes simili ratione reperientur.] Erfurt. *sed et omnes simili ratione repperientur.* Graev. In proxime antecc. Voss. III. *in eadem caussa.* Paullo ante *quoque* deest Cod. Leid. II. Tum Voss. I. Leid. I. Edd. pp. *sed et omnes simili r. r.* Leid. II. *una ratione r.* Oud.

Nunc quoniam satis huius voluminis magnitudo crevit] Lamb. ed. *Nunc quoniam huius voluminis magnitudo satis crevit.* Graev. Voss. III. *huiusmodi voluminis magn.* Oud.

Propter multitudinem litterarum] Voces ese tres videntur a glossa. Erat in Pal. quarto *altitudinem.* Grut. MS. *propter altitudinem litterarum.* Graev. Verba Grutero de glossa suspecta expunxit Sch. propterea, quod iis dicitur, iam inest superioribus: *quoniam satis huius voluminis magnitudo crevit.* Ac videbantur ista: *propter m. litt.* Sch. ab interpolatore sumta ex Cic. de Inv. II, extr. *L.*

Sed si quo haec tardius, quam studes] Est a plerisque Pall. item Fabr. et Br., aliae edd.: *Sed si quidem haec tardius.* Grut. Erfurt. quoque et Duisb. *si quo* asserunt, ut et Lamb. editio. Verum in Erfurt. omissum quoque est *sed*, et totus locus sic scribitur: *Si quo tardius haec, quae studes, absolventur;* rectius mea sententia. *Haec, quae studes,* sunt haec, quibus nunc incumbis, in quibus nunc versaris. Cic. Orat. post red. [in Sen. c. 6.] *cum vero litteras studere incipit.* Sed exempla passim obvia. Vulgatum *quam studes*, pro quam cupis, desideras, Latinae aures respuunt. Graev. MS. Traiect. a manu pr. ita, ut in contextu ed. Gronov. habetur, sed emendatum manu sec. *hoc* pro *haec*, et *absolvetur* pro *absolventur.* Burm. *Si quo tardius haec, quam studes.* Ita mei omnes,

maturabimus, et quod negotio diminutum fuerit, exaequabimus industria: ut pro tuo in nos officio et nostro in te studio munus hoc accumulatissime tuae largiamur voluntati.

RHETORICORUM 47
AD
C. HERENNIUM
LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

In primo libro, Herenni, breviter exposuimus, quas caussas recipere oratorem oporteret, et in quibus officiis artis

---

et Edd. pp., nisi quod a Mediol. exsulet *quo*. Voss. II. *in aliquo*. Vulgo *haec tardius*. Oud. *Sed si tardius* scripsit Sch. omissa v. *quo*, ad evitandam ingratam dictionis amphiboliam. *L*.

Quod negotio diminutum] Erfurt. et Lamb. ed. *quod negotio deminutum fuerit*. Meus codex: *quod de negotio diminutum fuerit*. Graev. Leid. I. *deminutum*. Oud.

Exaequabimus industria] Sic omnes quidem habent libri, praeter unum et alterum, in quibus scriptum est, *exsequemur:* sed legendum puto, *exsarciemus*, id est reparabimus. Utitur hoc verbo et Q. Tullius [De Petit. cons. 12.] *aliis te id rebus exsarturum esse persuadeas*, et Terent. Heautont. [I, 1, 90.] *nisi eos, qui opere rustico faciundo facile sumtum exsarciant suum*. Lambin. MS. *exsequemur industria*. Erf. *exequemur industriae*. Graev. MSS. quinque: *industrie*. Oud.

Munus hoc accumulatissime] Liber unus manuscr. habet, *accuratissime*; ego nihil muto. Lamb. MS. *munus hoc accuratissime*. Graev. Leid. IV. *accommodatissime*. Oud.

CAP. I. *Et in quibus officiis elaborare*, etc.] Sic restitui, deleta voce *artis*, quae fuerat inepte inculcata ab iis, qui scriptum reperissent in quibusdam libris, *elaborare are*, cum tres postremae literae huius verbi a librario aliud agente essent iteratae; ex *are* enim factum est modo *arte*, modo *aperte*, nunc *artis*, nunc *partibus*, atque ita hic locus depravatus est. Officia autem oratoris intellige inventionem, dispositionem, elocutionem, etc. Lamb. Delet *artis* Lambinus. Ego non ausim, neque variant libri veteres: nisi quod in duobus audio reperiri *partibus artis*, quod etiam ipsum non displicet, alterum tamen restat in Pall. sext. Gruter. Puteani codex vulgatam retinet, sed Erfurt. *partibus* inserit: *in quibus partibus officiis artis elaborare*. Forte [forlasse] scripsit auctor horum Rhetoricorum: *in quibus partibus officii artis elaborare conveniret*. Graev. Voss. I. *in quibus partibus officia vel officiis artis*. Margo Leid. II. *in quibus partibus officia artis*. Voss. III. *in quibus par-*

elaborare conveniret, et ea officia qua ratione facillime consequi posset. Verum quia neque de omnibus rebus
48 simul dici poterat, et de maximis primum scribendum fuit, quo cetera tibi faciliora cognitu viderentur; ita nobis placitum est, ut ea, quae difficillima essent, potissimum scriberemus.

Causarum tria sunt genera, demonstrativum, deliberativum, iudiciale; multo difficillimum est iudiciale, ergo id primum absolvemus. Hoc et priore libro egimus, cum

---

tibus officia. Leid. III. *in q. partibus officii.* Mihi non displicet: *in q. partibus officia artis elab.* Auct. de Corr. Eloq. c. 9. *dignum aliquid elaborare.* Adi ad Sueton. Aug. c. 64. *nihil aeque elaboravit.* Oud. Ut Oudendorpius volebat, ita exhibet Cod. Aug. apud Sch. Sed unice vera est Lambini ratio, quum voces *partibus* et *artis* ut glossemata satis se prodant. Utramque vocem reiecit etiam Sch. *L.*

Facillime consequi posset.] Erfurt. *facillime consequi possit.* Graev.

Verum quia neque de omnibus rebus etc.] Sic Pall. et vett. edd. nisi quod Pal. pr. non adsit *rebus*, quam vocem nec requiram. Vulgati hodie: *verum quod neque etc.* Gruter. Sic Pall. et meus cod. omissa voce *rebus.* Sed Erf., Put. cum plerisque edd.: *verum quod neque de omnibus.* Graev. *Rebus* recte expunxit Sch. *L.* Voss. I. II. Leid. IV. *quod non* etc. Oud.

De omnibus rebus simul dici poterat, et de maximis primum scribendum fuit.] Erfurt. *de rebus omnibus simul dici poterat, et de maximis rebus primum scribendum fuit.* Puteau. *de omnibus simul dici poterat, et de maximis rebus primum scribendum fuit.* Graev. *Rebus* post v. *maximis* addunt MSS. O. et Edd. pp. Copula *et* ante *maximis* deest Leid. III. Oud.

Ita nobis placitum est] Leid. III. IV. *itaque.* Oud. Sic quoque Ern. in suis quibusdam. Sed *ita* bene se habere viderunt Ern. et Sch. Refertur enim *ita* ad sequens *ut*, hoc sensu: *placuit nobis rem hoc modo tractare, ut* etc. *L.*

Potissimum scriberemus.] Lamb. ed. *potissimum conscriberemus.* Voss. I. III. Leid. IV. Edd. pp. *conscriberemus.* Voss. II. *scriberentur.* Oud.

Causarum tria sunt genera] Lamb. ed. *causarum igitur tria sunt genera.* Graev. *Causarum itaque* Cod. Aug. apud Sch. In seqq. pro vv. *multo difficillimum est iudiciale* Sch. ex Ed. a. 1474. recepit *quod multo difficillimum est;* quod a correctore mihi esse videtur. *L.*

Hoc et priore libro egimus.] Sic Gulielmiani, sic Pall., sic edd. vett. Nam recentes praeposita vocula: *De hoc* etc. Gruter. Lamb. et nonnullae aliae edd.: *de hoc et priore libro egimus.* Erfurt.: *Hoc et priore libro, de oratoris officiis.* Graev. Codex Zuiccav. exhibet: *hoc et in priore libello egimus.* Cuius lectiones codicis quum ad calcem reiecerimus, hic eas tantum paucissimis commemorabimus, quae aliquid momenti habere videantur in lectione vulgatā indicanda. *L.*

Cum de quinque oratoris officiis tractaremus.] Haud secus Pall., Gul., vett. edd., nam mediae aetatis: *cum de oratoris officiis*

de quinque oratoris officiis tractaremus, quorum inventio et prima, et difficillima est: ea quoque nobis erit hoc in libro propemodum absoluta, et parvam partem eius in tertium volumen transferemus. De sex partibus orationis primum scribere incepimus. In primo libro loquuti su- 49
mus de exordio, narratione, divisione, nec pluribus ver-

---

tractabamus. Gruter. Erf. *de oratoris officiis quinque, inventio,* reliquis omnibus recisis. Vulgg. *egimus, cum de oratoris officiis tractabamus.* Graev. Deest *quinque* Voss. I. Leid. I. IV. *De or. off. V.* Voss. II. III. Leid. II. *De oratoriis off. V.* Leid. III. Oud. *De oratoris officiis quinque,* ut Lamb., habent tres Gryph. MSS. et Leonic. exemplar. Brut.

Quae prima et difficillima est.] Liber unus manuscrip. habet: *quae prima, quaeque difficillima est.* Lamb. Vett. edd. *quia prima difficillima quidem est.* Graev.

Ea quoque nobis erit] Malim legi: *eaque nobis erit. etc.* Lambin. Erf. *ea quoque nobis erit hoc libro.* Graev. *Eaque* Lambino auctore scripsit Schuetzius, unice h. l. aptum. Error ortus est ex compendii ignoratione. *L. Hoc in libro;* praepositionem ignorant MSS. sex. In. Leid. II. Ed. Med. *in hoc libro.* Oud.

Et parvam partem eius in tertium volumen transferemus.] Prima Lamb. ed. *sed parvam partem eius in tertium volumen transferemus.* Erfurt. *Parvae partes eius duae in volumen transferentur.* Graev. MSS. VI. et Edd. pp. *sed p. p. eius.* A Leid. I. abest *et,* a Voss. III. *eius.* Oud. *Sed* recte restituit Sch. *L.*

De sex partibus, etc.] Enumeratio isthaec tam prolixa valde ineptit: nam certe paucula admodum de his supra dixit: et nae miserabili erant memoria, quibus tam cito illa exciderant. Grut. Quidquid id sit, auctor non ignoravit suum Herennium, cuius animum ne defatigatio introëat, vereri se etiam alibi (lib. I. cap. ult.) testatur. Praeter haec in vetustis video esse *incipiemus,* quod ab recentibus manibus interpolatum est, ut fieret *incepimus.* In uno reperi *instituimus,* quod sane praeferrem. Nec sic tamen evitatur nausea enumerationis huius; praesertim quid est illud *primum?* Et cur ineptissime iterat mentionem libri primi? Ego suspicor τὸ *primum* natum esse pro *tum,* ubi primam literam aliquis aspiciens pro nota numeri sic mutavit. Sic certe fit decentior series, et stilus mollior. Reliqua vide an non sic mecum constitues: *De sex partibus orationis tum* (nempe post oratoris officia) *scribere instituimus. In primo loquuti sumus de exordio.* Quod aliquis non intelligens male per vocem *libro* supplendum putavit. Gronov. Edd. Grut. et al.: *de sex partibus orationis primum scribere incipiemus.* Lamb. ed. et Put. Cod.: *de sex partibus orationis primum scribere instituimus.* Duisb.: *de sex partibus orationis scribere incepimus.* Meus MS.: *de sex partibus orationis primum scribere incepimus.* Tota haec περικοπή in Erfurtensi sic scribitur: *Ea quoque nobis erit hoc libro propemodum absoluta. Parvae partes eius duae in volumen transferentur, ubi de sex partibus orationis primum scribere incipiemus.* Hanc lectionem valde probo, nisi quod numerus voluminis sit omissus vitio librariorum. Scriptum fuerat: *parvae partes eius duae in III. volumen transferentur.* Duae parvae partes sunt quae pertinent ad inventionem in genere deliberativo et demonstrativo. *III. Volumen* est *tertium volumen;* illud III. ab-

bis, quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam te velle existimabamus. deinde coniunctim de confirmatione et confutatione dicendum fuit. quare genera constitutionum et earum partes aperuimus; ex quo simul ostendebatur, quomodo constitutionem et partes constitutionis, causa posita, reperiri oporteret. deinde docuimus, indicationem quemadmodum quaeri conveniret: qua inventa, curandum, ut omnis ratio totius orationis ad eam conferatur. postea admonuimus esse causas complures, quibus plures constitutiones aut partes constitutionum accommodarentur.

CAP. II. Reliquum videbatur esse, ut ostenderemus, quae ratio posset inventiones ad unamquamque constitutionem aut partem constitutionis accommodare. Et item qua-

---

sorpsit praecedens *in*. *Incipiemus* est etiam in meo codice. Alius MS. teste Gronovio, *scribere instituimus*, sed Duisb. abest *primum*. GRAEV. Scripsit Sch. *De sex partibus orationis quum scribere instituimus, in primo libro locuti* cet. qua lectione mihi scriptoris manum videtur restituisse. *L.* Voces *primum* et *libro* desunt Leid. IV. *Incipiemus* Voss. III. qui exhibet *in quo pr. libro*. OUD.

Nec minus dilucide] Voss. III. *lucide*. In seqq. pro *coniunctim* Voss. I. Leidd. O. *coniuncte*. OUD.

De confirmatione dicendum fuit et confutatione.] Al. edd. *de confirmatione et confutatione dicendum fuit*. GRAEV. *Et de conf.* OUD.

Et partes constitutionis] Erf. et Duisb. *et partem constitutionis*. GRAEV. MSS. quinque: *partem const.* OUD.

Reperiri oporteret] Erf. *repperiri oporteret*. GRAEV.

Curandum, ut omnis ratio] Duisb. *curandum est, ut omnis ratio*. IDEM. Voss. III. Leid. IV. Ed. Med. *curandum est, ut*. OUD.

Quibus plures constitutiones] Erf. *in qua plures constitutiones*. Duisb. et edd. pleraeqne: *in quibus plures constitutiones*. IDEM. Voss. O. Leid. III. IV. Ed. Omnib. *caussas quam plures*. Ed. Med. *plures* pro *complures*. Tum *in quibus* MSS. O. et Edd. pp. OUD. Verba: *Postea admonuimus — accommodarentur*, ut spuria eiecit Sch. putatque esse ineptissimum scioli alicuius emblema, quod vel libri primi argumentum evincat. *L.*

CAP. II. *Reliquum videbatur esse*] Erf. *reliquum videbitur esse*. Non male. GRAEV.

Quae ratio] Hoc est, qui locus status. Loci statuum sunt τὰ μέσα, λόγοι, καὶ πίστεις: Hermogenes κεφάλαια appellat, hic auctor *rationes*. TOXITA. Gerh. Vossius lib. I. Institut. Orator. vocavit capita, cum Sopatro, ea nimirum, quae continent propriam argumentationem et confirmationem eiusdem propositionis ab aliis diversam. GRAEV.

Et item quales argumentationes] Erfurt. *et item quas argumentationes*. IDEM. *Quas argumentationes* Voss. III. Leid. II. III. Edd. pp. Deinde *et quas v.* Voss. III. Edd. pp. Copula *et* carent Leid. II. III. cum Edd. pp. *Vitare* dant etiam Voss. III. et Leid. III. cum Ed. Omniboni. OUD. Activum consequutio postulat. *S.*

les argumentationes, quas Graeci ἐπιχειρήματα appellant, sequi et quales vitari oporteret: quorum utrumque pertinet ad confirmationem et confutationem. Deinde ad extremum docebimus, cuiusmodi conclusionibus orationum uti oporteat: qui locus erat extremus de sex partibus orationis. Primum ergo quaeremus, quemadmodum quamque caussam tractari conveniat. Et nimirum coniecturalem, quae prima

---

Quas Graeci ἐπιχειρήματα appellant.] De epichiremate et variis eius generibus vide Quinctiliani lib. V. Institut. cap. x. In verbis praecedentibus Erfurt.: *et item quas argumentationes* pro vulgato: *et item quales argumentationes.* Mox in sequentibus, *sequi et quales vitari*, idem codex copulam omittit. Sed Pith. *sequi, quasque vitare oporteret.* Graev. *Quae Graeci* cet. scribendum coniecit Ern. Non est necessarium. *L.*

Ad confirmationem et ad confutationem.] Sic Erfurt., Vulgg.: *ad confirmationem et confutationem.* Graev. Sic etiam Voss. I. Leid. I. II. *ad confut.* Oud.

Orationum uti oporteat] Duisb. *orationum uti oporteret.* Graev.

Qui locus erat extremus de sex partibus] Id verum, sed etiam *erat proximus*, hoc est, post praecedentes quinque absolutas solus restans ex illis sex. Sic enim deprehendo legi in omnibus nostris, unde non dubito etiam in aliis sic exstare; idque praeferendum vel ideo quod vix modo antecessit v. *extremum.* Videntur neglexisse, qui id explicare nequierunt. Gronovius. Erfurtensis et al. MS. *qui locus erat proximus. Extremus* propter eiusdem vocis, quae modo praecesserat, ingratam repetitionem reiicit Gronovius. Verum nescio an *proximus* recte ponatur, cum enumerantur quinq. partes in fine periodi, nulla alia parte sequente. Malui igitur ex Pithoeano recipere *postremus.* Graev. Leid. I. III. *l. e. proximus.* Oud. *Postremus* comprobavit orationis variandae caussa recepitque Sch. *L.*

Primum ergo quaeremus.] Erfurt. *Primum igitur quaeremus.* Graev.

Tractari conveniat.] Erf. *tractare conveniat.* Idem. Voss. O. et Leid. I. III. *tractare conv.* Oud.

Et nimirum coniecturalem, quae prima et difficillima est] Liber unus MS. habet: *quae prima quaeque difficillima est.* Lambin. Pall. pr. *coniecturalem earum quae est difficillima*, omissis ceteris; nam sec.: *coniect. ea quae difficill. est.* Brulerensis: *nimirum quaeque difficill. est.* Quod et in quarto, praeterquam quod is *quae*, non *quaeque*, omisso prorsus illo *coniecturalem.* Vett. edd. *coniect. quae prima quaeque diff. est.* Gruter. Ad Palatinum secundum fere accedunt nostri, exhibentes *coniecturalem eam quae difficill.* Hinc facile vidi venisse ab auctore: *Et nimirum coniecturalem (eaque difficillima est) potiss. consid.* Gronov. Erfurt. *et nimirum quam quae difficillima est.* Duisb. *Et nimirum coniecturalem eam, quae prima et quae difficillima est, potissimum consideremus.* Graev. In MS. Traiect. *Coniect. quae prima quaeque diffic. est*, ut in vett. Edd. Burm. *Quae prima et difficillima est. Eam quae* est in Leid. II. IV. Voss. III. Ed. Omn. quae lectio est nata ex compendio *eam* sive *causam*, ut est in Voss. II. *Prima et* deest Voss. II. Leid. II. *Et* exulat a Leid. I. Legendum scilicet cum Voss. I. Leid. III. Edd. pp.: *q. prima quaeque d.* Oud. Vulgatam

et difficillima est, potissimum consideremus. In caussa coniecturali, narratio accusatoris suspiciones interiectas et
51 dispersas habere debet, ut nihil actum, nihil dictum, nusquam ventum, aut abitum, nihil denique factum sine causa putetur. Defensoris narratio simplicem et dilucidam expositionem debet habere, cum adtenuatione suspicionis. Huius constitutionis ratio in sex partes est distributa: probabile, collationem, signum, argumentum, consecutionem, approbationem. Horum unumquidque quid valeat, aperiemus. Probabile est, per quod probatur, expedisse reo peccare, et a simili turpitudine hominem numquam abfuisse. Id dividitur in caussam et in vitam. Caussa est ea, quae induxit ad maleficium, commodorum spe, aut incommodorum vitatione: ut cum quaeritur, num quod commodum maleficio appetierit, num honorem, num pecuniam, num dominationem, num aliquam cupiditatem amoris,

---

quae prima et difficillima est recte retinuit Sch. In seqq. *disp. debet habere* Cod. Aug. apud Sch. *L.*

Nusquam ventum, aut abitum] Erf. *Nusquam ventum, aut habitum.* Graev.

Nihil denique factum sine causa] Erf. *Nihil denique sine causa.* Idem. In seqq. *Expos. debet facere* Leid. II. Oud.

Probabile, collationem] Erf. *probabilem collationem.* Graev.

Horum unumquidque] Duisb. et quaedam edd. *Horum unum quodque.* Idem. MSS. plerique et Edd. pp. *unum quodque.* Oud.

Expedisse reo peccare] Erf. *expedisse peccare.* Graev.

Et a simili] Erf. *et ab simili.* Idem.

Hominem numquam abfuisse.] Sic legendum esse infra pluribus verbis docebimus; quamquam in commentariis Horatianis recentioris editionis iam ostendimus. Lambin. Erfurtensis corrupte: *hominem nunquam affuisse.* Graev. *Afuisse*, ut alibi docuimus, quod etiam antea Lamb. annotavit, in duobus Gryphii B. et C. scriptum semper invenitur. Brut. In superioribus *reo* deest Leid. III. In Leid. II. *peccasse.* Voss. I. Leid. II. *ab simili.* Oud.

Induxit ad maleficium] Pith. *induxit reum ad maleficium.* Non male. Graev. Ed. Omn. *inducit.* Voss. III. *induxit eum.* Oud.

Commodorum spe aut incommodorum vitatione.] Erf. *Commodorum aut incommodorum vitatione.* Edd. *commodorum spe, aut incommodorum evitatione.* Graev. *Inc. evitatione* Ed. Omn. Oud.

Ut cum quaeritur] Ab Erf. abest *ut.* Graev. Leid. I. caret v. *ut.* Voss. III. Ed. Omn. *ita.* Ed. Med. *ita ut.* Oud.

Maleficio appetierit] Haud aliter manuscripti et nostri et Gulielmii, item edd. antiquae. Posteriores, *acquisierit.* Longe deterius. Gruter. Firmant *appetierit* Erfurt. et Duisb., quamvis in hoc legatur: *an quod commodum maleficio appetiverit.* Edd.: *num quod commodum maleficio acquisiverit.* Graev. *Appetierit* etiam in MS. Traiect. Burm. Voss. III. Leid. III. IV. Ed. Omn. *an q. comm.* Leid. IV. *appetiverit.* Oud. *Acquisierit* Ald. ap. Sch. *L. Appetierit*, non *acquisierit* legendum, praeter Lamb. tres Gryph. evincunt, quibus ed. Leon. suffragatur. Brut.

aut huiusmodi libidinis voluerit explere. Aut num quod 52
incommodum vitarit, inimicitias, infamiam, dolorem, supplicium.

CAP. III. Hic accusator in spe commodi cupiditatem ostendet adversarii, in vitatione incommodi formidinem augebit. Defensor autem negabit fuisse caussam, si poterit, aut eam vehementer extenuabit. Deinde iniquum esse, dicet, omnes, ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re pervenerit, in suspicionem maleficii devocari. Deinde vita hominis ex ante factis spectabitur. In quo primo considerabit accusator, num quando simile quid fecerit. Si id non reperiet, quaeret, num quando venerit in similem suspicionem: et in eo debebit esse occupatus, ut ad eam caussam peccati, quam paullo ante exposuerit, vita hominis possit accommodari, hoc modo. Si dicet pecuniae caussa fecisse, ostendet eum semper avarum fuisse: si ho-

---

Amoris aut huiusmodi libidinis] Sic Duisb. Graev. *Cupiditatem aut amoris aut eiusmodi lib.* Sic lege e MSS. sex et Ed. Omn. In Leid. IV. *aut amoris alicuius lib.* Oud. Iure censet Sch. scribendum esse *libidinem*. Vix enim dici posse *cupiditatem libidinis*. L.

Aut num quod incommodum] Erf. *aut non quod incommodum*. Graev. Leid. IV. Ed. Omn. *vitaverit*. Cod. Aug. apud Sch. *vitare voluerit*. L.

CAP. III. *Cupiditatem ostendet adversarii, in vitatione incommodi formidinem augebit.*] Robustiora omnia forent, expuncto illo *ostendet*, ut ad *augebit* et prius membrum referretur. Grut. *Cum spe commodi.* Voss. III. In seqq. *si potuerit* Voss. III. Ed. Med. Oud. *Ostendet* delevit Sch. ea de caussa, quod hic non tam agatur de demonstranda re, quam de augenda et amplificanda, ut verbum *augebit* concinnius ad utrumque membrum referatur. L.

Ex ante factis spectabitur.] Erfurt. *ex antefactis exspectabitur.* Duisb. *ex ante actis spectabitur.* Graev. Leid. IV. *ex ante actis.* Ed. Med. *ex ante malefactis.* Oud. In supp. verba inter *omnes – devocari* media vitio librarii omisit Cod. Aug. apud Sch. L.

In quo primo considerabit] MSS. omnes constanter *primum*, quod et fuit quondam in editionibus, nec scio cur mutatum. Sed et ista *in quo* nullibi [nusquam] reperio, et plane credo insiticiam esse velut connectendi formulam, quae toties quoque nuper obsidebat Livium. Gronov. Ed. Grut.: *in quo primo considerabit.* Al.: *in quo primum considerabit.* Quae Gronovius asseruit, fundantur nostrorum quoque librorum optimorum Erfurtensis, et Cauchiani auctoritate, quibus subscribo. Graev. *Primum* etiam in MS. Traiect. Burm. Vv. *in quo* desunt Leid. I. III. *primum* MSS. O. et Edd. pp. bene. Oud. Scripsit *primum*, ut ad sonum gratius, servavit *in quo* Sch. L.

Si id non reperiet] Voss. I. Leid. I. *reperierit.* Voss. III. *reperiretur.* Leid. II. *reperiret.* Leid. III. *repererit.* Vere. Oud.

Vita hominis accommodari] Edd. vett. *Vita omnis accommodari.* Graev.

Ostendet eum semper] Erf. *Ostendam eum semper.* Idem.

noris, ambitiosum: ita poterit animi vitium cum caussa peccati conglutinare. Si non poterit par animi vitium cum caussa reperire, reperiat dispar. Si non poterit avarum
53 demonstrare, demonstret corruptorem vel perfidiosum, si quo modo poterit: denique aliquo aut quam plurimis vitiis contaminabit personam: deinde qui illud fecerit tam nequiter, eumdem hunc tam perperam fecisse non esse mirandum. Si vehementer castus et integer existimabitur ad-

---

Voss. III. *fecisse maleficium, ostendet.* Voss. I. Leid. I. *ostendat.* Abest *eum* a Voss. II. Oud.

Cum causa peccati conglutinare. Si non poterit par vitium cum causa reperire.] Erf. *Cum causa reperire*, ceteris omnibus omissis. Cauch. *cum vita peccati conglutinare.* Lamb. ed. *Si non poterit par animi vitium.* Graev. Voss. III. *potuerit.* Dein *par* abest Leid. II. III. *animi* a Leid. IV. m. pr. Ed. Med. In optimis MSS. *animi v. c. c. reperire par.* Sed in Voss. III. *animi vitium cum causa compar. r.* Oud. *Animi* temere ex antecc. repetitum, omisit Sch. omittuntque Cod. Aug. et Ed. Ald. apud eundem. Excitat Sch. Cic. de Inv. II, 10. *atque ex dispari quoque genere culparum si ex pari sumendi facultas non erit.* L.

Demonstrare quem pecuniae causa, etc.] Haec verba restituimus ex codice manuscr., quae in vulgatis libris desiderabantur. Sententia autem huius loci nunc aperta est. Si non poterit, inquit, demonstrare, eum, quem pecuniae causa arguat maleficium admisisse, avarum esse: demonstret esse corruptorem, etc. Lamb. A verbo *demonstrare* quae sequuntur, quae Lambinus edidit: *quem pecuniae caussa dicat maleficium fecisse*, in nostris et excusis et mss., desiderantur. Brut. Nihil eorum, quae Lamb. protulit, invenit Gulielmus in suis, nec ego in Pall. aut vetustissimis edd.: et vero, si quo reperiuntur in libro, fuere adiecta a glossatore. Grut. Neque haec inveniuntur in Cod. Trai. Burm. Ut glossema eiecit etiam Sch. L.

Corruptorem vel perfidiosum] *Corruptores* e Cicerone noti. *Perfidiosi*, qui per fidem decipiunt eos, quicum contraxerunt; ut in re privata, qui socios fallunt, in publica, qui depeculantur aerarium. Plautus Cistell. [I, 1, 74.] *Perfidiosus est amor? ergo in me peculatum facit.* [Cic. Div. in Q. Caecil. c. 18.] *Si ille apud te postea coenavit, utrum te perfidiosum an praevaricatorem existimari mavis?* Videt necesse esse alterutrum, eadem significatione, qua hic. Ea re non audit membranas suas Gulielmius, in quibus invenit *perfidum:* quod etiam in Pall. reperi; sed pr. tamen expressit alterum. Grut. Erf., Pith. et alii *corruptorem vel perfidum.* Graev. *Perfidum* etiam in MS. Trai. Burm. *Vel perfidiosum.* Exsulat *vel* a Voss. I. II. Leid. I. III. IV. *Dein perfidum* Voss. I. III. Leidd. I. II. III. cum edd. pp. Tum pro vv. *si quo modo poterit,* Voss. II. Leid. II. III. IV. Edd. pp. *si quoquo modo poterit.* Oud.

Vitiis contaminabit personam: denique qui illud fecerit] Lamb. ed. *vitiis contaminet personam: deinde dicat, qui illud fecerit.* Erf. *vitiis contaminare personam.* etc. Graev. *Qui aliud fecerit* Voss. III. Oud. *Q. fecerit illud* Ald. teste Sch. In seqq. *hoc tam perperam* pro *hunc t. p.* e MSS. substituit Ern. L.

Castus et integer] Erf. *castus integer.* Graev.

versarius, dicet facta, non famam spectari oportere; illum ante occultasse sua flagitia; se planum facturum, ab eo maleficium non abesse. Defensor primum demonstrabit vitam integram, si poterit: id si non poterit, confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescentiam, vim, persuasionem: quibus de rebus vituperatio eorum, quae extra id crimen erunt, non debeat adsignari. Sin vehementer hominis turpitudine impedietur, et infamia, prius dabit ope- 54
ram, ut falsos rumores dissipatos esse dicat de innocente; et utetur loco communi, rumoribus credi non oportere. Sin nihil horum fieri poterit, utatur extrema defensione,

---

Existimabitur adversarius] Duisb. *extimabitur adversarius.* Idem. In supp. Voss. III. *famam exspectari non facta.* Oud.

Illum ante occultasse] Erf. *illum occultasse ante.* Graev. *Illum autem.* Cod. Aug.

Defensor primum demonstrabit vitam integram] Palatinus primus, *famam integram.* Gruter. In seqq. Voss. III. Leid. II.: *Si potuerit, id si non potuerit.* Leid. IV. primo loco *potuerit.* Voss. I. *Si poterit. Sin autem.* Oud. Voss. I. secutus scripsit Sch.: *si poterit; sin autem, confugiet* cet. recte. In seqq. Sch. scripsit: *quibus rebus vituperatio eorum, quae — erunt, debeat assignari*, dempta praepositione *de* et sublata negatione, ut orationis tenor et sententia constet. Iubet conferri Cic. de Inv. II, 11.: *Sin autem in acta vita aliquae turpitudines erunt, — imprudentiae, necessitudini, aut persuasioni adolescentiae, aut alicui non malitiosae animi affectioni attribuentur.* L.

Sin vehementer vitae hominis turpitudine impedietur] Cum in uno codice manuscr. reperissem ita scriptum: *sin veh. vita hominis turp.* ego, vitae, reposui; quae scriptura perspicue recta est. Lamb. At enim testor, talem vocem non exstare in Gulielmianis, in Pall., in exoletis editionibus. Gruter. *Impedietur* scilicet defensor, nec potest ad aliud referri, non magis quam vv. *dabit operam*, et omnia in futuro quae praecedunt. Cap. VIII. *ut ne parvula quidem titubatione aut offensione impediremur.* Gronov. MS. *Sin vehementer vita hominis turpitudine impedietur.* Graev. MSS. III. Ed. Omn. *Si vehementer*, ut supra, male. *Hominis vita* Ed. Mediol. Oud. Gulielmus *vita hominis* tenendum putabat, ut *vita hominis impedietur* exquisitius dictum sit pro eo quod est *polluetur.* Sed nihil hic loci Plautinae elegantiae vel potius comicae orationi. Lambini autem lectionem *vitae* confirmari putat Sch. simili loco Cic. de Inv. II, 11. *Ac si nullo modo vitae turpitudo aut infamia leniri poterit oratione.* L.

Prius dabit operam] Edd. vett. *primum dabit operam.* Graev. Voss. III. *clamabit operam.* Oud.

Sin nihil horum fieri poterit] Lamb.: *Si nihil eorum fieri poterit.* Erf. *Sin nihil eorum fieri poterit.* Duisb. *Sin nihil horum fieri potest.* Graev. MSS. plerique et Ed. Med. *Si.* MSS. O. et Edd. pp. *eorum.* Leidd. O. Voss. III. *potest.*

Utatur extrema defensione, dicat] Vulgg. *utatur extrema defensione, et dicat.* Delevi copulam, fidem secutus Erfurtensis,

dicat, non se de moribus eius apud censores, sed de criminibus adversariorum apud iudices dicere.

CAP. IV. Collatio est, quum accusator id, quod adversarium fecisse criminatur, alii nemini, nisi reo, bono
55 fuisse demonstrat: aut alium neminem potuisse perficere, nisi adversarium: aut eum ipsum aliis rationibus aut non potuisse, aut non aeque commode potuisse, aut eum fugisse alias rationes commodiores propter cupiditatem. Hoc loco defensor demonstret, oportet, aut aliis quoque bono

---

et Pithoeani. Graev. Sine copula Leid. I. II. In ceteris et Edd. Vulgg. et *dicat*. Oud.

CAP. IV. *Bono fuisse*] Sic legendum, et ita habent duo libri manuscrip., non, ut habet editio Rob. Steph. et Colin. et aliae nonnullae, *bonum fuisse*. Tum Cassius ille iudex severissimus identidem in causis quaerere solebat, cui bono fuisset, ut testatur pluribus locis M. Tullius. Denique sic loquitur infra haud multis post versibus. Lamb. Duisb. et alii MSS. ac multae vett. edd.: *Nisi reo bonum fuisse*. Sed merito reiecit Lambinus, cui adstipulantur Erfurtensis, Cauchianus et alii MSS. Graev. Voss. O. Leidd. tres et Edd. pp. *bonum*. Leid. III. *bono nisi reo fuisse demonstret*. Oud.

Aliis rationibus aut non potuisse] Pith. *Aliis rationibus aut non aeque potuisse*. Graev.

Aut non aeque commode potuisse] Erfurt. *aut neque commode potuisse*, Pith. *aut non commode potuisse*. Idem.

Eum effugisse alias rationes] Quidquid veterum librorum praesto est, in eis exhiberi video, *eum fugisse*, quod certe est huius auctoris: sic enim cap. 16. *Qui se propter vinum fugisse rationem dicet*. II, 25. *sed me tum haec ratio fugit*. Et notum est Horatii. Sed etiam infra observabis ut plurimum dici *fugere laborem* (quod et initio totius operis) *concursiones vocalium*, *istam rem*, *impetus fortunae*, *continuationem verborum*, non *effugere*. Gron. MSS. et edd. *Aut eum effugisse alias rationes*. Lamb. ed. *aut eum fugisse alias rationes*. Recepi *fugisse*, quod et apte fecerat Lambinus, auctoritate nostrorum codicum Erfurtensis et Cauchiani, quod et ex suis Gronovius probavit: sed et ex praestantissimo Erfurtensi recepi *illas rationes*, nemine, qui humanior sit, repugnante. Graev. Voss. I. II. Leid. I. IV. Ed. Med. *eum effugisse*. Tum *alias* abest a Leid. I. Bene. In seqq. pro vv. *propter cupiditatem. Hoc loco* Leid. II. exhibet: *propter commoditatem. Hoc modo*. Oud.

Defensor demonstret, oportet] Vulgg. *Defensor ut demonstret oportet*. Graev. *Ut* omisimus, quod ratio elegantior Latini sermonis postulat, et, praeter Lamb., etiam nostri MSS. confirmant. Brut.

Aut aliis quoque bono fuisse] Demonstrabit defensor ἐνστάσει, maiori bono fuisse aut aliis, aut ipsis adversariis, quam reo, ut pro Roscio fecit Cicero: Apud quos Sexti Roscii praedia sunt, ad eos etiam caedes pertinet; apud Chrysogonum et T. Capitonem Roscium praedia sunt, ergo illi Roscium occiderunt. Vide Cic. exordium et confirmationem, ubi haec pulcherrime tractat. Toxita. Pro vv. *bono fuisse* Leid. II. Edd. pp. *bonum fuisse*. Oud.

fuisse, aut alios quoque id, quod ipse insimuletur, facere potuisse.

Signum est, per quod ostenditur idonea perficiendi 56
facultas esse quaesita. Id dividitur in partes sex; locum, tempus, spatium, occasionem, spem perficiendi, spem celandi. Locus quaeritur, celebris, an desertus; semper desertus, an tum, cum id factum sit, fuerit in eo loco solitudo; sacer, an profanus; publicus, an privatus fuerit; cuiusmodi loci adtingant; num, qui est passus, perspectus

---

Id, quod ipse insimuletur] Hoc argumento utitur etiam Cicero in Orat. pro S. Roscio, quem ostendit Cicero fuisse rusticum, raro fuisse Romae, ut occidendi patris non modo causas, sed et facultatem non habuerit, quae omnia habuerint adversarii. Toxita. Nihil muto, quamvis liber unus manuscr. habeat: *quo de insimuletur,* quod et in quibusdam vulgatis reperi. Ego enim subintelligo, *fecisse.* Lamb. Sic restituere non dubitavi ex consensu nostrorum trium codicum et necessitate sententiae, remisso ad auctorem, quicumque ille est, (neque enim decernere queo) simplici *simuletur.* Utique enim non hic agitur de simulatione. Gron. Restitui *insimuletur* ex Duisb. et aliis nostris codicibus, ut ex suis Gronovius restituendum censuit. Graev. Al.: *id quo de insimuletur.* Al.: *id, quod ipse simuletur. Insimuletur* etiam in Cod. Traiect. Burm. Voss. I. II. Leid. II. *quo ins.* Oud.

Signum est] Intelligimus hoc in loco non τὸ σημεῖον, ἀλλὰ τὴν περίστασιν, hoc est, ea quae cum negotio coniuncta sunt. M. Toxita. Vulgo vocant Scholastici circumstantias. Graev.

Semper desertus, an tum etc.] Inserui verbum *desertus,* suadentibus cunctis ad unum manuscriptis et edd. vett. Primum removit puto Victorius: qui cum non diffiteatur destitutum se exemplaribus manuscriptis circa omnes libros, qui Oratorem instituunt; plus credi aequum non est ipsius auctoritati quam omnium librorum; enim et mihi liberet refingere scriptorem istum habitu recentiore, centum aliquot voces ei detrahere possem, prorsus supervacuas. Exempli causa, illa verba quae proxime sequuntur: *fuerit in eo loco solitudo,* omnia ad unum deleverim, nullius sententiae malo. Gruter. P. Vict. et Al. ed. *semper, an tum.* Graev. *desertus* etiam in MS. Traiect. Burm.

Sit, fuerit in eo loco solitudo] Erf. *Sit, in eo loco solitudo.* Graev. Deest verbum *fuerit* Voss. I. Leid. I. III. *Loco* exsulat a Voss. II. Oud.

Sacer an profanus] Pith. *Fuerit sacer an profanus.* Graev.

Cuiusmodi loci attingant] Edd. vett. *cuiusmodi loci adtingunt.* Idem.

Num, qui est passus, perspectus] *Qui est passus,* pro, qui est infestatus, aut occisus, mihi semper suspectum fuit, quia alienum est a prisci Latii sermone, et petitum ex Christianorum libris. Hanc suspicionem meam confirmarunt veteres libri, qui a vulgatis dissentiunt. Erfurt. et Cauch.: *Num quid est pactus,* nisi quod hic *est* non agnoscat. Meus codex: *num quid est passus.* [Reliquam Graevii annotationem, ubi per errorem Herennium auctorem horum librorum vocaverat, sustulimus. Cf. Burm. in praef. p. XXXIII. nostr. edit.]. Graev. Voss. III. *Num quid qui est passus.* Leid. III.

aut exauditus esse possit. Horum quid reo, quid accusatori conveniat, perscribere non gravaremur, nisi facile quivis, causa posita, posset iudicare. Initia enim inventionis ab arte debent proficisci; cetera facile comparabit exercitatio. Tempus ita quaeritur, quà parte anni, qua hora:
57 noctu, an interdiu: qua diei, qua noctis hora factum esse

Num quid passus. Ed. Med. *num qui p.* Omnib. *num quid est p.* Forsan: *num quid patrasse.* OUD. Feliciter emendavit Sch.: *num, qui quid est passus*, inutilem iudicans Oudendorpii coniecturam. Vere. *L.*

Perspectus aut exauditus] Erf. *Perspectus*, *exauditus*. GRAEV. Leid. IV. *prospectus*. Tum MSS. O., excepto Voss. III., et Edd. pp. *et exaud.* OUD.

Facile comparabit exercitatio.] Ed. Gruteri: *facile eam parabit exercitatio.* GRAEV.

Tempus ita quaeritur, qua parte anni] Erf. *tempus ita quaeritur, quid anni, qua hora.* Duisb. *Tempus quaeritur, quod anni, qua hora.* IDEM. *Qua parte anni, qua hora, noctu an interdiu.* Voss. III. *qr. anna quae hora sit noctis aut interdiu.* Leid. IV. *quot anni* cet. *aut.* Leid. II. OUD. Nescias, qui libri habeant has lectiones; nam quae primo loco ponitur, cum vulgata consentit, quod aliter notare solet OUD. Ceterum Sch. scripsit: *qua parte anni; qua die; noctu an interdiu.* Vulgatam lectionem *qua hora* ex seqq. huc tractam putat, iubetque conferri Cic. de Inv. I, 26. et Orat. partit. c. 11. *L.*

Qua hora: noctu, an interdiu: qua diei, qua noctis hora factum] Lambinus concinnius quidem haec omnia edidit, sed an verius, dubites. Gulielmii certe manuscripti conveniunt cum nostris, quorum quidam mirabiliter exorbitant. Pal. tert. oggerit nobis: *qua hora nocte an die, an inter noctem et diem, et qua die, et quota parte noctis, et quota hora.* Verum variantes lectiones curiose enotare, non est meae aetatis, sed adolescentiae laboriosae; quam tamen hodie potius ad omnia alia trahas. Adeo post aerumnabiles labores nullum sibi sciunt sperandum praemium, nisi forte verborum; principibus viris hic supra Euclionem sordidis. GRUT. Sane et videntur et non videntur haec ab MSS. nostris firmari; adeo in quibusdam mutant. Caeterum si id retineatur, non video, quin absurde iterentur: *qua hora* et *qua noctis hora.* In quibus nulla differentia. Primo igitur MSS. nostri omnes *qua die.* Tum *quota hora noctis* in duobus, quod utrumque amplector; nam sic in singulis est certum ac proprium discrimen, ac dignum, quod in tali re advertatur. GRONOV. Vulgg. *et qua diei, et qua noctis hora.* Erf. et Cauch. *qua die, quantis horis.* Pith. *Et qua die, qua noctis hora.* Duisb. *qua diei, quota hora.* Meus codex: *Qua die, quota noctis hora.* Ed. Cratand. *qua die quota hora.* In margine est, *qua die, qua hora noctis.* Lamb. Ed. *quota diei, quota noctis hora.* GRAEV. MS. Traiect. *noctu ac interdiu: qua diei, quota noctis hora.* BURM. Voss. I. II. Leid. I. III. vv. *qua diei* praemittunt *et.* Tum MSS. et Edd. pp. *die.* Item *quota* Voss. III. Leid. II. III. IV. Edd. pp. Vox *noctis* abest a Leid. IV. Ed. Med. OUD. *Qua die, quota hora* Cod. Aug. teste Sch. *L.*

dicatur, et cur eiusmodi temporibus. Spatium ita consideratur, satisne longum fuerit ad eam rem transigendam, et potueritne scire, satis ad id perficiendum spatii futurum. Nam parvi refert satis spatii fuisse ad id perficiendum, si id ante sciri et ratione provideri non potuit. Occasio quaeritur, idoneane fuerit ad rem adoriendam, an alia 58
melior, quae aut praeterita sit, aut non exspectata. Spes perficiendi quae fuerit, spectabitur hoc modo: si, quae

Et cur eiusmodi temporibus.] Elegans emendatio, quam eruit quidem e Fabriciano Gulielmius. Sed ego nunc etiam firmo auctoritate Pal. pr. et tert., neque abludit sec. quart. sext. nisi quod ii, *et cum eiusmodi.* Vulgo est: *Et cuiusmodi temporibus,* nulla bona sententia; non tantum indicandum tempus facinoris, sed et addenda ratio, quare eo potissimum tempore scelus admissum sit. Grut. MSS. quidam: *et cum eiusmodi temporibus.* Edd. ante Gruterum: *et cuiusmodi temporibus.* Erfurt. etiam: *et cur eiusmodi temporibus.* Graev. Firmatur etiam a MS. Trai. et *cur eiusmodi temporibus.* Burm. *Et cur eiusmodi temporibus.* Sic optime dat Voss. I. Omnia haec desunt Voss. II. *Et cur* exsulant a Leid. IV. *Cum* Leid. I. III. *Cur* abest a Voss. III. Leid. II. *Et cuiusm. t.* Edd. pp. Oud.

Spatium ita consideratur] Erfurt. *spatium ita considerabitur.* Graev. MSS. VI. et Edd. pp. *considerabitur.* Oud.

Satisne longum fuerit ad eam rem transigendam, et potueritne scire] Longe rectius et concisius, resectis laciniis, quas adsuerunt inepti, Erfurtensis et Cauchianus: *Satisne longum fuerit ad eam rem, scieritne satis ad id perficiendum spatii.* In meo quoque est *scieritne.* Graev. *Scieritne satis* Gryph. B. C. *scieritne et potueritne scire* A. Nos lectionem vulgatam retinuimus. Brut. Voss. I. Leid. I. Ed. Omnib.: *scieritne.* Abest *et* a Leid. III. Oud. *Potueritne sciri* dedit Sch. quia passivum et h. l. aptius sit et postea legatur. *L.* In seqq. *fuisse ad id perficiendum* tres ultimae voces desunt Voss. III. Leid. IV. Oud. Eas ut manifestum glossema expunxit Sch. Recte. *L.*

Ratione provideri non potuit.] Edd. multae: *ratione provideri non potuerit.* Lamb. ed. *ratione provideri non potuit.* Graev. *Potuerit* Voss. III. Ed. Omn. Oud. *Si id aut sciri, aut* Cod. Aug. apud Sch. *L.*

Idoneane fuerit ad rem adoriendam] Libri recentioris editionis voce auctiores: *idonea ne satis fuerit;* quae nuspiam comparet in olim vulgatis, aut adeo MSS. nostris. Grut. Edd. multae ante Gruter. *idoneane satis fuerit.* Adstipulantur Gruterianis et nostri omnes Erfurt. Cauch. Pith. Duisb. Graev. Et Cod. Traiect. Burm.

Ad rem adoriendam] Lamb. ed. *ad rem aggrediendam.* Graev.

Aut non exspectata] Liber quidam MS. post has voces habet: *propter agendi cupiditatem,* quem ideo non sum secutus, quod suspicer, haec verba ex ora libri in contextum esse translata, neque esse Ciceronis. Lamb.

Spes perficiendi quae fuerit] Ut in duobus nostris, sic non dubito quin in pluribus legatur: *perficiendi haec quae,* unde patet auctorem dedisse *ecquae.* Gron. Erf. et al. MSS. duo: *spes perfi-*

supra dicta sunt, signa concurrerint; si praeterea ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio videbitur fuisse; ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse: quare scire potuerit, utrum diffidendum, an confidendum fuerit. Spes celandi quae fuerit; quaeritur ex consciis, arbitris, adiutoribus, liberis, aut servis, aut utrisque.

---

ciendi haec quae fuerit exspectabitur. GRAEV. Gronovianis MSS. adstipulatur Cod. Traiect. BURM. Leid. I. IV. Ed. Omn. *sp. p. haec quae f.*, nisi quod *quae fuerit* desint Leid. IV. Tum pro vv. *supra dicta sunt* Voss. III. *praedicta s.* Deinde pro v. *concurrerint* Leid. I. II. *concurrent.* Ed. Med. *concurrunt.* Leid. III. IV. *occurrerint.* Voss. III. *praecurrent.* OUD. *concurrent* etiam Cod. Aug. teste Sch. *L.*

Si praeterea ex altera parte] Erf. *Si praeterea altera parte.* GRAEV.

Scientia, apparatio, videbitur fuisse] Adieci duas voces, *videbitur fuisse;* non testimonio duorum librorum MSS., verum integra cohorte: eas enim agnoscunt sex membranae, quas consuluit Gulielmius, sex Pall. et editiones primae, neque otiosas esse videbit, qui vim huius suspicionis attente perspiciet, imo supervacuum potius fuerit illud alterum quod sequitur, *demonstrabitur fuisse,* quam istud nostrum. GRUTER. Edd. Lamb. et aliae: *apparatio, ex altera parte.* In Erf. non legitur *ex.* GRAEV. *videbitur fuisse* etiam agnoscit MS. Traiect. BURM. Verba *videbitur fuisse* recte abesse ab Ald. iudicat Sch. *Demonstrabitur fuisse* h. l. exhibet Cod. Aug., quod pariter a glossatore esse, Sch. est sententia. *L.*

Quare scire potuerit, utrum] Et haec quoque sunt a triplici librorum nostrorum fide: pro quibus mediae aetatis editiones: *per quas res scire potuerimus, utrum;* Lambinus vero: *propter quas res scire potuerit, utrum* etc. quae licentia? GRUTER. Si modo mens Gruteri recte expressa est. Nam quum sane ita legatur in Medicaeo, et alio: *quare scire,* tum in alio est: *per quam rescire,* unde colligeretur illud *qua* variis modis expositum ita degeneravisse, et antiquitus fuisse: *qua rescire potuerit.* GRON. Erf. *qua re scire potuerit.* Sed Pith. *qua de re scire poterimus.* Edd.: *per quas res scire potuerimus.* Ed. Lamb. *propter quas res scire potuerit utrum.* GRAEV. Cum Erfurtensi facit MS. Trai. BURM. Voss. III. *per quae rescire p.* Leid. II. *qua re sciri p.* Ed. Med. *sciri poterit.* OUD. In antecc. Sch. scripsit: *inapparatio videbitur fuisse,* pro vulgato: *i. demonstrabitur f.,* quod aptius iudicat, quia praecedat *spectabitur.* Non possum accedere. *L.*

Ex consciis, arbitris, adiutoribus] Si haec scriptura recta est, per *arbitros* testes significari dicemus, seu spectatores, ut cum ita loquimur: *locus ab arbitris liber ac remotus.* Sed Memmius et Auratus legendum putant *administris;* ego nihil muto: non quod eorum coniecturam improbem, sed quod hanc scripturam existimem esse probabilem. Adde quod *administri* et *adiutores* idem propemodum videntur sonare, nisi quod *administri* minus sunt, quam *adiutores.* Itaque infra, ubi vulgo legebatur: *de adiutoribus, de adiumentis,* nos ita restituimus: *de adiutoribus, de administris.* LAMBINUS.

Aut servis, aut utrisque.] Erfurt.: *Aut servis, aut utrumque.* GRAEV.

Cap. V. Argumentum est, per quod res coarguitur 59
certioribus argumentis, et magis firma suspicione. Id dividitur in tempora tria, praeteritum, instans, consequens. In praeterito tempore oportet considerare, ubi fuerit, ubi visus sit, quocum visus sit; num quid apparârit, num quem convenerit, num quid dixerit, num quem habuerit de consciis, de adiutoribus, de adiumentis; num quo in loco praeter consuetudinem fuerit, aut alieno tempore. In in-

---

CAP. V. *Res coarguitur*] Legendum censuit Ernestius: *reus coarguitur. L.*

Num quem convenerit, num quid dixerit] Erf.: *num quem convenerit, num dixerit.* Graev.

Num quem habuerit de consciis] Erf.: *Num quid habuerit de consciis.* Idem.

De administris] Sic restituimus coniectura ducti. Nam vox, *adiumentis*, ad hunc locum quadrare non potest, antecedente voce *quem.* Lamb. Gryphii duo B. et C. ita habent: *num quid dixerit, num quid habuerit. de consciis de adiutoribus de adiumentis.* Brut.

De adiutoribus, de adiumentis;] Adiutores sunt quibus anima, adiumenta quae ea carent; instrumenta scilicet armaque rebus expediendis idonea. Lambinus substituerat *de administris*, sed nullo praeeunte manuscripto, ut ipsemet fatetur; quae petulantia? Grut. Miror Lambinum, qui utique noverat Lib. II. de Inventione 7.: *Facultas si ratio, adiutores, adiumenta, et cetera, quae ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur,* et postea: *Nam saepe si pecuniae, adiumenta, si adiutores desint, facultas fuisse faciendi non videtur.* Offendor magis in praecedentibus: *argumentum est per quod res coarguitur certioribus argumentis,* ubi definitionem interpretatur per id ipsum quod definit, quod nec fit alibi in hoc scripto, nec sine vitio fieri creditur, nec utique tam inops vocum hic auctor credi potest. Vide an non scripserit *certioribus inventis.* Ut de partitionibus: *Argumentum est probabile inventum.* Libro I. de Invent.: [c. 41.] *Ideo quod et inventum aliquam in rem probabile aut necessarium argumentatio vocatur.* et similiter alibi. Gronov. Pro *argumentis* Sch. de suo dedit *indiciis.* Non enim esse credibile, scriptorem definitum vocabulum in definitione posuisse, et Gronovii coniecturam minus aptam esse. *L.*

Num quid in eo loco praeter consuet. fuerit] Quidam liber MS. habet: *num quo in loco praeter consuetudinem fuerit, aut etiam al. temp.* et praeterea nonnulli vulgati; quam scripturam non improbo. Lamb. *Num quo in loco praeter consuetudinem fuerit, aut alieno tempore* Victorii editio; ea priores: *numquid in loco praeter cons. fecerit* etc. quomodo et quidam e Gulielm. et Palat. nam ceteri exhibent: *numquid in loco praeter cons. fecerit*, etc. aut *fuerit* vel *fecerit.* Grut. Erf. *num quid in loco praeter consuetudinem fecerit.* Duisb. *Num quo loco praeter consuetudinem fuerit.* Graev. in MS. Traiect. etiam *num quid in loco praeter cons. fecerit.* Burm. Voss. I. Leid. I. III. cum Ed. Omnib. *Num quid in loco p. c. fecerit.* Voss. II. *Num quid quo in l. p. c. fuerit vel fecerit.* Leid. IV. *Num quo loco p. c. fuerit vel fecerit.* Ed. Mediol. *fecerit.* Oud. *Aliquid fecerit* Cod. Aug. apud Sch. *L.*

In instanti tempore quaeritur] Pall. duo: *Instanti tempore*; et vero unus ex iis, primus scilicet, supra quoque habebat *astans*, non *instans*, ut forte [fortasse] aliquid adhuc subsit mendosi. Grut.

59 stanti tempore quaeritur, num visus sit, cum faciebat, num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit, aut denique, num quid aliquo sensu perceptum sit, adspectu, auditu, tactu, odoratu, gustatu; nam quivis horum sensus potest conflare suspicionem. In consequenti tempore spectabitur, num quid re transacta relictum sit, quod indicet aut factum esse maleficium, aut a quo sit factum. Factum esse, hoc modo: si tumore et livore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. A quo factum sit, hoc modo: si telum, si vestimentum, si quid eiusmodi relictum sit, aut vestigium rei repertum fuerit, si cruor

---

Erf. Pith. Duisb. et alii MSS. *instanti tempore.* Sed prius *in* sequens absorpsit. GRAEV.

Num visus sit cum faciebat] Erf. *num quid visus sit, cum faciebat.* IDEM.

Num qui strepitus] Erf. *num quid strepitus.* Edd. *num quis strepitus.* IDEM. MSS. quinque et Edd. pp. *numquid str.* In seqq. *exauditus sit* abest v. *sit* a MSS. O. et Ed. Med. Bene. OUD. Recte omisit Sch. *L.*

Aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit] Blanditur mihi quod est in Palat. pr. *aut denique aliquid sensu*, omissis ceteris. GRUTER. Leid. III. *a. d. aliquid aliquo sensu.* OUD. *Aliquo sensu* dictum esse pro eo quod est *alio quo sensu* vidit Sch.. *L.*

Tactu, odoratu, gustatu] Erf. Pith. Cauch. *tactu, ordore, gustatu.* Duisb. *tactu, odore, gustu.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *odore.* In solo Leid. I. et Ed. Omnib. est *gustatu.* In reliquis *gustu.* OUD. Voces *aspectu, auditu* omisit Sch. quippe iam commemoratis *aspectus* et *auditus* exemplis. *L.*

Nam quivis horum sensus] Malim legi: *nam quivis horum sensuum* etc. LAMB. Leid. III. *sensuum.* Leid. IV. *poterit* pro *potest.* Paullo post pro vv. *in consequenti t.* Voss. I. *in sequenti t.* OUD.

Aut a quo factum sit] Erf. *Aut ob quod sit factum.* GRAEV. Voss. III. *ab aliquo factum sit.* OUD.

Si tumore et livore] Al. *si tumore aut livore.* GRAEV. Deest *et* Voss. III. *aut* habet Leid. III. Ed. Omnib. OUD.

Si quid eiusmodi relictum sit, aut vestigium] Erf. *si quid eiusmodi relictum, aut vestigium.* GRAEV. Voss. III. Ed. Med. *huiusmodi relictum*, sine verbo, quod abest etiam a Leid. IV. *huiusmodi relictum fuerit.* Leid. III. OUD.

Aut vestigium repertum fuerit] Haec est primarum editionum lectio, et convenit cum plerisque manuscriptis; sequentes suffecerunt: *aut si vestigium repertum*, sine illo *fuerit.* Victorius edidit: *aut si vestigium rei fuerit*, omisso illo *repertum*; ex quibus omnibus suam concinnavit Lambinus. GRUTER. *Vestigium repertum* legitur in quibusdam. Sed plane non satisfacit argumentationi. Vestigia adulteri reperiri possunt in lecto; sed ea non utique denotant ab Tarquinio ea venire. Itaque non opinor voc. *rei* abesse hinc posse, scilicet secundus casus voc. *reus.* Id non observantes alii videntur fecisse, ut vera lectio hic fluctuaret, et pro *repertum* correxerint *rei fuerit.* Lego: *aut vestigium rei certum, si cruor.* Etiam vetustissimus *deprehensus.* GRONOV. Edd. quaedam: *aut si vestigium repertum,*

in vestimentis, si in eo loco comprehensus aut visus trans- 61
acto negotio, quo in loco res gesta dicitur. Consecutio est, cum quaeritur, quae signa nocentis et innocentis consequi soleant. Accusator dicet, si poterit, adversarium, cum ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid; quae signa conscientiae sunt. Si reus horum nihil

---

aut. Victor. ed.: *aut si vestigium rei fuerit, aut.* Lamb. ed.: *Aut si vestigium rei repertum fuerit, aut.* Cratand. ed.: *aut si vestigium rei fuerit repertum.* Erf.: *aut si vestigium repertum, si cruor.* Pith.: *aut si vestigium rei reperitur, aut.* Gronovius coniicit legendum esse: *aut vestigium rei certum. Rei a reus;* sed quia in omnibus MS. est *repertum*, aut, ut in Pithoeanis excerptis, *reperitur*, id retinui, sed *rei*, ex editione Victorii et modo laudatis Excerptis, ac Cratandri editione reposui. Graev. In MS. Traiect.: *aut vestigium repertum fuerit.* Burm. Voss. O. Leid. I. IV. Ed. Med. *aut si v.* Exsulat *rei* a Voss. I. III. Leid. I. II. III. *reperitur.* Leid. III. IV. *perspectum f.* Voss. II. *Fuerit* abest quoque a Voss. I. Leid. I. *est* habet Voss. III. Oud. *Rei* genitivum a *reus* tuetur etiam Sch. necessarium esse indicans ad sensum presse enunciandum. *L.*

Si cruor in vestimentis] Et ista est antiquissimae editionis scriptura, firmata pluribus manuscriptis; sequentes praeposuerunt *aut*, quod quidem retinuit Lambinus, sed reiecit *si.* Pal. pr. loco vocis *cruor,* habet *nota*, quod non arbitror de nihilo. Grut. Al.: *aut si cruor in vestimentis, aut si.* Graev. Gruteri MSS. consentit Cod. Trai. Burm. In proxime seqq. Voss. III. Ed. Med.: *aut si e. i. l.* Tum Ed. M.: *deprehensus.* Leid. III. IV. Edd. pp. addunt *fuerit*, sive post *compr.* sive post *visus.* Oud.

Aut visus transacto negotio] Al. *aut visus sit transacto negotio.* Graev.

Quo in loco res gesta dicitur.] Al. *quo in loco res gesta dicatur.* Idem.

Nocentes aut innocentes consequi] Vulgg. *Nocentis et innocentis consequi.* Sic Duisb. quamvis in eodem sensu ἀρχαϊκῶς *nocentis* ponitur, ut *omnis homines.* Pith. scribit etiam rectius *nocentis aut innocentis.* Graev. Leid. IV. *nocentes et innocentes.* Ed. Med. *signa nocentis animi aut innocentis.* Oud. Etiam Cod. Zuicc. *nocentis et innocentis. L.*

Expalluisse] Quidam cod. manuscript. habet *expavisse,* pro *expalluisse.* Sed fortasse utrumque verbum ab auctore horum librorum positum est, deinde a librario alterum per imprudentiam omissum. Lamb. *Erubuisse, expalluisse* omnino omnes nostri; ut frustra sit Lambinus, qui hic adhuc [insuper] paratus videtur admittere, *expavisse.* Nam sane indicium pavoris pallor. Grut. Ita etiam Cod. Trai. Burm. *Expauisse* a prima manu habuisse videtur Cod. Zuicc. sed a correctore factum *expaluisse. L.* In seqq. Voss. III. *locutum fuisse.* Oud.

Quae signa conscientiae sunt] Erfurt.: *quae signa conscientiae sint.* Graev. In seqq. pro *usu venturum* Voss. III. *usui v.* Leid. I. III. *eventurum.* Ed. Omnib. *usui futurum.* Oud. *Usui futurum* etiam Cod. Zuicc. Male. Ceterum de formulis *usu venire* et *usu evenire*

fecerit, accusator dicet, eum usque adeo praemeditatum fuisse, quid sibi esset usu venturum, ut confidentissime

---

disputarunt nuper Bremius ad Corn. Nep. Haun. 12, 3. Goerenzius ad Cic. de Fin. V, 2. pag. 534. et in Additam. ad illam edit. p. 703. Gernhard ad Cic. Cat. c. 5. pag. 17. Formulam *usu evenire* Bremius Latinam esse negat, contra quem Goerenzius monet, quum *more, sorte, casu evenire* dicatur, non intelligi, quidni etiam *usu evenire*. Quas formulas inter se comparari posse negat Gernhardus, propterea quod ablativi *more, sorte, casu*, caussam eventus significent, *usu* non item. *Usu* autem *venire* dici ea, quae hominis *usui* et *experientiae sese offerant*. Putat igitur Gernhardus *usu* in hac formula esse antiquum dativum pro *usui*. Non assentior. Nam in antiquo sermone *usuvenit* dicitur pro *usus venit*, quod ipsum etiam aliquoties legitur, nec tamen alia significatione, nisi ut pro *opus est* dicatur, qua eadem dicitur *usus est*. Veluti Plaut. Cistell. I, 2, 28. *si quid usus venerit* (ita legendum), cui plane geminum est apud Cic. Tuscul. IV, 2. *si usus fuerit*. Neque ullus est locus apud Plautum et Terentium, ubi *usuvenit* et *usus venit* dicatur pro eo quod est *accidit*. Apud seriores autem et iam apud Ciceronem *usu venire* pro *accidere* dici, nullus locus clarius docet, quam Cic. pro Quinctio, c. 15. *Nam quid homini potest turpius, quid vero miserius aut acerbius usu venire? Quod tantum evenire dedecus, quae tanta calamitas inveniri potest?* Quis est, qui h. l. scribere ausit *usu evenire*, quum statim sequatur *evenire?* Unde tamen nondum sequitur, *usu evenire* non dixisse Romanos. A codicibus nihil argumenti peti potest, qui omnes ubique variant inter *usu venire* et *usu evenire*. Mihi res ita se habere videtur. Formula *usu venire*, quae significat *accidere*, plane nihil habet commune cum ista antiqua, quae notat *opus esse*, nisi litteras. Nativam autem esse iudico *usu evenire*, unde, quum *venire* aliquoties habeat *fortuiti* notionem, factum, ut pro illa nativa postea dictum sit *usu venire*. Utrobique autem *usu* ablativus est, nec dicitur prorsus Latine *venire* cum dativo. Contra qui monent, *usu evenire*, citra analogiam dici, doceant, qua analogia dicatur *usu venire*. Nam *usucapere* alienum est. Itaque quum apud Salustium et apud alios quoque *venire* aperte dicatur pro *evenire*, veluti Iug. 103. *reputando, quae sibi duobus praeliis venerant;* non video, quidni utrumque et *usu venire* et *usu evenire* dictum esse credamus; ablativus *usu* autem nihil aliud est, quam *re ipsa*, ut opponatur *cogitationi, spei, metui*, quibus aliquid accidere posse opinamur. Erit igitur *usu venire* et *usu evenire*, *in der Wirklichkeit vorkommen, wirklich sich ereignen*. Cuius rei nullum est certius testimonium, quam quod apud Nep. VII, 4. 5. et XXIII, 12, 3. legitur. Differentia autem inter utramque formulam nulla intercedit alia, nisi quod in *evenire* paullo graviorem habet *rei in facto positae* significationem.

Confidentissime resistens] Liber unus manuscr. habet, *consistens*, quae scriptura non est fortasse reiicienda: ut *consistentem* intelligamus constantem, vel non perterritum, neque labefactatum, neque perculsum conscientia peccati. LAMB. Erf. *confidentissime resisteret, responderet.* Al. MS. *confidentissime consistens respondere.* Optime Cauch. *confidentissime resisteret et responderet.* Al.: *confidentissime consisteret et responderet.* GRAEV. Voss. III. Leid. II. *confidenter resisteret et.* Voss. I. Leid. I. *confidentissime*

resistens responderet, quae signa confidentiae, non innocentiae sunt. Defensor, si pertimuerit, magnitudine periculi, non conscientia peccati se commotum esse dicet. Si
non pertimuerit, fretum innocentia negabit esse com- 62
motum.

CAP. VI. Adprobatio est, qua utimur ad extremum, confirmata suspicione; ea habet locos proprios atque communes. Proprii sunt, quibus, nisi accusator, et ii, quibus nisi defensor, nemo potest uti. Communes sunt, qui alia in caussa ab reo, alia ab accusatore tractantur. In caussa coniecturali proprius locus accusatoris est, cum dicit malorum misereri non oportere, et cum auget peccati atrocitatem. Defensoris proprius locus est, cum misericordiam captat, et cum accusatorem calumniari crimina-

---

et constanter. Forte [fortasse] *confidentissime resisteret et constanter responderet.* Conf. superiora. Oud. *Constantissime consistens responderet* de coniectura dedit Sch. propterea, quod apud Lambin. in codice *consistens*, et in seqq. legatur: *quae signa confidentiae.* Atque *constantiae* in eiusmodi caussa saepe fieri mentionem, ut paullo ante: *inconstanter locutum esse* et in Catilin. III, 5. *constanter respondere.* Male habet illud *constantissime consistens;* quidni *resistens*, quod satis est accommodatum? *L.*

Non innocentiae sunt] Erfurt. et edd. pleraeque ante Gruter. *Non innocentiae sint*, ut paullo ante. Graev. Voss. I. et Leid. I. *sint.* Oud.

Peccati se commotum esse] Erf. *peccati secum motum fuisse.* Al. *peccati commotum esse.* Duisb. *commotum esse dicat.* Graev.

CAP. VI. *Proprii sunt ii, quibus, nisi accusator*] τὸ *ii* nuspiam mihi in scriptis apparet. Gron. Edd. *Proprii sunt ii, quibus.* Duisb. *proprii sunt loci, quibus.* Erfurt. delet *ii*, quem sequor. Graev. Male Leid. IV. *Pr. s. loci, quibus.* Edd. pp. *hi, quibus.* Oud.

Quibus nisi accusator, et ii, quibus nisi defensor, nemo potest uti.] Sic Lamb. et Grut. edd. Sed omnes ante Lamb.: *Quibus nisi accusator nemo potest uti, et ii, quibus nisi defensor.* Erfurt.: *Quibus nisi accusator nemo potest uti, et hi quibus nisi defensor non potest uti.* Duisb.: *Quibus nisi accusator, et ii, quibus nisi defensor non potest uti, nemo potest uti.* Graev. MSS. VI. et Ed. Mediol. *quibus nisi accusator, nemo potest uti, et hi, quibus nisi defensor non potest uti;* nisi quod a Voss. II. desint in fine: *non potest uti;* et contra in Mediol. auctius legatur: *defensor aliquis.* Leid. II. *quorum aliquo nemo nisi accusator uti potest; item quibus nisi defensor non potest uti.* Ed. Omnib. *q. n. acc. potest uti, et hi q. n. d. uti nemo potest.* Simpliciter legendum opinor: *proprii sunt, quibus nisi accusator, et quibus nisi defensor, potest uti.* [scr. *nemo potest uti*] Oud. Oudendorpio accessit Sch. recte interponens voc. *nemo.* *L.*

Pro *peccati atrocitatem* Sch. probante Ernestio recepit *facti atrocitatem* e MS. Cort. *L.* In supp. pro *alia in caussa ab reo* Voss. III. Ed. Omniboni: *alia caussa ab r.* Leid. I. *alia in c. ab reo, alia in caussa.* Ed. Med. *non alia ab acc.* Oud.

tur. Communes loci sunt cum accusatoris, tum defensoris, a testibus contra testes, a quaestionibus contra quaestiones, ab argumentis contra argumenta, a rumoribus contra rumores. A testibus dicemus secundum auctoritatem et vitam testium, et constantiam testimoniorum. Contra testes, vitae turpitudinem, testimoniorum inconstantiam: si aut fieri non potuisse dicemus, aut non factum esse quod dicant, aut scire illos non potuisse, aut cupide
63 dicere, et argumentari. Haec et ad improbationem et adprobationem testium pertinebunt.

A testibus] Erfurt. *ab testibus*. Graev. Voss. I, Leid. I. *ab testibus*. Oud.

A quaestionibus] Erf. ab *quaestionibus*, Voss. I. Leid. II. *ab quaestionibus*. Oud.

A rumoribus.] Erf. *ab rumoribus*. Voss. I. Leid. II. *ab rumoribus*. Oud.

Aut cupide dicere, et argumentari.] Ianus Wouverius annotavit, malle se *putide dicere*. A quo dissentio. Qui enim cupide contra aliquem fert testimonium, eo ipso sibi infringit auctoritatem. Inde illa cautio Quintiliani lib. V. Institut. Orator. cap. 7. *Si habet testem cupidum laedendi, cavere debet hoc ipsum, ne cupiditas eius appareat* etc. Gruter. Recte Gruterus. Sed vim vocis *cupide* non recte intellexit. Est enim *cupidus* Latinis nimis partibus addictus, ut verum videre ac dicere nequeat. Sic *cupide damnare* apud Suet. Iul. c. 12. ubi vide quae notavi. Graev.

Et ad improbationem et approbationem] Non sunt concordes libri vett. Alii *et ad impr. et ad argumentationem*, Medicaeus cum alio, *et ad improb. et ad interrogationem*. In quo etsi tamen adhaeream vulgatis, id tamen constat praepositionem *ad* iterandam esse. Nihil minus quam id ipsum ab editoribus observatum; nihil tamen constantius ab auctore servatum docent Msti codices. Utique et paulo ante habuimus *in causam et in vitam*. Sic cap. 2. habent iidem: *ad confirmationem et ad confutationem*. Sic tam III, 15. *nunc ad thesaurum atque ad omnium partium rhetoricae custodem*, quam III, 13. *et ad confirmandum et ad confutandum accommodati* in vetustis exemplaribus inveni. Hinc etiam colligens pravo edi IV, 21. *cum ad idem verbum et idem nomen acceditur*, et de repetitione praepositionis suspicans, video in nullo scripto codice illud posterius *idem* exstare, ut deleri debeat. De aliis praepositionibus idem postea intelligemus. Mox tres MSS. *tormentis et cruciatu*. Deinde edidi consensu Mstorum, qui penes me sunt, et editionum omnium, *quibus omnis coniectura;* existimans errorem esse, qui ex Gruteriana propagatur, *omnibus*, quod et Leidensis et Londinensis et Basileensis sunt imperite amplexae. Gron. Erfurt. et alii *ad improbationem et ad interrogationem*. Al. *Ad improbationem, et ad argumentationem*. Vulgg. *ad improbationem et approbationem*. Medicaeus notante Gronovio, ut Erfurtensis, *et ad interrogationem*. Quod non repudiem. Graev. MSS. Gronovii consentit cod. Trai. Burm. Voss. I. III. Leid. I. *ad probationem et ad inprobationem*. Voss. II. Leid. II. *ad inprobationem et ad argumentationem*. Leid. III. *vel*. Dein *permane-*

CAP. VII. A quaestionibus dicemus, cum demonstrabimus, maiores nostros veri inveniendi caussa tormentis et cruciatibus voluisse quaeri, et summo dolore homines cogi, ut quidquid sciant, dicant. Et praeterea confirmatior haec erit disputatio, si quae dicta erunt argumentando, iisdem viis, quibus omnis coniectura tractatur, trahemus ad verisimilem suspicionem; idemque hoc in testimoniis facere oportebit. Contra quaestiones hoc modo dicemus: primum maiores nostros voluisse certis in rebus
interponi quaestiones, cum, quae vere dicerentur, sciri, 64
quae falso in quaestione pronuntiarentur, refelli possent, hoc modo: Quo in loco quid positum sit, et si quid

---

bunt in Voss. III. OUD. Lectionem Codd. Voss. I. III. Leid. I. secutus est Sch. in ed. opp. Cic. omn. *L.*

CAP. VII. *Maiores nostros veri*] Al. *nostros maiores veri.* Al. *maiores veri.* GRAEV. A MSS. O. et Ed. Med. abest vox *nostros.* Optime. OUD. Abest etiam a MS. Cortii, propterea iam Ern. delevit. *L.*

Tormentis et cruciatibus] Erfurt. *tormentis et cruciatu.* GRAEV. *Tormentis et cruciatu.* Sic etiam MSS. et Edd. pp. exceptis Leid. II. IV., in quibus est *cruciatibus.* OUD. *Cruciatu* etiam Zuicc. *L.* In seqq. pro vv. *omnis coniectura* Leid. II. *o. coniecturalis.* OUD.

Maiores nostros] Rursus MSS. O. et Ed. Med. auctoritate eiiciatur v. *nostros.* OUD. Idem iam fecit Ern., ut supra, MS. Cort. lectionem secutus. Consentit utrobique Cod. Zuicc. *L.*

Cum quae vere dicerentur sciri] Sic et edd. primae, a quibus tamen recedunt membranae vett. in iis enim partim *servari,* quod Victorio placitum et Manutio, partim *probari*, partim *seu.* GRUTER. Erfurt. et Al.: *cumque vere dicerentur sevire.* Pith.: *cum quae vere dicerentur servari.* Manut.: *cum quae vere dicerentur probari.* Al.: *cum quae vere dicerentur seu.* GRAEV. Voss. I. Leid. IV. *scire.* Leid. I. III. *servari.* Sed Voss. III. *probari.* OUD. *Servari* Ald. teste Sch., *sciri* Cod. Zuicc. *L.*

Refelli possent etc.] Quidam liber MS. habet, *refelli non possent.* Ego nihil muto, adductus iis, quae proxime sequuntur. Certum est enim quo quid in loco positum sit, aut non positum sit: et quaedam ita certa sunt, ut ea, quae oculis cernuntur, aut quae simili sensu percipiuntur. Si quis igitur in tormento contra haec dicat, refelli possit. LAMB.

Si quid esset simile quod videri, aut aliquo simili signo percipi posset.] Vulgg. *et si quid esset simile veri videri.* Lamb. ed. *et si quid esset simile ei videri.* Al. *et si q.* Ex Pith. et Duisb. hunc locum si rescribendum putabam: *si quid esset simile veri, quod videri, aut aliquo signo percipi posset.* Sed postea, ubi locum hunc rectius expendi, nihil refingendum esse vidi. Si quid sit tortus testatus sit, videndum, quo in loco, id, de quo testatur factum sit, et quo in loco ipse, ex quo quaeritur, tum fuerit, ut hinc a defensore posset elici, an non simile quid ibi visum fuerit, non vero id, de hoc hic agitur et quaeritur. GRAEV. In supp. MSS. omnes et Edd. veteres: *quo in loco quid positum sit,* quod tanquam abhorrens a consecutione verborum cum Ernestio mu-

esset simile, quod videri, aut aliquo simili signo percipi posset. Deinde, dolori credi non oportere, quod alius alio recentior sit in dolore, quod ingeniosior ad comminiscendum, quod denique saepe scire, aut suspicari possit, quid quaesitor velit audire; quod cum dixerit, intelligat sibi finem doloris futurum. Haec disputatio comprobabitur, si refellemus, quae in quaestionibus erunt dicta probabili argumentatione; idque partibus coniecturae, quas

---

tavit in *positum esset* Sch. Sed habet vulgata, quo se tueatur. *Quo in loco quid positum sit* universalis est quaestionis formula, quae semper valet; tanquam si dixisset: *Maiores in quaestionibus eiusmodi interrogare solebant, quo in loco quid positum sit.* Contra si dixisset: *Tum interrogavit, quo in loco illud positum esset*, facile vides, aliter dici non posse. Propterea accedo etiam Cod. Zuicc., qui hunc locum ita exhibet: *quo in loco quid positum sit, et si quid esset simile, quod videri aut aliquo signo simili percipi possit;* nisi quod v. *simili* delendum iudico. Quae ita explicanda sunt: Contra quaestiones hoc modo dicendum. Maiores nostri, cum quaestiones instituerent, certis tantum de rebus quaerere solebant, verbi gratia in re tali, cum quaeritur (nunc et olim et semper), quo in loco quid positum sit; et si quid esset simile (tum, cum quaererent), quod videri aut aliquo signo percipi possit (et olim et hodie). *L.* *simili signo.* Prior vox deest Leid. IV. al. *signo simili.* Oud. Expunxit *simili* Sch. quippe repetitum ex antecc. *Aliquo* autem explicat *alio quodam. L.*

Aut aliquo simili signo percipi possit.] Ego malim legi, *simili sensu.* Supra enim proxime dixit, *videri*, quod est visu percipi. Visus autem, seu adspectus, *sensus* est, non *signum.* Lamb. Male Lambinus. Inter signa referuntur, quae sensu aliquo percipiuntur, ut vidimus in cap. V. Graev.

Recentior sit in dolore] Nihil muto, quamvis duo libri manuscripti, et nonnulli alii vulgati habeant, *reticentior sit in dolore.* Sic enim loquuntur Latini, *recens in labore. In dolore*, id est ἀκαταπόνητος. Lamb. Sic nostri scripti, et antiquitus impressi, probatque Gulielmius; sed tamen non omnino displicet mihi aliorum *reticentior.* Gruter. Al. edd. *alius alio recentior.* Libri sane nostri etiam omnes *recentior.* Sententia tamen requirit *retinentior*, aut quid simile. Graev. Leid. III. *tenerior in d.* et supra scr. in Leid. II., quo facit etiam Glossa Voss. III. *debilior.* Oud. Vulgatam veram esse ac significare hominem dolori ferendo non assuetum, monet Sch. *L.*

Quid quaesitor velit audire] Duisb. *quid quaestor velit audire.* Graev. *Quaestor* etiam Voss. III. Leid. IV. Oud.

Cum dixerit] Erf. *cum dixeris.* Graev.

Intelligat sibi finem doloris] Absunt ab Erfurt. Idem. Ed. Med. *int. reus* etc. *Dolori* Voss. III. Oud.

Haec disputatio comprobabitur] Duisb. *haec disputatio confirmabitur;* ut paullo ante, *et praeterea confirmatior erit haec disputatio.* Pith. *haec disputatio optime et maxime comprobabitur.* Graev.

Idque partibus coniecturae] Duisb. *idque eae partibus coniecturae.* Idem. Leid. IV. *ex partibus c.* Oud.

ante exposuimus, facere oportebit. Ab argumentis, et signis, et ceteris locis, quibus augetur suspicio, dicere, hoc modo convenit: Cum multa concurrant argumenta et signa, quae inter se consentiant, rem perspicuam, non suspiciosam videri oportere; item plus oportere signis et argumentis credi, quam testibus. Haec enim eo modo exponi, quo modo re vera sint gesta; testes corrumpi posse vel pretio, vel gratia, vel metu, vel simultate. Contra argumenta et signa et ceteras suspiciones dicemus hoc modo: si demonstrabimus, nullam rem esse, quam non suspicionibus quivis possit criminari; deinde, unamquamque suspicionem extenuabimus, et dabimus operam, ut ostendamus, nihilo magis in nos eam, quam in alium
quempiam convenire; indignum esse facinus, sine testibus 66
coniecturam et suspicionem firmamenti satis habere.

CAP. VIII. A rumoribus dicemus, si negabimus

Hoc modo convenit.] Duisb. et Lamb. ed. *hoc modo conveniet.* GRAEV. Leid. IV. *conveniet.*. OUD.

Inter se consentiant] Duisb. *inter se conveniant.* GRAEV. *Conveniant* Leid. IV. OUD.

Suspiciosam videri oportere] Duisb. et Lamb. ed. *Suspiciosam videri debere.* GRAEV. Voces *non suspiciosam* non agnoscit Leid. III. Ultima v. caret Voss. III. Leid. II. OUD.

Eo modo exponi quo re vera sint gesta.] Sic Pall. meliores, sine repetitione vocis *modo*, quae extat in retro editis. GRUTER. Pro *haec* Duisb. *hoc*, et pro *sint gesta* Vulgg. *sunt gesta.* Poterat sane illa vocula *modo* abesse: sed in omnibus nostris membranis, iisque optimae fidei, non abest. Hinc non sustinui eam cum Grutero delere. Nec enim haec repetitio huic aliisque auctoribus infrequens. GRAEV. Voss. I. Leid. I. *hoc modo exp. quo modo.* A Voss. III. abest alterum *modo.* OUD. *Quo modo* Ald. teste Sch. et Cod. Zuicc. Idem Cod. etiam *sunt gesta.* L.

Suspicionibus quivis criminari.] Pith. *suspicionibus quis criminari.* GRAEV. In supp. pro *demonstrabimus* Voss. I. Leid. II. *si demonstramus.* Tum pro *quivis* Voss. III. *quis.* OUD. Cod. Zuicc. et *demonstrabimus* et *quivis* exhibet. L.

Indignum esse facinus] Vox *facinus* videtur esse supervacanea. Abest certe ab uno cod. manscrip. LAMBIN. Miror cur Lambino displicuerit vox *facinus.* Mihi hic admodum videtur venusta, exstatque adeo in omnibus MSS. nostris. GRUT. Assentirem hic Lambino, nisi omnes nostri codices refragarentur. GRAEV.

Suspicionem firmamenti satis habere.] Verbum *firmamenti* non est in Pal. pr. GRUT. Duisb. *unam quique suspicionem.* GRAEV.

CAP. VIII. *A rumoribus*] Voss. I. *Ab rumoribus.* OUD.

Si negabimus temere famam nasci solere] Lambinianum illud, *ita temere* etiam reperi in Palat. pr. sed tanti tamen non erat, ut ideo contra ceteros omnes libros reciperem in contextum. GRUT. Lamb. ed. *ita temere famam nasci.* Nam non de nihilo nascitur historia. Praeclare de fama Hesiod. in ἔργοις v. 760. et seq. ille apud Senec. in declam. *Sacra populi est lingua.* GRAEV.

temere famam nasci solere, quin subsit aliquid; et si dicemus caussam non fuisse, quare quispiam confingeret, et comminisceretur; et praeterea si ceteri falsi soleant esse, argumentabimur hunc esse verum. Contra rumores dicemus primum, si docebimus multos esse falsos rumores, et exemplis utemur, de quibus falsa fama fuerit; et aut inimicos nostros, aut homines natura malevolos et maledicos confinxisse dicemus; et aut aliquam fictam fabulam in adversarios adferemus, quam dicamus omnibus in ore esse; aut verum rumorem proferemus, qui illis aliquid turpitudinis adferat, neque tamen ei rumori nos fidem habere dicemus; ideo quod quivis homo possit quemvis turpem de quolibet rumorem proferre, et confictam fa-
67 bulam dissipare. Verumtamen si rumor vehementer probabilis esse videbitur, argumentando famae fidem poteri-

---

Quin subsit aliquid, et dicemus] Erfurt. *quin sumpsit aliquid, et si dicemus.* Idem.

Quare quispiam confingeret, et comminisceretur] Duisburg. *quare quispiam confingeret, quare reminisceretur.* Idem.

Argumentabimur, hunc esse verum.] Erf. *argumentabitur, hunc esse verum.* Idem. Paullo post pro vv. *si docebimus* Voss. I. Leid. I. *si proferemus.* Oud.

Et aut inimicos nostros, aut homines natura malevolos et maledicos.] Erfurt. *et aliquos aut omnes natura malivolos et maledictos.* Graev. MSS. O. *malivolos.* Dein *maleficos* Voss. II. In seqq. Voss. II. III. *et aliquam confictam f.* Voss. I. Leid. II. IV. Ed. Omn. *et aliquam aut f. f.* Leid. III. *et aliquam fab. confictam.* A Med. Ed. et Leid. I. abest etiam *aut.* Oud. *Aliquam aut fictam* etiam Ald. teste Sch. et Cod. Zuicc. Male. *L.* In proxime seqq. pro *adferemus* Voss. III. Leid. II. IV. *proferemus.* Oud.

Quam dicemus omnibus in ore esse] Sic scripsi ex Duisburgensi. Sic enim saepe in his capitibus loquitur. Alii cum vulgatis *dicamus.* Graev. Leid. IV. Ed. Med. *dicemus;* ut voluit ex Duisb. Graevius. Oud. *Dicamus* recte Cod. Zuicc. *L.*

Qui illis aliquid turpitudinis] Erf. *qui illi aliquid turpitudinis.* In Pith. haec verba non leguntur, ut et sequentia: *neque tamen ei rumori nos fidem habere dicemus.* Graev.

Quod quivis homo possit quemvis turpem de quolibet rumorem proferre] Erfurt. et Cauch. *quod quivis unus homo possit quemvis turpem de quolibet rumorem proferre.* Quod non est spernendum. Dicitur ut *unus quisque, unus aliquis,* et *unum quidquid* apud Plautum Trinum. [4, 2, 39] *Si unum quidquid singillatim et placide percunctabere.* Rarius tamen *unus* postponitur. Idem. Voss. III. *quis non possit.* Deinde pro *quemvis turpem* Voss. O. Leid. I. II. *quamvis t.* Oud. Scribe: *quod quivis unus possit.* Eo enim ducit etiam mendosa Voss. III. scriptura. *Homo* ex interpretamento natum. *L.*

Argumentando famae fidem] Erf. *Argumentandi forma fidem.* Graev.

mus abrogare. Quod et difficillima tractatu est constitutio coniecturalis, et in veris caussis saepissime tractanda est, eo diligentius omnes eius partes perscrutati sumus; ut ne parvula quidem titubatione aut offensione impediremur, si ad hanc rationem praeceptionis, adsiduitatem exercitationis accommodaremus. Nunc ad legitimae constitutionis partes transeamus.

CAP. IX. Cum voluntas scriptoris cum scripto dissidere videbitur, si a scripto dicemus, his locis utemur, secundum narrationem: primum scriptoris collaudatione: deinde scripti recitatione: deinde percunctatione, scirentne

---

Quod et difficillima tractatu est] Pith. *quod et difficillimi tractatus est*. Idem. Voss. III. *difficillimi tractatus*. Paullo post *in veris quoque caussis* idem Cod. Oud.

Eo diligentius omnes] Al. *ideo diligentius omnes*. Graev.

Perscrutati sumus] Quidam legendum putant, *persecuti sumus*: quibus propemodum assentior. Verum tamen nihil muto. Lamb. Recepit Sch. vulgatum *perscrutati* sensum minus aptum fundere opinatus. *L.*

Aut offensione impediremur] Pith. *aut offensatione impediremur*. Graev. *Offensatione* duo Gryph. exemplaria B. C. habent. Brut. Leid. III. *offensatione*. Oud.

Si ad hanc rationem praeceptionis assiduitatem exercitationis accommodaremus] Nihil hic monerem, nisi omnes nostri MSS. monerent legendum esse *accommodassemus*. Sic Erfurt. Pith. Cauch., sed Duisb. *accommodavissemus*. Graev. Leid. III. Ed. Omn. *accommodassemus*. Leid. IV. et Ed. Med. *accommodavissemus*. In quinque antiquioribus MSS. vulgatum legas. Oud.

Legitimae constitutionis] *νομικῆς στάσεως κεφάλαια*, id est legitimi status capita, sive loci, qui ex scripto nascitur. Toxita.

CAP. IX. *Cum voluntas scriptoris cum scripto dissidere*] Duisb. *cum voluntas scriptoris a scripto dissidere*. Sic vero scribendum esse, verba quae sequuntur ostendunt. *Si a scripto dicemus*, nimirum *dissidere voluntatem scriptoris*. Graev. Leid. IV. *a scripto dissidere*. Voss. III. caret praepositione. Oud. Male intellexit Sch. formulam: *a scripto dicere*, Germanice explicans: *auf den Buchstaben halten*. Rectius Latine explicavit: *scriptum defendere*. Nimirum *a scripto dicere* eodem modo dicitur, quomodo supra saepius: *a testibus dicere*, *a quaestionibus dicere*, *ab argumentis dicere*, *a rumoribus dicere*. Haec autem dicuntur, ut *a partibus alicuius stare* et multa alia similia. *L.*

His locis utemur secundum narrationem] Bruilerensis et Fabricianus non agnoscunt illud *secundum narrationem*. Exstat tamen in Palatinis et edd. primis. Gruter. Exstant etiam hae voces in Erfurt. Pithoean. et Duisb. sed non in Cauchiano, nec in editione Cratandri, sed eas ostentant antiquiores editiones Mediolanens. Ascensiana. Graev. Vv. *secundum narrationem* exsulant a Leid. III. Oud. Eiecit Sch. *L.* In seqq. pro *recitatione* Voss. III. *narratione*. Verba: *deinde scripti recitatione* desunt Leid. I. Huic enunciato verbum *utemur* addunt Voss. O. Leid. II. III. Edd. pp. Oud.

Deinde percunctatione] Erf. *Deinde per collationem*. Graev.

68 adversarii id scriptum fuisse in lege, aut in testamento, aut in stipulatione, aut in quolibet scripto, quod ad eam rem pertinebit. Deinde collatione, quid scriptum sit, quid adversarii se fecisse dicant; quid iudicem sequi conveniat, utrum id, quod diligenter perscriptum sit, an id, quod acute sit excogitatum; deinde ea sententia, quae ab adversariis sit excogitata, et scripto adtributa, contemnetur et infirmabitur. Deinde quaeretur, quid ei obfuerit, si id voluisset adscribere, num non potuerit perscribi.

Aut in testamento, aut in stipulatione] Erf. *aut testamento, aut stipulatione.* Graev. Male praepositionem hic et in seqq. omittunt Voss. III. Edd. pp. Hic omittit Leid. IV. sed in seqq. addit. Oud.

Aut in quolibet scripto] Edd. et MSS. multi, *aut quolibet scripto.* *In* Lambinus primus inseruit his verbis. Graev.

Quod ad eam rem pertinebit.] Sic reposui ex Erfurt. Cod. Cratandri ed. Duisb. et Cauch. MSS. nisi quod Pith. retineat *eandem;* Duisb. vero hanc voculam plane omittat. Vulgati: *quod ad eadem rem pertineat.* Idem. *Ad eam rem pertinebit.* Sic etiam MSS. mei, nisi quod Leid. IV. careat v. *eam*, et Voss. II. det *pertineat.* Leid. I: *pertinet.* Oud.

Quid adversarii se fecisse dicant] Edd. vett. *cum eo quod adversarii se fecisse dicant.* Graev.

Quod diligenter perscriptum sit] Cratand. et al. vett.: *quod diligenter scriptum sit.* Idem. In seqq. pro *accute* Leid. III. *accurate.* Oud. Paullo post pro *scripto attributa* Sch. scripsit: *scriptori attr.*, propterea quod sequitur *si id voluisset ascr.* quae ex vulgata lectione non habent, quo referantur. Deinde scripsit idem *conteretur* e Cod. Ang. pro *contemnetur.* Zuicc. *contempnetur.* L.

Deinde quaeretur, quid ei] Duisb. *deinde quid ei.* Graev.

Si id voluisset adscribere, num non potuerit praescribi] Ita scripsit e manuscriptis suis sex Gulielmius. Vulgo corrupti sunt omnes libri, et certe variant valde Pall.; nam praefert pr. *si id voluisset adscribere, numquid potuerit praescribere.* Sec. *si id voluisset adscribere, aut numquid non potuerit perscribere:* Tert. *si id voluisset adscribere aut num non potuerit praescribi.* Quart. *si id voluisset asscribi, aut num potuerit perscribi.* Quint. *si id voluisset adscribere, aut non potuerit perscribere:* quod et in sexto, nisi quod ultima ei vox *perscribi.* Edd. primae, *si id voluisset perscribere, an non potuerit perscribi:* sequentes, *si id voluisset scribere, ut non potuerit perscribere.* Lambinus, *si id voluisset scribere cur non potuerit perscribere.* Gruter. Saltem tamen nihil hic de praescribendo: et quum non nisi ex duobus MSS. illud compositum proferatur, aequius erit ex aliis retinere *perscribi*, quippe de quo agi docent praecedentia. Sed etiam duae instandi causae videntur in his proferri, ex quibus unam conflat tam Gruteriana haec sive Gulielmiana mutatio, quam priorum editionum lectio. Nam MSS. vel habent: *quid ei obfuerit, si id voluisset adscribere? aut num quid non potuerit perscribi*, vel: *aut num non potuerit perscribere.* Obesse dicitur respectu periculi, quod voluntatem coërcuerit, alterum facultatis. Gronov. Aliae edd. *si id voluisset scribere.* Duisb. *aut non potuerit praescribi.* Erf. cum quibusdam edd. *ut non potuerit prae-*

Deinde a nobis sententia reperietur, et caussa proferetur, 69
quare id scriptor senserit, quod perscripsit: et demonstrabitur scriptum illud esse dilucide, breviter, commode, perfecte, certa cum ratione. Deinde exempla proferentur, quae res, cum ab adversariis sententia redderetur, et voluntas adferretur, a scripto potius iudicatae sint. Deinde ostendetur, quam periculosum sit a scripto recedere. Locus communis est contra eum, qui, cum fateatur, se contra id, quod legibus sancitum, aut testamento perscriptum sit, fecisse, tamen facti quaerat defensionem.

---

scribi. Pith. et Lamb. edd. *cur non potuerit praescribere.* Vide notam Gruteri. Sed *perscribi*, quod in aliis exstat, probo cum Gronovio. Graev. In Cod. Traiect. *si id voluisset perscribere, aut non potuerit perscribi.* Burm. *Si id voluisset ascribere.* Tres Gryph. MSS. Brut. *Scribere* ex Aldina recte dedit Sch. *L.* Tum MSS. O. et Ed. Med. *aut num non potuerit.* In Ed. Omnib. *an non.* Voss. II. Leid. II. III. non habent voc. *non.* In Voss. I. III. est *poterit.* Leid. II. *potuit.* Leid. III. *potuisset.* Dein *perscribere* praebent Voss. I. II. Leid. II. IV. Ed. Med. Oud. *Ut non potuerit perscribere* Ald. *unde non potuisset scribi* Cod. Aug. *an non potuerit praescribi* Zuicc. Sch. dedit: *ut non potuerit perscribi. L.*

A nobis sententia reperietur] Quaedam edd. *a nobis sententia aperietur.* Graev.

Senserit quod perscripsit] Cauch. et Erfurt. *senserit quod scripserit.* Al. *senserit quod scripsit.* Idem. Pro v. *senserit* Ed. Med. *scripserit.* Tum MSS. IV. *scripserit* pro *perscripsit.* MSS. III. cum Edd. pp. *scripsit.* Oud. *Scripserit quod scripsit* Cod. Zuicc. *L.*

Scriptum illud esse.] Al. *scriptum esse illud.* Graev.

Certa cum ratione.] Erf. *cum ratione certa.* Idem.

Cum ab adversariis sententia redderetur, et voluntas afferretur.] Ita in vulgatis omnibus legitur. Nos, ut Lamb., verbum *redderetur* sustulimus, quod recte abest a duobus Gryphii B. C. Brut. Rectius, puto, Erfurtensis MS. ut et editio Lambin.: *Cum ab adversariis sententia et voluntas afferretur.* Nam Latini dicunt *rationem sententiae reddere*, sed quid sit *sententiam reddere* ignoro. Male igitur Gruterus cum vulgatis: *Sententia redderetur et voluntas afferretur.* Graev. *Redderetur* delerunt cum Lambino, Bruto et Graevio Ern. et Sch. Exhibent tamen Cod. Aug. teste Sch. et Zuicc. *L.* In proxime seqq. Voss. II. Leid. I. *ab scripto potius i. s.* Voss. O. *sunt.* Oud.

A scripto recedere] Erf. *ab scripto recedere.* Graev. Leid. II. *a scripto recedi.* Oud.

Qui cum fateatur] Duisb. *qui tum fateatur.* Graev. In antecc. Voss. III. *contra reum* pro *contra eum.* Oud.

Contra id, quod legibus sancitum aut t. p. s. fecisse.] Sic quidem et alii ex scriptis. Ceterum Medicaeus, *contra quam legibus sancitum.* Et, quaeso, an non summo iure sic variavit compositionem? IV, 3. *Contraque faciunt, quam polliceri videntur.* Similiter in cap. 21. observo non consentire Mstos libros, quum in uno sit: *si quos praeterea quam quos ille collegerit potuisse*, in Medicaeo autem: *si quos vel ea praeter quam ille dixerit, potuisse;* quam ego veram scripturam opinor, modo contemnas ista *vel ea*, quae ex va-

CAP. X. A sententia sic dicemus. Primum laudabimus scriptoris commoditatem atque brevitatem, quod tantum scripserit, quod necesse fuerit: illud, quod sine scripto intelligi potuerit, non necessario scribendum putarit. Deinde dicemus calumniatoris esse officium, verba et literas sequi, negligere voluntatem. Deinde id, quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non lege, non more, non natura, non aequo et bono posse fieri; quae omnia scriptorem voluisse quam rectissime fieri nemo dubitet: at

---

ria lectione irrepserunt. Etiam cap. 26. non solum MS. Medicaeus, sed et duo alii habent *et contra atque ante dixerit, dicere*, ut habuit quoque Victorius, nec scio cur aut mutarit Lambinus, aut hunc secutus sit Gruterus. GRONOV. Medic. *contra quam legibus sancitum.* Erf. et Pith. *contra quod legibus scm. est.* GRAEV. Voss. I. Leid. I. omittunt *id.* In Leid. III. legas: *contra quam sancitum.* OUD. Cum vulgata consentit Cod. Zuicc. *L.*

CAP. X. *A sententia sic dicemus.*] Erf. *Ab sententia sic dicemus.* GRAEV. *Ab* Voss. I. Leid. I. Ed. Med. OUD.

Quod tantum scripserit] Cratand. et Lamb. edd. *qui tantum scripserit.* GRAEV. *Quod tantum scripserit id, quod — fuerit* Sch. scripsit ad vim oppositionis haud inepte e Cod. Aug. *L.* Voss. III. *ideo quod t. id scr.* Leid. III. *qui id t. scr.* OUD.

Non necessario scribendum putarit.] Praetulerim Pithoeanorum Excerptorum scripturam: *Non necessarium scribendum putarit.* GRAEV. Leid. I. II. III. Ed. Med. *non necessarium.* Voss. III. *scribendo.* Utrumque probo. OUD. A vulgata non dissentit Cod. Zuicc. *L.* Paullo post MSS. O. *Calumniatoris esse officium.* Mallem tamen deleri ultimam vocem. OUD. *Calumpniatoris esse off.* Cod. Zuicc. Noli deleri v. *officium.* Dicitur enim ita multo acerbius, addita hac voce. *L.*

Non aequo et bono posse fieri] Postremae duae voces non comparent in Palatin. pr. et profecto sunt superfluae. GRUTER. Al. *non bono et aequo posse fieri: quae.* Pith. et al. MSS. *non aequo et bono: quae.* GRAEV. In antecc. pro vv. *non more* MSS. plerique cum Edd. pp. *aut non more.* OUD. Sic etiam Zuicc. Tum *bono et aequo* Ald. teste Sch. *bono et a quo* Cod. Zuicc. *L.*

Scriptorem voluisse quam rectissime fieri nemo dubitet.] Res est, quae meretur inspectos plures codices antiquos. Nam nostri tres in postremo tantum habent *nemo dicet* vel *docet.* Hinc immensum blanditur, quod colligo ex uno, *scriptorem noluisse quam rectissime fieri nemo dicet.* GRON. Erfurt. *quae habuisse scriptorem quam rectissime fieri, nemo dicet.* Pith. *quae omnia noluisse scriptorem quam rectissime fieri, nemo dubitet.* Duisb. *quae omnia scriptorem voluisse quam rectissime fieri, nemo dicet.* Editio Cratandri, ut Gronovius coniecit, *quae omnia scriptorem noluisse quam rectissime fieri nemo dicet.* Et sic se in suo codice reperisse Cauchium argumento est, quod in margine Cratandri editionis nulla inveniatur varietas scripturae, quae accurate ab illo, sicubi discrepat codex ab illa editione, annotatur. *Nemo dicet* est in meis et Gronovii libris. In Erfurt. et Duisb. etiam est *dicet.* In Pithoeaneo fuit *noluisse.* Subscribo Cratandro, non nolente Gronovio. GRAEV. *Noluisse q. r. f. nemo dicet.* Ita audenter repo-

ea, quae a nobis facta sint, iustissime facta. Deinde contrariam sententiam aut nullam esse, aut stultam, aut iniustam, aut non posse fieri, aut non constare cum superioribus et inferioribus sententiis, aut cum iure communi, aut cum aliis legibus communibus, aut cum rebus iudicatis dissentire. Deinde exemplorum a voluntate, et contra scriptum iudicatorum enumeratio; deinde legum et

---

sui ex Leid. I. Voss. III. et Ed. Med. pro *voluisse.* Nam *dicet* est in MSS. O. et eadem editione. Pro *dubitet* Ed. Omnib. *dubitaret.* Oud. Hanc Oudendorpii scripturam vulgatam dicens Sch. antea vulgatam ex Ald. revocavit: *voluisse - nemo dubitet.* Videndum tamen, an propter meliorum librorum consensum non acquiescendum sit in Oudendorpii ratione. Cod. Zuicc. *voluisse - nemo dubitaret*, ut Ed. Omnib. *L.*

Quae a nobis facta sint] Al. *quae a nobis facta sunt.* Graev. Praepositio deest Voss. III. *Sunt* in Leidd. duobus et Ed. Omniboni. Oud.

Iustissime facta.] Meus MS. *utilissime facta.* Graev. In seqq. pro vv. *aut non constare* Leid. II. *aut non posse consistere.* Oud.

Contra scriptum iudicatorum enumeratio. Deinde] Sic fere MSS. nostri aliarumque item edd. principes, excludentes nimirum vocem *utemur*, quae in retro impressis, hac forma, *enumeratione utemur.* Membranae tamen omnes non consentiunt in alteram vocem. Nam quaedam habent *enumerationem*, quaedam *enumeratione*, quod et in edd. primis. Grut. *Utemur* nec in Erfurt. nec in Cratandri exstat editione, sed tamen in utroque libro legitur *enumeratione.* Pithoeus notavit in vet. Cod. legi *enumeratione*, in aliis *enumerationem.* Duisb. *enumeratio fiat*, quod mihi non displicet. Graev. MS. Traiect. *enumerationem faciemus.* Burm. *Et contra scriptum* cet. Vocula *et* carent Voss. I. Leid. II. Edd. pp. *Vel* Voss. II. In fine ad v. *enumeratio* suprascriptum est Voss. I. *fiet*, ut exhibetur in Leid. IV. *Dabitur* suprascr. in Leid. II. *Enumeratio est* Leid. I. III. *Enumeratione* Voss. II. Ed. Omnib.; et amplius *enumeratione utemur* Ed. Med. ac vulgo ante Graev. Oud. *Enumeratione* cum glossa *sc. utemur* Cod. Zuicc. Sch. *enumeratio fiat* e Cod. Duisb. recepit, quippe sequentibus ad constructionem aptius. Equidem ad v. *enumeratio* nihil additamenti desidero. *L.*

Legum et stipulationum breviter excerptarum] Cum ex veteribus codicibus alii habeant *compositarum*, alii, *expositarum*, alii, *exscriptarum*, alii, ut vulgati, *exceptarum*, ego *exscriptarum* excudendum curavi. Licet tamen ex illo *exceptarum*, quod meo iudicio mendosum est, facere *excerptarum.* Lamb. Liquido in Gemblacensi, Coloniensi, Fabriciano fuit, *excerptarum*, ut Lambinus coniecit: et haud dubio [dubie] sic legi debet, cum ei adstipulentur Pall. quart. et sextus, alludantque Pall. alii et olim editi, in quibus *exceptarum.* Vulgo erat *exscriptarum.* Gruter. Erfurt. *legum stipulationem breviter scriptarum.* Pith. *legum ac stipulationum breviter exceptarum.* Al. *legum et stipulationum breviter exscriptarum.* Graev. *exceptarum* MS. Traiect. Burm. *Excerptarum.* Sic Leid. II. cum Ed. Med. In reliquis *exceptarum.*

71 stipulationum breviter excerptarum, in quibus intelligatur scriptorum voluntas et expositio. Locus communis contra eum, qui scriptum recitet, et scriptoris voluntatem non interpretetur. Cum duae leges inter se discrepant, videndum est primum, num qua abrogatio aut derogatio

---

Quod alibi rectum, hic locum habere nequit. Oud. *Excerptarum* recte recepit Sch. *L.*

In quibus intelligatur] Al. *in quibus intelligitur.* Graev. *Intelligitur* etiam Cod. Zuicc. *L.*

Voluntas et expositio.] Ineptissima menda, quae tamdiu sensum huius loci obumbravit. Nam delenda erat copula, quum vox *expositio* referri debeat ad vv. *legum et stipulationum breviter excerptarum.* Et haec restitutio probat id, quod in superiori membro tentavit Gruterus; quippe uno et pari tenore procedens illic dicit *exemplorum enumeratio*, hic *legum et stipulationum expositio.* Quaeso quid commune habent voluntas et expositio? Non dubito, quin boni MSS. quoque copulam istam aversaturi sint, si modo attente fuerint inspecti. Gronov. Quamvis renitantur omnes nostri codices, verissime tamen et sagacissime Gronovius delendam copulam esse vidit, quam diu ante tamen in editione sua expunxit Lambinus, quem cur hic non sequamur, cum res ipsa clamet non aliter scribendum esse, si auctori sua debeat constare sententia, caussa nulla est. In praecedentibus verbis delevi *utemur* fide multorum codicum, et *enumeratio* scripsi ex aliis libris. Graev. *Intelligatur scriptoris voluntas, expositio.* Certissimo ita legendum est; ut praebent Voss. O. Leid. II. *Exponere* Voss. II. Pessime vulgo interponitur *et* loco distinctionis. In multis *intelligitur.* Oud. Vulgata lectione *et expositio* male sensum perverti recte indicavit Sch. *L.*

Scriptum recitet] Liber unus manuscr. habet, *scriptum retinet.* Quam scripturam si quis probet, legendum erit infra, *interpretatur*, ut sentiunt Memmius et Auratus. Ego vulgatam lectionem mihi mutandam non putavi. Lamb. Leid. III. *retinet.* Voss. III. Leid. IV. *recitat.* Oud. *Recitet* Zuicc. *L.* In seqq. pro *discrepant* MSS. quatuor et Ed. Med. *discrepent.* Oud.

Num qua obrogatio] Sic legendum, etiam invitis libris omnibus, ut et infra septimo abhinc versu: *quod ea lex sanciat, cui legi obrogatum, vel derogatum sit.* Quid intersit autem inter *obrogare legi, abrogare legem, derogare legi*, sciunt qui summis digitis litteras Latinas attigerunt. Lambin. Erfurt. *An abrogatio an derogatio sit.* Pith. *num qua abrogatio derogatio sit.* Vulgg. *Num quae abrogatio aut derogatio sit.* Nihil neque moveo. Quam varia sit veterum librorum scriptura cognosces ex variantt. Illam tamen, quae in Duisburgensi bono libro occurrit [est], hic quoque commemorandam duxi: *videndum est primum, an vel obrogatio, derogatio legis alicuius intercesserit, sit.* Graev. *Obrogatio* legit Lamb. multo commodiore sensu ac veriore adeo, quam quod vulg. habent, *abrogatio.* Idem paullo post pariter *obrogatum* edidit. Brut. Vulgatae lectioni *abrogatio* ne locum quidem esse, Ernestius vidit; recepit *obrogatio* Sch. *L.* In Voss. I. Leid. I. III. *An abr. an der. sit.* Voss. III. Leid. II. *num quae abr. an der. sit.* Ed. Med. *num quid* etc. Sed in Leid. IV. exhibetur: *an abr. vel derivatio legis alicuius intercesserit* Edd. aliae *obrogatio.* Oud.

sit. Deinde utrum leges ita dissentiant, ut altera iubeat,
altera vetet: an ita, ut altera cogat, altera permittat.
Infirma enim erit eius defensio, qui negabit se fecisse quod 72
cogeretur, cum altera lex permitteret. Plus enim valet
sanctio permissione. Item illa defensio tenuis est, cum
ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi
obrogatum, vel derogatum sit: id, quod posteriori lege
sancitum sit, esse neglectum. Cum haec erunt considerata, statim nostrae legis expositione, recitatione, collaudatione utemur. Deinde contrariae legis enodabimus voluntatem, et eam trahemus ad nostrae caussae commodum. Deinde de iuridiciali absoluta sumemus rationem iuris, et quaeremus partem iuris, utrum cum ea faciat; de qua parte posterius disseremus.

Ut altera cogat, altera permittat infirma.] Duisb. *ut altera dimittat infirma.* Graev. Leid. IV. *ut altera dimittat.* Oud.

Se fecisse quod cogeretur, cum altera etc.] Addit Fabricianus, *ab altera*, Pall. quartus *altera*, *cui altera*, quod item in sexto. Grut. Pal quart. et Al. *cui altera lex permitteret.* Duisb. *cum altera lex permittat.* Graev. *Quod cogeretur.* Addunt Voss. I. Leid. I. *ab altera.* Ed. Med. *altera.* Dein *permittat* Leid. IV. Vr. *ab altera* ad sensum abesse vix posse iudicavit recepitque Sch. Desunt in Cod. Zuicc. *L.*

Item illa defensio tenuis est] Duisb. *item illa defensio sit tenuis.* Graev. Leid. IV. *defensio sit tenuis.* Ed. Med. *tenuis erit.* Oud.

Cui legi obrogatum, vel derogatum sit] Erf. *cui legi abrogatum aut derogatum.* Et sic vulgg. Graev. MSS. O. *abrogatum.* MSS. sex *aut.* Abest *legi* a Leid. III. et Ed. Med. Oud.

Quod posteriori lege sancitum sit] Erf. *quod posteriore lege sancitum sit.* Graev. Voss. III. *id vero quod post.* Tum MSS. O. et Ed. Med. *posteriore.* Oud. *Sanctum sit* duo Gryph. B. C. ut etiam supra, Brut.

Enodabimus voluntatem,] Erf. *enotabimus voluntatem.* Graev.

Et eam trahemus ad nostrae] Duisb. *et trahemus ad nostra.* Idem.

De iuridiciali absoluta] Erf. *iudiciali absoluta.* Pith. *A iuridiciali absoluta.* Idem. Abest *de* a Voss. III. Leid. II. *A iurid.* Leid. III. *Ex iurid.* Ed. Med. *Asumemus* Voss. III. Oud.

Utemur ratione iuris] Cauch. *sumemus rationem iuris.* Erf. *sumetur iudiciali absoluta.* Cratandr. ed. *sumetur iuridiciali abs.* Graev. *Sumemus rationem iuris* etiam Zuicc. *L.*

Et quaeremus partem iuris, utrum cum ea faciat] Erf. *et quaeremus partes iuris, verum cum faciant.* Pith. Cod. et Cratand. ed. *quaeremus partes iuris, utrum cum ea parte faciant*, nisi quod *parte* ignoret Cratand. In Duisb. omissa sunt haec verba: *et quaeremus partem iuris*; sed sequentia sic leguntur: *utrum cum ea conveniant.* Graev. MSS. O. Ed. Med. *partes — faciant*; nisi quod a Leid. IV. exsulent verba *et quaeremus partes iuris*, et in eo habeatur *conveniant.* Oud. Sch. censet *ea* ortum esse ex compendio scripturae *ca*, propterea rescripsit *cum causa*, sagacissime.

CAP. XI. Si ambiguum est scriptum, ut puta quod
73 in duas aut plures sententias trahi possit, hoc modo tractandum est. Primum, sitne ambiguum, quaerendum est. Deinde, quomodo scriptum esset, si id, quod adversarii interpretantur, scriptor fieri voluisset, ostendendum est. Deinde id, quod nos interpretemur, et fieri posse, et honeste, recte, lege, more, natura, bono et

---

Ceterum etsi voces illae, quas omittit Leid. IV., omitti possint, si legatur: *rationem iuris utrum cum caussa faciat*, tamen quum infra enumerentur *partes iuris* c. 13. recte iudicat Sch. retinendas esse. *Partes iuris* etiam Zuicc. *L.*

De qua parte posterius] Duisb. *de qua parte iuris posterius.* Graev. Abest *parte* a Leid. III. Contra v. *iuris* addit Leid. IV. *De quibus partibus iuris* Ed. M. Oud.

CAP. XI. *Si ambiguum est scriptum, ut puta quod*] Reposuit istud Gulielmius ex Bruilerensi, Tosano, et Gemblacensi, nec abit editio Stephani; imo sic quoque vetustissima, nisi quod voce amplius: *Si ambiguum esse scriptum putabitur, ut puta quod,* quomodo Pal. tert. deinceps: *Si ambiguum esse scriptum putabitur, quod,* ut est in Palat. pr. ac sec. et quinto; nam quartus et sextus favent emendationi nostrae. Gruter. Pal. tert. et Steph. ed. *Si ambiguum esse scriptum putabitur, ut puta quod.* Alii MSS. et edd. *Si ambiguum esse scriptum putabitur, quod.* Mei codices stant pro vulgata *si ambiguum scriptum esse putabitur, quod in duas partes,* nisi quod in Duisburgensi sit: *Si ambiguum est scriptum putabitur, quod.* Sed Cratandri editio iam dum anno XXVIII. superioris seculi hanc lectionem prae se fert, quam Gruterus putabat se primum recepisse. Graev. Cum Pal. tert. facit Cod. Traiect. Burm. *Si ambiguum est scriptum, ut puta.* Sic Voss. I. Leid. I. Ed. Med. praebent. Voss. II. *putabimus esse scriptum.* Voss. III. Leid. II. III. IV. Ed. Omnib. *esse scriptum putabitur;* at illa subdit: *ut puta.* Oud. Tutissimum est, quod Sch. posuit: *Si ambiguum esse scriptum putabitur, quod in duas* cet. Nam vv. *ut puta* foedum Grammatici alicuius interpretamentum, quod veram lectionem deinde disturbavit. *L.*

Hoc modo tractandum est] In edd. vett. *est* non legitur. Graev.

Quomodo scriptum esset, si id] Pith. *deinde quomodo scriptum etsi id.* Erf. *deinde quando scriptum est, sed et si id.* Idem. Voss. III. Leid. I. III. *quando.* Voss. I. Ed. Med. Omn. *est.* Leidd. O. *sit.* Tum pro vv. *si id quod* Voss. I. Leid. II. Edd. pp. *et si id.* Leid. I. *sed et si id.* Leid. III. *sed etiam si id.* Oud.

Deinde id quod nos interpretemur] Erfurt. *deinde in quod interpretemur.* Graev.

Et fieri posse et honeste] Duisb. *et dicemus fieri posse, et honeste.* Idem. Leid. IV. *et dicemus fieri posse.* Oud.

Natura, bono et aequo] Erfurt. *naturae interpretemur bono et aequo* Lamb. ed. *natura, aequo et bono.* Graev. *Recte, lege, more, natura.* Leid. I. II. III. inferunt ubique *et.* Voss. III. *et recte.* Oud.

aequo fieri posse; quod adversarii interpretentur, e contrario: nec esse ambigue scriptum, cum intelligatur, utra sententia vera sit. Sunt qui arbitrantur ad hanc caussam tractandam vehementer pertinere cognitionem amphiboliarum eam, quae a dialecticis profertur. Nos vero arbitramur, non modo nullo adiumento esse, sed potius maxi- 74

Quod adversarii interpretentur] Al. *quod adversarii interpretantur.* GRAEV. Sic etiam Cod. Zuicc. *L.*

E contrario] Erf. *ex contrario.* Al. *a contrario.* GRAEV. *Ex contrario.* Sic MSS. cum Ed. Med. Solus Leid. IV. *e contrario* cod. Zuicc. *L.* In seqq. pro *nec* Leid. IV. *non.* Leid. II. IV. *ambiguum.* Voss. III. *dictum* pro *scriptum.* OUD.

Sunt qui arbitrantur] Erf. *sunt qui arbitrentur.* Pith. *et sunt qui arbitrantur.* GRAEV. *Sunt qui arbitrantur* Cod. Zuicc. *L.* Voss. O. et Leid. I. *arbitrentur.* Bene. OUD.

Cognitionem amphiboliarum] Cum reperissem in omnibus fere libris manuscrip. scriptum *amphibologiarum*, et infra *amphibologias*, ego et hic *amphiboliarum*, et illic *amphibolias*, reposui; quo modo et in nonnullis libris vulgatis impressum est. Ita enim appellant dialectici et rhetores Graeci ἀμφιβολίαν, non ἀμφιλογίαν, multo minus ἀμφιβολογίαν. Quamquam *amphilogiam* non improbo, vocem Graecis usitatam: quo modo ediderunt Colin. et Robertus Stephanus. LAMB. *Cognitionem Amphiboliarum* Erfurt. Gasch. Ceteri cum vulgg. *Cognitionem amphibologiarum.* GRAEV. *Amphiboliarum.* Sic Leid. I. Ceteri cum Edd. pp. *amphibologiarum.* Et deinceps. [et ad hunc modum deinde.] OUD. *Amphiboliarum.* Ita lege, et infra *amphibolias*, quemadmodum in duobus Gryphii MSS. legitur, qui sunt de meliore nota, et ratio Graecae linguae docet, unde ea vox manat. BRUT.

Quae a dialecticis] Stoïcos significat, qui artem dialecticam diligentissime persecuti sunt, ut admonet Adr. Turneb. Advers. lib. XV. cap. XI. quosque etiam M. Tullius *dialecticos* appellat lib. II. de Divinat. [c. 50.] *Hoc vos dialectici non facitis* etc. LAMB. Erf. *quae ab dialecticis proferatur.* Lambin. ed. *quae a dialecticis proferetur.* GRAEV. Voss. I. Leid. III. IV. *proferatur.* OUD.

Non modo nullo adiumento] MS. Medicaeus perspicue *ullo*, quod nativi in lingua Latina leporis genus quum et in hoc et alio quocunque scriptore mutarint et corruperint recentiores librarii, ex hoc et similibus documentis arbitrium faciendum est de eius membranae dignitate. GRONOV. Erfurt. *arbitramur nullo adiumento esse.* Lambin. ed.: *Non modo nullo adiumento esse.* In eadem sententia est Dionys. Halicarnass. de compositione verborum: Ἃς δὲ Χρύσιππος καταλέλοιπε συντάξεις δίττας ἐπιγραφὴν ἐχούσας περὶ τῆς συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, οὐ ῥητορικὴν θεωρίαν ἐχούσας, ἀλλὰ διαλεκτικήν. Ὡς ἴσασιν οἱ τὰς βίβλους ἀνεγνωκότες ὑπὲρ ἀξιωμάτων συντάξεως, ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν, καὶ δυνάτων καὶ ἀδυνάτων, ἐνδεχομένων τε καὶ μεταπιπτόντων, καὶ ἀμφιβόλων καὶ ἄλλων τινῶν τοιουτοτρόπων, οὐδεμίαν οὔτε χρείαν οὔτ᾽ ὠφελίαν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις συμβαλομένων, οὐδένα ἡδονὴν ἢ κάλλος ἑρμηνείας, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι τὴν σύνθεσιν. GRAEV. In MS. Traiect. v. *nullo* seu *ullo* non conspicitur. BURM. *Non modo ullo* e Cod. Mediceo et Gothano recepit Sch. *Non modo* ubi pro *non dicam* ponitur, pro-

mo impedimento. Omnes enim illi amphibolias aucupantur, eas etiam, quae ex altera parte sententiam nullam possunt interpretari. Itaque et alieni sermonis molesti interpellatores, et scripti tum odiosi, tum obscuri interpretes sunt; et dum caute et expedite loqui volunt, infantissimi reperiuntur. Ita dum metuunt in dicendo, ne quid ambiguum dicant, nomen suum pronuntiare non possunt. Verum horum pueriles opiniones rectissimis

---

priam ac nativam habet notionem, quae est: *non aliquo modo, nequaquam*, *οὔπως*. Qua re intelligitur, cur in eiusmodi formulis, sive *non modo* dicas, sive *non modo non*, eodem recurrat. Namque in formula *non modo non* non amplius *nativam* habet vim *non modo*, sed illam vulgarem et usitatam, quae est *οὐ μόνον*. Cum MS. Traiectino facit Cod. Zuicc. *L.*

Amphibolias aucupantur] MSS. et edd. multi *amphibologias aucupantur*. Edd. vett. *amphibolias nuncupant*. Graev.

Eas etiam, quae ex altera parte in sententiam nullam] Sic nunc edendum curavi. Nam vulgati libri habent: *eas etiam, quae ex altera parte sententiam nullam* etc.; plane mendose. Hoc enim sentit horum librorum auctor, dialecticos illos omnes amphibolias consectari usque ad fastidium, etiam eas, quae vix amphiboliae, et quae ex altera parte nullam sententiam probabilem habent. Nam *interpretari* hic passive accipiendum. Lamb. Lambinus interseruit *in* contra omnes libros scriptos editosque. Gruter. Praepositionem *in* interserendam esse, tantopere clamat totius loci ratio, ut omnibus libris invitis id fieri debeat. Fecit Sch. De verbis, quae forma activa et deponentiali promiscue usurpantur, cf. Priscian. VIII, 4. tom. I. p. 367. seqq. et VIII, 6. tom. I. p. 380. *Interpretari* passive dixit aliquoties Ammian. XXIII, 12. XXIV, 21. Participium *interpretatus* passive apud Ciceronem persaepe invenitur. *L.*

Et scripti tum odiosi] Erfurt. *et scripti cum odiosi*. Graev. Leid. II. IV. *cum odiosi, tum obscuri*. Oud. Difficile est h. l. statuere, utra lectio vera sit. *Cum — tum* est *et — et*, ubi significatur, utramque rationem simul et eodem tempore obtinere. Contra *tum — tum* est *modo — modo, nunc hoc — nunc illud*, ubi ostenditur, utramque rationem diversis temporibus sive locis inveniri. Quapropter praetulerim ego h. l. *cum — tum;* quum, si quid *odiose* explicatur, non satis recte *obscure* fieri dici posse videatur. *L.*

Infantissimi reperiuntur] Erf. et vett. edd. *infacetissimi reperiuntur*. Graev.

Ne quid ambiguum dicant] Erf. *ambiguum ne quid dicant*. Idem.

Pueriles opiniones] Liber unus manuscript. habet, *puerileis rationes*. Alius, *puerileis suspiciones*. Deinceps autem, ubi legitur *rectissimis rationibus*, ego legendum puto, *certissimis*. Lambin. Pith. *Horum pueriles suspiciones*. Lambin. ed. *Pueriles opiniones*. Al. *horum pueriles rationes*. Graev. Voss. I. Leid. IV. *Pueriles et garrulas opiniones*. Oud.

Rectissimis rationibus, cum voles] Lamb. ed. *certissimis rationibus, cum voles*. Graev.

rationibus, cum voles, refellemus. In praesentiarum hoc

In praesenti autem] Sic restitui secutus lib. manuscr., atque ita loquuntur Graeci: ἐν τῷ παρόντι, ubi subintelligunt χρόνῳ. *In praesentia* tamen licet etiam Latine dicere. LAMB. *In praesentiarum hoc interdicere non alienum* vett. edd. Sic fere Pal. et Gulielmiani; *interdicere* positum pro *interfari, interloqui.* Invenit id etiam in uno suorum Lambinus. Stephaniana: *In praesentia haec interserere non al.* quomodo et Lamb. nisi quod ea, detracta litera, *In praesenti,* ex MS. tamen, uti indicat; sed quo? sed cuius? GRUT. Mei omnes habent etiam *in praesentiarum,* praeterquam is, quem consuluit Pithoeus, in quo scribitur, *in praesenti,* ut et in Mediolanensi antiquissima, et Lamb. edd.; at in Cratandri, Ascens. Iuntae, Stephanorum, Manut., Bruti, scribitur *in praesentia,* et hanc veriorem esse scripturam mihi persuasum est. Scio contendere viros doctos de hac locutione *in praesentiarum,* probandane sit nec ne: qui probant, eam tueri auctoritate tot librorum veterum, in quibus variis in scriptoribus sic legitur, adfirmant: sed in plerisque locis, ut et in hoc, deprehendes varietatem scripturae. Vide, ut alios omittam, Vossium de vitiis Sermonis I. c. 25. et IV. c. 33. Mihi sane certior et probabilior videtur illorum sententia, qui *in praesentiarum* damnant. Quis *praesentiae* dixit in numero multitudinis pro praesenti tempore? Novi *praesentiae deorum* pro apparitionibus in Cic. II. 66. de Nat. Deorum, sed nihil ad Dionysum. Nil dicam de constructione *in praesentiarum* valde ἀνωμάλῳ, sive per hellenismum sive per ellipsin expliceiur. Credo autem a vulgato Latino sacrarum literarum interprete profectum esse hoc loquendi genus, sive id ille hauserit ex corruptis libris, sive ex vitiosa illius seculi loquendi consuetudine; ex illo autem a monachis, qui libros descripserunt, derivatum esse in alios scriptores. GRAEV. Cum Pal. et Gulielm. facit etiam Cod. Traiect. BURM. Cod. Zuicc. *impraesentiarum.* Multa de hac formula multa, quos citatos invenias in Gunth. Latinit. restit. p. 289. seqq. Cellar. Antib. p. 123. Eiusdem cur. post. p. 178 seq. Staveren. ad Nep. XXIII. 6, 2. Cf. praeterea Brem. ad Nep. l. c. Equidem non possum adduci, ut veram credam et Latinam hanc loquendi formulam. Saltem mirum videri debeat Veterum Grammaticorum altum de ea silentium. Nam qui locus e Priscian. lib. XIII, 3. pag. 566. Kr. citatur, nihil probat, quia Fanii locum, ubi *impraesentiarum* legitur, non hac de caussa adhibet Grammaticus, ut hanc formulam probet. Quanquam MSS. ad unum omnes in ista lectione apud Priscianum consentiunt. Recte mihi statuere videntur, qui formulam corruptam putant e vv. *in praesentia rerum,* ita quidem, ut ipsi mediae aetatis atque infimae scriptores non tantum corrupte scriberent, verum etiam enunciarent. Accidisse enim videtur, quod aliquoties accidere videas, ut ex scripturae compendio etiam vocis ipsius nasceretur compendium vel corruptio. Propterea accedo Schuetzii sententiae, qui h. l. ex Aldina recepit *in praesenti autem. L.*

Haec interserere] Secutus sum libros vulgatos, nam tres manuscr. habent, *intercedere,* unus, *interdicere,* quod posterius videtur non esse reiiciendum: ut *interdicere* positum intelligamus pro interea, seu inter illa, quae sunt nostri instituti operis, dicere atque interponere. Quid si legamus *interiicere?* LAMB. *Haec interdicere non alienum fuit.* Pith. Duisb. et al. MSS. et edd. Er-

interdicere non alienum fuit, ut huius infantiae garrulam disciplinam contemneremus.

76 CAP. XII. Cum definitione utemur, primum adferemus brevem vocabuli definitionem, hoc modo: Maiestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat: quae sunt ea? quae capiunt suffragia populi, et magistratus consilia. Nempe igitur tu et populum suffra-

---

furt. *hoc intercedere non alienum fuit.* Edd. plurimae ante Gruterum: *Haec interserere non alienum fuit.* Cratand. ed. *Haec interim dicere non alienum fuit*, et sic videtur invenisse in suo codice Cauchius, qui in Cratandri editionis margine nullam hic notavit sui codicis diversitatem, quam ubique diligenter annotavit. Si ex bonae fidei libro profecta est haec lectio, non equidem eam contemserim. Graev. Voss. I. II. Leidd. I. II. IV. *intercedere.* Oud. *Interdicere* etiam Cod. Zuicc. quod ipsum dedit Sch. *L.*

Garrulam disciplinam] Haec in Stoïcos. Lamb.

CAP. XII. *Qui ea tollit ex quibus rebus*] Vox *rebus* non conspicitur in Palat. primo aut sexto. Neque ea opus erat. Gruter. Sic duo Pall. Vulgg. *qui ea tollit, ex quibus rebus civitatis amplitudo constat.* A Duisb. abest *amplitudo*; *rebus* Palatinorum auctoritate delendum esse, sequentia et praecedentia ostendunt. Graev. MSS. O. et Edd. pp. *ex quibus rebus*, quam vocem an recte deleverit Graevius, dubito, licet praecedat et sequatur neutrum genus. Pro *civitatis* Voss. I. *civilis.* Oud. *Rebus* delevit etiam Sch. Origo corruptionis cernitur in Cod. Zuicc. ubi ad v. *ea* supra scripta leguntur vv. *eas res*, et ad v. *quibus*, haec: *sc. rebus*, quanquam in contextu orationis legitur *quibus rebus. L.*

Quae sunt ea? quae capiunt] Interrogationis nota est a Lambino, haeretque in Pal. quarto. Primae edd.: *haec sunt ea quae capiunt*, sicque Pal. pr. nec improbem. Gruter. *Quae sunt ea? quae capiunt suffragia populi, et magistratus consilium* Cratand. Lamb. Grut. edd. Aliae vero, *quae sunt ea, quae capiunt suffragia populi, et magistratus consilia.* Erfurt. *Quae sunt ea, quae capio suffragia magistratus.* Hunc locum ubi accuratius perpendi, in eam descendi opinionem, verba ista, *ea quae capiunt* esse ex margine aut nescio quo casu immissa in hunc, quem nunc tenent, locum. Quid enim est *capere suffragia populi et magistratus consilia?* Cistae capiunt suffragia populi, cum in illas coniiciuntur; consilia magistratus capiunt templa, et curiae, in quibus Senatus habetur. Sed quid ista ad hunc locum, quamvis dicantur pontes disturbati fuisse, per quos ad suffragia ferenda erat eundum? Itaque legendum censeo: *qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat, quae sunt suffragia populi et magistratus consilia.* Graev. *Quae sunt ea?* Recte Lamb. post haec verba notam interrogandi apponit. Ita autem scriptum reperitur in Gryph. A. *Haec sunt ea* habet Leon. liber, quae non mala lectio est; tolerabilior certe est, quam vulgata, nisi hac interpunctione utare. Brut. Ed. Omnib. *Haec sunt ea.* Mihi haec omnia: *quae sunt ea? quae capiunt* spuria videntur. Tum *magistratus consilium* MSS. O. et Edd. pp. non *consilia.* Oud. Haec, quae a Graevio et Oudendorpio pro spuriis habita sunt, a Sch. tanquam ineptum emblema, ab Ernestio iam uncis inclusum, eiectum est. Recte. *L.*

gio et magistratum consilio privasti, cum pontes disturbasti. Item ex contrario: Maiestatem is minuit, qui amplitudinem civitatis detrimento adficit. Ego non adfeci, sed prohibui detrimento; aerarium enim conservavi, libidini malorum restiti, maiestatem omnem interire non passus sum. Primum igitur vocabuli sententia breviter, et ad utilitatem caussae accommodate describetur. Deinde factum nostrum cum verbi descriptione coniungetur.
Deinde contrariae descriptionis ratio refelletur, si aut falsa 77
erit, aut inutilis, aut turpis, aut iniuriosa. Id quoque ex iuris partibus sumetur de iuridiciali absoluta, de qua iam loquemur. Quaeritur in translationibus, primum, num aliquis eius rei actionem, per petitionem aut persecutio-

---

Aerarium enim conservavi] Duisb. *aerarium enim servavi.* GRAEV. *Enim* deest Leid. II. Ed. OMN. *Servavi* Ed. Med. Tum *libidini morum* pro *malorum* Leid. II. OUD.

Et ad utilitatem causae accommodate describetur] Erf. *et ad utilitatem accommodatae causae describitur.* Pith. *et ad utilitatem ac causae commoditatem describetur.* Al. *et ad utilitatem et commoditatem definietur.* Vulgg. *et ad utilitatem causae accommodatam describetur.* GRAEV. Copula abest Leidd. II. Ed. Med. In Voss. I. II. Leidd. O. et Edd. pp. *accommodata.* Voss. III. *ad utilitatem accommoditatem nostrae causae.* Addit etiam *nostrae* Voss. II. suprascr. in Leid. II. Deinde pro v. *describetur* MSS. aliquot et Ed. Med. *describitur.* Leid. IV. *describeretur.* OUD. *Accommodata describetur* Cod. Zuicc. *L.*

Cum verbi descriptione coniungetur. Deinde contrariae descriptionis ratio refelletur] Duisb. *cum verbi descriptionis ratione aptabitur.* Est etiam in Erfurt. *cum verbi descriptionis ratione.* Quod non improbem. GRAEV. Leid. III. *cum v. definitione vel descriptione coni.* Leid. IV. *cum v. et descriptionis ratione aptabitur.* Ed. Omnib. *c. v. descr. coni. et descriptionis ratione aptabitur.* OUD.

Aut turpis, aut iniuriosa] Pith. *aut turpis, si iniuriosa.* GRAEV.

Id quoque ex iuris partibus sumetur de iuridiciali] Erf. *id ex iuris partibus sumetur de iudiciali.* IDEM. In seqq. pro vulgatis: *Quaeritur in translationibus* Schuetzius ordine mutato scripsit: *In translationibus quaeretur,* propterea quod amet scriptor, quum ad novum genus transeat, huius generis vocabulum praeponere. Praeterea futurum tempus reliquis in locis. Recte. *L.*

Possessionem, aut persecutionem] Sic restituendum arbitrabatur Aemarus Ranconetus, cui assentior. Nam vulgati libri mendosi sunt, qui habent, *exsecutionem.* LAMB. Sic Palat. quart. et sextus. Vulgata, *actionem aut executionem.* Stephaniana, *act. aut persecutionem*, quod arripuit Lambinus, et praemisit, *aut possessionem*, e coniectura Ranconeti. Quae licentia? in nullo certe Pall. comparet vocum illud par. GRUTER. Vulgg. *eius rei actionem per petitionem, aut persecutionem habeat.* Erfurt. *num eius rei actionem, petitionem, aut persecutionem habeat.* Duisb. *num eius rei actionem, petitionem, aut executionem possessionem habeat.* Pith. *num eius rei actionem, aut possessionem, aut persecutionem ha-*

nem habeat, quem non oporteat; num alio modo, tempore, loco, num alia lege, num alio quaerente, aut agente.
78 Haec legibus, moribus, aequo et bono reperientur, de quibus dicetur in iuridiciali absoluta. In caussa rationali primum quaeretur, ecquid in rebus maioribus, aut mino-

beat. Voc. *per* in nullo nostrorum exstat. Recte Erfurtensis. Graev. *Aut persecutionem.* Sic nulla litura officiente, quae legenti impedimento sit, legitur in Gryph. optimo exemplari B., quam lectionem Lamb. probat. Brut.

Per petitionem aut persecutionem] Praepositio exsulat a MSS. O. et Edd. pp. recte. *Aut pet.* Voss. II. *exsecutionem* Voss. I. Leidd. O. Ed. Omn. Sed in Leid. I. *possessionem* a pr. m. et in Leid. IV. *per exsecutionem vel possessionem.* Oud. *Exsecutionem* Ald. Cod. Aug. apud Sch. *Petitionem aut exsecutionem* Cod. Zuicc. *L.*

Quem non oporteat] Duo codices non habent haec, *quem non oporteat.* Lamb. Nec sunt in Erfurt. et Duisb. et aliis, quos inspexit Gruterus. Poterunt abesse. Graev. Voss. I. III. *quam* cum Ed. Omniboni. *Quae* Leid. I. Desunt haec ceteris MSS. Oud. *quam n. o.* Cod. Zuicc. Eiecit Sch. *L.*

Num alio modo, tempore, loco] Pall. aliquot: *num alio modo, num alio tempore, num alio loco,* neque aliter Fabrician.; at enim quartus et sextus solum agnoscit *num alio tempore,* excluso *modo* et *loco.* Grut. Pall. duo, *num alio tempore, num alia lege.* Pith. et Al. *num alio modo, num alio tempore, num alio loco.* Cum quarto et sexto Pall. consentit Erfurtensis et Cauchianus. Graev. MS. Traiect. *num alio modo, alio tempore, alio loco.* Burm. *Tempore, loco, num alia lege.* Voss. I. *num alio tempore, num alio loco* etc. Leid. III. *temp. num alio loco, lege.* Oud.

Aut iudicante] Sic restituit Aemarus Ranconetus. Nam libri vulg. habent, *aut agente.* Lamb. Nimis licenter; sane contra omnes Gulielmii Palatinosque manuscriptos editosque. Imo in Pal. sec. non habetur quidem illud *aut agente,* nisi a manu aliena ac recenti; in quarto ac sexto, item Fabriciano ne a tali quidem. Sed et supra, ubi est, *quem non oporteat,* trigam eam verborum spernunt a se Pall. quart. sext. Bruil. fereque est, ut recte. Grut. Al. *num alio quaerente. Haec legibus.* Pith. *Num alio quaerente, vel agente, vel indicante. Haec legibus.* Lamb. ed. *num alio quaerente aut iudicante. Haec legibus.* Ista verba *aut agente* neque in Erfurt. nec Cauchiano, neque in aliquot Palatinis legas. Graev. Verba *aut agente* desunt Leid. I. III. Oud. Pro vv. *aut agente* Sch. rescripsit *sit agendum* provocans ad Cic. de Inv. II, 19. *L.*

Haec legibus, moribus] Pith. *Haec legibus et moribus.* Graev. *Aequo et bono reperientur*] Erf. *aequa et bona reperientur.* Idem. Voss. III. *haec de leg.* MSS. VI. Edd. pp. *legibus et moribus.* Voss. II. *leg. aut m.* Leid. IV. *et aequo et b.* Ed. Omn. *de aequo et b.* Leid. II. *aequo bono reperiuntur.* Oud.

In causa rationali] Legendum ex Erfurtensi, *in causa ratiocinali,* ut legendum vidit ex coniectura Aldus Manutius, quem consule. Graev. Voss. I. Leid. I. III. Ed. Med. *i. c. ratiocinali.* Optime. Oud.

Ecquid in rebus maioribus] Pith. *Si quid in rebus maioribus.* Erf. *et quid in rebus maioribus.* Graev. Voss. I. III. Leid. III. IV.

ribus, aut similibus, similiter scriptum aut iudicatum sit. Deinde, utrum ea res similis sit, ei rei, qua de agitur, an dissimilis. Deinde utrum consulto de ea re scriptum non sit, quod noluerit cavere, an quod satis cautum putarit, propter ceterorum scriptorum similitudinem. De partibus legitimae constitutionis satis dictum est, nunc ad iuridicialem revertamur.

CAP. XIII. Absoluta iuridiciali constitutione utemur, cum ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, iure factam dicemus, sine ulla adsumtione extrariae defensionis. In ea quaeri convenit, iurene factum sit. De eo caussa

---

Ed. Med. *quaeritur.* Leid. II. *et quid.* Voss. O. Leid. III. IV. Edd. pp. *quid.* Oud.

Aut similibus similiter scriptum] Optime Duisb. *aut similibus, aut dissimilibus similiter scriptum.* Erf. *aut dissimilibus*, omissis *aut similibus*, ut in aliis perperam omittitur *aut dissimilibus.* Graev. Voss. I. *aut dissimilibus.* Leid. IV. *aut simil. aut dissimilibus.* Vere. Oud. Non assentitur Sch. Desunt *aut diss.* in Cod. Zuicc. *L.*

Utrum ea res] Pith. *utrum illa res.* Graev.

Similis sit ei rei, de qua agitur] Erfurt. *Similis sit ei rei, de qua agitatur.* Idem. Abest *rei* a Leid. IV. *de qua* MSS. III. et Edd. pp. Oud. *Rei de qua* etiam Cod. Zuicc. *L.*

De ea re scriptum non sit] Duisb. *de ea re scriptum nihil sit.* Graev. Abest *non* a Voss. III. *nihil scr. sit* Leid. II. IV. Ed. Med. Oud.

Quod noluerit cavere] Erf. *quod voluerit cavere.* Graev. Haec verba exsulant a Leid. I. *voluerit* Leid. III. Oud.

An quod satis cautum putarit] Erf. *quod satis cautum putarint.* Cratand. ed. *an satis cautum putarit.* Graev. Lamb. aliquot verbis sublatis, quae perturbare sententiam videbantur, locum ita restituit: *deinde utrum consulto de ea re scriptum non sit, quod satis cautum putarit.* Nos a vulgata lectione non discedentes, una modo particula *an* sublata, satis commode consuluisse scriptoris sententiae videmur. Brut. Scripsit Sch. *quod noluerit cavere scriptor, an quod;* putans, supplementum illud requiri a perspicuitate et nexu sententiae. *L.* In nullo Codice nec Ed. Omn. legas istud *an.* Bene. Leid. IV. *ideoque satis c. p.* Oud. Deest *an* etiam in Cod. Zuicc. Non tamen abiiciendum censet Sch. *L.*

Similitudinem] Lamb. subtexuit, *an in consulto*, neque tamen meminit in notis suis. Impostura insignis. Biga enim isthaec verborum, in nullo visitur manuscripto, in nullo edito. Gruter. In seqq. Voss. O. Leidd. tres: *Ad iur. revertemur.* Oud.

CAP. XIII. *Iure factam dicemus*] Erf. *iure factum dicemus.* Graev.

Extrariae defensionis] Duisb. et Lamb. ed. *extraneae defensionis.* Idem. Leid. I. IV. Voss. I. *extraneae.* Voss. III. *professionis.* Oud.

In ea quaeri] Al. *in qua quaeri.* Graev.

Iurene factum sit] Lambinus amplius, *iure an iniuria factum sit* praeter MSS. omnes. Gruter. Erfurt. *iurene sit factum.* Graev.

posita dicere poterimus, si, ex quibus partibus ius con-
79 stet, cognoverimus. Constat igitur ex his partibus: natura, lege, consuetudine, iudicato, aequo et bono, pacto. Natura ius est, quod cognationis aut pietatis caussa observatur; quo iure parentes a liberis, et a parentibus liberi coluntur. Lege ius est id, quod populi iussu sancitum est; quod genus: ut in ius eas, quum voceris. Consuetudine ius est id, quod sine lege aeque ac si legitimum sit, usitatum est; quod genus: id quod argentario tuleris expensum, a socio eius recte repetere possis. Iudicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. Ea saepe diversa sunt, ut aliud alii iudici, aut praetori, aut consuli, aut tribuno plebis placitum sit; et fit, ut de eadem re saepe alius aliud decreverit, aut iu-

---

De eo causa posita] Erf. *de ea causa posita.* Graev.

Constat igitur ex his partibus] Al. *constat igitur ius ex his partibus.* Graev.

Aequo et bono, pacto] Pith. *aequo et bono, et pacto.* Graev. Voss. III. caret copula. Contra *et pacto* Leid. IV. Oud.

Ut in ius eas] Lamb. ed. *in ius ut eas.* Graev. In supp. *lege ius est id*, deest *id* Voss. III. Leid. III. *Legis i. e. i.* Ed. Med. Sed vide de Inv. II, 53. Oud.

Consuetudine ius est id] Erf. *consuetudine ius id est.* Graev. Ed. Med. *consuetudinis.* Deest *id* Voss. III. Oud.

Quod argentario obtuleris expensum] Pal. sec. ac Bruilerensis, *tuleris expensum*, nihilo peius, si non melius. Gruter. Ne in ullo quidem trium nostrorum aliter legitur, quam simplex *tuleris.* Quod quum sit verissimum, ausus fui compositum *obtuleris* amovere. Gron. Quidam MSS. et edd. *argentario obtuleris expensum.* Vere Gronovius ex suis legit: *argentario tuleris expensum*, quod adstruit quoque Erfurtensis et Cauchianus. Vulgati *obtuleris expensum.* Graev. *Tuleris expensum.* Ita ex certa ratione et pervulgata edidimus. Sic autem scriptum legitur in tribus Gryph. exemplaribus MSS. Brut. Sic MSS. O. et Edd. pp. Oud. Ald. teste Sch. *obtuleris;* ita etiam Cod. Zuicc. *L.*

A socio eius recte repetere possis] Erf. *ab socio eius recte petere possis.* Graev. Leid. IV. *ab socio eius.* Oud. Sic etiam Zuicc. *L.*

Aliud alii iudici] Erf. et Cauch. *aliud alio iudici.* Graev. Leid. I. II, III. Voss. III. *alio i.* Oud.

Aut tribuno plebis placitum sit] Erf. *aut tribus placitum sit.* Duisb. *aut tribuno populi placitum sit.* Graev. Voss. III. *t. plebi sit plac.* Leid. IV. *t. populi placitum sit.* Oud.

Et fit, ut de eadem re] Erf. *ut fit, ut de eadem re.* Graev. Primae duae voces *et fit* absunt Leid. IV. In Voss. III. *Et fit de eadem re ut saepe.* Leid. III. *de ea re.* Leid. II. *saepius.* Leid. IV. *saepius al. saepe.* Oud.

Decreverit aut iudicaverit] In duobus optimis est *iudicarit.* Gronov. Al. *Saepius alius aliud decreverit aut iudicaverit.* Duisb. *saepius alius aliud, saepe alius aliud decreverit et iudicaverit.*

dicaverit; quod genus: M. Drusus, praetor urbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit; S. Iulius non reddidit. Item, C. Caelius iudex absolvit iniuriarum eum, qui Lucilium poëtam in scena nominatim laeserat; P. Mucius eum, qui L. Accium poëtam nominaverat, condemnavit. Ergo quia possunt res simili de caussa dissimiliter iudicatae proferri, cum id usu venerit, iudicem

---

Graev. *Aut iudicarit.* Sic legendum e MSS. excepto Leid. IV., non *iudicaverit*. Oud.

Quod genus, M. Drusus] Pith. *quod genus est, M. Drusus.* Duisb. *Quod genus.* Vulgo *est* non legitur. Ex Pithoeanis excerptis addidi *est*, ut et paullo post ex iisdem, *quod genus est, ut maior annis.* Est autem hic *genus* quod alibi *exemplum.* Graev. Addit Voss. III. *est*, ut supra addiderat Leid. IV. Oud. Supra ubique addiderat Cod. Zuicc., hic detrahit. *L.*

Cum herede mandati ageretur] Sacrosanctum erat mandati officium, ideoque is infamis erat, qui mandatum susceptum non summa fide atque diligentia persequebatur atque conficiebat. Quamobrem mandati iudicium constitutum est, in quo dubium erat, si is qui mandatum susceptum non fecisset, mortuus esset: possetne cum herede mandati agi. Itaque M. Drusus iudicium reddidit, id est, contra illum iudicavit, S. vero Iulius non reddidit. M. Toxita. *Mandati iudicium* esse iudicium depositi censet Aldus Manutius. Sed *mandatum* simpliciter pro depositum accipi non puto. *Mandare aliquid fidei alicuius* pro deponere aliquid apud aliquem recte dicitur: sed non simpliciter *mandare alicui aliquid. Commendare* in hac notione legitur. Quid sit *mandati iudicium* ipse docet Cicero optime pro Roscio Amerino c. 38. *Quod cum herede mandati ageretur*, est quod daret iudicium mandati in heredem, quod pateretur heredem mandati nomine in ius vocari, fieri iudicium de mandato in eum, qui heres illius erat, cui aliquid mandatum fuerat. *Reddere iudicium* est, quod Cicero alibi non semel dixit, *dare iudicium* in aliquem. Graev.

C. Caelius] Erf. et Cauch. *Caelius* sine praenomine. Idem. Voss. I. Leid. I. *Aulius Caelius.* Voss. II. *Gaius Iulius.* Leid. III. *Aulus Caelius* cum Ed. Med. Oud. *Cayus Coelius* Cod. Zuicc. *L.*

Lucilium poëtam] Duisb. *Lucillium poëtam.* Pith. *Lucium poëtam.* Graev. Voss. II. III. Leid. III. *Lucium.* Leid. IV. *Lucillum.* Oud. *Lucilium* diserte Zuicc. *L.*

In scena nominatim] Erf. et Cauch. *in scenam nominatim.* Graev. Voss. I. II. *in cena.* Leid. I. *in scenam.* Oud. Cod. Zuicc. a pr. m. *in senatu*, sed correctum. *L.*

P. Mucius] Sic et alii ex MSS. Verum praestans ille Mediceus *que oratius*, h. e. *Q. Horatius.* Gronov. Cod. Zuicc. *Publius Mucius* sic expresse. *L.* Leid. I. *praetor Mucius.* MSS. aliquot *Mutius.* Oud.

L. Accium poëtam] Pith. *L. Actium poëtam.* Graev. MSS. aliquot *Actium.* Deest Leid. II. *Lucelium Actium* Leid. IV. *L.* deletum in Leid. I. Oud. *Lucium Actium*, sic, Zuicc. *L.*

Poëtam nominaverat] Erf. *poëtam nominavit.* Graev.

Possunt res simili] Erf. *possunt tres simili.* Idem.

cum iudice, tempus cum tempore, numerum cum numero iudiciorum proferemus. Ex aequo et bono ius constat, quod ad veritatem et utilitatem communem videtur pertinere; quod genus: ut maior annis LX, et cui morbus
81 caussa est, cognitorem det. Ex eo vel novum ius constitui convenit ex tempore et hominis dignitate. Ex pacto ius est, si qui inter se pepigerunt, si quid inter quos convenit. Pacta sunt, quae legibus observanda sunt, hoc modo: rem ubi pagunt, orato; ni pagunt, in comitio aut

---

Numerum cum numero iudiciorum proferemus] Sic omnes manuscripti et vett. edd. Lambinus edidit *conferemus*; forte [fortasse] melius, si niteretur fide membranarum aliquarum: nunc cum eae taceant, praesumptio est ab ingenio eius provenisse. Grut. In margine Cratand. ed. *numerum cum numero efferemus*. Sed omnes MSS. *proferemus*. Graev. Abest *iudiciorum* Voss. III. a. m. pr. Oud. *Conferemus* e necessaria Lambini coniectura, iam ab Ernestio probata, se recepisse ait Sch. Etiam Cod. Zuicc. *proferemus* cum glossa: *sc. in medium*. Sed non est dubium, quin depravatio sit, orta ex male repetito superiori v. *proferri*. Exemplo hic locus esse potest, omnes interdum Codd. in depravata lectione posse consentire. *L.*

Ad veritatem et utilitatem communem] Erf. *ad veritatem communem*. Graev.

Et cui morbus causa est] Legendum fortasse est: *et cui morbi causa est*. Sic enim loquebantur veteres, et ita M. Tullius in Philippica 1. Nec *erit iustior P. C. in senatum non veniendi, morbi causa, quam mortis*. Lambin. Retinuit XII tabularum formulam: *Cui morbus aevitasve causa escit*, quare frustra inclinat Lambinus in *morbi causa est*, contra omnes edd. et maximam partem calamo exaratorum codicum. Grut. Erfurt. *ut maior annis* LX *et cum moribus causa est*. Pith. *ut maior annis* LX, *et etiam ille, cui morbus causa est*. In Lamb. ed. non legitur *ut*. Graev. Voss. III. *moribus*. Verbum *est* exsulat ab Ed. Omniboni. Oud.

Ex eo vel novum ius constitui] Particula *vel* nunc primum e tenebris venit in lucem. Eam deprehendi in Pall. tribus et Fabriciano, multumque in ipsa energiae. Gruter. Edd. multae *ex eo novum ius*. Graev. Deest *vel* a Leid. III. IV. et Edd. pp. Oud. Abest *vel* etiam ab Ald. et a Cod. Zuicc. *L.*

Ex tempore et ex hominis dignitate] Sic Erfurt. et Cauch. MSS. Crataud. et Lamb. edd. Duisb. abest *et*. Graev. *Et ex hominis dignitate.* Sic MSS. O. et Ed. Mediol., nisi quod *et* omissum sit in Leid. IV. Vulgo exsulat *et*. Oud.

Si qui inter se pepigerunt] Duisb. *si qui inter se pepigerint*. Erfurt. Pith. Cauch. Cratand. et multae aliae edd. *si quid inter se pepigerunt*. Graev. MSS. sex et Edd. pp. *si quid*. Scilicet ex Voss. III. legendum: *si qui quid*. Leid. IV. *pepigerint*. Oud. Scripsit ita Sch. *L.*

Si quid inter quos convenit] Duisb. *si quid inter aliquos convenit*. Graev. Voss. III. IV. Edd. pp. *aliquos* Leid. IV. *quiddam*. Oud.

Rem ubi pagunt, orato; ni pagunt, in comitio] Sic Lam-

in foro ante meridiem caussam conicito. Sunt item pacta, quae sine legibus observantur ex convento, quae iuri

---

bians ex certissima coniectura Bosii; itaque hic locum suum dedi: tanto quidem magis, quod nihil idonei esset sensus in prius editis: *Rem ubi pagunt oratione pagunt. In comitio etc.* Sic posterius cusi, nam primitus: *Rem ubi pangunt orationem pangunt in comitio* etc. [ita Cod. Zuicc.] quomodo etiam est in Pall. tribus prioribus. Nam quart. *rem ubi paciscuntur in comitio* etc. quomodo et sextus. Fabricianus velificatur veritati, in quo *orationi.* GRUT. Al. *Rem ubi pagunt, oratione pagunt, in comitio.* Erfurt. *Rem ubi paciscuntur, in comitio.* Pith. *rem ubi pangunt orationem coram iudice in comitio.* Duisb. *rem ubi pangunt oratione, in comitio.* Al. MS. *rem ubi paciscuntur in loco illo comitio aut in foro aut ante meridiem causam conicto.* [*concito* Cod. Zuicc. a. m. pr. correctum *conicito*, quod verum est.] GRAEV. Vid. Priscian. lib. X. p. 894. Ed. Putsch. [Ed. Kr. tom. I. p. 495. 496. ibi omnes codd. *orationi*, quae scriptura a vera proxime abest.] Quinctilian. lib. 1. cap. 6. p. 73. Turneb. XIX. Adv. 15. et notas Doctor. ad Gell. XVII. 2. BURM. Pro priore *pagunt* in Leid. I. Voss. II. est *paciscuntur.* In Voss. III. IV. Edd. pp. *pangunt.* Dein *orationem* est in Edd. pp. et MSS. O., praeterquam Leid. III. *orationi;* ut corr. in Leid. II. OUD. In supp. *Sunt pacta* recte scr. Sch., quia non est definitio, sed distributio. *L.*

In foro ante meridiem] In Duisb. non est *ante meridiem.* GRAEV. *Ante meridiem* male exsulant a Leid. IV. OUD.

Ante meridiem caussam conicito.] Sic habent omnes fere libri manuscripti; vulgati *coniicito;* apud Gellium autem lib. XVII. cap. 2. legitur *conscito.* Revardus Brugensis legendum censet *gnoscito*, seu *enoscito:* pro *cognoscito*, ut referatur ad iudicem; mendose autem typographus impressit, *condicunto*, in priore editione. Quod autem attinet ad superiora verba, quae ego sic excudenda curavi: *Rem ubi pagunt, orato; ni pagunt, in comitio etc.* cum libri omnes vulgati habeant, *Rem ubi pagunt, oratione pagunt. in com.* etc. haec est Sim. Bosii coniectura. Et vero haec emendatio ita certa est, ut probatione, aut confirmatione non egeat. Sententia autem haec est: Quo in loco, et apud quem iudicem convenit inter litigatores, ut causa agatur, in eo loco, *orato*, id est agito, *ni pagunt*, id est, si nullum pactum intercessit, in loco mutato causam coniicito. *Orare* autem dixisse veteres pro agere testatur Festus. LAMB. MSS. *causam conicito.* Quid sit *causam coniicere* non intellexit Aldus, cum exponit *offerre causam*, cum sit breviter sive summatim in primo iudicii initio causam iudici exponere, ut Duarenus et alii Icti docti ostenderunt. Apud Gellium vero in optima editione I. Fr. Gronovii legitur *coniciunto,* non ut in corruptis invenit editionibus Lambinus, *cognoscito.* GRAEV. *Condicito*, ut videtur Lamb. edi voluisse, legendum est. Ferri enim non potest vulgata lectio, qua non multo melior in MSS. habetur. In uno tamen Gryph. B. *coniicito* legitur, ex quo unius litterae mutatione *condicito*, id quod est a Lamb. factum, perbelle effici postest. BRUT. Ex Oudendorpii silentio recte concludas, eum in omnibus suis *conicito*, reperisse; *coniicito* recepit Sch. Non dubium est, quin vetus scriptura *conicito* recte se habeat. *L.*

82 praestare dicuntur. His igitur partibus iniuriam demonstrari, ius confirmari convenit, idque in absoluta iuridiciali faciendum videtur.

CAP. XIV. Cum ex comparatione quaeretur, utrum satius fuerit agere id, quod reus dicat se fecisse, an id, quod accusator dicat oportuisse fieri: primum quaeri convenit, utrum fuerit utilius ex contentione, hoc est, utrum

---

Ex conventu, quae iuri praestare dicuntur] Divinat Gulielmius *ex convento*, indicatque Fabricianum habere *quae ex iure*. At Pall. pr. ac sec. *de iure*, tert. *iure*, quomodo et edd. primae, quart. *qui iura*, quint. et sext. *quae iure*. Grut. Duisb. *ex conventu, quae de iure praestare*. Pith. *ex conventu, quae iure praestare*. Ut Gulielmius coniecit, sic reperi scriptum in Erfurtensi *ex convento, quae iure praestare* quod vulgato merito praetuli. Graev. *Quae iure* etiam in MS. Traiect. Burm. *Ex convento* in duobus Gryph. legitur; non *ex conventu*. Brut. *Ex conventu, quae iure praestare*. Sic exhibui e MSS. O. et Edd. pp. nisi quod in Leid. II. IV. Ed. Med. sit *de iure*. Al. *convento* et *iuri*, quod in solo Leid. III. Vide ad lib. de Inv. II, 22. Oud. *Conventu* et *iure* scripsit etiam Sch. prius non recte, ut mihi videtur. Idem tamen exhibet Cod. Zuicc. *L.* In fine segmenti deest v. *absoluta* Leid. II. *Faciundam* Voss. I. *servandum* Ed. Omnib. Oud.

CAP. XIV. *Cum ex comparatione quaeretur*] Sic recte Cauch. et recepit Gruterus. Vulgg. *cum de comparatione quaeretur*. Graev. Voss. III. *de comp.* Oud. Initio segmenti Sch. de coniectura scripsit: *in assumptiva quum ex c.* additamento illo opus esse existimans, quia generis mentio necessario fieri debeat, antequam eius partes enumerentur; conferrique iubet lib. I. c. 14. Recte, modo intelligatur quomodo illa verba excidere potuerint. Cod. Zuicc. habet in glossa margini superiori ascripta haec: *Hic Cicero nunc exequitur alteram partem constitutionis iuridicialis, quae est assumtiva, quam in plures partes diviserat; et exemplum sumebatur in primo libro de Pompilio, duce Romanorum, qui ut exercitum educeret ab hostibus, arma bellica reliquit.* Cf. lib. I. c. 15.

Agere id] Lambin. ed. *facere id.* Graev. In seqq. *an id quod accusator.* MSS. O. Edd. pp. *aut.* A Leid. I. abest v. *id.* Oud.

Quaeri convenit] Lamb. ed. *quaeri conveniet.* Graev. Voss. III. Leid. III. *q. conveniet.* Oud.

Utrum fuerit utilius] Erf. *et utrum fuerit utilius.* Graev.

Utrum honestius] Sic legendum visum est Ranconeto, Memmio, Aurato, cum et vulgati et manuscr. haberent *venustius.* Lamb. Editi a Lambino *utrum honestius*, sed praeter MSS. editosque omnes, ex coniectura Ranconeti, Memmii, Aurati. Grut. Dedit Sch. *honestius* pro vulgato *venustius;* venustati enim in caussa comparativa nullum esse locum. Sensisse tale quid videtur glossator Cod. Zuicc. qui haec in ora libri: *Venustas proprie est mulierum, dignitas autem virorum.* Et tum ad vocem *conducibilius* haec: *quoad honestatem melius cum voluerint mori ipsi Romani, quam facere contra honestatem.* Quae posteriora ex libro videntur desumpta, ubi vocabulum *honestius* explicatum erat. Non enim ad v. *conducibilius* haec spectare posse, facile intelli-

venustius, facilius, conducibilius. Deinde oportebit quaeri, ipsumne oportuerit iudicare, utrum fuerit utilius, an aliorum fuerit statuendi potestas. Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex constitutione coniecturali, quare putetur non ea ratione factum esse, quo melius deteriori anteponeretur, sed dolo malo negotium gestum. Deinde 83
quaeretur, potueritne vitari, ne in eum locum veniretur. Ab defensore contra refelletur argumentatio coniecturalis, aliqua probabili caussa, de qua ante dictum est. His locis

---

gitur. Ceterum notandum esse sit Sch., auctorem ad Herennium vocabulo *utilitatis* sensum latiorem tribuere, ut sub eo *honestum*, *facile* et *conducibile* comprehendat. *Honestum* enim esse id, quod utile sit ad virtutem servandam; *facile* id, quod utile sit, ut viribus parcatur; *conducibile*, quod utile sit ad plurima emolumenta nobis paranda. *L.*

Facilius, conducibilius] Pith. *facilius, convenientius, conducibilius.* Graev. Errat Sch. ex hac nota coniiciens, Pith. Cod. omittere voc. *venustius. L.*

Oportuerit iudicare] Erf. *oportuerit iudicari.* Graev.

An aliorum fuerit statuendi potestas] Duo optimi sic repetunt *fuerit utilius statuendi.* Gronov. Erf. Cauchianus et alii MSS. ut et Cratand. ed. *an aliorum fuerit utilius statuendi potestas*, quod Gronovius etiam in duobus MSS. legit. Graev. Cum MSS. Gronovii facit codex Traiect. Burm. Exsulat verbum *fuerit* a Voss. III. Sed MSS. O. et Ed. Omnib. inserunt rursus *utilius* ante vocem *statuendi*, pro qua in Voss. II. *sanciendi.* Oud.

Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex constitutione coniecturali, quare putetur non ea ratione factum esse, quo melius deteriori anteponeretur, sed dolo malo negotium gestum] Hic locus in Erfurtensi multis recisis sic scribitur: *deinde interponetur ab accusatore coniectura, quare putetur ratione factum esse, quo melius deteriori anteponeretur, si in eo dolo malo negotium gestum.* In margine Cratandri etiam notatur, *coniectura quare putetur.* Graev. Pro vv. *constitutione coniecturali* Leid. III. simpliciter *coniectura*. Oud.

Quo melius deteriori anteponeretur] Duisb. *quo melius deteriori anteponetur.* Graev. Voss. I. III. Leid. I. IV. Ed. Omn. *quod m. d. a.* Leid. II. IV. Ed. Med. *anteponetur.* Oud.

Deinde quaeretur potueritne vitari, ne in eum locum veniretur. Ab defensore contra refelletur argumentatio coniecturalis, aliqua probabili causa, de qua ante dictum est] Haec quoque longe aliter in Erfurtensi et Cauch. constituuntur: *de aliqua probabili causa ab defensore contra refelletur argumentatio coniecturalis, de qua ante dictum est. Deinde quaeretur, potueritne vitari, ne in eum locum veniretur*; quod omnino editis anteferendum est. Nam ostendit, quomodo accusatoris suspicio ex coniectura paullo ante allata retundatur a defensore, dum denique subiicit, quod ad haec non proprie pertinet *deinde quaeretur, potueritne vitari* etc. In quibusdam assentit Erfurtensi Pithoeanus; nam initio huius periodi quoque haec verba collocat: *de aliqua probabili causa deinde quaeretur.* Inferius vero, in his, *aliqua probabili causa, de qua ante dictum est*, non legitur *aliqua probabili causa.* In reliquis

ita tractatis, accusator utetur loco communi in eum, qui inutile utili praeposuerit, cum statuendi non habuerit potestatem. Defensor contra eos, qui aequum censeant, rem perniciosam utili praeponi, utetur loco communi per conquestionem; et simul quaeret ab accusatoribus, et ab iudicibus ipsis, quid facturi essent, si in eo loco fuissent; et tempus, locum, rem, deliberationem suam ponet ante oculos.

84 CAP. XV. Translatio criminis est, cum ab reo facti caussa in aliorum peccatum transfertur. In qua primum quaerendum est, iurene in alium crimen transferatur.

---

consentit cum vulgatis. GRAEV. MSS. O., excepto Leid. III., et Edd. pp. praemittunt: *de aliqua probabili caussa.* Nisi quod Leid. I. careat praepositione. Sed etiam Leid. IV. consentit plane cum Erfurt. et Cauch., de quorum vera lectione vide Graevium. OUD. Vv. *de aliqua probabili caussa* praemittuntur etiam in Cod. Zuicc. *L.* In seqq. abest *contra* a Voss. I. et Leid. III. *Refellatur* habent MSS. quinque et Ed. Med. *Referatur* Leid. II. OUD. Cum vulgata consentit Zuicc. *L.* Tum vv. *aliqua probabili caussa* desunt MSS. O. et Edd. pp. excepto Leid. III. OUD. Etiam Cod. Zuicc. desunt h. l. supra alieno loco intrusa. *L.*

His locis ita tractatis] Vox secunda non est in codice Medicaeo et alio. GRONOV. Non est in Erfurtensi *locis*, nec in Medic., ut observavit Gronovius. In Erfurt. pro *ita*, *sic* scribitur, in Pith. est *his tractatis*, ut et in Cauch. ac Cratand. ed. quibus adstipulor. GRAEV. MS. Traiect. *Hiis itaque tractatis.* BURM. Non comparet v. *locis* in Voss. I. Leid. I. III. Ed. Omn. *Sic tractatis.* Ed. Med. cum MSS. O. praeter Leid. III. OUD. His ita *tractatis* Cod. Zuicc. omisitque recte v. *locis* Sch., iam ab Ernestio deletam. *L.* In proximis Voss. I. II. Leid. II. Edd. pp. *accusator utetur hoc l. communi vel hoc communi loco.* OUD.

Cum statuendi non habuerit potestatem] Cauchius suspicabatur legendum esse: *cum statuendi habuerit potestatem*, quia putabat non posse accusari, qui inutile praeposuerit utili, si statuendi non habuerit potestatem. Sed alia sententia est huius scriptoris, nimirum locum communem hic accusatorem habere, quo invehatur in reum, quod inutile utili praeposuerit, cum penes illum non fuerit statuere, quid inutile aut utile, aut sit utilius, quod ex praecedentibus etiam liquet. GRAEV. Leid. III. *Non haberet pot.* OUD. Quod Ernestius recepit, suadente idem nunc Cod. Zuicc. *L.*

Qui aequum censeant] Lamb. ed. *qui aequum esse censeant.* GRAEV.

Simul quaeret ab accusatoribus et ab iudicibus] Erf. *Simul quaerat ab accusatoribus, ab iudicibus ipsis.* GRAEV. Exsulat praepositio a Voss. III. Leid. II. III. IV. Ed. Med. OUD. *Ab* retinet Cod. Zuicc. *L.* Tum Leid. IV. *et ipse tempus.* Voss. III. *et locum et r. et del.* Leid. IV. caret v. *suam.* Leid. II. *ponat ante oculos.* OUD.

CAP. XV. *Verene in alium crimen*] Edd. pleraeque omnes et multi MSS. corrupte: *iurene in alium crimen.* In Erfurt. Pith. Cauch. Cratandri editione legitur: *vere ne in alium crimen trans-*

Deinde spectandum est, an aeque magnum sit illud peccatum, quod in alium transferatur, atque illud, quod reus suscepisse se fateatur. Deinde oportueritne in ea re peccare, in qua alius ante peccarit. Deinde oportueritne iudicium ante fieri. Deinde, cum factum iudicium non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteatne de ea re iudicium fieri, quae res in iudicium non venerit. Locus communis accusatoris, contra eum, qui plus censeat vim, quam iudicia valere oportere, et ab adversariis percunctabitur accusator, quid futurum sit, si idem ceteri

---

feratur. Procul dubio verissime, quamquam vulgatam etiam tueri possimus. Vide Aldum. Graev. *Verene* duo Gryph. exempl. B. B. Brut. Leid. I. II. III. Voss. III. Ed. Omnib. *Verene.* Quod praefero. *Alterum* pro *alium* Ed. Omnib. *referatur* Voss. III. Oud. *Vere ne in alterum* Cod. Zuicc. *L.*

An aeque magnum sit] Prima vocula in nullo apparet scripto, et vel abest plane, vel habetur *si aeque.* Quod probabiliter ab auctore videtur venisse, ut saepe notarunt iam docti, v. *si* pro *an* vitiatum fuisse, et ex ultimis literis verbi substantivi *est* hoc loco potuit esse absorptum. An vero ab postremis literis vocis *aeque* credimus elisas literas similes, ut fuerit *aequene magnum.* Videant, quibus copia est consulendi plura scripta exemplaria. Mox etiam nostri tres *suscepisse dicatur*, non *se fateatur*, quod fecerunt posteriores, quum priores omittant pronomen. Gronov. *An* in Erfurtensi et Al. MSS. non habetur, in reliquis meis legitur. Sed in Cratandri editione et Cauch. *si aeque magnum sit*, ut et in quibusdam Gronovius reperit. Graev. *V. an* et *sit* non habet MS. Traiect. Burm. MSS. O. et Ed. Med. non agnoscunt v. *an.* In Voss. III. legitur: *spectandum, si aeque.* Egregie sane. Dein *id pecc.* et mox *atque id* in eodem. Oud. *Si* recepit Sch. *An,* quod non est, nisi interpretamentum, etiam in Cod. Zuicc. *L.*

Quod reus suscepisse se fateatur] Tres libri manuscr. habent, *suscepisse dicatur.* Lamb. Edd. et nonnulli MSS. *quod reus suscepisse se fateatur. Dicatur* firmat Pithoeanus et Cauchianus codex, nec non Cratandri editio. Graev. In proxime superioribus pro *atque illud* Ed. Omnib. *ac illud*, prave. *Illud* abest a Leid. IV. Tum MSS. O. et Ed. Med. *susc. dicatur.* Quod mutari non oportuit. *Se* abest ab Ed. Omnib. Oud.

In qua alius ante peccarit] Edd. vett. *in quae alius ante peccarit.* Graev. *In ea re, in qua.* Leid. IV. *in ea.* Ed. Med. *ea re.* Voss. III. *in eadem re.* Dein *peccavit* et *peccaverit* pro *peccarit* MSS. quidam. Paullo post Voss. III. Leid. II. *praeferri* Leid. III. *ferri* pro v. *fieri.* Oud.

Cum factum iudicium non sit] Erf. *cum factum iudicium non est.* Graev.

Oporteatne de ea re iudicium fieri, quae res in iudicium non venerit] Duisb. *oportet ne iudicium fieri, quae res non venerit.* Graev. *In iudicium non venerit.* Voss. I. *non devenit.* Leid. II. Ed. Med. *non devenerit.* Ed. Omn. *nondum venit.* Leid. III. *non venit.* Deinde verbis: *Locus communis accusatoris* addit Voss. III. *erit.* Oud.

Quod eos idem fecisse dicat] Videlicet accusator. Sed qui-

faciant, ut de indemnatis supplicia sumant, quod eos idem fecisse dicant. Quid si ipse accusator idem facere voluisset? Defensor eorum peccati atrocitatem proferet, in quos crimen transferetur; rem, locum, tempus ante oculos ponet, ut ii, qui audient, existiment aut non potuisse, aut non fuisse utile rem in iudicium venire.

CAP. XVI. Concessio est, per quam nobis ignosci postulamus. Ea dividitur in purgationem, et deprecationem. Purgatio est, cum consulto a nobis factum negamus. Ea dividitur in necessitudinem, fortunam, imprudentiam. De his primum partibus ostendendum est; deinde ad deprecationem revertendum videtur. Primum considerandum est, utrum per culpam ventum sit in ne-

---

dam legendum putant *dicant*, ut sit: *dicant ceteri.* Quo modo habent aliquot editiones. Lamb. Duisb. Cauch. Cratand. ed. *eos idem fecisse dicat.* Graev. *Idem fecisse dicant.* Sic Leid. I. et Voss. II. In ceteris et Edd. pp. *dicat.* Oud. Verba: *quod eos idem fecisse dicant*, ut ineptum librarii additamentum delevit Sch. *L.* In seqq. *Et quid si ipse acc.* Voss. III. Oud.

In quos crimen transferetur] Erf. *in quos crimen transferet.* Graev. *Transferet* Gryph. B. C. Leonic. Brut.

Ii qui audient] Al. *ii qui audiunt.* Graev. MSS. quatuor et Edd. pp. *audiunt.* Voss. III. Leid. IV. *audierint.* Oud.

Non fuisse utile] Erf. *non utile fuisse.* Graev. Pro *non potuisse* Leid. II. III. *non posse.* Tum Leid. I. II. III. Voss. III. *inutile fuisse* cum Edd. pp. In ceteris *non ut. fuisse.* Oud.

CAP. XVI. *Et deprecationem. Purgatio est*] Inter haec verba Erfurtensis haec interponit: *Et deprecationem. Hic ignoscendi ratio quaeritur ex his locis.* Graev. Haec clausula abest ab omnibus aliis et impressis et MSS.; in duobus Gryph. B. C. legitur. Nos vulgatam lectionem retinuimus. Eadem certe ratione utitur, ubi de deprecatione agit. Brut.

In necessitudinem, fortunam] Duisb. *in necessitatem, fortunam.* Graev. Voss. II. Leid. I. II. IV. *in necessitatem, f.* Oud.

De his primum partibus ostendendum est; deinde ad deprecationem revertendum videtur] Periodus haec magistelli alicuius additamentum videri queat: sed non est. Auctor talibus emblematis delectatur. Gruter. Pith. *de his partibus primum.* Graev. Eam periodum, ut ineptissimum emblema, eiecit Sch. *L.* In Voss. III. Leid. II. Ed. Med. est: *de his partibus prius.* Oud.

Considerandum est, utrum p. c. v. s. in n. num culpam] Solet hic auctor v. *an* subnectere praecedenti vocabulo *utrum.* Habeo autem codices duos, in quibus legitur: *considerandum est, num p.* Gronov. Vulgg. edd.: *utrum per culpam ventum sit in necessitudinem.* Sequor ego optimos codices Erfurt. Pith. Cauch. in quibus est: *primum considerandum est, num culpa ventum sit in necessitudinem. Num* etiam est in editione Cratandri. Graev. *Num culpa ventum sit.* Sic duo Gryph. B. C. Leonic. *utrum per culpam* alii excusi habent. Brut. Sic habent MSS. O. et Edd. pp. pro quo posteriores ediderunt *utrum.* A Voss. III. abest v. *est.* Oud.

cessitudinem, num culpam veniendi necessitudo fecerit.
Deinde quaerendum est, ecquo modo vis illa vitari potue-
rit, ac levari. Deinde is, qui in necessitudinem caussam
conferet, expertusne sit, quid contra facere, aut excogi-
tare posset. Deinde num quae suspiciones ex coniectu- 86
rali constitutione trahi possint, quae significent, id con-
sulto factum esse, quod necessario accidisse dicitur. Deinde
si maxime necessitudo quaepiam fuerit, conveniatne eam
satis idoneam caussam putari. Si autem imprudentia reus

Num culpam veniendi necessitudo fecerit] Erf. *Num culpa veniendi necessitudinem fecerit.* Lamb. ed. *an culpam veniendi necessitudo fecerit.* Al. *an in culpam veniendi necessitudo fuerit.* Graev. Non concoquere equidem possum Schuetzianam huius loci emendationem. Is ita scripsit: *In prima parte considerandum est, utrum praeter culpam ventum sit in necessitudinem, an culpa venienti necessitudinem fecerit.* Hic primum vv. *in prima parte* prorsus sunt arbitraria, neque ulla mutatione est opus. Deinde quid hoc est: *an culpa venienti necessitudinem fecerit?* Haec non intelligo. Cod. Zuicc. cum reliquis consentiens: *num culpa ventum sit.* Mihi non dubium est, locum ita esse legendum: *Primum considerandum est, num culpa ventum sit in necessitudinem, an in culpam veniendi necessitudo fuerit.* Alterum illud *num* quod omnes omnino libri exhibent, prius extrusit et *utrum*, tanquam accommodatius, invexit. At enim nihil aliud est illud alterum *num*, nisi *an in* i. e. NVM-AN IN; quo semel depravato reliqua mutare consequens erat. *Fecerit* pro *fuerit* scriptum postquam oblitterata praepositione *in* accusativus *culpam* non habuit, unde penderet; et quoties *fecit* et *fuit*, *fecerit* et *fuerit*, *fecerat* et *fuerat*, *fecisset* et *fuisset*, *fecero* et *fuero* inter se confusa et commutata sint a librariis, constat omnibus, quicunque veteres Codd. manibus usurparunt. *L.*

Ecquo modo vis illa] Erf. Pith. Duisb. Cauch. Ed. Cratand. *quo modo vis illa.* Graev. *Quaerendum est, ecquo — vitari potuerit.* Non habent verbum substantivum Voss. III. et Ed. Med. Tum MSS. O. et Edd. pp. *quo modo.* Item Voss. III. *devitari.* Oud. *Est* expunxit etiam Sch. *L.*

Vitari potuerit ac levari] Cratand. ed. *devitari potuerit ac levari.* Duisb. *vitari potuerit alleviari.* Graev. *Aut alleviari* Leid. IV. Oud.

Deinde is qui in necessit.] Erf. *deinde in necessitudinem.* Margo Cratand. *deinde si in necessitudinem.* Graev. Leid. I. *Deinde num qui in n.* Oud.

In necessitudinem causam conferet] Duisb. *in necessitudinem causam proferet.* Graev. Leid. IV. *profert.* Oud.

Ex coniecturali constitutione trahi] Duisb. *ex coniecturali trahi.* Graev. Leid. IV. deest vox *constitutione.* Oud.

Quod necessario accidisse dicitur] Erfurt. non ineleganter *quod necessario cecidisse dicitur.* Id scioli mutarunt in *recidisse.* Graev. Vulgatae consentit Cod. Zuicc. *L.* In prioribus *id et consulto* Ed. Med. Oud. *Cecidisse* etiam Gryph. B, C, Brut.

Conveniatne eam satis idoneam causam putari] Ita Pall. tres priores et quint. Fabricianus; neque secus edd. primae. Illud

se peccasse dicet, primum quaeretur, utrum potuerit scire, an non potuerit. Deinde, utrum data sit opera, ut sciretur, an non. Deinde, utrum casu nescierit, an culpa. Nam qui se propter vinum, aut amorem, aut iracundiam, fugisse rationem dicet, is animi vitio videbitur nescisse, non imprudentia. Quare non imprudentia se defendet, sed culpa contaminabit. Deinde coniecturali constitutione quaeretur, utrum scierit, an ignoraverit, et considerabi-
87 tur, satisne imprudentia praesidii debeat esse, cum factum esse constet imprudenter. Cum in fortunam caussa con-

---

causam primum abiecerat Victorius, resumpseratque Lambinus. Non comparet tamen in Pall. quart. aut sexto. Gruter. Sed hic locus varie interpolatus exhibetur in scriptis, quorum unus *satis ignoscendi idoneam causam.* At vetustissimus Med. tantum *conveniatne satis idoneam putari*, quod in hac varietate praetulerim. Gronov. Medic. Erfurt. Pith. Cauch. edd. Lamb. Cratand. *conveniatne satis idoneam putari.* Al. *conveniat ne eam satis idoneam putari.* Graev. In prioribus. *Si maxima necessitudo* MSS. tres et Ed. Med. Oud.

Si autem imprudentia reus se peccasse dicet] Haec in Erfurtensi non leguntur. Graev. *Sin autem* Voss. III. Deinde in vv. *se peccasse dicet* Leid IV. *sese.* Leid. II. *peccare.* Leid. III. *dicat.* Oud.

Primum quaeretur, utrum potuerit scire] Erf. *primum quaeritur utrum potueritne scire.* Videtur *utrum* delendum esse. Graev. In seqq. *an non potuerit* exsulat verbum a MSS. quinque. Oud.

Aut iracundiam fugisse rationem] Eleganter et prisce dictum. Sic Catull. de Vari scorto [10, 29]: *Fugit me ratio; meus sodalis Cinna est Caius*, etc. et Plautus Amphitr. [1, 1, 230]: *Sciebam equidem nullum esse nobis, nisi me, Servom Sosiam. Fugit te ratio.* Sic iterum Cornificius, sive quis alius, infra lib. 2.: *sed me tum haec ratio fugit.* Lambin. Duisb. *aut per iracundiam dicet.* Graev. Verba *non imprudentia* absunt a Voss. III. Oud.

Sed culpa contaminabit] Ita certa et recta est huius loci restitutio, ut sine codicum veterum auctoritate probanda videatur; et tamen eam confirmant quatuor libri veteres. Repetendum est autem *se*, ἀπὸ κοινοῦ. Vulgata tamen, *contaminabitur*, ferri potest. Lamb., Addunt Pall. tres et Fabricianus: *personam*, quomodo tamen nulli editi, in quibus ab ultima usque origine *contaminabitur.* Alterum illud substituit ex manuscriptis suis Lambinus, restatque in Pal. quart. et quinto. Grut. Vulgg. ut et MSS. Erfurt. et Cauch. *sed culpa contaminabitur.* Edd. vett. *sed culpa contaminabit personam.* Graev. *Personam* addit etiam MS. Traiect. Burm. In Gryph. B. C., ubi alii *contaminabitur* habent, legitur *contaminabit.* Brut. MSS. O. et Ed. Med. addunt *personam.* Leid. IV. *suam personam.* Ed. Omnib. *contaminabitur.* Oud. Cod. Zuicc. *contaminabitur* cum glossa interlineari: *alii bit. Contaminabitur* etiam Aldina teste Sch. *L.*

Cum factum esse constet imprudenter] Addidi ex Fabriciano *imprudenter*, quae vox excidisse videtur, neque est praeter rem. *Gulielmius.* Gruter. Fabr. MS. et Gruter. ed. *Factum esse constet imprudenter. Cum in.* Duisb. *factum constet imprudenter.* Caussa idonea non est, cur ex uno codice, se-

feretur, et ea re defensor ignosci reo dicet oportere, eadem omnia videntur consideranda, quae de necessitudine praescripta sunt. Etenim omnes hae tres partes purgationis inter se finitimae sunt, ut in omnes eadem fere possint accommodari. Loci communes in his caussis: Accusatoris contra eum, qui, cum se peccasse confiteatur, tamen oratione iudices demoretur; defensoris, de humanitate, misericordia; voluntatem in omnibus rebus spectari convenire, et quae consulto facta non sint, ea fraudi esse non oportere.

---

teris invitis omnibus praeter Duisburgensem, quem Francisci Fabricii fuisse non levis est coniectura, adiiciatur *imprudenter:* Nam sine ullius sententiae detrimento abest illa vox, imo nihil plane adiumenti affert. Hoc enim ait auctor, accusatori videndum, num, si constet, rem factam esse, et a reo adferatur, rem factam esse imprudenter, num satis praesidii is habeat in ista imprudentia. Graev. Omnino [haud dubie] delenda est vox ultima, quam non agnoscit meorum ullus, nec Edd. pp. Mallem quoque [etiam] auctoritate Leid. II. et IV. legere: *cum factum constet.* Oud. Glossatori debere, indicavit etiam Sch. Abest etiam a Cod. Zwinc. L.

Cum in fortunam caussa conferetur] Erf. *cum in fortunam causa confertur.* Graev.

Reo dicet oportere, eadem] Erf. *reo et dicet oportet. Re eadem.* Pith. *dicet reo eadem.* Idem.

De necessitudine praescripta sunt] Al. *quae de necessitate praescripta sunt.* Margo Cratandri: *de necessitudine praesumta sunt.* Idem.

Etenim omnes hae tres partes purgationis] Vocem *omnes* recepi in contextum, non quia admiserat Lambinus, sed quia disertim exstaret in Pall. in Gulielmianis et edd. primis. Gruter. Vulgg. *etenim hae tres partes.* Erfurt. *etenim omnes nostrae partes purgationis.* Graev. Deest vox *omnes* Ed. Med. et v. *tres* Leid. III., qui dat *purgationum.* Oud.

Ut in omnes eadem fere possint] Cratand. ed. *ut in omnes eaedem fere possint.* Erf. *ut in omnes eadem fere possunt.* Graev. Voss. III. *eaedem res fere possint.* Leid. III. *eaedem res p.* Oud.

Cum se peccasse confiteatur] Erf. *cum peccasse confitetur.* Lamb. ed. *cum se peccasse fateatur.* Graev.

Oratione iudices demoretur] Erf. *oratione iudicem demoretur.* Lamb. et al. edd. *oratione iudices moretur.* Idem. Leid. III. *rememoretur.* Oud. Ald. teste Sch. *moretur. L.* In seqq. *in omnibus rebus sp.* deest v. *rebus* a Voss. III. Ed. Med. Oud.

Quae consulto facta non sint] Edd. *et quae consulto facta non sint.* In nonnullis MSS. *quae consulto facta non sunt.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. bene carent copula *et.* *Sunt* Leid. III. Oud.

Ea fraudi esse non oportere] Male sic quidem editio Rob. Stephani ac Lambini, sed tamen Pall. nostri omnes: *in iis fraudem esse non oportere*, quod non improbem ob editionem Victorii, in qua item visitur. Gruter. Erf. *enea fraude esse non oportere.* Duisb. et vulgg. *in eis* (vel *iis*) *fraudem esse non oportere.* Sed Cratandri editio stat pro vulgata. In praecedentibus *et quae*

88 CAP. XVII. Deprecatione utemur, cum fatebimur nos peccasse, neque id imprudenter, aut fortuitu, aut necessario fecisse dicemus, et tamen ignosci nobis postulabimus. Hic ignoscendi ratio quaeritur ex iis locis, si plura aut maiora officia, quam maleficia, videbuntur constare; si qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit; si qua spes erit, usui futurum, si sine supplicio discesserit; si ipse ille supplex, mansuetus, et misericors in potestatibus ostendetur fuisse; si ea, quae peccavit, non odio, neque crudelitate, sed officio et recto studio commotus fecit; si tali de caussa aliis quoque ignotum est; si nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, si eum missum fecerimus; si nulla a nostris civibus, aut ab aliqua alia civitate vituperatio ex ea re suscipietur. Loci communes, de humanitate, fortuna, misericordia, rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario utetur is, qui contra dicet, cum amplificatione, et enumeratione

---

consulto facta non sint, non agnoscunt copulam optimi libri Erf. et Pith. Graev. *In iis fraudem esse non oportere* Cod. Traiect. Burm. *Ea fraudi esse non oportere.* Sic Leid. II. cum Ed. Med. *In iis fraudem* Voss. I. cum quatuor aliis et Ed. Omnib. *In eas fraudem* Leid. I. *In eisdem fraudem* Voss. II. Oud. Cod. Zuicc. *in eis fr.* Corr Ern. recepit Sch. *in iis fraudem. L.*

CAP. XVII. *Neque id imprudenter*] Erfurt. *idque imprudenter.* Pith. *cumque non imprudenter.* Graev. Leid. IV. *id aut imprudenter.* Oud.

Aut fortuitu] Al. *aut fortuito.* Graev. Verba: *aut fortuitu — dicemus* exsulant a Voss. III. Oud. *Fortuitu*, non *fortuito*, est in Cod. Zuicc. *L.* Deinde pro *Hic ignoscendi* Voss. III. *Sibi ign.* Tum *maiora officia illius* Voss. I. Leid. I. Oud.

In eo qui supplicabit] Erfurt. *qui supplicavit.* Graev.

Usui futurum] Duisb. *usui futura.* Idem. Voss. III. Leid. IV. Edd. pp. *usui futura.* Tum in vv. *ipse ille supplex* deest *ille* Leid. III. *ipse* Ed. Omn. Oud.

Non odio neque crudelitate] Al. *non odio, non crudelitate.* Graev. Pro *crudelitate* Cod. Zuicc. *credulitate*, sed in glossa explicat: *aliqua inhumanitate. L.*

Aliis quoque ignotum est] Margo Cratandri: *Aliis quoque donatum est.* Graev. Ed. Med. *alii.* Deest v. *est.* Leid. III. *Sit* exhibet Ed. Omn. Oud.

Nobis futurum videbitur] Al. *nobis futurum videtur.* Graev. In proxime seqq. Voss. I. *dimissum f.* Leid. III. *manumissum fecerimus.*

Si nulla aut a nostris civibus] Delevi *aut* auctoritate Pithoeani et Erfurt. Graev. *Si nulla aut — aut ab aliqua alia c.* Prius *aut* exsulat a Voss. III. Leid. III. Ed. Omnib. Graeviique. Quod nollem factum. Sed *alia* deest MSS. O. et Edd. pp. nec sane necessarium est, licet saepe addi sciam. Oud. Delevit *alia* cum Ern. Schuetzius, propterea quod *aliqua* h. l., ut saepe, est *alia qua*. Abest etiam *alia* a Cod Zuicc. *L.*

omnium peccatorum. Haec caussa iudicialis fieri non potest, ut in primo libro ostendimus: sed quod potest vel ad senatum vel ad consilium venire, non visa est supersedenda. Cum a nobis crimen removere volemus, aut in rem aut in hominem nostri peccati caussam conferemus. 89
Si caussa in hominem conferetur, quaerendum erit primum, potueritne tantum, quantum reus demonstrabit, is, in quem caussa conferetur, et ecquonam modo aut honeste, aut sine periculo potuerit obsisti: si maxime ita sit, num ea re concedi reo conveniat, quod alieno inductu fecerit, deinde in coniecturalem trahetur controversiam, et edisseretur, num consulto factum sit. Si caussa in rem quamdam conferetur, et haec eadem fere, et omnia, quae de necessitudine praecepimus, consideranda erunt.

CAP. XVIII. Quoniam satis ostendere videmur, qui-

Enumeratione omnium peccatorum] Multum est hic de omnibus peccatis agi iubere. Sed scilicet omnia possunt intelligi, ad quae facinus commissum referri potest. Verum fateor in nullo ex tribus a me vocem *omnium* fuisse conspectam. GRONOV. Gronovianis accedunt omnes mei, ut et Cratandri editio, quibus merito subscribo. GRAEV. Et sic MS. Traiect. BURM. In duobus exemplaribus Gryph. vox *omnium* non legitur. BRUT. Abest *omnium* a MSS. O. et Edd. pp. OUD. Omissum probavit Ern., Sch. *L.*

Ad senatum vel ad consilium venire] Vulgg. *ad senatum vel ad concilium venire.* Lamb. ed. *pervenire.* GRAEV. *Sed quod potest* etc. Leid. IV. *S. quoniam p.* Tum idem *concilium.* Ed. Med. *quia.* Prius *vel* deest Leid. III. Male. OUD.

Removere volemus] Duisb. *removere voluerimus.* GRAEV. *Rem. voluerimus* Leid. IV. Tum *aut in rem quampiam* Leid. III. Deinde in Voss. II. *conferatur* et mox iterum, pro *conferetur.* Voss. III. utrobique *confertur.* OUD.

Et ecquonam modo aut honeste] Erf. *et quonam modo.* Duisb. *aut quonam modo.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *et quonam m. aut h.* Recte; nisi quod in Leid. IV.: *sit aut quonam modo honeste.*

Aut honeste] Erf. *Aut honesti.* GRAEV.

Sine periculo potuerit obsisti] Duisb. Canch. et multi edd. *sine periculo potuerit obsistere.* GRAEV. *Potuerit obsisti.* Sic Leid. I. III. In ceteris et Edd. pp. *obsistere.* Tum pro vv. *ea re* Ed. Med. *eam rem;* et *concedere* Leid. II. pro *concedi.* OUD.

Et edisseretur, nam consulto etc.] Sic omnes libri scripti. *Edisserere,* argumentatione disquirere. *Disseretur* item exstat in edd. primis. Nam sequentes, *et quaeretur.* GRUTER. Erf. *et quaeretur num consulte.* *Et edisseretur num consulte,* ex libris scriptis Gruterus. Sic et omnes mei, nisi quod Erfurt. corrupte *edisceretur.* GRAEV. et *edisseretur* etiam cod. Traiect. BURM. *Et edisseretur* Sic B. et C. Gryph. *Et disseretur* habet Leonic. BRUT. Voss. II. Leid. II. IV. Ed. Med. *et quaeretur* Voss. III. *an.* Ed. Omnib. *et disseretur.* OUD.

CAP. XVIII. *Quoniam satis ostendisse*] Pith. *quoniam inde*

bus argumentationibus in unoquoque genere caussae iudicialis uti conveniret; consequi videtur, ut doceamus, quemadmodum ipsas argumentationes ornate et absolute tractare possimus. Nam fere non difficile est invenire, quid sit caussae adiumento; difficillimum vero est, inventum expolire, et expedite pronuntiare. Haec enim res facit, ut neque diutius, quam satis sit, in eisdem locis commoremur, neque eodem identidem revolvamur, neque inchoatam argumentationem relinquamus, neque incommode ad aliam deinceps transeamus. Itaque hac ratione et ipsi meminisse poterimus, quid quoque loco dixerimus, et auditor cum totius caussae, tum uniuscuiusque argumentationis distributionem percipere et meminisse poterit. Ergo absolutissima et perfectissima argumentatio est ea, quae in quinque partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, com-

---

satis ostendissé. Graev. *Satis ostendisse videmur.* Ita edendum fuerat auctoritate MSS. O. et Edd. pp. Male vulgo *ostendere.* Oud. Graevium etiam ita voluisse, nota eius docet, edideruntque Ern. et Sch. Neque aliter Cod. Zuiec. *L.*

Causae iudicialis] Erf. *iudicialis causae.* Pith. *causae iuridicialis.* Graev.

Consequi videtur] Quidam libri manuscripti habent: *consequens videtur.* Lamb. Al. *Consequens videtur.* Lamb. *Consequi videtur.* Graev. Ed. Omn. *consequens.* Leid. II. caret v. *ut,* non ineleganter. Oud.

Ipsas argumentationes ornate] Erf. *per argumentationes ornate.* A Pith. abest *ipsas.* Graev. Leid. II. *ipsa per argumentationes.* Oud.

Non difficile est invenire] Erf. *non difficile invenire.* Graev.

Inventum expolire et expedite] Erf. *inventum experire et expedite.* Cauch. *inventum expedire et expedite.* Pith. *inventum expolite et expedite.* Idem. *Experiri* in duobus Gryph. B. et C. legitur. *Expolire* in omnibus excusis. Brut.

Neque diutius quam satis sit] Duisb. *neque diutius quam necessarium satis sit.* Graev. Leid. IV. *quam necessarium sit satis.* Oud.

Neque eodem identidem revolvamur] Pith. *neque in eodem identidem revolvamus.* Erf. *nec eodem loco i. r.* Graev. Paullo post Voss. III. *incoactam a. prorsus relinquamus.* Oud.

Quid quoquo loco dixerimus] Erf. et Cauch. *quid quoque loco dixerimus.* Duisb. ut et Cratand. et Lamb. edd. *quid in unoquoque loco dixerimus.* Graev. *Quid quoque loco d.* Sic Leid. II. III. *Quoquo l.* Ed. Omnib. In reliquis: *quid in unoquoque l.* ut suprascr. in Leid. II. Oud.

Et auditor cum totius causae] Erf. *et audito quod totius causae.* Graev.

Absolutissima et perfectissima argumentatio] Pith. *absolutissima argumentatio.* Idem. Deinde in vv. *rationis confirmationem* prior vox exsulat a Voss. I. Oud.

plexionem. Propositio est, per quam ostendimus summatim, quid sit, quod probare volumus. Ratio est caussa, quae demonstrat verum esse id, quod intendimus, brevi subiectione. Rationis confirmatio est ea, quae pluribus argumentis corroborat breviter expositam rationem. Exornatio est, qua utimur rei honestandae et collocupletandae caussa, confirmata argumentatione. Complexio est, quae concludit breviter, colligens partes argumentationis.

CAP. XIX. Hisce igitur quinque partibus, ut absolutissime utamur, hoc modo tractabimus argumentationem.
Caussam ostendemus Ulixi fuisse, quare interfecerit Aia- 91
cem: inimicum enim acerrimum de medio tollere volebat; a quo sibi non iniuria summum periculum metuebat. Videbat illo incolumi, se incolumem non futurum; sperabat

Verum esse id] Al. *id verum esse.* GRAEV.

Collocupletandae caussa] Al. *locupletandae causa.* IDEM. Leid. II. *locupletandae.* OUD. *Atque locupletandae* etiam Cod. Znicc. Notat Sch. editiones ante Aldinam *atque locupletandae* exhibere, sed illud, *collocupletandae* etiam c. 29. inveniri. L.

Confirmata argumentatione] Duisb. *affirmata argumentatione.* GRAEV. Leid. IV. *affirmata arg.* OUD.

Colligens partes argumentationis] Erf. *colligens argumentationeis* GRAEV.

Quae concludit, breviter colligens] Lamb. ed. *quae concludit breviter, colligens.* IDEM.

CAP. XIX. *Caussam ostendemus Ulyssi fuisse, quare interfecerit Aiacem: inimicum enim acerrimum de medio tollere volebat: a quo sibi non iniuria summum periculum metuebat*] Erfurt. et Cauch. EXPOSITIO. *Causam ostendemus Ulixi* (corrupte *Ulixe*) *fuisse, quare interfecerit Aiacem.* RATIO. *Inimicum enim acerrimum de medio tollere volebat, a quo sibi non immerito summum periculum metuebat.* RATIONIS CONFIRMATIO. *Videbat illo incolumi se incolumem non futurum.* Haec varietas digna est, quae observetur, sive ista verba, quae in editis non leguntur, profecta sint ab ipso huius libri auctore, sive a magistro, qui in tironum gratiam ea margini adscripserit, unde in contextum irrepserint, facem sane minoribus praeferunt, ad haec rectius intelligenda. GRAEV. Ad marginem Voss. I. eadem manu legitur: *propositio, ratio, rationis confirmatio*, unde patet, unde in MSS. haec verba manarint. Nam et in Voss. III. ante vv. *inimicum enim* legitur *ratio* et ante vv. *videbat illo* legitur *rationis confirmatio.* In duobus aliis spatium istis vacuum erat relictum. [nimirum ut rubro ea colore inscriberentur.] Sic deinceps ad voces *omnes enim* etc. in marg. Voss. I. III. legitur *Exornatio*, et ad voces *Si ergo pollicitus sum* etc. in marg. Voss. I. *complexio.* Unde defluxit in textum Voss. III. *Caussas* deest Leid. IV. *fuisse* deest Voss. III. OUD.

A quo sibi non iniuria summum periculum metuebat] Ergo fatetur accusator Ulyssis, iustum fuisse huius odium, quum ita se Aiax gesserit, ut non iniuria tale quid metueret. Quod sane non est aliud, quam totam accusationem corrumpere. An volunt Ulyssem metuisse non iniuria, quod nosset ab se irritatum Aiacem esse? Id

illius morte se salutem sibi comparare; consueverat, si iure non poterat, quavis iniuria inimico exitium machinari; cui rei mors indigna Palamedis testimonium dat. Ergo et metus periculi hortabatur eum interimere, a quo supplicium verebatur; et consuetudo peccandi, maleficii suscipiendi removebat dubitationem. Omnes enim cum
92 minima peccata cum caussa suscipiunt, tum vero illa, quae multo maxima sunt maleficia, aliquo certo emolu-

---

vero dicit prorsus in sequentibus. Quidquid sit, miror in vetustissimo Medicaeo legi *non iniuriam, sed summum.* In alio quum sit vulgata lectio, tamen τὸ *sed* ibi superadscriptum; quod ut sine sensu, sic ex veteris codicis collatione vel necessitate sententiae id factum videtur. Certe non discedens ab sententia praestantissimi MS. opinor eiecto supplemento, quod passim inculcarunt, legendum *a quo sibi non iniuriam, summum periculum metuebat*, non leve aliquod malum, ut est iniuria, quinimmo vitae ipsius discrimen. Sic cap. 22. fin. *Non enim reprehensione, ut aliae complures, sua sponte vitiosa est*, ubi recte Gruterus interpolatum vehementer istum locum sanavit, ut plene habet unus ex nostris. Mox MSS. *contaminarunt* et *commutarunt.* Gronov. Al. *a quo non iniuria sibi.* Medic. *a quo sibi non iniuriam, sed summum.* Al. MS. *a quo non iniuria, sed summum.* Omnes mei codices non recedunt a vulgata. Graev. In seqq. *se salutem sibi comp.* deest prima vox Voss. III. Leid. III. Edd. pp. *posse comp.* Ed. Med. Oud.

Consuerat si iure non poterat] Sic Cauch. Vulgg. *Consueverat si iure non poterat.* Al. *consueverat si iure non potuerat.* Lamb. ed. *consueverat enim s. i. n. p.* Graev. *Consueverat enim si* Ed. Med. Oud.

Quavis iniuria] Docti quidam legendum putant, *quo iure, quavis iniuria.* Lamb. *Non iniuria* est, non sine causa, merito. Graev. Haec utriusque annotatio non videtur huc pertinere. *L.* In proxime seqq. pro *exitium* MSS. duo *exitum.* Oud. Cod. Zuicc. *iniuria quavis* et *exitum. L.*

Mors indigna Palamedis testimonium dat] Vox ultima non influit suaviter in aures, estque in Pal. pr. *testimonium praebet.* Forsan utraque est a librariis. Gruter. MS. Pal. *testimonium praebet.* Cauch. *Cui rei mors indigna Palamedi testimonium dat.* Nimirum *Palamedi* pro *Palamedis*, ut *Neocli filius* apud C. Nep. et *Themistocli* pro *Themistoclis* apud Tullium in epistolis ad Atticum, ubi alia notavimus. Graev. In proxime supp. pro *cui rei* Leid. II. *cuius rei.* Oud. Legendum videtur: *cuius rei mors indigna Palamedi testimonium.* Genitivus *Palamedi*, ut saepe *Pericli*, *Thucydidi*, *Vlixi*, *Achilli* et multa eiusmodi alia. Cf. Conr. Leop. Schneideri Formenlehre der Lat. Spr. I. pag. 163. seqq.

Omnes enim cum minima] His verbis Erfurt. et Cauch. praemittit: Exornatio. *Omnes enim cum minima peccata.* Graev.

Cum minima peccata cum caussa suscipiunt] Cratand. et aliae vett. edd. *quum minima de causa peccata suscipiunt.* Duisb. *communia peccata cum causa suscipiunt.* Pith. *cum minima peccata aliqua cum causa suscipiunt.* Graev. Leid. IV. *communia* pro *cum minima.* Voss. III. *de caussa* pro *c. c.* Edd. pp. *minima de caussa p. s.* MSS. quinque *suscipiant.* Oud. Codex Zuicc. *Omnes enim cum minima de caussa peccata suscipiunt. L.* In seqq. deest *multo* Leid. III. *Quae maxima sunt* [omisso v. *maleficia*] solummodo in Ed. Med. Oud.

mento ducti suscipere conantur. Si multos induxit in peccatum pecuniae spes, si complures scelere se contaminaverunt imperii cupiditate, si multi leve compendium fraude maxima commutaverunt; cui mirum videbitur, istum a maleficio propter acerrimam formidinem non temperasse? Virum fortissimum, integerrimum, inimicitiarum persequentissimum, iniuria lacessitum, ira excitatum, homo timidus, nocens, conscius sui peccati, insidiosus, inimicum incolumem esse noluit: cui tandem hoc mirum videbitur? Nam cum feras bestias videamus alacres et

---

Certo aliquo emolumento inducti] Sic Erfurt. Cauch. Duisb. Pith. ed. Cratand. et pleraeque ante Gruterianam, *a qua est certo aliquo emolumento ducti.* Si ex MSS. bene. Graev. *Emolumento inducti.* Sic MSS. O. et Edd. pp., non *ducti.* Bene. Oud. Ita etiam Ald. teste Sch. et Cod. Zuicc. *L.*

Si complures scelere se contaminarunt] Sic Erf. Cauch. Duisb. Sed edd. *si plures se contaminaverunt.* Graev. Leid. II. *sicut complures.* Ed. Med. *si quam plures scelere.* Leid. III. *si plures* sine voce *scelere.* Tum Voss. III. Leid. IV. *contaminarunt.* Oud.

Fraude maxima commutarunt] Sic Erfurt. Cauch. et ed. Cratand. Vulgg. *fraude maxima commutaverunt.* Graev. *Commutarunt.* Ita MSS. O. et Edd. pp. Oud.

Cui mirum videbitur, istum] Pith. *cui nimirum videbitur istum.* Graev.

Non temperasse] Legendum fortasse est, *sibi non temperasse.* Lamb. *Istum a maleficio etc. temperasse*] Maluit *istum maleficio,* Gulielmius. Gruter. Pith. *se intemperasse.* Sed ibi correctum est, ut habetur in Cratand. ed. *non se temperasse.* Graev. *Se temperasse* MS. Traiect. Burm. Ed. Omnib. *non se temp.* Oud. *Sibi non t.* e Lambini coniectura recepit Sch. *L.*

Ira excitatum homo timidus] MS. Med. *exsuscitatum, si homo timidus.* Certe id ipsum verbum aliquoties in his libris occurrit. Gronov. Gronovius in MS. Medic. legi *exsuscitatum* notavit, quod et ego inveni in Erfurt. et Cauch.; Pith. vero *Exescitatum,* sicut in Cratandr. editur *exuscitatum,* sed *si* in nullo meorum legitur. Graev. Voss. II. Leid. II. III. cum Edd. pp. *ira exsuscitatum.* Bene. Oud. *Exsuscitatum* Gryph. A. B. C. Leonic. Brut. Ald. prima dedit *excitatum,* teste Sch. Cod. Zuicc. *exuscitatum.* *L.* Tum *si homo timidus* Voss. II. Ed. Med. Oud.

Inimicum incolumem] Malim sic legi: *ira excitatum, inimicum, homo timidus, nocens, conscius s. p. insid. incolumem esse nol.* Lamb. Recte vidit Lambinus haec parum ordine collocata, medicinam non vidit, quam arbitror immutatione duarum vocum rite adhiberi. Si legas: *invidiosus inimicus.* Respondent enim illis supra positis, *iniuria lacessitum, ira excitatum.* Sunt enim invidiosi, qui iniuria grassati adversus ius et aequum videntur. Si quis tamen mavult *insidiosus,* liceto, dum hoc maneat, scribendum esse *inimicus.* Sic Gulielmius. Gruter. Quin mihi videtur *inimicum* esse glossam a magistro inculcatam ideoque delendam. Graev. *Inimicus* restituit Sch., recte; in recensendis virorum dd. sententiis errans. *L.*

Alacres et erectas vadere] Erf. *alacres et electe suadere.* Graev. Pro v. *vadere* Voss. III. *ire.* Oud.

erectas vadere, ut alteri bestiae noceant; non est incre-
93 dibile putandum, istius quoque animum ferum, crudelem, atque inhumanum, cupide ad inimici perniciem profectum; praesertim cum in bestiis nullam neque bonam neque malam rationem esse videamus; in isto plurimas et pessimas rationes semper fuisse intelligamus. Si ergo pollicitus sum, me daturum caussam, qua inductus Ulixes accesserit ad maleficium, et, si inimicitiarum acerrimam rationem, et periculi metum intercessisse demonstravi; non est dubium, quin confiteatur caussam maleficii fuisse.

Ergo absolutissima est argumentatio ea, quae ex quinque partibus constat: sed ea non semper necesse est uti. Tum

---

Animum ferum, crudelem] Erf. *animum ferocem, crudelem.* GRAEV. Tum Voss. III. *et inhumanum.* Leid. III. *ac inhumanum.* Male. OUD. Rarissime Codd. in hoc vitium proni. *L.*

Cupide ad inimici perniciem profectum] Convenit hoc cum eo verbo quod in προτάσει est, *vadere*; malim tamen *provectum.* Provehitur enim animus ira aut cupiditate, non proficiscitur. GRUT. Itane? Quid ergo est, quod ait illa apud Ovidium, [Met. V, 668.] *Ibimus in poenas, et qua vocat ira, sequemur?* Similiaque infinita. Cic. II. Inv. 7. *qua cogitatione et spe ad maleficium profectus sit.* GRONOV. Lamb. ed. *ad inimici perniciem esse profectum.* GRAEV. *Profectum*, ut unice verum, retinuit Sch. *L.*

Praesertim cum in bestiis] Duisb. *praesertim cum in beluis.* GRAEV. Leid. IV. *in beluis.* OUD. *In bestiis* Cod. Zuicc. *L.* Tum inter vv. *rationem* et *videamus* deleatur verbum *esse* auctoribus MSS. septem et Ed. Mediol. OUD. Deleverunt Ern. et Sch. *L.*

Et pessimas rationes] Erf. *et per summas rationes*, pro *pessumas.* GRAEV. Voss. III. *plurimas pessimas.* OUD.

Me daturum caussam] Legendum fortasse est: *me allaturum caussam*, vel *me dicturum causam.* LAMB. In Duisb. est: *me laturum causam.* Sed in Pith. clare: *me dicturum causam.* Praecedentibus verbis aeque ut in superioribus Erfurt. et Cauch. praemittunt vocem *Complexio. Intelligamus.* COMPLEXIO. *Si ergo pollicitus sum.* GRAEV. In vv. *daturum caussam* nihil mutandum censet Sch. *L.*

Qua inductus Ulysses] Erf. *qua inductus Ulixes;* ut fere semper optimi quique codices. GRAEV.

Et si inimicitiarum] Copula *et* abest a Duisb. et commode potest abesse. IDEM. Copula caret Leid. IV. non male. *Si* abest a m. pr. Voss. III. Suprascr. *sin.* OUD.

Tum enim complexione.] Particula secunda haud dubie inculcata est ad leniendam connexionem periodi huius cum praecedente. Certe non est in MS. Medic. In altero est *sed tum compl.* ut pateat quemque pro lubitu [ex arbitrio] adiecisse. GRONOV. Al. *tum enim complexione. Enim* non est in Erfurt. GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. IV. Ed. Med. *Sed tum compl.* In Voss. II. *Est complexione supersedendam:* Ed. Omnib. *Tum exornatione et compl. supers. est.* Apage v. *enim.* Voss. III. *complexioni.* OUD. Post v. *supersedendum* et post v. *praetermittenda* verbum *est* omisit Sch. *Tum enim comp. s. est* Cod. Zuicc. Post v. *praetermittenda* omit-

enim complexione supersedendum est, si res brevis est, ut facile memoria comprehendatur: tum exornatio praetermittenda est, si parum locuples ad amplificandum et exornandum res videtur esse. Sin et brevis erit argumentatio, et res tenuis, aut humilis; tum et exornatione 94 et complexione supersedendum est. In omni argumentatione de duabus partibus postremis, haec, quam exposui, ratio est habenda. Ergo amplissima est argumentatio quinquepartita; brevissima est tripartita; mediocris, sublata aut exornatione aut complexione, quadripartita.

CAP. XX. Duo genera sunt vitiosarum argumentationum; unum, quod ab adversario reprehendi potest, idque pertinet ad caussam; alterum, quod tametsi nugatorium est, tamen non indiget reprehensione. Quae sint,

---

tit *est* etiam Cod. Zuicc. *L.* Duo Gryph. *Est cum complexione sup. e.* Et paullo infra: *Est cum exorn. praetermittenda est;* quae mihi lectio multo esse, quam vulgata, venustior et elegantior videtur. Brut.

Si res brevior est, ut facile] Vulgg. *si res brevis est, ut facile.* Cratand. ed. *si res brevis est, quae facile.* Duo praestantissimi codices Erfurt. et Cauch. *si res brevior est,* nisi quod ab Erfurt. abest *est.* Graev. Ed. Med. *brevior.* Oud. *Brevis* Zuicc. *L.*

Parum locuples] Duisb. *parum locuplex.* Graev.

Sin et brevis erit argumentatio] Erf. *si nec brevis erit argumentatio.* Idem.

Tum et exornatione et complexione] Vulgg. *tum exornatione et complexione.* Idem.

Haec quam exposui, ratio est habenda] Al. edd. *haec, quam exposuimus, ratio habenda.* Pith. *haec, quam exposui, ratio adhibenda.* Probo Pithoei excerpta, in quibus est: *haec, quam exposui, ratio est adhibenda.* Idem. Sch. verba: *In omni argumentatione de duabus partibus postremis, haec, quam exposui, ratio est habenda,* tanquam ineptissimam glossatoris laciniam eiecit. *L.*

Mediocris, sublata] Al. *et mediocris, sublata.* Graev. Voc. *quadripartita* deest Leid. II. *quadripartita est* Voss. I. Leid. I. III. *id est q.* Leid. IV. Oud. In supp. post v. *brevissima* v. *est* omissum a Sch. *L.*

CAP. XX. *Duo genera sunt*] Al. *genera duo sunt.* Graev.

Idque pertinet ad causam] Erf. *id quod pertinet ad causam.* Duisb. *idque pertinet ad causas.* Idem. Voss. III. et var. lect. Leid. II. *id quod pert.* Oud.

Quod tametsi nugatorium] Al. *quod etsi nugatorium.* Graev. *tametsi n. sit* Voss. III. Oud.

Non indiget reprehensione] In uno clare lego *reprehensionis;* quod sane statuerem auctoris esse; adeo libens et frequens secundo isto casu utitur. Sic IV, 8. *non egetis mei:* et cap. 17. *rationis nullius indiget.* et 34. *non indiget mitigationis.* Gronov. Duisb. *indiget reprehensione,* sine neganti particula *non.* Graev. Exsulat *non* a Leid. IV. *Reprehensionis* Voss. III. non male. Oud. Recepit Ernest. probavit Sch. *reprehensionis.* Recte. *L.*

quae reprehensione confutari conveniat, quae tacite contemni atque vitari sine reprehensione, si exempla subiecero, intelligere dilucide poteris. Haec cognitio vitiosarum argumentationum duplicem utilitatem adferet; nam et vitare in argumentatione vitium admonebit, et ab aliis non vitatum commode reprehendere docebit. Quoniam igitur ostendimus, perfectam et plenam argumentationem ex quinque partibus constare, in unaquaque parte argumentationis quae vitia vitanda sunt, consideremus: ut et ipsi ab his vitiis recedere, et adversariorum argumentationes hac praeceptione in omnibus partibus tentare, et ab aliqua parte labefactare possimus. Expositio vitiosa est, cum ab aliqua aut a maiore parte ad omnes confertur

---

Quae sint quae reprehensione confutari conveniat, quae tacite contemni atque vitari sine reprehensione] Haec omnia non leguntur in Erfurtensi. GRAEV. Desunt eadem Leid. I. II. III. *Conveniat* abest ab Ed. Med. *Sunt.* Voss. III. Leid. IV. OUD.

Si exempla subiecero, int. dil. pot.] Tres libri manuscripti habent: *nisi exempla subii. dil. int. non poteris.* LAMB. Sic et optimi tres mei Erfurt. Cauch. et Duisburg. Cur tantum consensum spernamus? GRAEV. Voss. I. Leid. I. III. IV. *nisi* et mox *non poteris.* Verissime, unde et Ed. Omnib. praebens *si male*, tamen habet *non pot.* Utrumque deest Leid. II. Dein *exemplum* est in MSS. O. et Ed. Med., quod cur spernamus? *Int. non poteris* est etiam in Ed. Med. *Intelligere o Herenni pot.* Voss. III. OUD.

Duplicem utilitatem afferet] Pith. *duplicem utilitatem affert.* Duisb. *duplicem utilitatem auferet.* GRAEV. Voss. III. Ed. Med. *adfert.* Leid. IV. *confert.* OUD.

Commode reprehendere] Cratandri margo: *commovere et reprehendere.* GRAEV. Omnia ista a vv. *Haec cognitio* usque ad vv. *reprehendere docebit*, ut spuria recidit Sch., quia eadem statim ornatius dicuntur. *L.*

In unaquaque parte argumentationis] Duisb. *in unaquaque parte orationis.* GRAEV. Voss. III. *in arg. un. p.* Leid. III. *et unaquaque in parte argumentationis.* Leid. IV. *orationis.* OUD.

Quae vitia vitanda sunt] Sic libri omnes olim editi, nedum scripti, nisi quod Pal. pr. destituatur illo *vitia;* et abesse potest. Stephanus atque Manutius: *vitia evitanda.* GRUTER. Duisb. *quae ea vitanda sunt.* Steph. et Manut. edd. *quae vitia evitanda sunt.* GRAEV. Abest *vitia* a Leid. III. IV. In ultimo *ea quae.* Voss. I. caret v. *vitanda.* In eo et Leid. I. III. *sint.* Bene. OUD.

Et adversariorum] Duisb. *ac adversariorum.* GRAEV. Voss. III. Leid. IV. Ed. Omn. *ac adv.* male. OUD. Cod. Zuicc. *hac adv. L.*

In omnibus partibus tentare] Erf. *in omnibus partibus temptare.* GRAEV.

Cum ab aliqua] Erf. *cum ab aliquo.* IDEM. In seqq. Voss. III. *maiore.* [non intelligitur, cur hoc enotatum; aliud voluisse videtur.] Ed. Med. caret praepositione. Ed. Omn. *maiori.* OUD. Cod. Zuicc. ut vulgata. *L.* Tum Voss. I. *ad omnes vel transfertur.* Voss. II. *transfertur.* Leid. I. *conferetur.* Deinde pro vv. *ut si quis h. m.* Leid. II. *si qui h. m.* OUD.

id, quod non necessario est omnibus attributum; ut si quis hoc modo exponat: Omnes, qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare divitias, quam officio paupertatem tueri. Si quis hoc modo exposuerit argumentationem, ut non curet quaerere, qualis ratio aut rationis confirmatio sit, ipsam facile reprehendemus expositionem, cum ostendemus, id quod in aliquo paupere improbo sit, in omnes pauperes falso et iniuria conferri. Item vitiosa expositio est, cum id, quod raro fit, fieri omnino negatur, hoc modo: Nemo potest uno adspectu, neque praeteriens, in amorem incidere. Nam cum nonnemo devenerit in amorem uno adspectu, et cum ille neminem dixerit
omnino, nihil differt raro id fieri, dummodo aliquando 96
fieri aut posse fieri intelligatur.

CAP. XXI. Item vitiosa expositio est, cum omnes res ostendimus nos collegisse, et aliquam rem idoneam praeterimus, hoc modo: Quoniam igitur hominem occisum constat esse, necesse est aut a praedonibus, aut ab inimicis occisum esse, aut abs te, quem ille heredem testamento ex parte faciebat. Praedones illo loco num-

---

Malunt maleficio] Erf. *malle maleficio*. GRAEV.

Parare divitias] Lamb. ed. *divitias parare*. GRAEV. Tum Voss. III. *in officio p. tueri*. OUD.

Ut non curet quaerere] Erf. *ut non curemus quaerere*. GRAEV. Voss. III. *curet reddere*. Alii MSS. *quaerere non caret*. In seqq. *id quod in aliquo* abest *id* a Voss. III. Leid. II. Ed. Med. Tum Voss. III. Ed. Med. *id in o. pauperes*. Leid. III. *et in o. pauperes*. OUD.

Expositio vitiosa est] Erf. *vitiosa est expositio*. GRAEV.

Nihil refert, raro id fieri] Sic reperi in uno libro manusc. Tres alii cum vulgatis congruentes habent, *nihil differt*, fortasse non male, et exemplo Graecorum, *οὐδὲν διαφέρει*. LAMBIN. Non possum, quin et hic tecum communicem non absurdam Erfurtensis codicis scripturam: *Nihil affertur raro id fieri, dummodo aliquando fieri, aut posse modo fieri intelligatur*. Locus sane non est integer. Quomodo enim non differt *raro aliquid fieri*, et *aliquando id fieri?* Hoc differt *raro fieri*, et *numquam fieri*. Fortasse Cicero scripsit: *Nihil affertur differt raro id fieri* etc. *Nihil adfertur* est argumentatio est nihili, vitiosa. Nam differt raro id fieri, subaudi, quam numquam, dummodo aliquando etc. GRAEV. *Nihil refert* lectionem a Lambino prolatam recte recepit Sch. *L.*

Aut posse fieri intelligatur] Erf. *aut posse modo fieri intelligatur*. GRAEV. Leid. II. *aut p. modo f.* OUD.

CAP. XXI. *Vitiosa expositio est*] Al. *vitiosa est expositio*. GRAEV. In seqq. *ostendimus*, ut vulgata, Voss. III. a m. pr. In ceteris et Edd. pp. *ostendemus*. OUD.

Et aliquam rem idoneam] Duisb. *et aliquas res idoneam*. GRAEV.

Heredem testamento] Duisb. *Heredem ex testamento*. IDEM.

Ex parte faciebat] Pith. *ex parte fecerat*. Bene. IDEM. *Ille*

quam sunt visi: inimicum nullum habebat: relinquitur, si neque a praedonibus, neque ab inimicis occisus est, quoniam alteri non erant, alteros non habebat, ut abs te sit interemtus. Nam in huiuscemodi expositione, reprehensione utemur, si quos praeter eos, quos ille dixerit, potuisse suscipere maleficium ostenderimus: velut in hoc exemplo, cum dixerit necessé esse aut a praedonibus, aut ab inimicis, aut a nobis occisum esse; dicemus potuisse vel a familia, vel a coheredibus nostris. Cum hoc modo illorum collectionem disturbaverimus, nobis latiorem locum defendendi relinquemus. Ergo hoc quoque vitandum est
97 in expositione, ne quando, cum omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem reliquerimus. Item vitiosa

---

h. testamento ex p. faciebat. Exsulat pronomen a Leid. III. *Ex test.* Leid. IV. *Fecerat* bene Voss. III. Ed. Omnib. Oud. *Fecerat*, quod etiam in Cod. Zuicc. recepit iam Ern.

Illo loco nunquam sunt visi] Nostri omnes *in illo loco.* Gronov. Pith. *illo loco* (sic et vulgati) *nunquam visi sunt.* Cauch. *in illo loco visi sunt.* Erfurt. Cauch. Pith. Cratand. ed. *in illo loco,* quod et in suis Gronovius vidit. Graev. Et sic MS. Traiect. Burm. MSS. O. et Edd. pp. *in illo loco.* Voss. II. *autem in illo l.* Voss. I. Leid. I. *nusquam.* Abest *sunt* a Leid. II. Bene. In omnibus verborum ordo variatur. Oud.

Relinquitur, si neque] Pith. *relinquitur ergo, si neque.* In edd. non est *ergo.* Graev. Voss. I. Leid. I. *Relinquitur ergo, ut.* Tum MSS. quatuor: *quod alteri n. erant.* Oud.

Nam in huiuscemodi expositione] Erf. *nam et in huiuscemodi expositione.* Graev.

Utemur reprehensione] Non est *utemur* in Cauch. Idem.

Si quos praeter eos, quos ille dixerit] Cauch. *si quos praeter eos, quam ille dixerit.* Erfurt. *si quos praeterea, quam elexerit;* lege: *si quos praeterea, quam ille dixerit.* Idem. Voss. I. et Leid. II. a m. secunda et Leid. IV. *praeterea quam quos i. d.* Leid. I. Voss. III. *praeter eos, quam quos i. d.* Voss. II. Leid. II. a m. pr. *praeterea quam i. d.* Bene. Dein *dixerat* Voss. I. *collegerat* Ed. Med. Oud. *Si quos praeterea quam ille d.* recepit Sch. *L.*

Potuisse suscipere maleficium ostenderimus] Pith. et ed. Lamb. *suscipere potuisse maleficium ostendemus.* Graev. Leid. III. Ed. Med. *ostendemus.* Oud.

Cum dixerit, necesse esse aut] Erfurt. *cum dixerit necesse est aut.* Graev.

Collectionem disturbaverimus] Erf. *coniectionem disturbaverimus.* Idem. Voss. III. *collationem.* Oud.

Locum defendendi relinquemus] Cauch. *locum defendendi relinquimus.* Edd. quaedam: *locum defendendi reliquerimus.* Graev. Leid. III. *locum dicendi.* Tum *reliquerimus* est in MSS. sex et Ed. Med. Oud.

Idoneam partem reliquerimus] Al. *idoneam partem relinquamus.* Graev. Vv. *Ergo hoc quoque — partem reliquerimus*, quae absunt a MS. Cott., ut assutam Grammatici alicuius clausulam, delevit Sch. *L.*

expositio est, quae constat ex falsa enumeratione: ut si, cum plura sunt, pauciora dicamus, hoc modo: Duae res sunt, iudices, quae omnes ad maleficium impellunt, luxuries et avaritia. Quid amor? inquiet quispiam, quid ambitio? quid religio? quid metus mortis? quid imperii cupiditas? quid denique alia permulta? Item falsa enumeratio est, cum pauciora sunt, et plura dicimus, hoc modo: Tres res sunt, quae omnes homines sollicitant, metus, cupiditas, aegritudo. Satis enim fuerat dixisse metum et cupidita-

---

Ut si cum plura sunt] Erf. *si aut complura sunt.* Lamb. ed. *ut si cum plura sint.* Graev. Deest *ut* Leid. II, IV. Edd. pp. *Sint* Voss. III. Leid. III. *Aut plura* Leid. IV. Oud.

Duae res sunt, iudices] Erf. *duae res sunt videlicet.* Graev.

Quae omnes ad maleficium impellunt] Erf. et Cauch. *quae omnes ad maleficium impellant.* Cratand. et Lamb. ed. *quae homines ad maleficium impellunt.* Idem. Praemittunt Voss. I. et Leid. I. *videlicet.* Tum *homines* exhibent Voss. I. et Ed. Omn., quod praefero cum v. *impellant* e Voss. I. aliisque. Oud. *Homines* recepit Sch. *L.*

Quid religio]. *Irreligio* habent aliquot manuscripti, et vulgati codices; sed altera lectio, quae reperitur item in nonnullis et manuscriptis et vulgatis, *religio*, non est prorsus reiicienda, dummodo *religionis* nomine stultam et falsam religionem, et inanem deorum metum, quam superstitionem appellant, intelligamus. Terent. Andr.: *Nova nunc relligio in te istaec incessit.* Lucret. lib. 1. [102.] *Tantum relligio potuit suadere malorum.* Nam Epicurus non tollebat preces et vota: et deum, ut praestantem naturam, veneratione dignum esse existimabat, sed religione tamen, id est, ut ille interpretabatur, inani deorum timore, animos hominum liberos ac vacuos esse oportere dicebat. Lambin. Pal. sec. *irreligio*, item Fabricianus, editioque princeps, inclinatque in hanc lectionem Gulielmius. At cum, et in pluribus mss. inveniatur alterum, ei adquieverim; est enim verbum ambiguum *religio.* Grut. Erf. *quid irreligio* Pith. et ed. Cratand. *quid irreligio.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *q. inreligio vel irreligio.* Hinc *irreligiosus* etc. Oud. *Irreligio* etiam Cod. Zuiec. Sed non dubium est, quin h. l. legendum sit *religio.* Sch. *irreligio*, inquit, monachis librariis deberi videtur, qui alteram lectionem impiam esse putabant. Dubitat etiam Sch., Ciceronis aetate v. *irreligio* in usu fuisse. Ceterum *religio*, ut idem Sch. ostendit, est h. l. δεισιδαιμονία, inanis deorum metus, isque recte cum *metu mortis* componitur. Quod autem Ernestius putabat, *religionem*, i. e. superstitionem ab h. l. alienam esse, id quale sit, per se intelligitur. *L.* Tum pro vv. *alia permulta* Voss. III. Leid. II. III. Ed. Med. *alia multa.* Oud.

Et plura dicimus] Erf. *et plura sunt dicimus.* Graev.

Tres res sunt] Erfurt. *tres sunt.* Pith. *tres partes sunt.* Optime. Idem.

Homines sollicitant] Erf. *homines sollicitent.* Idem. Abest *omnes* a Voss. III. *Sollicitent* exhibent Leid. II. III. Bene. Oud. V. *omnes* auctoritate Voss. III. omisit Sch. *L.*

Satis enim fuerat] Al. edd. *satis fuerat.* Graev.

tem; quoniam aegritudinem cum utraque re coniunctam esse necesse est.

CAP. XXII. Item vitiosa expositio est, quae nimium longe repetitur, hoc modo: Omnium malorum stultitia est mater, quae prae ceteris parit immensas cupiditates: immensae porro cupiditates infinitae et immoderatae sunt. Hae pariunt avaritiam: avaritia porro hominem ad quodvis maleficium impellit. Igitur avaritia inducti ad-

98

Dixisse metum et cupiditatem] Erf. *dixisse metum, cupiditatem*. IDEM.

CAP. XXII. *Stultitia est mater, quae*] Quatuor libri manuscripti habent: *stultitia est mater, atque materies, quae*, etc. Ego nihil muto, veruntamen iudicet lector eruditus. Ego vocem *materies* notham et suppositam esse arbitror. LAMB. Pith. tres Lambini, et margo Cratandri: *stultitia est mater atque materies*. GRAEV.

Quae prae ceteris parit immensas cupiditates] Sic restitui ex Erfurt. Cauch. et edd. Cratandri et Lambini. Vulgatae deleverunt *prae ceteris*; immerito. Duisb. *immensae cupiditates*. IDEM. *Omnium malorum stultitia est mater, pestis prae ceteris ea parit*. Ita legitur in Gryph. B. In C. quidem aliquanto clarius, post vocem *mater: quae prae ceteris parit*; quomodo etiam habetur in Leon. exemplari, et Lamb. postremus edidit. Equidem suspicatus non temere, haesisse in libro longe optimo Gryphii vocem *pestis*, ita legi non male posse contenderim: *quae pestis prae ceteris*, aut: *pestis, quae prae ceteris parit*. Verisimile autem est, inductum *pestis* verbum ab imperito librario propter litterarum similitudinem, quae in duabus vocibus sequentibus *prae ceteris* habentur, verito nimirum, ne male bis inculcatum idem verbum esset. BRUT. *Stultitia est mater, quae prae ceteris parit*. Sic dant Voss. II. Leid. I. III. Ed. Omnib. Sed in Voss. I.: *St. est mater atque materies. Ea parit*. Leid. II.: *St. e. mater atque materies. Parit*. Leid. IV.: *St. e. mater atque ea materies, quae parit*. Duas lectiones iunxit Voss. III. *St. e. mater atque materies, quae prae ceteris parit*. Et Ed. Med.: *St. mater est et materies, cum ea prae ceteris pariat*. Lambini et Graevii iudicium sequor. OUD. Res non potest esse obscura. V. *materies* glossa est ad v. *mater*. *Pestis* ortum ex *p̄ctis*, quod notat *prae ceteris*. Recte se habet vulgata, quacum etiam consentit C. Zuicc. *L.*

Infinitae et immoderatae sunt] Erf. *infinitae immoderatae sunt*. GRAEV. Sic et Cod. Traiect. vid. Drakenb. ad Liv. lib. III. 9. BURM. In supp. v. *porro* exsulat a Leid. IV. Tum copula inter vv. *infinitae* et *immoderatae* abest a MSS. quatuor et Ed. Omn. *Infinite immoderatae sunt* Ed. Med. OUD. *Infinite moderate* Cod. Zuicc. Locum ita exhibuit Sch.: *immensae cupiditates pariunt avaritiam*; reliqua pro amplificatione a glossatore profecta habens. *L.*

Hominem ad quodvis maleficium impellit] Erf. *Hominem ad aliquod maleficium*. Pith. *ad quodvis impellit*. GRAEV. V. *porro* exsulat a Leid. III. *Homines* exhibet Voss. I. Leid. I. OUD.

Igitur av. inducti adversarii] Erf. *ergo av. inducti adversarii*. GRAEV. MSS. O. et Ed. Med. *Ergo av. inducti*. Cur id mutarunt editores? OUD. Cod. Zuicc. *Igitur adversarii nostri inducti*

versarii nostri, hoc in se facinus admiserunt. Hic id, quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium, et ceteros poëtas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est:

> *Utinám ne in nemore Pélio secúribus*
> *Caesá cecidisset ábiegna ad terrám trabes:*
> *Neve índe navis ínchoandae exórdium*
> *Coepísset, quae nunc nóminatur nómine*
> *Argó, qua vecti Argívi delecti viri,*

---

avaritia. Sch. scripsit: *Ergo av. ind. L.* Tum Voss. III. Ed. Omnib. *hoc inter se fac.* prave. Deinde pro v. *imitemur* Leid. III. *videamur velle imitari.* Oud.

Loqui concessum est] Duisb. *loqui permissum est.* Graev. Leid. IV. *loqui permissum est.* Oud.

Caesa cecidisset abiegna etc.] Sic habent tres libri manuscr. et ita iidem versus leguntur lib. III. [c. 30. ed. Sch.] de Nat. Deorum; neque quemquam movere debet vox *trabes.* Nam *trabes* dicebant veteres numero singulari in recto casu. Iam vero hi versus ex Ennii Medea sunt, ex Euripidis Medea, non ita ut verbum verbo sit redditum, expressi: *Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος*, etc. *Μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτέ.* etc. Lambin. Erf. *Caesae cecidisset abiegna ad terram trabes.* Pith. *Caesae cecidisset abiegnae ad terram trabes.* Duisb. *Caesae excidissent abiegnae ad terram trabes.* Vulg. *Caecae cecidissent abiegnae ad terram trabes.* Graev. *Caesae cecidissent abiegnae.* Sic MSS. O. cum Ed. Omn. nisi quod in Leid. IV. sit: *excidissent.* Sed vide ad lib. de Inv. I. c. 49. *Caesa cecidisset abiegna* agnoscit Ed. Med. Legendum puto: *caesa accidisset abiegna.* Oud. *Accidissent.* Ita Gryph. exempl. B. C. quomodo etiam in Topicis [c. 15.] quod semel admonuimus. Brut. *Trabes* h. l. singulari numero dictum esse, constat ex Priscian. VII, 8. tom. 1. p. 318. Kr. qui sic: *Vetustissimi tamen trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea: Utinam ne* cet. Fluctuant tamen Codd. Priscianei hic et de metr. Terentii Cap. 2. tom. II. p. 410. Kr. inter: *caesa cecidisset* et *caesa accidisset, accedisset, accendisset.* Meliores exhibent: *caesa cecidisset.* Recte tamen rescribi a Sch. puto, quod Oudendorpius censuit. *L.* Tum pro v. *inchoandae* Voss. I. *inchoandum.* Dein *nominatur nomine* solus Leid. I. Deest *nomine* a MSS. ceteris et Edd. pp. Oud. Cf. quae notavi ad Priscian. de figuris numeror. pag. 387. *L.*

Argo, qua vecti Argivi delecti viri Petebant illam pellem inauratam arietis] Erfurt. Cauch. et Pith. *Argo qua* (in Erf. *qui*) *Argivi* (Pith. *Argivis*) *in eadem lecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis.* Forte [fortasse] scribendum:

> *Argo qua Argivi mille delecti viri*
> *Vecti petebant pellem inauratam arietis.*

Mille viri hoc, est multi viri, ut *sexcenti viri.* Tusc. Quaest. I., 20. corrupte quoque legitur.

> *Argo, quia Argivi in ea delecti viri*
> *Vecti, petebant* etc. Graev. Leid. IV. *quam Argivi delecti*

99 *Petébant illam péllem inauratam árietis,*
Colchis, imperio régis Peliae pér dolum.
Nam núnquam hera errans méa, domo efferret pedem
Medéa, ánimo aegra, amóre saevo saúcia.

Nam hic satis erat dicere (si id modo, quod esset satis, curasset poëta):

---

viri vecti. Ed. Omn. *in quam Arg. d. v. vecti.* In Leid. III. *qua Aug. d. v. vecti.* Leid. I. *qua A. d. v. L. vecti.* Oud. Vellem, ostendisset Oud. quidnam sibi vellet illa littera *L.* in Cod. Leid. I., ne ignari essemus, utrum ita re vera scripserit, an error typothetarum sit. *L.*

Petebant villo pellem inaurato] Sic reposui, Aemari Ranconeti approbata coniectura. Lamb. Erf. et Pith. *petebant pellem inauratam arietis.* Ed. Cratand. *Petebant illam pellem auratam arietis.* Graev. *Villo pellem* Lamb. legit, probata Ranconeti coniectura. Alii *illam pellem* et impressi et MSS. retinent. Brut. Voss. I. *L. petebant* etc. Vox *illam* deest Leid. I. II. IV. Voss. III. *Pellem illam* Ed. Omn. *Auratam* Leid. I. Oud. *Mille delecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis* scripsit Sch., Graevio obsecutus. Male, opinor. Composuerunt se librarii, qui *in ea* sive *in eadem* exhibent, ad Tusculanarum locum I, 20, ubi *in ea* Ciceronis sunt, non poetae. Qui scripsere *in qua* (ita enim Cod. Zuicc.) *quam* et *in quam*, numerum *M* sive *m*, ab interpolatore additum, vel pro praepositione *in* accepere, vel pronomini *qua* adiecere. Item numerum significare voluerunt, qui litteram *L* intruserunt. Quinquaginta enim Argonautae a fabularum scriptoribus memorantur. Sed numerus ab omnis loci ratione alienissimus est. Quapropter Prisciani lectio, quae ab omnibus codd. defenditur:

Argo, qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis;

vera erit, etiam h. l. retinenda. *L.*

Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem etc.] Fortean [forsitan] rectius: *Nam nusquam.* Noti scriptorum loci, ubi haec copulantur in re eadem, *nusquam domo*, et *nusquam pedem.* Gulielmius. Grut. Duisb. *Nam Medeam hera in ea domo efferret pedem.* Pith. et Cauch. *Nam nunquam hera errans mea pedem domo efferret.* Graev. In supp. *Colchi* Voss. I. Tum Voss. I. *hera mea Medea errans.* Voss. II. *hera errans Medea.* Leid. II. *errans Medea* suprascr. *mea hera.* Leid. III. *errans Media.* Leid. IV. *Medeam hera.* Ed. Med. *hera errans mea Medea.* Ed. Omn. *hera mea errans Medea.* Oud. Cum Ed. Omn. facit Cod. Zuicc. *L.* Tum Voss. I. *a domo eff. p.* Leid. IV. *efferret pedem mea domo.* Edd. pp. *pedem efferret domo.* Oud. Cum edd. pp. facit Cod. Zuicc. *L.*

Medea animo aegra, amore saevo saucia] Haec verba nec in Erfurt. nec in Pithoeano leguntur. Graev. Vv. haec eadem desunt Voss. I. II. Leid. II. III. IV. Ed. Med. In Leid. I. solummodo est *Medea;* contra in Ed. Omnib. solum: *aegra amore saucia.* Certo eiicienda est vox *Medea*, mera v. *hera* glossa, quae in textum irrepsit, vel, ut senarius suppleretur, inserta est, tam hic, quam infra. Oud. Nihil eiiciendum nec mutandum. Nam Codd. qui ignorant totum versum, in seqq. exhibent; iidem et qui v. *Medea* ignorant, in superioribus exhibent, inter quos etiam Zuicc., alieno loco. Legitur etiam apud Euripidem v. 6.:

Utinam ne hera errans mea, domo efferret pedem
Medea, amore saucia.

Ergo hac quoque ab ultimo repetitione in expositionibus magnopere supersedendum est. Non enim reprehen- 100
sione, sicut aliae complures, sed sua sponte vitiosa est.

οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας
Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος.

Ex quibus duobus versibus et hemistichio duos fecit Ennius. *L.*

Nam hic satis erat dicere] Erfurt. *Nam id satis erat dicere.* Graev.

Si id modo quod esset satis curasset poëta] Arridet animo meo scriptura Palatina: *si id modo quod satis esset curarent poëtae.* Ita enim codex numero primus, quartus, sextus. Grut. Sic et Erfurt. cui obsequor. Graev. *Satis est* Leid. II. *Satis erat* Leid. IV. cum Edd. pp. Sed in Leid. deleto *erat* substitutum est *esset* sine v. *satis.* Leid. I. *satis esset dicere.* Tum: *curassent poëtae* Voss. I. II. Leid. I. IV. et Ed. Med. *Curaret poëta* Leid. II. Oud.

Utinam ne hera errans mea domo] Pith. *utinam nunquam hera errans mea domo.* Duisb. *utinam ne hera errans, de domo.* Graev. Leid. III. *hera errans Media.* Dein Leid. IV. *efferret pedem de domo.* MSS. multi: *pedem efferret domo.* Oud.

Medea. Ergo] Ita expressi, secutus Pall. sex, qui hic quidem habebant: *animo aegro, amore saevo saucia,* non etiam superius. At ibi proprie habere locum, non etiam hic, nemo non videt, ideoque etiam non habet Victoriana. Gruter. Erf. *Medea homo aegro amore saucia.* Duisb. *Medea aegro amore saucia.* Vulgg. *Medea animo aegra, amore saevo saucia.* Non omittenda fuerunt, *amore saucia.* Rectissime hic locus scribitur in Pithoeanis excerptis:

Vtinam ne hera errans mea, domo efferret pedem
Medea amore saucia.

Nam non addendum fuisse *animo aegra,* quod pleraeque prae se ferunt editiones ante Gruterianam, ex praecedentibus patet. Id enim, quod addiderit haec, reprehendit in Ennio, et dicit dicendum tantum fuisse *Medea amore saucia,* idque suffecisse, quia amor non possit esse sine aegritudine. Male igitur haec verba *amore saucia* ex recentioribus editionibus fuerunt expuncta. Graev. Voss. I. II. Leid. II. Ed. Med. Omn. *Medea animo aegro* (Voss. II. Leid. II. *aegra.* Ed. Omnib. *aegra et.*) *amore saucia.* Verum in Voss. III. *Medea ergo amore saucia.* In Leid. I. simpliciter *Medea,* ut in aliis Edd. At in Leid. II. legas nihil. Cum Graevio retineo quidem: *amore saucia;* sed tollendam puto vocem *Medea.* Oud.

Non enim reprehensione, sicut aliae complures etc.] Editi posteriores *reprehensione eget, sicut* etc. Sed verbum illud *eget* non habemus in edd. primis, in Pall. aut Bruilerensi; estque magistelli alicuius. Grut. Edd. multae: *non enim reprehensione eget.* Grut. Nec nostri codices *eget* agnoscunt, nec editio Cratandri. Graev. Nec MS. Traiect. Burm. In supp. Edd. pp. *in expositione,* pro *i. expositionibus.* Tum Leid. III. *summopere.* Leid. I. *magno opere.* Deinde Voss. I. Ed. Med. *quam plures* pro *complures.* Oud.

CAP. XXIII. Vitiosa ratio est, quae ad expositionem non est accommodata, vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem. Infirma ratio est, quae non necessario ostendit ita esse, quemadmodum expositum est; velut apud Plautum:

Amícum castigáre ob meritam nóxiam,
Immúne est facinus, vérum in aetate útile
Et cónducíbile.

Sed sua sponte vitiosa est] Vocula *sed* non exstat in Pal. pr. neque requisiverim. Grut. Non delet Duisburgensis, sed melius collocat hanc particulam, meo quidem iudicio. Sic enim ille: *non enim reprehensione, sed sicut aliae complures sua sponte vitiosa est.* Graev. Vid. Gronov. supra ad cap. 19. Burm. In Ed. Med. non comparet v. *sed.* At optime Leid. IV. cum Duisb.: *sed, sicut a. complures.* Oud. Omnia ista: *Ergo hac quoque — sua sponte vitiosa est*, ut ineptum enarratoris alicuius corollarium, abiecit Sch. Rectissime. Nam etiam Latinitatis ratio id requirit. *Haec ob ultimo repetitio; magnopere supersedendum est; sua sponte vitiosa;* sunt formulae, quae originem suam satis produnt ipsae. *L.*

CAP. XXIII. *Vitiosa ratio est*] Cauch. *Vitiosa ratio.* Al. *vitiosa est ratio.* Graev. Scripsit Sch. ordine inverso: *Ratio vitiosa*, quia novus locus incipiat, ubi semper subiectum antecedat. *L.*

Vel propter vanitatem] Erf. *vel propter inanitatem.* Graev. Intrusit Sch. hoc loco verba: *vana ratio est — confiteremur*, quae vulgo post v. *ratiocinatur* leguntur, hac de caussa, quod species infirmae rationis non debeant interrumpi in seqq. vanae rationis explicatione. *L.*

Castigare ob meritam noxiam] Al. *castigare ob meritam malam noxam.* Duisb. *castigare ob meritam noxam.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *noxam.* Oud.

Immoene est facinus] Cum hi versus sint in Trinummo Plauti; apud Plautum autem in exemplaribus antiquis scriptum esse sciam *immoene est facinus*, quod valet *immune;* nam veteres dicebant *moenus* pro *munus*, et *moeri*, pro *muri*, et *poenio* pro *punio*, etc. idque notavimus in Commentariis nostris Lucretianis cum alibi, tum ad illum locum: *belli fera moenera*, initio libri primi; cum praeterea doceat Pompeius Festus, *immunis* aliquando poni pro improbo, testemque citet hunc locum Plauti: ego repudiata vulgata lectione, antiquam et rectam reposui, *immune*, seu quis malit, *immoene est facinus.* Neque tamen me fugit, vulgatam ferri posse, ut *immane* positum esse intelligamus pro magno, quemadmodum apud Horatium Od. 17. lib. I. *Natis in usum laetitiae scyphis — immane quantum discrepat.* Idem Satira 4. lib. 2. *Immane est vitium dare millia terna macello*, etc. Sed quid attinet incerta et probabilia pro certis et veris consectari? Lambinus. Grut. et aliae edd. *immane est facinus.* In emendatis editionibus Plauti legitur sane *immune*, aut *immoene.* Et sic hic legendum esse iam olim ad hunc Plauti locum monuerat magnus Camerarius. Graev. *Immune facinus* certissimis adductus rationibus edidit Lamb., quibus quum accedat Festi auctoritas, nulla mihi caussa visa est, cur ab illius sententia discederem. Itaque *immune facinus* curavi edendum. Certe iam pridem Plauti locum ita loach. Camerarius

Haec expositio est. Videamus, quae ratio afferatur:

Nám ego amicum hodié meum
Concástigabo pró commerita nóxia.

Ex eo, quod ipse facturus est, non ex eo, quod fieri convenit, utile quid sit, ratiocinatur. Vana ratio est, quae ex falsa caussa constat, hoc modo: Amor fugiendus non est; nam ex eo verissima nascitur amicitia. Aut hoc modo: Philosophia vitanda est; adfert enim socordiam atque desidiam. Nam hae rationes nisi falsae essent, expositiones quoque earum veras esse confiteremur. Item

---

emendaverat; qui cum in veter. exempl. *immoene* prisco more scriptum inveniretur pro *immune*, factum esse ait, ut a deceptis sententiae et litterarum in *immane* depravaretur. BRUT. *Immane* Ernestius defendebat, ignorans veram verbi *immune* notionem. Cf. quae notavi ad Plauti Trin. Act. I, 1. 2. *L.*

Concastigabo pro commerita noxia] Libri veteres *pro commissa*, non recte, et aliter in Plauto ipso. Adde quod verbum *commerendi* habitat in re mala et flagitio. GRUT. Multae edd.: *Non castigabo pro commerita noxia.* Al. *Castigabo pro commerita noxa.* Al. *Non castigabo pro commerita noxia.* Erf. *Concastigabo pro commissa noxia. Commissa* est etiam in Pith. et margine Cratandri. GRAEV. *Pro commissa* MS. Traiect. BURM. *Concastigabo* discedens a vulgata lectione lego, ex certa ratione et auctoritate veterum exemplarium, in his duorum Gryph. B. C. in quibus etiam *commissa noxia* pro *commerita* legitur. Neque est praetereundum, a Lambino, quo sententiam expleret, quae male ita imperfecta relinquebatur, alterum versum ex Trinummo adiectum, probabili imprimis coniectura; cum ita locus usurpatus esset, incuria atque oscitantia librarii mancum fuisse descriptum. Is autem versus est: *Invitus ni id me invitet ut faciam fides;* qui optime totam Plauti sententiam concludit. BRUT. In supp. MSS. sex et Ed. Omn. *a. meum hodie.* Leid. II. Ed. Med. *hodie amicum meum.* Tum MSS. O. et Edd. pp. *non castigabo pro commissa noxa,* nisi quod in Ed. Med. sit: *ob meritam noxam.* v. de Inv. I, 50. OUD. Cod. Zuicc. locum omnem sic exhibet: *Amicum ob meritam noxam immane castigare facinus.*— Et deinde: *Nam ego amicum meum hodie non castigabo pro commissa noxa. L.* In seqq. *Quia ex eo, quod facturus est* Voss. III. Tum idem Cod. *non in eo* pro *non ex eo.* OUD.

Utile quid sit] Erf. *utile quod sit.* GRAEV. Quae post v. *ratiocinatur* sequuntur: *Vana ratio est — confiteremur* Sch. supra posuit post vv. *propter vanitatem*, propter ea quod species *infirmae rationis* non debeant interrumpi *vanae rationis* explicatione. *L.* Ceterum *ex falsa c. constat* Leid. IV. *consistit.* Tum Leid. II. *Nam verissima nascitur am.* Ed. Med. *Maxima n. am.* OUD.

Philosophia vitanda est] Al. *Philosophia est vitanda.* Duisb. *philosophiam vitanda est.* GRAEV. In seqq. Voss. III. *Itfert socordiam,* fortasse pro *infert.* OUD.

Veras esse confiteremur] Erf. *veras esse confiteamur.* GRAEV.

Item infirma] Erf. *itemque infirma.* IDEM. Sic etiam Cod. T. apud Orell. *L.*

101 infirma ratio est, quae non necessariam caussam adfert expositionis, velut Pacuvius:

Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent Philosophi,
Saxoque illam instare globoso praedicant volubilem:
Ideo, quo saxum impulerit fors, cadere eo fortunam autumant.

Est ratio] In Cauch. non exstant. Graev.

Instare globoso praedicant volubilem] Male et contra libros, qui rescribunt *volubili:* nam alterum illud epitheton fortunae proprium; interim mirandum est manuscriptos omnes habere: *Saxique instar globosi esse volubilem.* Ita sane melioris notae, hoc est originis Germanae libri; quippe Italiae quidam aut *praedicant* interiiciunt, aut *dicunt.* Gruter. Erfurt. et Cauch. *Saxoque instare in globos posse dicant volubili.* Ad *posse* adscribitur varia lectio in Cauch. *esse,* et pro *saxoque, saxeque.* Pith. *Saxi quoque instat globosi esse volubilem praedicant.* Cratandri margo: *Saxique instar globosi praedicant volubilem.* Al. *Saxeoque instare globo praedicant volubili.* In libris melioris notae omitti *praedicant* testatur Gruterus; cur ergo retinetur? Graev. Cod. Traiect. consentit MSS. Gruteri, nisi quod *praedicant* servat. *Volubilem* etiam Demster. ad Rosin. lib. II. c. 16. p. 163. Burm. *Saxique ad instar globosi praedicant esse volubilem,* Leonic. *Saxoque instare in globo posse dicunt volubili,* duo Gryph. B. C. *Saxoque instare eam globoso praedicant volubili,* Lamb. *Saxoque instare globoso praedicant volubili,* Ald. Vict. Lugd. ut fere impressi omnes. Brut. Voss. I. Leid. II. *Saxeoque instare globo.* Supra scr. in Voss. I.: *Saxeique instar globi.* Leid. I. III. Ed. Med. *Saxique instar globosi.* Voss. III. *Saxique admodum globosi.* Leid. IV. *Saxoque instare.* Ed. Omnib. *Saxique ad instar globosi.* In nullo est *illam.* Deinde Leid. I. pro *praedicant* exhibet *esse dicunt.* Voss. III. *esse.* Deest verbum Leid. II. *Dicunt* Leid. IV. Ed. Omnib.: *praedicant esse.* Tum *volubile* Leid. I. *volubili* Voss. I. II. Leid. I. IV. Sed in I. Voss. supr. scr. *volubilem.* Oud. *Volubili* recepit Sch. Cod. Zitt.: *Saxique instar globosi praedicant esse volubilem.* Meliorum codicum lectiones et metri rationem si consuluerimus, non dubium esse potest, quin sit legendum: *Saxique instar globosi esse praedicant volubilem;* quae lectio etiam a sententia unice se commendat. Patet enim, hanc genuinam lectionem ab iis librariis esse adulteratam, qui Fortunae imaginem globo insistentem meminissent, quam non cogitasse poetam sequentia ostendunt. *L.*

Ideo quo saxum impulerit fors] Erf. *Id quod saxum impulerit fors.* Vulgg. *ideo quo saxum impulerit sors.* Cratand. ed. *quia quo saxum impulerit fors.* Pith. *Ideo quia quod impulerit sors eo.* Graev. *Ideo, quo saxum.* Sic est in Leid. II. In Voss. I. *ideo quia saxum quo.* Voss. II. *ideo quod qu saxum.* Voss. III. *ideo quia quo saxum.* Leid. I. III. *quia quo s.* Leid. II. *volubili, ideo quia quo s.* Ed. Med. *ideo dicunt quia quo s.* Ed. Omnib. *ideo dicunt esse volubilem quia quo s.* Oud. Cum ed. Omnib. consentit Cod, Zuicc. *L.* Tum Leid. IV. Edd. pp. *sors* pro *fors.* MSS. O. et Edd. pp. *eo cadere,* nisi quod in Leid. III. sit *eo vadere.* Oud. *Eo cadere* etiam Cod. Zuicc. Quibus comparatis ne-

Caecam ob eam rem esse iterant, quia nihil cérnat, quo
sese ápplicet.
'Insanam autem aiúnt, quia átrox, incerta, insta-
bilisque sit.
Brútam, quia dignum átque indignum néqueat inter-
nóscere.
Súnt autem alii Philosophi, qui cóntra fortunám 102
negant
Miseriam esse ullam, sed temeritate omnia regi. Id
magis

---

mini dubium erit, legendum esse: *Quia quo saxum impúlerit fors, eo cádere fortunam aútumant.* Nam v. *ideo* tam certo arguitur insiticium esse, ut non intelligam, quomodo Sch. retinere potuerit, *quia* vero eiecerit ab omnibus Codd. testatum. *L.*

Ob eam rem esse iterant] *Memorant* legendum putat Auratus, quasi vulgatam lectionem, *iterant* refellat ratio et lex horum versuum; ego nihil muto. Sunt enim trochaici. *iterant* autem, id est, iterum atque iterum dicunt. LAMB. Pith. *ob eam rem dicunt.* GRAEV. *Memorant* edidit Lamb. ex Aurati coniectura, ut carminis ratio constet sine verbo *esse.* Veteres aut *esse iterant*, aut *vocant*, ut Leonic., habent. BRUT. Voss. II. Leid. IV. *rem autumant.* Leid. III. *rem esse aiunt.* Ed. Med. *ob eam caussam autumant esse.* Ed. Omnib. *O. e. r. esse vocant.* OUD. Recte habet vulgata, quam meliores Codd. tuentur omnes, nisi quod *nihil* in *nil* mútandum est. Sch. *nihil* retinuit, *sese* autem in *se* mutavit, metri ignorantia. *L.* Tum in seqq. versibus Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *insanam a. esse aiunt.* Leid. III. *i. esse perhibent.* Deinde Leid. IV. *instabilis* deficientibus: *que sit.* Marg. Leid. II. t. [i. e. *vel L.*] *insatiabilis.* Porro Ed. Med. *neque dignum neque indignum valeat int.* Omnib. *aut ind.* OUD. Vulgata utroque in versu verissima. Lamb. *Ins. autem illam aiunt*, unde Bothius in Scenic. p. 123. *Ins. illam aiunt.* Male. *L.*

Sunt autem alii Philosophi] Duisb. *sunt autem et alii Philosophi.* GRAEV. Leid. IV. *Sunt a. et alii ph.* Ed. Omn. *Sunt item ph.* OUD.

Qui contra fortunam negent] Erf. *qui contra fortunam negant.* GRAEV. Voss. III. Leid. II. Ed. Med. *negent.* Bene. OUD. Recte *negant* retinuit Sch. *Fortuna negant* idem in altera editione, quae est omnium opp. Cic., qua auctoritate, nescio. *L.*

Miseriam esse ullam, sed temeritate omnia regi] Sic editi a Victorio, nisi quod habeat priore versu *fortunam;* quod modo item est in omnibus membranis nostris; quarum antiquiores plane praeferunt: *Ullam esse miseritatem aut humanitatem, sed temeritate omnia regi.* Quae lectio sane contemnenda minime videtur, imo amplectenda venit. Nam quid nobis cum versibus? alius quis ipsos constituat. Manutius edidit: *Materiam esse ullam, sed* etc. vulgata vetus praefert: *fortunam negent ullam esse, sed tem.* GRUTER. Magna etiam est in nostris libris varietas. Erfurt. *Ullam miseram esse, temeritate esse autumant id magis.* Pith. *Ullam esse miseriam atque humanitatem, sed temeritate omnia regi.* Cauch. *Ullam esse miseritatem, sed temeritate omnia regi.* Ego non dubito, quin *miseriam*, *miseritatem*, *miseram*, perperam

Vérisimile aiúnt; quod usus reápse experiundo édocet.
Vélut Orestes módo fuit Rex, módo mendicus fáctus est:
Naúfragio res cóntigit nempe: érgo haud fortuna óbtigit.

---

hic sint a sciolis intrusa. Quid enim hic faciat *misera* fortuna? Imo Pacuvius dixit esse Philosophos quosdam, qui negant esse quandam deam, quae Fortuna dicitur vulgo. Idem dixit quod Iuvenalis Sat. x. [fin.]

Nullum numen habet, si sit prudentia, nos te
Nos facimus, Fortuna, Deam, coeloque locamus.

Fortuna non es Dea, ut homines putant, nec ullam habes divinam potestatem in homines, qui sapiunt. Vulgus te Deam fecit. *Miseram* quoque non agnoscit Lambinus et Petrus Scriverius in Collectaneis veterum Tragicorum. Graev. Vox *miseriam* abest a Voss. II. Leid. I. III. IV. Edd. pp. recte. In Voss. I. *misseriam ullam esse.* Voss. III. *ullam esse miseriam.* Leid. II. *ullam miseriam esse.* In ceteris *ullam esse.* Tum Voss. I. *Sed autumant temeritate regi omnia.* In ceteris et Edd. pp. *sed t. omnia regi* (vel *r. o.*) *autumant.* vel *omn. autumant regi.* Id verbum loco miseriae est admittendum. Oud. Sch. in priore ed. *miseriam* omiserat, in altera reduxit. Cod. Zuicc. ad veram lectionem proxime accedit: *Ullam esse, sed temeritate omnia regi autumant. Id magis.* Vellem Oudendorpius diligenter indicasset, qui suorum codd. exhibeant hunc ordinem: *omnia autumant regi;* is enim verus est. Ita igitur legendum: *'Ullam esse, sed temeritate omnia aútumant regi. 'Id magis.* Vocabulum *esse* duarum est brevium, ut saepe. Cf. quae notavi ad Priscian. de Figur. numeror. p. 388. ed. meae et ad Plaut. Captiv. II, 1, 52. Ceterum, quod h. l. *Fortuna* a *temeritate* i. e. *casu* distinguitur, id sic accipiendum esse recte statuit Sch., ut *Fortuna* pro *dea* dicta sit, quam qui negent esse ullam, omnia ad casus temeritatem referant. *L.*

Verisimile aiunt; quod usus] Erf. et editi nonnulli: *verisimile esse aiunt, usus.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *veris. esse aiunt.* Oud. Hoc si verum est, *aiunt* pro una syllaba accipiendum, cuius rei exempla nondum apud Scenicos inveni. Probabilius est, *esse* a librariis profectum. *L.*

Reapse experiundo] Pith. *ipse ab se experiundo.* Graev. Vid. Gifan. Append. Observ. L. L. p. 112. Burm. Leid. III. *re ipsa.* Ed. Med. *re ipsa ab se.* Ed. Omn. *usu res ipsa a se.* Oud. Cod. Zuicc. *usus res ipsa a se. L.* Tum MSS. sex, Edd. pp. *experiendo.* Voss. III. *experimendo.* Oud.

Modo mendicus factus est] Erfurt. Cauch. Pith. *factus est mendicus modo.* Pal. sextus: *Medicus modo naufragus.* Graev. MSS. tres *factus est mendicus.* In aliis: *factus est modo mendicus.* Sed optime Voss. II. Leid. II. IV. et Ed. Omn. [Cod. Zuicc.] *factus est mendicus modo.* Oud. Nimirum scribendum: *fáctust mendicus modo. L.*

Naufragio res contigit nempe: ergo haud fortuna obtigit] Pal. quart. *factus est mendicus modo. Naufragos nempe res ista contigit. Ergo id non forte neque fortuna obtigit.* Et vero sextus habet item inter lineas: *medicus modo Naufragus etc.* at quintus: *Naufragio nempe res ista contingit: ergo id fluctu non forte aut*

Nam hic Pacuvius infirma ratione utitur, cum ait, verius esse temeritate, quam fortuna res regi. Nam utra- 103
que opinione philosophorum fieri potuit, ut is, qui rex fuisset, mendicus factus esset.

CAP. XXIV. Item infirma ratio est, quae videtur pro ratione afferri, sed idem dicit, quod in expositione dictum est, hoc modo: Magno malo est hominibus avaritia, idcirco quod homines magnis et multis incommodis conflictantur propter immensam pecuniae cupiditatem. Nam hic aliis verbis idem per rationem dicitur, quod dictum est per expositionem. Item infirma ratio est, quae

---

fortuna obtigit. Gulielmius e varietate suorum istud eruebat: *Naufragio contigit. Ergo id non forte aut fortuna obtigit;* ut det *contingere* temeritati, fortunae *obtingere.* GRUTER. Cauch. *Naufragio nempe res ista contigit, ergo id non fructu forte aut fortuna obtigit.* Pith. *Nempe res ista contigit ergo re fluctu, non forte aut fortuna obtigit.* In Collectaneis veterum Tragicorum Scriverii: *Naufragio haec res contigit* etc. Erfurt. *Naufragio nempe rem ergo id fructu forte aut fortuna obtigit.* Quos centones assutos esse huic loco existimo, et legendum: *Naufragio res nempe, haut ergo fortuna obtigit.* Vulgatam tamen retinui, nisi quod aliter interpunxerim. GRAEV. Cod. Traiect.: *Modo naufragio nempe res ista contigit: ergo id non forte nec fortuna obtigit.* BURM. Voss. I. *nauf. nempe ista res cont.* Voss. III. *n. contingit nempe istas res.* Leid. I. *Naufr. nempe res cont.* Leid. II. III. IV. Ed. Med. *n. nempe res ista c.* Ed. Omnib. *n. nempe res ista obtigit.* Sine dubio verbum hic delendum. Tum Voss. I. II. III. Leid. I. II. *Ergo id non forte aut fortuna obtigit.* Leid. III. *Ergo id sorte non aut fortuna o.* Leid. IV. *Ergo id factum non sorte aut f. ob.* Ed. Omnib. *Ergo id non forte nec fortuna o.* Cuncta exsulant ab Ed. Med. Forsan legendum est: *Naufragio res ista nempe, haud forte fortuna obtigit,* vel simili modo. OUD. Connubium particularum *nempe ergo* non videtur librariis deberi; hoc igitur servandum erat. Quapropter scribendum puto cum Sch.: *Naufragio res contigit; nempe ergo haud fortuna obtigit.* L.

Res regi] Erf. *res geri.* GRAEV. In supp. Voss. III. *cum ait hoc s.* i. e. *scilicet.* Tum Voss. O. Leid. I. II. III. et Edd. pp. *res geri.* OUD. Cod. Zuicc. et Turic. apud Orell. *res geri,* quod in tanto consensu recipiendum erat. *L.*

Qui res fuisset] Duisb. *qui rex fuerat.* GRAEV.

Mendicus factus esset] Duisb. *mendicus fieret.* IDEM. Voss. III. *rex esset, m. fieret.* Leid. IV. *r. fuerat, m. fieret.* Ed. Med. *r. f. m. f. fuisset.* OUD. *Fuisset—fieret* rescripsit Sch. *L.*

CAP. XXIV. *Quae videtur pro ratione*] Erf. et Cauch. *cum videtur pro ratione afferri.* GRAEV.

Sed idem dicit, quod] Cauch. *idem quod.* IDEM. Voss. III. *id est* pro *idem.* Leid. III. *dici.* Tum Voss. I. *in prop.* pro *in expos.*, quae plane desunt in Leid. IV. OUD.

Malo est hominibus] Al. *malo est omnibus.* GRAEV. Voss. III. *Magnum malum.* Ed. Omn. *omnibus.* Deinde vox *homines* in Voss. II. deest. *Et ex multis* Voss. I. *afflictantur* Voss. I. Leid. I. II. IV. Ed. Med. OUD.

minus idoneam, quam res postulat, caussam subiicit expositionis, hoc modo: Utilis est sapientia, propterea quod, qui sapientes sunt, pietatem colere consuerunt. Item utile est amicos veros habere; habeas enim quibuscum iocari possis. Nam huiusmodi in rationibus non universa, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirma ratio est, quae vel alii expositioni potest accommodari, ut facit Pacuvius, qui eamdem adfert rationem, quare caeca; eamdem, quare bruta fortuna dicatur. In confirmatione rationis, multa et vitanda in no-
104 stra, et observanda in adversariorum ratione sunt vitia; propereaque diligentius consideranda sunt, quod accurata confirmatio rationis totam vehementissime comprobat argumentationem. Utuntur igitur studiose in confirmanda ratione duplici conclusione, hoc modo:

Subiicit expositionis] Vulgg. *subiicit expositioni.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. IV. Edd. pp. *caussam subiicit expositioni.* Tum Leid. III. *propterea quod hi qui.* Leid. IV. *propter quod qui.* Ed. Omn. *p. quia qui.* Oud.

Colere consuerunt] Vulgg. *Colere consueverunt.* Graev. *Consuerunt.* Sic Voss. III. In ceteris et Edd. pp. *consueverunt.* Oud. *Consueverunt* Cod. Zuico. Atque ita iam Lamb. quem Sch. secutus est. Recte. *L.*

Habeas enim quibuscum] Vulgg. *habes enim quibuscum.* Duisb. *habeas quibus.* Graev.

Huiusmodi in rationibus] Vulgg. *in huiusmodi rationibus.* Idem. *Huiusm. in rationib.* Sic Ed. Omnib. In ceteris MSS. et Ed. Med. *in huiusm.* Voss. II. *in eiusmodi r.* Oud.

Non universa neque absoluta] Sic Erfurt. Cauch. et Cratand. et Grut. edd., sed vulgati: *non universali neque absoluta.* Graev. Leid. III. *sed univ.* Ed. Med. *non universali.* [Ita Ald. apud Sch.] Ed. Omnib. *non universalis.* Voss. III. *non universa non aequa.* Tum Voss. I. *extenuata orat.* Oud.

Item infirma ratio est] Duisb. *item infirma est.* In Erfurt. haec verba non habentur: *ratione expositio confirmatur. Item infirma.* Graev. Leid. II. III. *Item vitiosa r. est.* Deest *ratio* Leid. IV. Tum Voss. III. *quae etiam vel alii.* Abest *vel* ab Ed. Med. Deinde Voss. III. *quare et bruta fortuna d. eamdem.* Oud.

Et vitanda in nostra] Al. *vitanda in nostra* sine copula. Graev. In seqq. Voss. III. Ed. Med. *In advers. oratione.* Oud.

Sunt vitia. sunt] non est in Erfurt. Graev.

Consideranda sunt, quod] Erf. *consideranda quod.* Idem. Ed. Med. *Diligenter cons. s.* Abest *sunt* ab Voss. O. item Leidd. III. Bene. In Leid. IV. *sunt cons.* Oud.

Accurata confirmatio] Erf. *accurata affirmatio.* Vulgg. *accurata obfirmatio.* Graev. Leid. III. Ed. Omn. *affirm.* Tum abest v. *rationis* a Med. Oud.

Totam vehementissime comprobat argumentationem] Erf. *Tota vehementissime comprobat argumentatio.* Graev.

Utuntur igitur studiose] Sic legendum, et ita habent duo libri manuscr.; vox *studiosi* autem, quae est in vulgatis, inepta est hoc

Iniúria abs te afficior indignâ, pater.
Nam, si improbum Cresphóntem existimáveras,
Cur me huic locabas núptiis? Sin ést probus,
Cur tálem invitam invitum cogis linquere?

Quae hoc modo concludentur, aut ex contrario convertentur, aut ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario hoc modo:

Nullá te indigna, náta, afficio iniúria.

---

loco. LAMBIN. Al. *Utuntur ergo studiosi.* GRAEV. *Utuntur i. studiose.* Sic Leid. I. In ceteris et Edd. pp. *studiosi.* Ed. Med. *utantur igitur studiosi.* OUD. *Studiose* Cod. T. apud Orell. *studiosi* cod. Zuicc. *Studiosi* etiam Sch. recepit. *L.*

Si improbum Cresphontem existimaveras] Erfurt. *si improbum esse Cresphontem existimas.* Sic et Cauch. nisi quod in illo *existimans.* Duisb. *Si indignum Tresphontem existimas.* Multi alii MSS. *existimas*, aut *existimans.* leg. *existimaras*; et sic paullo post ibidem scribendum, ubi etiam Erf. *existimas.* GRAEV. MSS. O. et Edd. O. *esse Cresph.* Deinde *existimas* Leid. II. a m. pr. Leid. IV. In ceteris et Edd. pp. item m. sec. Leid. II. *existimabas*, vel *extimabas.* Vide mox. OUD. Sch. ex Oudendorpii emendatione, quam v. infra, dedit: *Nam si Cresphontem existimabas improbum. L.* Deinde Al. *cur me huius collocabas.* GRAEV. Voss. II. Leid. I. II. IV. et Edd. pp. [c. Zu.] *huius.* Voss. III. *huic homini.* OUD.

Sin est probus] Erf. *sive si probus est.* GRAEV. Deest verbum *est* Voss. I. OUD.

Cogis linquere] Quatuor libri manusc. habent, *cogis relinquere:* quam scripturam si probabimus; *s* consonans erit elidenda. LAMB. *Cogis linquere.* Sic Leid. II. et Ed. Med. In ceteris: *cogis relinq.* OUD.

Nata afficio iniuria] Erf. *nate afficio iniutia.* Cauch. *Nata afficio iniuriae.* Lamb. ed. *o nata afficio iniuria.* GRAEV. Leid. II. IV. *o nata.* Paullo ante Leid. III. *convertantur — reprehendantur.* Ed. Med. *convertantur — reprehendantur.* OUD.

Si probus est, bene locavi] Adverbium *bene* in nullo MS. reperi; et puto absurdam esse accessionem. Innuit enim sic locasse et hac conditione, si probus foret, ubi locum non habet ea particula. Itaque unus simpliciter habet: *si probus est, locavi.* Sed Medicaeus cum altero: *si probus est, collocavi*, quod praeferendum puto. GRONOV. Vulgg. *si probus est, bene collocavi.* Cauch. Erfurt. ac Medic. notante Gronov. *si probus est, collocavi.* Pith. *si probus est te collocavi.* Omnium optime. In sequentibus *autem* non est in Erfurt. et Cauch. et id recte. Hi vero versus petiti sunt ex Ennii Cresphonte, quam fabulam laudat Nonius in *nitidant* et *sortiunt.* GRAEV. Cum Mediceo facit Traiect. BURM. In nullo MSS. nec Ed. pr. est *bene.* Sed in MSS. quinque et Ed. Omnib. *collocavi.* Lego: *te locavi.* Quod in Pith. est: *te collocavi*, metro officit. OUD. *Si probus est, collocavi.* Zuicc. Turic. *Te locavi* recepit Sch. Sententia est: Tum demum collocatam te existimabo, si est probus.

Sin autem improbus] Lamb. ed. *sin est improbus.* GRAEV. Voss. III. Leid. IV. *Sin autem imp. est.* Ed. Omnib. *sin a. est*

Si próbus est, bene locávi: sin autem ímprobus,
Divórtio te líberabo incómmodis.

105 Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluetur, hoc modo:

Nam si ímprobum Cresphóntem existimáveras,
Cur me huic locabas núptiis? Duxi probum.
Errávi: post cognóvi, et fugio cógnitum.

Ergo reprehensio huius conclusionis duplex est; acutior illa superior, facilior haec posterior ad excogitandum.

---

improbus. Lege: *sin est improbus.* Oud. Male. Vaga sedes voculae *est* ostendit suppositiciam. *Sin autem* particularum connubium non est a librariis. L.

Divortio te liberabo incommodis] Erf. *divortii te libero incommodis.* Lamb. ed. *Devortio te liberabo incommodis.* In Duisb. est etiam *libero.* Graev. Voss. II. *divortiis.* Tum Voss. III. Leid. III. *liberabo te ab incom.* Leid. IV. *liberabo te inc.* Oud.

Ex simplici parte reprehendentur] Erf. *Ex simplici parte reprehendetur.* Graev.

Alterutra pars diluetur] Sic Erf. et Lamb. ed. vulgg. *alterutra pars diluitur.* Idem. Voss. III. *dividitur* pro *diluetur.* In ceteris et Edd. pp. *diluitur.*

Nam si improbum Cresphontem existimaveras] Erf. *Nam si improbum Cresponten existimas.* Duisb. *Si improbum Tresphontem existimaveras.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *esse C. existimabas*, nisi quod in Leid. IV. est *existimas.* Vide supra. Legendum utroque loco opinor: *Nam si Cresphontem existimabas improbum. Existimaras* enim, quod reponi volebat Graevius, admitti nequaquam potest, nisi itidem invertas, ut feci, voces, ne in metri peccetur leges. Oud. Non ferri haec inversio potest propter positionem voc. *improbum*, quod necessario primam soni sedem tenere debet: *nam si improbum;* cui oppositum est, *cur me locabas.* Contra si legitur: *nam si Cresphontem — improbum*, oppositum esset: *cur me Cresphonti, nec potius alii, locabas;* quae poetae mens non fuisse videtur, quanquam *huic* sequitur. *L. Huic* vocabulo caret Ed. Med. *huius* Ed. Omn. Oud.

Et fugio cognitum] Pith. et Cratand. ed. *fugio nunc cognitum*, nisi quod in Cratand. legatur copula *et*, ut in vulgatis. Graev. Leid. IV. *effugio* pro *et fugio.* Voss. I. Leid. I. IV. item a m. sec. Leid. II. *et fugio nunc cogn.* Voss. III. *et fugito nunc c.* Forsan *duxi probum* etc. est responsio patris ad filiam pro: *existimavi probum esse.* Tunc legendum foret: *Erravi; post cognovi; effuge nunc cognitum.* Oud.

Reprehensio huius conclusionis] Erfurt. Cauch. et Lamb. ed. *reprehensio huiusmodi conclusionis.* Graev. *Huiusmodi concl.* Sic MSS. quinque et Ed. Med. *Huiuscem. c.* Leid. III. Vulgo *huius c.* Oud.

Acutior illa superior] Erf. *auctior illa superior.* Graev.

Facilior haec posterior] Pith. *facilior haec inferior.* Idem. Leid. III. *ista posterior.* Ed. Med. *inferior.* Leid. III. *cogitandum.* Oud.

CAP. XXV. *Vitiosa est confirmatio rationis*] Erf. *vitiosa firmatio est rationis.* Graev.

CAP. XXV. Item vitiosa est confirmatio rationis, cum ea re, quae plura significat, abutimur pro certo unius rei signo, hoc modo: Necesse est, quoniam pallet, aegrotasse; aut: necesse est peperisse, quoniam sustinet puerum infantem. Nam haec sua sponte certa signa non habent, si non cetera quoque similia concurrant. Quod si concurrerint, nonnihil huiusmodi signa adaugent suspicionem. Item vitiosum est, cum vel in alium, vel in eum ipsum, qui dicit, id, quod in adversarium dicitur, 106
potest convenire, hoc modo:

Miseri sunt, qui uxóres ducunt: át tu duxisti álteram.

Item vitiosum est id, quod vulgarem habet defensionem,

Quae plures res significat] Vulgg. *quae plura significat.* Erfurt. Cauch. et Cratand. ed. *cum ea re, quae plures res significat.* Sequentia verba sic in Pith. scribuntur: *abutuntur pro certo huius rei signo.* Utrumque non est improbandum. In Duisb. est etiam *huius* pro *unius.* IDEM. Leid. III. IV. *quae plures significat.* Voss. I. II. Leid. I. II. Ed. Omn. *plures res.* Bene. OUD. *Quae plures sign.* Cod. Zuicc. *Q. pl. res s.* Cod. Turic. *L.* Tum pro *unius rei* Leid. IV. *huius rei.* OUD.

Sustinet puerum infantem] Erf. *sustinet infantem.* GRAEV. *Puerum infantem.* Prior vox exsulat a Leid. IV. OUD.

Haec sua sponte certa signa non habent] Med. *haec certa signa non sunt sua sponte.* Mox omnes tres *nonnihil illius modi.* GRONOV. *Sunt* etiam pro *habent* MS. Traiect. BURM.

Si non cetera quoque similia concurrant] Erf. *sin in ceteris quoque similia concurrunt.* GRAEV.

Quod si concurrerint] Cratand. ed. *quod si concurrerent.* In Erf. haec verba non habentur. IDEM. Leid. IV. *quae si non concurr. nihil.* OUD.

Non nihil huiusmodi signa] Erfurt. ut nonnulli alii MSS. *non nihil illiusmodi signa.* GRAEV. Voss. I. II. Leid. I. II. III. cum Ed. Mediol. *illiusmodi signa.* Verissime. OUD. Praetulit hoc Orell. *L.*

Cum vel in alium, vel in eum ipsum] Erf. *quod vel in alium, et in eum ipsum.* GRAEV. Voss. I. II. Leid. II. IV. *quod vel i. a.* Ed. Omnib. *quando vel una.* In eadem paullo ante *vitiosa.* Deest *vel* Ed. Med. OUD.

Qui dicit, id, quod in adversarium dicitur, potest convenire hoc modo] Erfurt. *qui dicit, quod in adversarium dicit, potest hoc modo convenire.* Duisb. cum editis consentit, nisi quod *dicitur* in illo non legatur. GRAEV. In supp. *in eum ipsum,* ultima vox deest in Voss. III. Leid. II. *In eundem.* Ed. Omn. Tum deest *id* Leid. IV. et Ed. Omn. Item *dicitur* non exhibetur in Leid. IV. OUD.

Qui uxores ducunt] Erf. *si uxores ducunt.* GRAEV. Ex Sch. sententia in hoc versiculo duae loquuntur personae; alterius responsio est: *at tu duxisti alteram;* ibique *at* pro *attamen.* *L.*

At tu duxisti alteram] Cauch. et Cratand. ed. *at tu induxisti alteram.* Duisb. *At tu duxisti uxorem.* GRAEV.

Vitiosum est id, quod] Duisb. *vitiosum est, quod.* IDEM.

hoc modo: Iracundia inductus peccavit, aut adolescentia, aut amore. Huiuscemodi enim deprecationes si probabuntur, impune maxima peccata dilabentur. Item vitiosum est, cum id pro certo sumitur, quod inter omnes non constat, quia etiam nunc in controversia est; hoc modo:

Pronomine *id* caret Leid. III. *Vitiosum est id* desunt Leid. IV., qui pro *alteram* praebet *uxorem*. Oud.

Ab iracundia iuductus peccavit] et optime Erfurtensis et Cauchianus: *ab iracundia deductus peccavit*. Qui immutarunt, nescierunt *deduci* nonnunquam poni pro auferri, abduci, seu, ut barbari nunc loquuntur, seduci. Cic. XIV. ad Fam. Ep. 4: *Nos Brundisii apud M. Lenium Flaccum dies* XIII *fuimus, virum optimum: qui periculum fortunarum et capitis sui prae mea salute neglexit: neque legis improbissimae poena deductus est, quo minus hospitii et amicitiae ius officiumque praestaret*. In secunda Tusculana [25.] *Cum a Zenone didicisset fortissimus esse, a dolore deductus est*. Sed exempla huius notionis alibi attulimus plura. Graev. In Tusc. II, 25. scribitur nunc secundum Bentleium *dedoctus est*. *L. Iracundia inductus*. Sic O. nisi quod in Voss. II. sit *ductus*. In mai. ed. Sch. scripserat *deductus*. In altera sententia mutata *inductus* reposuit. Recte. *L.*

Huiuscemodi deprecationes] Duisb. *huiusmodi deprecationes*. Graev. Leid. IV. Ed. Omn. *huiusmodi enim d.* Voss. III. *huius modi d.* Leid. III. *huius d.* Oud.

Impune maxima peccata dilabentur] Locus satis incertus, quem sic posteriores constituerunt, quum priores habuissent: *impune in maxima*. Hos praepositionem quidem illam omisisse satis credo ex auctoritate codicum veterum. Sed nosse oportet in illis, quum omittitur praepositio, etiam legi *diluuntur*, ut vidi in uno, vel *diluentur*, ut est in Med. quum in tertio diserte sit: *impune in maxima peccata dilabentur*, quod ego mutandum non opiner, quum tales instar fluvii fundentis se in varia divortia, discessuros dicat in varii generis sed maxima vitia, habentes parata patrocinia. Gronov. Erfurt. Cauch. et nonnulli alii MSS. ut et ed. Mediol. *impune maxima peccata diluentur*. Al. *impune maxima peccata diluuntur*. Editi nonnulli, ut Robert. Steph. et Francofurt. *impune in maxima peccata dilabentur*. Sed Victor. et Caroli Stephani aliaeque vulgatam tuentur. Graev. Vulgata est etiam in MS. Traiect. nisi quod *dilabuntur* pro *dilabentur* in eo legatur. Burm. Voss. II. III. Leid. III. Ed. Med. *in maxima pecc.* Voss. I. Leid. II. a m. sec. item IV. et Ed. Omnib. *diluentur*. Voss. II. *delabentur*. Voss. III. Leid. II. a m. pr. *dilabuntur*. Vel lege: *m. pecc. diluentur*, vel: *in m. p. delabentur*. Prius malo. Oud. *In maxima* dederat in priore Ed. Sch., sententiam retractavit in altera. *L.*

Cum id pro certo sumitur, quod inter omnes non constat] Erfurt. *quod id pro quo sumitur, quod inter omnes constat*. Graev. MSS. nullus agnoscit v. *non*, praeterquam Voss. I. a m. sec. et pro *quia* legunt *quod*, vel ut in Leid. III. *quoniam*. Puto scribendum: *quasi i. o. constet, quod*. Pro *nunc* Leid. IV. *non* et supra in Voss. III. *id quod pro certo*. Oud. Oudendorpii coniecturam recepit Orell. *L.*

Quia etiam nunc in controversia est, hoc modo] Erf. *quod*

'Eho tu, di, quibus ést potestas mótus superûm, atque inferûm,

Pacem inter se conciliant, conferunt concordiam. 107

Nam ita pro suo iure hoc exemplo usum Cresphontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset. Item vitiosum est, quod iam quasi sero, atque acto negotio dici videtur, hoc modo: In mentem mihi si venisset, Quirites, non commisissem, ut hunc in locum res veniret; nam hoc, aut hoc fecissem: sed me tum haec ratio fugit. Item vitiosum est, cum id, quod in aperto delicto positum est, tamen aliqua levi tegitur defensione, hoc modo:

Cum te éxpetebant ómnes, florentíssimo

---

etiam nunc in controversia, hoc modo. Pith. *quod etiam nunc in controversia.* Edd. nonnulli: *quod etiam nunc controversia, hoc modo.* Graev.

Eho tu, dii, quibus est potestas motus] Erf. *Studii quibus est potest aut motum.* Idem. Leid. IV. *aut motus s.* Ed. Omn. caret voce *motus.* V. de Inv. lib. I, 49. Oud.

Pacem inter se conciliant] Erfurt. *Pacem enim inter se conciliant.* Edd. quidam *pacem inter sese conciliant.* Graev. Leid. I. *pacem enim inter se.* Ed. Omn. *p. inter sese.* Oud. Non debebat *enim* recipere Orell. quod sensu cassum est. Dicit, e bonis Codd. illud petitum esse; at unus tantum habet, Leid. I., quod sciam. Legendum est, ut Sch. dedit: *Pácem inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.* L.

Pro suo iure hoc exemplo usum] Erf. et Cauch. *pro suo iure hoc exemplo utuntur.* Graev.

Cresphontem Ennius] Erf. et Cauch. *Thesprotum Ennius.* Idem.

Quasi iam satis certis rationibus] Erf. et Cauch. *quaesitam satis certas certionibus.* Graev. In seqq. Leid. II. Ed. Med. *id ita esse demonstrasset.* Bene. Oud.

Atque acto negotio] Lamb. ed. *et peracto negotio.* Graev. *Exacto negotio* Vet. Steph. apud Orell. *L.*

Dici videtur] Duisb. *geri videtur.* Graev. Leid. IV. *geri videtur.* Ed. Omn. *videbitur.* Oud.

In mentem mihi si venisset] Id. *in mente mihi si venisset.* Graev. In seqq. pro *res veniret* a m. pr. Leid. IV. et Ed. Med. *res venisset.* Oud.

Aut hoc fecissem] Erf. *aut hoc fecisset.* Graev.

Sed me tum haec ratio fugit] Erf. *sed me tam haec ratio fecisse.* Pith. non male: *sed me tum haec ratio fefellit.* Idem.

Tamen aliqua levi tegitur defensione] Erf. *tamen aliqua tegitur defensione.* Duisb. *cum aliqua levi tegitur defensione.* Graev. Leid. IV. *cum aliqua l. t.* Oud.

Cum te expetebant omnes] Haec sunt ex Thyeste Ennii: suntque Atrei verba ad Thyesten. Lamb. Meliores scripti: *exspectabant,* quod longe verius indicabat Gulielmius. Gruter. Pith.: *Cum te expectabant.* Graev. Ed. Omn. *Exspectabant o.* Ed. Omn. Tum MSS. VI. et Ed. Med. *in regno;* ut iungas praecedenti versui. Voss. III. Leid. IV. *reliqui te.* Oud.

Regnô reliqui: nûnc desertum ab ômnibus,
Summô periclo sôla ut restitudm paro.

CAP. XXVI. Item vitiosum est, quod in aliam par-
108 tem, ac dictum sit, potest accipi. Id est huiusmodi, ut, si quis potens ac factiosus in concione dixerit: Satius est uti regibus, quam malis legibus. Nam et hoc tametsi rei arguendae caussa potest sine malitia dici, tamen propter potentiam eius, qui dicit, non dicitur sine atroci

---

Nunc desertum ab omnibus] Pith. *Nunc cum desertus ab omnibus.* Duisb. *nunc cum desertum res ab omnibus.* Graev. Leid. I. *desertus* deficientibus vv. *ab omnibus.* Voss. II. III. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *cum desertus es* — vel *es desertus* — *ab omnibus.* In Ed. Omnib. *deserto ab omn.* Oud.

Sola ut restituam paro] Quae est illa *sola?* Pith. exc. *summo periculo solis ut restituam paro.* Erfurt. *summo periculo solus ut restituam comparo.* Si non obstaret metri ratio, hanc lectionem aliis longe praeferrem. *Comparo* sc. quae ad restituendum te requiruntur. Sic saepe simpliciter *comparo* ponitur. Cic. pro Milone: *Paulisper dum se uxor, ut fit, comparat;* ubi nonnulli codices: *paulisper dum uxor, ut fit, comparat.* Idem pro Plancio: *Habere coepit subito,* (sc. comitia) *praeter opinionem omnium, ut ne, si cogitasset quidem quispiam largiri, daret spatium comparandi.* Graev. *Solum ut restituam* unus Gryph. B. habet. Brut. Abest v. *sola* a Leid. IV. In ceteris et Edd. pp. *solus,* nisi quod in Leid. II. sit *solam* suprascr. *vel solus.* Latet quid. Ac *s. restitutionem p.* dant Voss. II. III. Leid. II. IV. Conferendae sunt variae lectiones horum versuum in de Inv. lib. I, 48. Oud.

CAP. XXVI. *Quod in aliam partem*] Erf. *quod aliquam in partem.* Lamb. et al. edd. *quod aliam in partem.* Graev.

Ac dictum sit] Duisb. *quam sit addictum.* Graev. Leid. IV. *quam addictum sit.* Voss. III. *est.* Oud.

Si quis potens ac factiosus in concione dixerit] Erf. *si quis dixerit.* Graev.

Satius est uti regibus] Hoc malo, quam Lambinianum, *bonis regibus.* Sic enim nulli MSS. nostri, solum aliqui, *malis regibus.* Gruter. Lamb. ed. *Satius est uti bonis regibus.* Graev. Leid. III. *uti malis regibus q. m. l.* Voss. I. II. Leid. II. Edd. pp. *uti r. quam uti m. legibus.* Oud. Lambini lectionem *bonis regibus* minus aptam iudicat Sch. *L.* Tum in vv. *nam et hoc* deest *et* Voss. III. Leid. III. Oud. Abest recte. *L.*

Tametsi rei arguendae] Sic restitui, libros veteres secutus, cum vulgati omnes, quos vidi, haberent, *rei augendae.* Lamb. Libri fere calamo exarati *augendae,* placuitque Lambino. Nam Gulielmius rescribi voluit *agendae.* Grut. Lamb. ed. *Nam et hoc tametsi.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *rei augendae.* Oud. Quod verum esse indicavit recepitque Sch. Atque ita etiam prima Lamb. ed. *L. Augendae* et ratione adductus et auctoritate duorum veterum Gryph. exemplarium curavi excudendum. Brut.

Propter potentiam eius, qui dicit] Erf. *propter potentiam eius quod id.* Graev. Voss. I. Leid. IV. *eius qui d. id.* Leid. II. *eius de quo dicitur id.* Oud.

suspicione. Item vitiosum est, falsis, aut vulgaribus definitionibus uti. Falsae sunt huiusmodi, si quis dicat, iniuriam esse nullam, nisi quae ex pulsatione, aut convicio constet. Vulgares sunt, quae nihilominus in aliam rem transferri possunt; ut si quis dicat: quadruplator, ut breviter describam, capitalis est. Est enim improbus, et pestifer civis. Nam nihilo magis quadruplatoris, quam furis, quam sicarii, aut proditoris attulit definitionem. Item vitiosum est, pro argumento sumere, quod in disquisitione positum est: ut si quis, quem furti arguat, dicat, eum esse hominem improbum, avarum, fraudulentum; ei rei testimonium esse, quod sibi furtum fecerit. Item vitiosum est, controversiam controversia dissolvere, hoc
modo: Non convenit, censores, istum vobis satisfacere 109
ex eo, quod ait, se non potuisse adesse, ita ut iuratus fuerat. Quod si ad exercitum non venisset, idne tribuno

---

Falsis aut vulgaribus] Al. *falsis ac vulgaribus.* Graev.

Vulgaribus definitionibus] Erfurt. *Vulgaribus defensionibus.* Idem. *Defensionibus* etiam Leid. IV. Oud.

Si quis dicat] Erf. *si qui dicat.* Graev. MSS. quinque et Ed. Med. *huiusmodi ut si quis dicat.* Tum *pulsione* pro *pulsatione* Leid. I. Voss. II. Oud.

Ut breviter describam, capitalis est. Est enim etc.] Scripti omnes: *ut breviter scribam.* Gronov. Erf. *ut breviter scribam capitalis. Est enim.* etc. *Scribam* est etiam in Pith. et multis aliis libris. Sed Duisb. *ut breviter dicam capitalis est. Est enim.* Etiam codices quos inspexit Gronovius, *ut breviter scribam.* Graev. Voss. I. Leid. I. II. *ut br. scribam.* Voss. III. Leid. IV. *ut b. dicam.* Oud.

Nam nihilo magis quadruplatoris] Duisb. *Nam nihilo minus quadruplatoris.* Graev. Leid. IV. *nihilominus.* Oud. Tum *attulerit* Cod. Turic. apud Orellium, quod antea iam de coni. dederat Ernestius. *L.*

Si quis quem furti] Erf. *Si qui quem furti.* Graev. *Furti quem arguat.* Sic Leid. III. et Ed. Omn. Vulgo *quem f.* Oud.

Arguat, dicat, eum] Erf. *arguat et ita dicat.* Graev. Voss. I. *et ita d. eum.* Leid. I. *et indicat, eum.* Ed. Med. *et dicat, eum.* Leid. II. *dicat ita, eum.* Oud.

Ei rei testimonium esse] Lamb. ed. *Ei rei testimonium esse.* Graev.

Non convenit, censores] Duisb. *num quid convenit censorem.* Idem. In supp. pro *dissolvere* Voss. III. *solvere.* Oud.

Satisfacere ex eo quod ait] Erf. *satisfacere quod ait.* Graev. Vv. *ex eo* desunt etiam Voss. III. Leid. III. Oud.

Ita ut iuratus fuerat] Erfurt. et Duisb. *ita ut iuratus fuerit.* Graev. Leid. IV. *fuerit.* Oud.

Quod si ad exercitum non venisset, id ne tribuno] Erf. Duisb. et Lamb. ed.: *quid si ad exercitum non venisset, de omni tribuno.* In Cauch. est *etiam de omni.* In Pith. *tm id tribuno.* Graev. *Quid si* ex Gryph. duobus B. C. edi iussimus; quae etiam lectio

militum diceret? Hoc ideo vitiosum est, quia non expedita, aut iudicata res, sed impedita, et in simili controversia posita, exempli loco perfertur. Item vitiosum est, cum id, de quo summa controversia est, parum expeditur, et quasi transactum sit, relinquitur, hoc modo:

Aperte fatur dictio, si intelligas.
Tali dari arma, qualis qui gessit, fuit,

---

probatur Lambino. BRUT. Leid. III. *quia si — num idem tribuno.* Leid. IV. *quid si.* Ab Ed. Omnib. abest *ne.* OUD. *Quid? si* recte recepit Sch. In v. *idne* conspirant meliores Codd. Sed depravata Graevianorum lectione adducor, ut scriptum fuisse putem: *idemne. L.* In seqq. Voss. III. *iudicata est res.* Edd. pp. *iudicata res est.* OUD.

Et in simili controversia] In Pith.: *est in simili controversia.* GRAEV.

Exempli loco perfertur] Et quidni *profertur?* quod est in editis prioribus et utique tribus nostris MSS. GRUTER. Grut. ed. *exempli loco perfertur*, procul dubio vitio typographorum. GRAEV. *Exempli loco profertur.* Sic edatur oportet auctoritate MSS. O. et Edd. pp. Vulgo *perfertur.* OUD. Obsecuti sunt Ern. et Sch. Consentit Cod. Zuicc. *L.*

Transactum sit, relinquitur] Erf. *transactum relinquitur.* GRAEV.

Aperte fatur dictio] Male a quibusdam *Pythius* hoc loco pro *dictio* emendatum fuit; posita enim est vox *dictio* pro responso Apollinis et oraculo. Liv. lib. VIII. [24.] *Data erat dictio* FULV. URSIN. *Dictio*, id est oraculum. Sic est autem legendum, itaque habent omnes libri et manuscr. et vulgati. Nam quod in priore editione *Pythius* operae excuderunt, hinc natum est. Ego e regione vocis, *dictio*, cuiusdam amici mei coniecturam annotaram, qui putabat legendum *Pythius.* Quod cum postea reiecissem, neque funditus delevissem, operae hoc incertum pro illo certo impresserunt. Praeterea hoc admonendus est lector, (quod Erico Memmio, viro ornatiss. et clariss. nuper in mentem venit) *Apertae* hoc loco cum diphthongo scribendum esse in postrema syllaba, et maiuscula litera in prima, ut per *Apertam* Apollinem intelligamus, non *aperte*, quasi sit adverbium. Sic enim Festus: *Apellinem antiqui dicebant pro Apolline. Aperta item Apollo dicebatur, quia patente cortina responsa ab eo dabantur.* Itaque *Apertae dictio*, id est Apollinis oraculum, vel hoc totum, *Apertae dictio*, περιφραστικῶς, id est, Apollo vaticinans, qualia sunt illa, *sententia dia Catonis*, apud Horat. [Serm. I, 2, 32.] et *Democriti quod sancta viri sententia ponit*, apud Lucret. [3, 372.] LAMB. Ingeniose quidem Memmius *Apertae*, id est *Apollinis.* Sed quia in nullis libris ita legi video, recipere dubitavi. GRUT. *Apertae* recepit Sch. hac de caussa, quia vulgatum non satis conveniat sequentibus: *si intelligas.* Imo haec ipsa verba, meo iudicio, ostendunt, adverbium *aperte* ab auctore profectum. Sententia enim est: non obscure loquitur oraculum, modo intelligere velis. Scholia quidem Cod. Zuicc. sic: *sententia vel oraculum Apollinis*, quae tamen nihil probant. *L.*

Tali dari arma, qualis qui gessit, fuit] Erf. *Tali fuit* Pith.

Iubét, potiri si studeamus Pérgamo:
Quae ego profiteor esse mea, me aequum est frui
Fratérnis armis, mihique adiudicárier.
Vel quód propinquus, vél quod virtutis aemulus.

Tali dari arma iubet, qualis ille qui gessit fuit. Graev. *Dari arma.* His subiiciunt *a me* Leid. I. II., *iubet* Voss. I. Leid. IV. mox id verbum omittentes. In Ed. Omn. *si intelligam tali dare arma.* Oud. *Dare* etiam Cod. Zuicc. *L.* In seqq. Voss. I. Leid. III. *ille qui gessit f.* Voss. III. *fuit ille, qui g.* Tum Ed. Med. *Pergama.* Oud. *Pergama* etiam legisse videtur glossator Cod. Zuicc., qui quanquam inepte: i. e. *negotia Troiana, quia Ilium Pergama dicitur. L.*

Esse mea, me aequum est frui] Sic, quantum scio, primus dedit Gruterus, ante quem legebatur *nam me*, quod quum non testetur ex MSS. se fecisse, colligo metri causa id illi placuisse. Sed quum in versu hoc queant supponi tot elisiones, tot syllabarum contractiones, ut fere captari studiose videantur ab auctore, omnino aequissimum reor ab ipsis scriptis non discedere, in quorum tribus apud me video *esse mea. Me enim aequum est frui.* Gronov. Locus in mendo cubat in omnibus editionibus. Pulcherrime restituitur ex praestantissimo illo Erfurt., in quo sic scribitur:

Quem ego me profiteor esse.

Non profitebatur arma sua esse, de quibus disceptabatur, sed profitebatur, se talem esse, qualis fuerit, qui gessisset arma, ideoque ex responso Apollinis sibi ea deberi. Pro sequentibus: *Me aequum est frui* Duisb.: *me aequum est enim frui.* Al. *nam me aequum est frui.* Sed nec *nam* nec *enim* habetur in Erfurt., intrusum est, quia in praecedentibus *me* degenerarat in *mea.* Totus versus sic scribendus esse videtur: *Quem ego profiteor esse me. Me, me aequum est frui: Fraternis armis.* Graev. Codd. MSS. Gronovii consentit MS. Traiect. Burm. Voss. I. II. Leid. IV. *Est enim aequum m. f.* Leid. I. II. Edd. pp. *me enim est aequum f.* Voss. III. *me id est aequum f.* Leid. III. *me est aeq. f.* In Graevii emendatione semel abundat *me.* Legendum: *Quem ego profiteor esse. Me, me aequum est frui.* In Voss. III. *confiteor.* Oud. Vix dicas, qua tandem de caussa Graevius omnesque eum secuti, etiam Sch. et nuperrime Orell. praestantissimi Cod. Erfurt. *Quem ego me.* Is ordo tam unice verus, ut, si e codice nullo erutus esset, de coniectura restituendus videretur. Accedit, quod, nisi ita legas, pronomen *quem* hiatum efficeret, quod etsi tolerabile et saepe obvium, tamen contra Codd. non debet intrudi. Itaque legendum: *Quem ego mé profiteor esse. Me, me aequum ést frui.* Atque ita plane, ut opinor, Cod. Erf., nisi quod ille *mea me*, quod ex Graevii silentio coniici posse videtur. *L.*

Fraternis armis] Auratus legendum censet: *Paternis armis*, quia ibi loquatur Neoptolemus Achillis filius, armaque paterna poscat, et sua esse dicat. Lamb. Non variant nostri, ideoque admittere non ausus sum Aurati coniecturam *Paternis.* Potuit enim illa hic petere Aiax Telamonius, Achilli patruelis. Grut. Erf. *Fraternis mihi quae adiudicarier.* Graev. Glossator Cod. Zuicc.: *Armis Achillis, qui erat frater patruelis, non germanus frater. Nam Telamon pater Aiacis et Peleus pater Achillis fratres erant, filii Aeaci et Aeginae uxoris. L.*

Item vitiosum est, ipsum sibi in sua oratione dissentire, et contra ea, quae ante dixerit, dicere, hoc modo:

Quare accusem hunc, nequeo exputando evolvere.
Nam si veretur, quid eum accusem, qui est probus?

Vel quod propinquus, vel] Pith. *vel quod propinquus eius sum, vel* Graev. Voss. II. *propinquus sim.* Oud.

Virtutis aemulus] Edd. *virtute aemulus.* Erf. *virtute remulus.* Duisb. *virtutum ego sum aemulus.* Graev. Voss. II. Leid. I. a m. pr. *virtute aemulus.* Voss. III. Leid. III. *eius virtutis aemulus sum.* Leid. IV. *virtutum ego sum aemulus.* Addunt *sum* etiam Voss. I. Leid. I. II. inepte. Omnino [haud dubie] legendum: *Vel quod propinquus vel quod virtute aemulus* — aut *virtutum aemulus.* Oud. Meliores codd. in lect. *virtute* consentiunt, quod recte Sch. recepit. Non debebat *virtutum* recipere Orell.

Item vitiosum est] Erf. *item et vitiosum est.* Graev. Al. *um.* Gl. Zuicc.

Contra ea, quae ante dixerit] Bene Erf. *contra atque ante dixerit*, pro *contra quam ante dixerit.* Graev. Ita, ut Erf. etiam Turic. apud Orell. *L.*

Quare accusem hunc, nequeo exputando evolvere] Ego ex Pacuvii haec esse puto in Armorum iudicio. Huius autem versus restitutio debetur partim Aurato, partim libris manuscriptis. Nam quod ita reposuerim: *Quare accusem hunc*, in eo Aurato assensus sum, reiecta vulgata scriptura: *Qua causa* etc. Quod autem *exputando*, pro *exponendo*, excudendum curavi, trium codicum manuscriptorum auctoritatem secutus sum, quibuscum et nonnulli vulgati congruunt. Mihi tamen non displicet cuiusdam doctissimi viri coniectura, cui potius ita legendum videtur: *Quare hunc accusem, nequeo putando evolvere.* Lamb. Sic quoque Lambinus et inde Gruterus, quum priores editi simul et MSS. *qua causa*; id quod detrectaverunt retinere, quia tunc syllaba una videretur superfutura, inani sane praetextu, quum et illud *Qua* potuerit fuisse finis versus praecedentis, ut hic versus ab *causa* incipiat, vel magna possit esse elisio in verbo *nequeo.* Sed hic rursum turbae, quum id verbum in nullo sic exstet MSto, et tota haec copia consentit in *tum id* vel *tamen id* contracte ita scriptum *tn̄ id.* Unde ego non dubito, quin scripserit poëta: *timeo exputando evolvere,* quod usurpaverit pro nolo ac detrecto, ut apud Livium occurrit verbum *metuo*, de quo Pater in notis ad lib. XXXII, 31. Gronov. Lamb. et Grut. Edd. *qua re accusem hunc;* aliae Edd. *qua causa accusem hunc;* Erf. et Pith. *Qua causa accusem hunc tum id exponendo evolvere.* Unde coniicit Gronovius: *metuo exputando evolvere*, pro nolo exputando evolvere. Edd. pleraeque: *nequeo expendendo evolvere.* Cratand. margo: *nequeo disputando evolvere.* Graev. MS. Traiect. *Tum id disputando evolvere nequeam.* Burm. MSS. O. et Edd. pp. *Qua causa acc. h.* Tum Voss. I. Leid. II. III. Ed. Med. *tum id exp. ev.* [Voss.] II. Ed. Omn. [cod. Zuicc.] *tum id disp. ev.*, quod suprascr. est in primo [Voss.] Voss. III. *cum id exponendo ev.* Leid. I. *tum ex disputando id ev.* Leid. IV. *nequeo id mecum exp. ev.* Verbum *nequeo* superscr. est in Voss. I. post *exputando.* Gronovii coni. *timeo* non displicet. Oud. Non debebat communis omnium librorum lectio: *Qua caussa* mutari, etiam propterea, quod *Quare ac* | *cusem hunc* | in

Sin inverecundum animi ingenium possidet, 111
Quid eum accusem, qui id parvi auditu existimet?

Non incommoda ratione videtur sibi ostendisse, quare non accusaret. Quid quod postea ait?

Nunc ego te ab summo iam detexam exordio.

CAP. XXVII. Item vitiosum est, quod dicitur contra iudicis voluntatem, aut eorum, qui audiunt, si aut partes quibus illi student, aut homines, quos illi caros habent, laedantur, aut aliquo huiusmodi vitio laedatur auditoris voluntas. Item vitiosum est, non omnes res

---

rhythmum peccat. Cf. quae disputavi in dissertatione de Stropha Alcaica p. 4. In sequentibus *tum* sive *tm* ortum haud dubie ex praecedenti *hunc.* Reliqua emendatio sic est facienda, ut sententia cum sequentibus versibus pugnet, ad quam rem non attenderunt, qui *nequeo* et *timeo* poëtae obtruserunt. Quapropter scribendum puto: *Qua caussa accusem hunc, iám putando evólvero.* Futurum exactum postquam semel incuria mutatum erat in infinitivum, omnes turbas videtur peperisse. De significatione autem futuri momentanea, quae h. l. obtinet, cf. quae notavi ad Plaut. Captiv. II, 2, 64. *Putando* quum non intelligerent librarii, *ex putando, disputando, ex disputando, expendendo, exponendo* certatim substituerunt. Sententia est: *quare eum accusem, iam mecum reputabo.* Quae autem sequuntur, potius non accusare velle ostendunt. Ea igitur est dissensio, cuius exemplum ponere voluit scriptor. *L.*

Quid eum accusem, qui est probus?] Erfurt. *Quid eum accuses, qui est probus?* Duisburg. *si est.* Pro *sin inverecundum* Erf. *sin verecundum.* Graev. Leid. IV. *si est probus.* Tum Voss. III. *cum si verecundum possidebant ingenium.* Oud. Cod. Zuicc. *Si inverecundum. L.*

Quid eum accusem, qui id parvi auditu existimet] Melius Erfurt. *quid eum accuses,* sicut et statim eodem modo post in eodem codice scribitur: *quid parvi auditum existimet.* leg. *qui id parvi auditum existimet:* qui id auditum existimet parvi. Nam *auditu* unde pendeat non video. Graev. Ed. Med. *aestimet.* Vide de Inv. lib. I, 45. Oud. *Auditum* probavit Sch. idem *aestimet.* Quomodo Orell. lectionem et librorum refragatione et metri obluctatione et rationis reprobatione vitiosam iudicatam, *parvi auditu existimet,* quae plane nihil significant, recipere potuerit, non video. *Eum* disyllabum, et ultima non coalescit, id quod soni ratio evincit. Lambinus volebat: *quid ego eum accusem. L.*

Quid quod postea ait] Rectius hic quoque Erfurt. *postea quid ait?* Nec invenuste margo Cratandri: *Quid postea? quid ait?* Huius scripturae vestigia sunt in Duisb.: *Quid quod postea quid ait?* Graev. MSS. O. Ed. Med. *quid postea? quid ait.* Optime. Oud. Ern. Sch. Orell. dederunt: *quid? postea quid ait? L.*

CAP. XXVII. *Aut aliquo huiusmodi vitio laedatur*] Erf. *aut aliquo eiusmodi vitio laedatur.* Graev. Voss. I. II. Leid. I. II. *eiusmodi.* Tum tres priores cum Leid. IV. et Ed. Med. *laeditur.* Oud.

Non omnes res confirmare] Cratandri margo: *non omnes partes confirmare.* Non male. Graev. Sch. Cod. Zuicc. *omnes tres partes.* Est interpretamentum. *L.*

confirmare, quas pollicitus sis in expositione. Item verendum est, ne de alia re dicatur, cum alia de re controversia sit, inque huiusmodi vitio considerandum est, ne aut ad rem addatur quid, aut quippiam de re detrahatur; aut tota caussa mutata in aliam caussam derivetur. Uti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia cum de Musica inducta sit, disputatio in sa-
112 pientiae rationem, et virtutis utilitatem consumitur. Item considerandum est, ne aliud accusatoris criminatio contineat, aliud defensoris ratio purget: quod saepe consulto multi ab reo faciunt, angustiis caussae coacti. Uti si quis cum accusetur, ambitu magistratum petisse, ab imperatoribus saepenumero se apud exercitum donatum esse dicat. Hoc si diligenter in adversariorum oratione observaverimus, saepe deprehendemus, et in huiusmodi deprehensione ostendemus, eos de ea re quid dicant, non

Inque huiusmodi vitio] Erf. *inque eiusmodi vitio.* Graev. Leid. III. *idque in.* Tum MSS. O. *eiusmodi.* Abest verbum *est* a Voss. I. Oud.

Addatur quid aut quippiam de re detrahatur] Erf. *Addatur quidam aut de re detrahatur.* Graev. Voss. III. Leid. II. Ed. Med. *add. quiddam.* Leid. IV. *add. aliquid.* Oud.

Aut tota caussa mutata in aliam] Edd. Cratand. et al. *aut tota caussa in aliam.* Graev. *Mutata in aliam caussam.* Prima et ultima vox desideratur in Leid. III. caussam etiam exsulat ab Ed. Omn. Oud.

Controversia cum de Musica inducta sit] Erf. *Controversia de Musica inducta est.* Graev. *Inducta sit.* Sic solus Leid. IV. cum Ed. Omn, In ceteris *inducta est.* Ed. Med. *indicta est.* Oud.

Et virtutis utilitatem consumitur] Legendum fortasse est *consummatur*, id est *κεφαλαιοῦται, συντελειοῦται.* Sic in margine Lambinus. Graev. *Consummatur* recepit etiam Sch.° confirmatum, teste Orell., a Cod. Turic. *L.*

Considerandum est, ne] Erf. *considerandum, ne.* Graev. Verbum *est* non legas in Voss. III. Leid. IV. Oud.

Criminatio contineat] Erf. *criminatio continere.* Graev.

Defensoris ratio purget] Pith. *defensoris purgatio purget.* Idem. *Defensoris ratio purget.* Ita Leid. II. In reliquis MSS. et Edd. pp. *Def. purgatio p.* Tum Ed. Omn. *multo.* Voss. III. *cons. m. in caussa accusati ab reo.* Oud. *Purgatio* etiam Turic. *L.*

Uti si quis cum accusetur] Erf. et Cratand. ed.: *uti quis cum accusetur.* Dein uterque *petisse* pro vulgato *petiisse.* Graev. Deest *si* a MSS. sex et Edd. pp. In Voss. III. *ut si quis accusetur,* non male. Oud. Hoc non erat, quod placeret Oudendorpio. Sch. *Uti cum quis accusetur* Cod. Zuico. *L.*

Se apud exercitum donatum esse dicat] Erf. *apud exercitum donatum esse*, sine *se* et *dicat.* Graev. *Sese* Leid. III. Oud.

Hoc si diligenter in adversariorum oratione] Lamb. ed. *Hoc in adversariorum oratione si diligenter.* Graev.

Et in huiusmodi deprehensione ostendemus.] Haec omnia absunt ab Erfurtensi et Cauchiano, et poterunt abesse, credoque a ma-

habere. Item vitiosum est, artem aut scientiam aut studium quodpiam vituperare propter eorum vitia, qui in eo studio sunt: veluti, qui rhetoricam vituperant, propter alicuius oratoris vituperandam vitam. Item vitiosum est, ex eo, quod perperam factum esse constat, putare ostendi, a quo homine factum est, hoc modo: Mortuum deformatum, tumore praeditum, coloratum fuisse constat; ergo veneno necatus est. Deinde, si sit usque 113
in eo occupatus (ut multi faciunt) venenum datum, vitio

---

gistro quodam esse inculcata. Nam si quis orator haec in adversarii oratione deprehendat, sine ullo monitu et praecepto hoc ostendet. In sequentibus *eos* in Duisburg. non habetur. IDEM. *Et in huiusmodi deprehensione ostendemus.* Exsulant haec a Leid. I. III. In MSS. tribus et Ed. Omnib. *eiusmodi.* Voss. III. *repreh.* OUD. Verba *Et in — ostendemus* ineptum emblema esse censet Sch. *L.*

De ea re quid dicant] Erf. *de ea re quod dicant.* GRAEV. *Quid dicant.* Ita Leid. III. cum Edd. pp. Sed ceteri praebent *quod dicant.* OUD. *De re quid dicant* Sch. dedit. Recte. *L.*

Artem aut scientiam] Pith. *artem aut sententiam.* GRAEV.

Aut studium quodpiam vituperare.] Duisb. *aut quippiam vituperare.* GRAEV. Leid. IV. *aut quippiam.* Edd. Med. *studium quippiam.* OUD.

Qui in eo studio sunt] Erf. *qui in eo studiosi sunt.* GRAEV.

Quod perperam factum esse constat, putare ostendi a quo homine factum est; hoc modo] Erf. *qui perperam factum constat esse, putari ostendi accepto omine factum esse hoc modo.* IDEM. MSS. sex *constet.* Tum Leid. II. *a certo homine;* suprascr. *a quo.* Ed. Med. *a q. h. f. sit.* OUD.

Tumore praeditum, corpore decoloratum] Vox *corpore* abest a duobus manuscr. et meo quidem indicio delenda est. LAMBIN. Sic Bruil. sic Pal. quart. ac sextus. Antea cusi: *praeditum corpore decoloratum*, quod *corpore* aberat item aliquot Lambinianis. GRUTER. MSS. et edd. multae, *Tumore praeditum, corpore decoloratum.* Consentit Erfurtensis. In aliis, *tumore praeditum, coloratum.* GRAEV. MSS. sex et Edd. pp. *tumore p. corpore decoloratum.* Leid. III. *t. praeditum, decoloratum.* Quod certe compositum non fuerat mutandum. Lib. II, 5. *Si tumore et livore decoloratum est corpus mortui, significat, eum veneno necatum.* OUD. V. *corpore* omisit Sch. omisit etiam Cod. Turic. In Codd. Zuicc. legitur. *L.*

Ergo veneno necatus est] Cauch. *ergo veneno necatum esse.* Margo Cratand. *ergo constat veneno necatum.* GRAEV. Leid. IV. *constat ergo veneno necatum.* Ed. Omn. *constat ergo necatum esse ven.* Leid. III. *ergo veneno necatum.* OUD.

Usque adeo in eo] Fortasse legendum, *usque in eo*, deleta particula *adeo.* Proximo versu autem, inf. *quod multi faciunt,* habent libri veteres duo, pro quo vulg. *ut multi faciunt.* LAMB. *Si sit usque in eo occupatus.* Ita libri nostri antiquiores, sine illo *adeo*, quod recte abiecit Lambinus; sed perperam alia illa sua inculcavit, non requirente sententia, aut iuvantibus libris. GRUT. Edd. multae: *si sit usque adeo in eo occupatus.* Erfurt. non agnoscit *adeo.* GRAEV. Voss. I. Leid. IV. *in eo usque adeo.* Voss. II. III. Leid. II. Edd. pp. *usque adeo in eo.* OUD.

non mediocri conflictetur. Non enim factumne sit, quaeritur, sed a quo factum sit.

CAP. XXVIII. Item vitiosum est, in comparandis rebus alteram rem efferre, de altera re mentionem non facere, aut negligentius disputare: ut si comparetur, utrum satius sit populum frumentum accipere, an non? quae commoda sint in altera re, curet enumerare; quae in altera incommoda sint, velut depressa praetereat; aut ea, quae minima sunt, dicat. Item vitiosum est, in rebus comparandis necesse putare alteram rem vituperari, cum

---

Ut multi faciunt] Lamb. ed. *quod multi faciunt.* Graev.

CAP. XXVIII. *Alteram rem efferre*] *Efferre* Ald. Victor. Leonic. Gryph. C. *Effundere* Gryph. B., ut videtur, pro disserere et disputare effusius, atque latius. Lamb. *afferre.* Brut. *Efferre* etiam Turic. et Zuicc. *L.*

De altera mentionem non facere] Erf. Cauch. et Cratandri editio: *de re altera mentionem non facere.* Duisb. *de altera re mentionem non facere.* Cur hanc voculam omiserint ceteri editores, caussa nulla est. Graev. *De altera re.* Sic vel *de re altera* MSS. O. et Edd. pp. Oud.

Ut si comparetur] Erf. *ut si cum comparetur.* Graev. Voss. III. *ut si cum comp.* Ed. Omnib. *ut compararetur.* Oud. Recepit *quum* Sch. recte. *L.*

An non? quae commoda] Duisb. Cauch. Cratand. et aliae edd. *an non accipere; quae commoda.* Graev. *Accipere an non.* Ita Leid. III. In ceteris et Edd. pp. *an non accipere.* Voss. I. *aut.* Oud.

Quae commoda sint in altera re, curet enumerare] Quid est *curet enumerare?* per quem orator curat enumerare? an non ipse enumerat? Erfurt. *quae commoda sint in altera se vera curet enumerare.* Cauch. *quae commoda sint in alteram re vera curet enumeret.* Cratand. ed. *quae commoda sint in altera re vitet vel curet enumerare.* Puncta subiecta notant vocem esse delendam. Auctor scripsit: *quae commoda sint in altera re vera, curet et enumeret.* Curet commoda vera, de iis cogitet, ac enumeret. Graev. Ed. Med. *curet enarrare* e glossa; sive studiose et dedita opera enumeret. Frustra Graevius haec sollicitavit. Adeas Burman. ad Rutil. Itin. I, 429. *currere curamus velis.* Oud.

Quae in altera re incommoda sint velut depressa praetereat.] Haec *velut depressa* mihi dudum fuerunt suspecta. Erfurt. *quae in altera incommoda sint et quam velint depressa praetereat.* Puto veram scripturam fuisse: *quae in altera re incommoda sint, et quae velint depressa praeterea. Depressa* hic est suppressa. Graev. *Incommoda sint et quam* in duobus Gryph. B. C. pro quo ego *quae incommoda sint et quanta* lego. Brut. Voss. III. *veluti depressa.* Leid. IV. *v. deprehensa.* Oud. Vulgatam non esse mutandam censet Sch. in priore ed.; in altera mutavit. *L.*

Aut ea quae minima sunt] Erf. *aut ea quae minima sit.* Graev.

Necesse putare alteram rem] Erf. Cauch. meus, et Cratand. ed. *necesse putari alteram rem.* Idem. MSS. O. et Ed. Med. *ne-*

alterum laudes. Quod genus, si quaeratur, utris maior 114
honor habendus sit, Albensibus, an Venusinis, quod rei-

---

cesse putari. Abest id verbum ab Ed. Omn. Contra *vituperare* dant MSS. quinque vetustiores. Oud.

Quod genus est, utris] Cauch. *quod genus, utris.* Graev. Voss. III. *quod genus est.* Oud.

Utris maior honor] Erf. *utrius maior honor.* Graev.

Albensibus an Venusinis] *Veientanis* restitui, cum in libris fere omnibus legatur *Vegentinis*, plane mendose. Iam paullo post, ubi vulgo legitur, *populo Ro. profuerunt*, libri manuscr. habent, *populo Ro. praesidio fuerunt.* Lambin. *An Veientibus* Ald. Victor. *An Vestinis*, *Petinensibus* Gryph. B. *An Vestinis Pennensibus*, Gryph. C. pessime omnium. Nonnulli habent excusi *Vegentinis.* Lambinus emendat *Veientanis.* Plin. quidem lib. III, 12. *Vestinorum* alios *Angulanos*, alios *Pinnenses*, alios *Peltuinates* facit, atque in quarta regione Italiae constituit, in qua pariter Albenses ad Fucinum lacum recenset. Ita quantum ad hunc locum pertineat, videtur id ob eam caussam dictum, quod cum inter duodecim colonias, quae bello Punico secundo militiam detrectaverant, *Alba*, unde aeque *Albani* et *Albenses* dicuntur, enumeretur, in his *Vestinorum* nulla mentio fit. Quorum tamen, ut fatear, quod meritum adeo insigne in remp. fuerit, ut Albensibus de populo Romano male meritis opponi debuerint, neque scio, neque divinare facile cuiquam puto. Cum autem ea vis huius praeceptionis sit, ut cum controversia sit instituta, utri maior honos sit habendus, ne honestandi alterius caussa de altero, etiam cum facultas sit id ipsum agendi, quidquam dicere cum contumelia necesse habeamus; locus videtur postulare, ut in horum alteris sit, quod minus recte commemorari possit, quibus obiici quidquam, cuius rei praesertim sit memoria oblitterata, immane ac barbarum est. Brut. Pal. pr. *Vesetinis*, sec. *Vecetinis an Penensibus*, *quod* etc. quart. *Venussinis an Pennensibus*, *quod* etc. uti et videtur fuisse a manu prima in sexto; quintus enim *Veientinis an Pennensibus.* Et vero *Pennenses* hos agnoscit Bruilerianam quoque exemplar, et videtur postliminio inferendum hisce nostris libris; nam ponuntur iidem a Plinio sub regione IV. Italiae: sed ibidem scribitur *Pinnenses.* Gruter. Exemplum hoc satis obscurum videtur illustrari ex Diodori lib. XXXVII. inter Peiresciana. *Ὅτι οἱ Πιννῆται δειναῖς συνείχοντο συμφοραῖς, ἀμετάπειστον δὲ ἔχοντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν, ἠναγκάζοντο κατεξανίστασθαι τῶν περὶ τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ περιορᾷν τὰ τέκνα στερισκόμενα τοῦ ζῆν ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν γεγεννηκότων·* Ceterum quod in sequentibus dicitur, videtur corruptum, nec placuit Latinis *reipublicae et populo Romano*, sed *reipublicae populi Romani*, quod ortum fuit ex compendio notarum in scribendo. Gronov. Erfurt. *Albensibus an Vestinis pennensibus.* Cauch. *Albensibus an Vestinis an Penninensibus.* Pith. *Albinis an Numantanis an pennensibus.* Duisb. *Albensibus an Vegientinis.* Meus: *Albensibus an Vegentinis.* In margine al. *Venusinis.* *Pennensibus* ergo in tribus iisque optimis, Erfurt. Cauch. Pithoei. Videntur iidem esse, quos Diod. Sic. lib. 36. in Peiresciauis Excerptis p. 398. *Pinnetas* vocat, quem locum Gronovius ad hunc illustrandum produxit. Dein Erfurtensis, ut legendum coniecerat Gronov., omissa copula scribit:

publicae populi Romani profuerunt, is, qui dicat, alteros laedat; non enim necesse est, si alteros praeponas, alteros vituperare. Fieri enim potest, ut, cum alteros magis laudaris, aliquam alteris laudis partem adtribuas, ne cupide pugnasse contra veritatem puteris. Item vitiosum
115 est, de nomine et vocabulo eius rei controversiam struere,

---

quod reipub. pop. Rom. profuerint, ut et Cod. Cauchii, in quo, *quod reip. pop. R. profuerint.* Edd. et MSS. multi *quod reip. et populo Romano profuerint.* Graev. *In* pro *et* est in MS. Traiect. Burm. Voss. I. II. Leid. I. II. III. Ed. Omnib. *an Vegentinis.* Leid. IV. *an Vegientinis.* Voss. III. *Venusanis.* Sed addit ille: *an peanensibus.* Voss. II. *an penensibus.* Tum MSS. O. et Edd. pp. *reip. et po. Ro.* perperam. Sed in iisdem praeter Leid. IV. et in Ed. Med. *profuerint.* Recte. Oud. MS. Cort. *an Venusinis.* Turic. *an Venusinis an Pennensibus.* Zuicc. *an Vegentinis. Vestinis Pinnensibus* recte probat recepitque Sch. eumque secutus Orell. Nam rem illam petitam esse ostendit Sch. ex historia belli Marsici; de *Pennensibus* vel *Pinnensibus* (Πιννήταις) narrare Diodorum in fragmento a superioribus interpp. excitato, eosque atrocia ob fidem erga Romanos a Marsis passos esse dicere. Albenses autem constare, quum item in fide Populi Romani manerent, diu obsessos fortiter restitisse. *L.*

Qui dicat alteris habendum] Sic scriptum reperi in uno cod. manuscr. Sed, ut ingenue fatear, videbatur alia manu adscriptum. Omnino potest abesse *habendum*, et facile subintelligi, et repeti ἀπὸ κοινοῦ. Lamb. *Et is qui dicat ab alteris alteros laedat*, legitur in manuscripto, cum in aliis desit particula *ab*, omissa, ut videtur, a librariis. F. Ursin. MSS. et edd. pleraeque, *et is*, *qui dicit alteris alteros laedat.* Lamb. ed. *is qui dicat alteris habendum.* Ego fide Erfurt., Cauchiani, et Duisb. delevi copulam *et*, quae hic plane insulsa, et vocem *alteris*, et pro *dicit* rescripsi *dicat*, et sic plane etiam Cratandri editio, *qui dicat alteros laedat.* Quid est *dicere alteris?* Graev. *Is, qui dicat, alteros laedat.* Sic etiam mei MSS. O. et Edd. pp., nisi quod omnes addant *et is*, temere eiectum a Graevio. Tum *alteros vituperes* Voss. I. Oud. *Vituperes* etiam Cod. Turic. apud Orell. *L.*

Fieri enim potest] Erf. *Fieri potest.* Graev.

Ut, cum alteros magis laudaris] Erf. *ut alteros magis laudaris.* Graev. Deest *ut* Leid. IV. Oud.

Alteris laudis partem attribuas] Erf. *alteris partem laudis tribuas.* Graev. *Tribuas* etiam Leid. IV. Tum Ed. Omnib. *cupidius pugn.* recte, si e MSS. Oud. *Cupidius* etiam Cod. Zuicc. quod tacite recepit Sch., e codd. esse affirmat Orell. non addens, quibus. *L.*

Vocabulo eius rei] Duas ultimas voces in nullo vetusto inveni. Gronov. In Erf. etiam non habentur duae ultimae voces, quas nec in suis Gronov. reperit, sed in ceteris meis extant. Graev. Vide Gronov. infra ad Lib. III. cap. 13. Burm. Voss. III. *de proprio nomine.* Voss. II. *et de voc.* Tum *eius* exsulat ab Ed. Omn. *eius rei* a MSS. Voss. II. Leid. II. Deinde Voss. I. Leid. I. *controv. statuere.* Oud.

quam rem consuetudo potest optime iudicare. Velut Sulpicius, qui intercesserat, ne exules, quibus caussam dicere non licuisset, reducerentur, idem posterius immutata voluntate, cum eamdem legem ferret, aliam sese ferre dicebat propter nominum commutationem: nam non exules, sed vi eiectos se reducere aiebat; perinde quasi id fuisset in controversia, quo illi nomine appellarentur a populo Romano, aut perinde quasi non omnes, quibus aqua et igni interdictum est, exules appellentur. Verum illi fortasse ignoscimus, si cum caussa fecit: nos tamen intelligamus, vitiosum esse intendere controversiam propter nominum mutationem.

CAP. XXIX. Quoniam exornatio constat ex similibus, et exemplis, et amplificationibus, ex iudicatis, et ceteris rebus, quae pertinent ad exaggerandam et collo-

---

Quam rem consuetudo] Cratand. ed. *quam consuetudo.* Graev. Voc. *rem* abest a Voss. I. III. Leid. II. *diiudicare.* Leid. IV. Oud.

Posterius immutata voluntate] Duisb. *postremo immutata sententia.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *sed idem post.* Leid. IV. *postremo.* Oud. Recte Ern. v. *intercesserat* h. l. interpretatus est: *lege lata impedierat. Sch.*

Aliam se ferre dicebat] Erf. *aliis se ferre diceret.* Graev. *se ferre* pro *sese f.* etiam Leid. II. Ed. Med. Oud.

Se reducere aiebat; perinde] Erf. *se reducere dicebat: proinde.* Graev. MSS. O., si excipias Leid. IV., bis cum Edd. pp. *proinde quasi,* nisi quod ultimo loco *aut proinde* absint ab Ed. Omn. Oud.

Quo illi nomine] Erf. *quod illi nomine.* Graev.

Appellarentur a populo Romano] Erf. *appellarentur aut populo Romano.* Idem.

Nos tamen intelligamus] Erf. *non tamen intelligamus.* Idem.

Vitiosum esse intendere] Erf. *vitiosum est intendere.* Idem.

Propter nominum mutationem.] Duisb. et Rob. Steph. ac Lamb. edd. *propter nominum commutationem.* Idem. *commutationem* etiam Leid. IV. Ed. Omn. Oud.

CAP. XXIX. *Ex iudicatis et ceteris rebus*] Hanc lectionem in nullo codice observavi, sed quum varie verba ista et digerantur et exhibeantur, omnes tamen pro primo vocabulo retinent *et,* quod nec in editionibus aliis mutatum est, quam Gruteri. Porro unus mox *iis generibus,* quod sane perplacet. Gronov. Erfurt. *Amplificationibus et ceteris rebus, quae pertinent.* Grut. ed. *Et amplificationibus, ex iudicatis, et ceteris rebus.* Lamb. ed. *Amplificationibus et rebus iudicatis, et ceteris rebus.* Omnes mei et Gronov. MSS. *et iudicatis.* Graev. et MS. Traiect. Burm. MSS. O. et Ed. Med. *et rebus iudicatis.* In tribus ponitur hic ordo: *et rebus iudicatis et amplificationibus.* Ed. Omn. *et iud.* Oud. Vv. *et amplificationibus* iam ab Ern. damnata Sch. eiecit, Orell. uncis inclusit.

Ad exaggerandam et collocupletandam] Erf. Pith. et margo Cratand. *ad exaugendam et collocupletandam.* Lamb. et Rob. Steph. edd. *ad exaggerandam et locupletandam.* Graev. *Ad exaugen-*

116 cupletandam argumentationem, quae sint iis rebus vitia, consideremus. Simile vitiosum est, quod ex aliqua parte dissimile est, nec habet parem rationem comparationis, aut sibi ipsi obest qui adfert. Exemplum vitiosum est, si aut falsum est, ut reprehendatur: aut si improbum, ut non sit imitandum: aut maius, aut minus, quam res postulabit. Res iudicata vitiose profertur, si aut dissimili de re proferatur; aut de ea re, de qua controversia non est;

---

dam habent duo Gryph. B. C. Brut. Voss. I. Leid. I. III, IV. Ed. Med. *exaugendam*. Leid. II. *exaugerandam*. Voss. II. *augendam*. Dein *locupletandam* in Edd. pp. Oud. *Locupl*. Zuicc. *collocupl*. Turic. *L.*

Quae sint iis rebus vitia] Pith. *quae sint huius generis vitia*. Duisb. *quae sint in iis rebus vitia*. Cauch. *quae sint his rebus vitia*. Cratand. ed. *quae sint his generibus vitia*. Lamb. ed. *quae sint in iis generibus vitia*. Graev. Leid. II. *q. s. generibus his vitia*. Leid. III. *quae s. in his rebus v.* Leid. IV. *q. rebus s. in hiis v.* Ed. Med. *quae sunt in his generibus v.* Voss. III. *indicia*. Oud.

Simile vitiosum est] Erf. *simile vitium est*. Graev. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *s. vitiosum est id quod*. Non male, ut infra. Oud.

Aut sibi ipsi obest qui affert] Erf. *aut sibi ipsi qui affert*. Pith. *aut ubi sibi ipsi obest qui affert*. Lamb. ed. *aut ipsi obest, qui affert*. Graev. Lambini editio mea in margine omittit *sibi*, in contexta oratione exhibet. Posteri editores omnes omiserunt. Nollem factum. Nam *sibi*, *suus* non ubique reciproce dicta inveniuntur, sed saepe etiam pro *ei*, *eius*, maxime apud priscos, veluti apud Plautum et Terentium. Ita in notissima ista formula *suus sibi*, de qua exposui ad Captiv. I, 1, 13. Eodem modo *pater suus*, *mater sua* dicitur, pro *pater eius*, *mater eius*, de quibus formulis vide quae dixi ad Milit. Glor. II, 1, 34. In his ubique *sibi* et *suus* tertiae personae pronomen est simpliciter, neque ullam habet vim reciprocam ad subiectum. Omnis tamen hic usus partim ad priscum sermonem, partim ad familiarem consuetudinem, in qua priscae formulae diu vigent, restringendus videtur.

Aut si improbum] Erf. *aut improbum*. Graev. In supp. Ed. Med. *falsum est, ita ut*. Tum in vv. *aut si improbum* deest *si* Leid. III. Ed. Omn. Oud. Deest *si* etiam in Cod. Zuicc. *L.*

Quam res postulabit] Erf. Duisb. Cauch. *quam res postulat;* et vere quidem. Graev. *Quam res postulabit*. Ita Leid. II. cum Ed. Med. In MSS. ceteris et Ed. Omn. *postulat*. Bene omnino [sine dubio]. Oud. *Postulat* Codd. Turic. Zuicc. Praetulerunt tamen *postulabit* Sch. et Orell. In supp. *aut si maius* concinnitatis et perspicuitatis caussa scripsit Sch. *L.*

Dissimili de re proferatur] Erfurt. *dissimili de re proferetur* Graev. In supp. *vitiose proferetur* MSS. tres. Verbum abest a Voss. III. Tum Leid. IV. *dissimili de ea re*. In MSS. O. et Ed. Omnib. *proferetur* vel *profertur*. Oud. *Profertur* cum correctione *proferatur* Cod. Zuicc. *L.*

Aut de ea re] In Erfurt. non extat *aut*. Graev.

De qua controversia] Medicaeus et alius: *qua de contr.* Gronov.

aut si improba; aut eiusmodi, ut aut plures, aut magis idoneae res iudicatae ab adversariis proferri possint. Item vitiosum est id, quod adversarii factum esse confiteantur, de eo argumentari, et planum facere factum esse; nam id tantum augeri oportet. Item vitiosum est, id augere, quod convenit doceri, hoc modo. Ut si quis quem arguat hominem occidisse, et antequam satis idoneas argumentationes adtulerit, augeat peccatum, et dicat, nihil indignius esse, quam hominem occidere. Non enim, utrum indignum sit, an non, sed factumne sit, quaeritur.

Complexio vitiosa est, quae non, ut quidque pri- 117
mum dictum est, primum complectitur, et quae non bre-

Grut. et vulgg. *de qua controversia.* Erfurt. Pith. Cauch. *qua de controversia.* Sic et teste Gronov. Medic. Graev. *De qua c. n. e.* Sic Leid. III. et Ed. Omnib. Sed in ceteris et Ed. Med. *qua de c. n. e.* Verissime, ut passim Cicero: *quo de agitur.* Oud. *Qua de* etiam ex suis Codd. Ern. *L.*

Aut si improba, aut eiusmodi] Erf. *aut improba, aut eiusmodi.* Lambin. ed. *aut si improba, aut si eiusmodi.* Graev. Leid. III. caret v. *si.*

Item vitiosum est, id quod] Lamb. ed. *item vitiosum est, quod.* Graev. Tum post vv. *planum facere* addit Voss. I. *quod constat.* Oud.

Id tantum augeri] Mediam vocem ubique abesse notavi. Gronov. Erf. et Duisb. *id augeri oportet.* Lamb. ed. *id augeri oportet tantum.* Graev.

Quod convenit taceri] Erf. *quod convenit tacere.* Idem.

Si quis quem arguat] Vulgg. *si quis aliquem arguat.* Erf. *si qui quem arguat.* Idem. Tum pro vv. *argumentationes attulerit* Leid. III. IV. *rationes att.* Oud.

Quam hominem occidere] Duisb. *quam hominem occidisse.* Graev. Voss. III. Leid. II. IV. *hominem occidisse.* Oud.

Utrum indignum sit, an non] Pith. *verum indignum sit, an non.* Graev. Verbum *sit* exsulat a Leid. IV. Oud.

Quae non ut quidque primum dictum est] MSS. tres: *quae non quod quidque pr.* Gronov. Erfort. Cauch. et quos Gronovius consuluit, *quod quidque.* Sed in Cratand. ed. legitur: *quae non quicque quod primum.* Ubi Cauchius in margine, cum in codice suo reperisset *quidque*, coniicit scribendum esse, ut ex aliis postea rescripserunt Lambinus et Gruterus. Graev. MS. Traiect. *quae non quod cumque pr.* Burm. MSS. O. carent v. *ut.* Pro ea voce in Voss. III. est *quo*, in Leid. III. *quod.* Leid. IV. *id.* Sed in Leid. I. *ordine.* In Voss. I. *quo ordine.* Tum pro *quidque* in Voss. III. est *quoque.* Leid. IV. et Ed. Med. *quod.* Ed. Omn. *quodque.* Abest *primum* a Leid. III. *Dictum sit* exhibet Voss. II. Leid. IV. Pro seq. *primum*, quod ibi Voss. II. III. et Ed. Omnib. omittunt, in Leid. IV. est *eodem modo.* Placet mihi: *quo ordine quidque primum d. est complectitur,* vel: *ordine quo quidque.* Oud. *Ut quodque primum* receperunt Ern. Sch. Orell., ceterum a vulgata non discesserunt. *L.*

Dictum est, primum complectitur] Erfurt. Cauch. et Cratand.

viter concludit, et quae non ex enumeratione certum et constans aliquid relinquit, ut intelligatur, quid propositum in argumentatione sit, quid deinde ratione, quid confirmatione, quid tota argumentatione demonstratum.

CAP. XXX. Conclusiones, quae apud Graecos *ἐπίλογοι* nominantur, tripertitae sunt; nam constant ex enumeratione, amplificatione, et commiseratione. In quatuor locis uti possumus conclusionibus: in principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in conclusione.

Enumeratio est, per quam colligimus et commonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breviter; ut renovetur, non redintegretur oratio: et ordine, quidquid
118 erit dictum, referemus, ut auditor, si memoriae manda-

---

ed. *quod quidque primum dictum est complectitur.* Equidem non improbo. Nam *primum* subauditur commode. Graev.

Non breviter concludit] Erf. *non breviter concluditur.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *n. b. concluditur.* Melius, ni fallor. Oud. Non assentitur Sch. *L.*

Quid propositum] Fortasse legendum: *quid positum.* Lambin. Margo Cratand. *quid positum in argumentatione.* Graev. In supp. deest praepos. *ex* ante v. *enumeratione* Voss. I. Leid. I. II. III. *Ex numeratione* Voss. III. hic et infra. Tum Leid. IV. *int. id quod propositum ratione.* Ubique *in* addit Leid. III. Oud.

Ratione, quid confirmatione] Erf. *ratione, quid confirmatione.* Duisb. *ratione quod confirmatione.* Lamb. ed. *in ratione, quid in confirmatione.* Graev.

Quid tota argumentatione demonstratum] Pith. *quid tota argumentatione demonstratum est.* Lamb. ed. *quid in tota argumentatione demonstratum.* Graev. Voss. I. Leid. I. III. *demonstratum sit.* Oud.

CAP. XXX. *Tripertitae sunt*] Lamb. ed. *tripartitae sunt.* Graev.

Commiseratione. In quatuor locis] Erf. et Cauch. *Commiseratione. Quatuor locis.* In Cauchiano super *quatuor* appositum erat *in.* Lamb. ed. *commiseratione. Quatuor in locis.* Idem. *In quatuor locis* etc. *conclusione.* Tota haec periodus deest Leid. I. a m. pr. et Voss. II. *In* abest a Voss. III. Leid. II. *Quattuor in l.* Ed. Med. Eadem omnia illa omittit Cod. Turic., eiecit Sch., uncis inclusit Orell. Spuria sunt. *L.*

Uti possumus conclusionibus: in principio, secundum narrationem] Erf. *uti possumus principis cum narratione.* Graev.

Non redintegretur] Duisb. *non reintegretur.* Idem. In supp. Voss. III. *sermonem fecerimus.* Tum Leid. II. III. *non ut red.* Leid. IV. Ed. pp. *reintegretur.*

Ordine, quicquid erit dictum, referamus] Erf. et Cauch. *ordine quicquid erit referemus.* Duisb. *ordine quo quiquid erit dictum, referemus.* Ed. Wechel. *ordine ut, quicquid erit dictum, referamus.* Lamb. ed. *ordine quicquid erit dictum referimus.* Itaque sic rescripsi optimorum codicum auctoritate. In vulgatis est *referamus.* Addit Duisb.: *quo et ordine quo quicquid erit dictum,*

verit, ad id, quod ipse meminerit, reducatur. Item curandum est, ne aut ab exordio, aut a narratione repetatur orationis enumeratio. Facta enim, et dedita opera comparata oratio videbitur esse, aut artificii significandi, aut ingenii venditandi, aut memoriae ostentandae caussa. 119

---

referemus. Sententia hanc voculam requirit. Quae et restituenda est ex eodem codice paullo post. *Ordine breviter exponendae sunt res, quo tractatae erunt in confirmatione.* Editiones: *quae tractatae erunt.* Perperam. Sed pro *quicquid* censeo scribendum *quidque*, ut in paullo praecedentibus verbis: *Complexio vitiosa est, quae non ut quidque primum dictum est, primum complectitur.* GRAEV. Falso referunt Sch. et Orell. *referimus* e Codd. esse. Lamb. editio in margine exhibet: *L. referimus*, quae est coni. Lambini. Etiam Turic. *referamus.* Oudendorpium in suis legisse *referemus*, ex eius silentio coniicias. Verum tamen puto esse Lambini coniecturam. *L.*

Ad id, quod ipse meminerit] Cauch. et Erfurt. non inepte: *ad idem, quod ipse meminerit.* GRAEV.

Item curandum est] Lamb. ed. *in qua curandum est.* IDEM. *Item curandum est.* Sic Voss. II. Ed. Omn. In ceteris MSS. et Ed. Med. *In qua c. e.* OUD. *In qua* Lamb. in margine. Sic etiam Cod. Turic. Recepit Orell. In seqq. v. *orationis* eiecit Sch. *oratio* scriptum fuisse pro *or. en.* auguratur Orell. *L.*

Ab exordio, aut a narratione] Erf. *ab exordio aut narratione.* GRAEV.

Facta enim et dedita opera] Plerique MSS. et edd. *ficta enim et dedita opera.* Quaeso te quid hic *ficta oratio?* Num falsa et fictitia? Nam qui exponunt *ficta* domi excogitata, nugantur. Optime et verissime Duisburgensis: *Facta enim et dedita opera comparata oratio videbitur esse.* Qui non intellexerunt quid sit *facta oratio*, id interpolarunt. *Facere orationem* est magno studio et cura illam elaborare et expolire. Cic. Orat. [51]: *Omitto Isocratem discipulosque eius Ephorum et Naucratem, quanquam orationis faciendae peritissimi.* Gellius XVIII, 22.: *Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus;* in exornanda oratione. Male politissimus Rutgersius Var. Lect. IV, 19. τὸ [v.] *facienda* delendum censet, tanquam glossema. Sed clarissime Cic. in Bruto, [8.]: *Sed ut intellectum est, quantam vim haberet accurata et facta quodam modo oratio.* Sic et Quinctilian. [8, pro 23.]: *Nam illa, quae curam fatentur, facta et composita etiam videri volunt,* ubi itidem corrupte *ficta* legitur, quod iam olim incomparabilis Scheelius observavit. Πεποιημένη λέξις eodem modo apud Longinum et alios Graecos scriptores. Transfertur etiam ad homines, qui subornati et praeparati ad aliquid efficiendum veniunt. Cic. II. ad Att. 24.: *Et qui illuc factus institutusque venisset, primum Caepionem de oratione sua sustulit.* GRAEV. *Facta* etiam Leid. IV. In ceteris *ficta.* *Debita* pro *dedita* Voss. II. OUD. *Facta* defendit etiam Ern. Receperunt recte Sch. et Orell. *L.*

Aut artificii significandi, aut ingenii v., aut memoriae ostentandae] Sic Lambinus, unde excepit Gruterus, quum ante non exhiberetur prius *aut*, secundum vero alii retinerent, alii pro eo *ingeniique*, ut est in Victoriana. Pro tertio alii *vel memor.*, alii *et memor.* Sed pace illorum, qui tam lepide hanc particulam

Quapropter initium enumerationis sumendum est a divisione, deinde ordine breviter exponendae sunt res, quae tractatae erunt in confirmatione, et confutatione. Amplificatio est res, quae per locum communem instigationis auditorum caussa sumitur. Loci communes ex decem praeceptis commodissime sumuntur adaugendi criminis

---

digesserunt, nullus ita nostrorum codicum. Certe prius *aut* legitur nullibi [nusquam], ut plane isto non egeamus, pro secundo est vel *ingeniique vend.* vel *ingenii vend.* Tertii loco habent omnes tres *memoriae ostendendae.* Unde videtur manus auctoris fuisse: *artificii significandi, ingeniive venditandi, et memoriae ostendendae caussa.* Nam hoc satis est, nec frequentativum requiritur, ut patebit ex capite primo libri sequentis. Gronov. Aliae edd. *artificii significandi, aut ingenii venditandi, vel memoriae ostentandae.* Erfurtensis, et alii MSS. *artificiis significandi, ingenii venditandi, memoriae ostendendae caussa.* Cauch. cum Cratandri editione: *Artificii significandi, ingeniique venditandi et memoriae ostentandae caussa*, quibus adstipularer, nisi Pith. et Duisb. retinerent ultimas duas disiungentes particulas. Gronovius, cum in suis etiam varietatem istam deprehendisset, scribendum censebat: *artificii significandi, ingeniive venditandi, et memoriae ostendendae caussa.* Graev. In MS. Traiect. tribus his locis deest vocula *aut.* Burm. Primum *aut* deest MSS. O. et Edd. pp. *Signandi* Ed. Med. Tum rursus *aut* deest MSS. O. et Edd. pp. Sed in Voss. I. II. Leid. I. Ed. Omnib. est *ingeniique.* Pro tertio *aut* MSS. sex et Edd. pp. dant *et*, quod abest a Leid. III. *Ostendendae* Voss. I. II. Leid. I. III. IV. *Ostentandi* Voss. III. Oud.

Initium enumerationis] Duisb. *initium orationis.* Graev. Leid. IV. *initium orationis.* Oud.

Sumendum est a divisione] Lamb. ed. *est sumendum a divisione.* Graev.

Ordine breviter exponendae sunt res] Erf. *Breviter ordine exponendae res sunt.* Idem. Leid. I. *ex ordine breviter.* Leid. II. IV. Ed. Med. *breviter et ordine.* Leid. III. Voss. III. *breviter ex ord.* Voss. I. *breviter et ex ordine.* Bene. Oud.

Res, quo tractatae erunt] Grut. et al. edd.: *res, quae tractatae erunt.* Duisb.: *res quo per fractatae erunt.* Graev.

Amplificatio est res, quae per locum communem] Nec Erfurt. nec Cauch. nec Cratand. ed. τὸ [v.] *res* agnoscunt, et debet sane abesse, ut nemo diffitebitur, qui huius scriptoris ingenium non ignorat. Paullo ante: *enumeratio, per quam colligimus.* Hic poterant itidem intrudere *res.* Graev. *Amplificatio est, quae.* Sic legi debet auctoribus MSS. Voss. I. III. Leid. I. II. III. Ed. Med. Inepte additur *res* in ceteris et vulgo. Oud. *Res* iam ab Ernestio eliminatum est. Secuti sunt Sch. Orell. *L.*

Auditorum caussa sumitur]. Pith. *auditorum caussa consumitur.* Graev.

Commodissime sumuntur adaugendi criminis caussa] Pith. *commodissime sumentur ad augendi criminis caussam.* Idem. Leid. IV. *ad augendam criminis caussam.* In Voss. III. etiam *caussam.* Oud.

caussa. Primus locus sumitur ab auctoritate, cum commemoramus, quantae curae ea res fuerit diis immortalibus, aut maioribus nostris, regibus, civitatibus, nationibus, hominibus sapientissimis, senatui. Item maxime quo modo de his rebus legibus sancitum sit. Secundus locus est, cum consideramus, illae res, de quibus criminamur, ad quos pertineant; utrum ad omnes, quod atrocissimum est, an ad superiores, (quod genus ii sunt, a quibus auctoritatis locus communis sumitur,) an ad pares, hoc est, 120
in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos; an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur. Tertius locus est, quo percunctamur, quid sit eventurum, si omnibus idem concedatur; et ea re neglecta, ostendemus, quid periculorum aut incommodorum consequatur.

Cum commemoramus, quantae curae] Erf. *cum commemoria cum quantae curae.* GRAEV.

Immortalibus aut maioribus] Erf. *immortalibus ac maioribus.* IDEM. Voss. I. *ac mai. n.* OUD.

Civitatibus, nationibus, hominibus] Pith. *civitatibus, hominibus.* GRAEV.

Legibus sancitum sit] Cauch. *legibus sanctum sit.* GRAEV. Voss. II. Leid. III. IV. Ed. Med. *in leg.* Voss. II. *est.* Deest verbum Voss. III. OUD.

Cum consideramus] Margo Cratand. *cum consideratur.* GRAEV.

Illae res, de quibus criminamur]. Erf. *illae res, de quibus criminantur.* Duisb. *illas, de quibus criminamur.* Pith. *illae res, de quibus criminatur.* IDEM. Leid. IV. *illas, de q.* Ed. Med. *illas res de q.* Tum MSS. O. *criminantur.* OUD.

A quibus auctoritatis locus] Cratand. ed. *a quorum auctoritate locus.* et sic Pith. MS. GRAEV. Leid. II. *a quorum auctoritate l.* OUD.

An ad pares, hoc est in eisdem] Erf. *si a paribus, hoc est in eisdem.* Duisb. *an ad pares, id est in eisdem.* GRAEV. Leid. IV. *id est.* OUD.

Fortunarum positos] Erf. *fortunarum positis.* GRAEV. *Et fortunarum.* Leid. IV. OUD.

Qui omnibus his rebus antecelluntur] Erf. *qui his omnibus rebus antecelluntur.* Duisb. *qui omnibus his rebus antecellunt.* GRAEV. Voss. III. *his, qui omnibus antec.* Leid. IV. *quibus his omn. r. antecellunt.* Nota passivam huius verbi formam. OUD.

Quo percunctamur] Al. *quo percontamur.* GRAEV. Paullo post *sit venturum.* Leid. IV. OUD.

Si omnibus idem concedatur] Duisb. *si idem concedatur.* GRAEV.

Et ea re neglecta ostendimus] Sic Erfurt. et Lamb. ed. Vulgg. *et ea re neglecta ostendemus.* Pith. *ea re neglecta ostendemus.* IDEM.

Quid periculorum aut incommodorum] Erf. et Cauch. *quid periculorum atque incommodorum.* IDEM. *Peric. atque incommodorum cons.* Sic MSS. sex et Edd. pp. *P. et inc.* Leid. III. Vulgo *aut.* Voss. III. *sequatur.* OUD.

Quartus locus est, quo demonstratur, si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc exspectatio iudicii remoratur. Quintus locus est, per quem ostendimus, si semel aliter iudicatum sit, nullam rem fore, quae incommodo mederi, aut erratum iudicum corrigere possit. Quo in loco non incommodum erit uti ceterarum rerum comparatione, ut ostendamus, alias res posse aut vetustate sedari, aut consilio corrigi: huius
121 rei aut leniendae aut corrigendae nullam rem adiumento futuram. Sextus locus est, cum ostendimus esse consulto

---

Si huic sit remissum] Erf. *si huic permissum sit.* Graev. Voss. I. *sit repromissum.* Leid. I. *sit permissum.* Oud.

Multos alacriores] Erf. *multo alacriores.* Graev. Voss. III. *Multo al.* Voss. I. Ed. Med. *acriores.* Voss. II. Leid. III. *alacres.* Leid. II. *maleficium.* Oud.

Quos adhuc expectatio] Erf. *quod adhuc expectatio.* Graev.

Aliter iudicatum] Id est secus, quod valet *male iudicatum.* In uno libro quidem manuscr. legitur: *non recte iudicatum*, pro *aliter iudicatum.* Lamb. Erfurt. *si sententia aliter iudicatum sit.* Alii, ut ex margine Cratandri editionis apparet, *si a sententia aliter iudicatum sit.* Cogitent acutiores. Graev. Leid. III. Ed. Med. *ab* vel *a sententia aliter.* Oud.

Nullam rem fore, quae incommodo mederi] Erf. *nullam rem facere, quae non commodum erit.* Pith. *Nullam rem fore, quae aliquo modo mederi.* Duisb. *nullam rem fore, quae hinc incommodo mederi.* Leg. *huic.* Pith. *nullam rem fore, quae incommodo mederi queat.* Graev. *Huic inc. m.* Voss. III. Leid. IV. *Aliquo modo m.* Leid. III. Oud. Pronomen concinnitatis caussa addidit e Codd. Sch., retinuit Orell. *L.*

Mederi, aut perperam factum, aut erratum] Unus liber manuscr. non habet *aut perperam factum.* Lambin. Nec exstant illa verba in ullo codice, quos consului. Duisb. et edd. vett. *erratum iudicium.* Pith. *iudicium aut erratum.* Rob. Steph. et Colin. edd. *Aut perperam factum, aut erratum iudicium.* Graev. Voss. III. *an ppelleat iudicum.* Leid. III. *aut ppam iudicium.* Edd. pp. *aut perperam factum aut erratum iudicium.* In reliquis etiam *iudicium.* Quid lateat, extricent acutiores. Oud. Cod. Turic. *aut perperum iudicium*, coniecitque Orell. *aut perperam iudicatum*, cuius glossa fuerit *erratum iudicium.* Sic mihi quoque videtur. *L.*

Ceterarum rerum comparatione] Pith. *certarum rerum comparatione.* Graev. Voss. III. Leid. IV. *certarum r. c.* Oud.

Ut ostendamus, alias res] Erf. *ut ostendam alias res.* Graev.

Huius rei aut leniendae] Legendum fortasse est, *hui rei*, etc. Lamb. Pith. *huius rei leniendae.* Graev. Voss. III. *huius vero rei.* Oud. Lamb. scripsit *huic rei*, licet in omnibus edd. expressum sit *hui.* *Adiumento* uncis inclusit Ern. dicens, exquisite dici: *huius rei leniendae nullam rem futuram;* eiecit Sch. Habent omnes Codices. Scribendum puto cum Lambino *huic — adiumento f.* Videtur *huius* scriptum ab eo, qui compendium in *huic* suspicaretur. *L.*

Locus est, cum ostendemus] Erf. et Duisb. *locus est, cum ostendimus.* Et statim iidem *et dicimus.* Vulgg. *et dicemus.*

factum, et dicimus voluntario facinori nullam excusationem; imprudentiae iustam deprecationem paratam. Septimus locus est, quo ostendemus taetrum facinus, crudele, nefarium, tyrannicum esse: quod genus, iniuriae mulierum, aut earum rerum aliquid, quarum rerum caussa

---

Graev. Voss. I. III. Leid. II. III. Ed. Omn. *cum ostendemus.* Oud.

Ex consilio factum] Sic legendum est, non ut vulgo, *ex consulto.* Licet etiam legere *consulto,* detracta praepositione. Lamb. Sic Pall. omnes. Lambinus supposuit, *ex consilio.* Non video quare. *Ex consulto,* ut *de industria.* Grut. Grut. et Al. edd. *ex consulto factum.* Lamb. ed. *ex consilio factum.* *Ex consulto* posset quidem ferri, quia praepositio, quae communius omittitur, necessario subauditur. *Consulto* enim est *ex consulto consilio.* Sed tamen antiquissimi codices aliud suadent. Erfurt. et Cauch. *cum ostendimus et consulto factum, et dicimus.* Sed rectius Pithoei excerpta: *cum ostendemus esse consulto factum et dicemus.* Quod recepi sine ullo scrupulo: sed et ex Erfurtensi *ostendimus* et *dicimus.* Graev. *Esse consulto.* Vulgati habent *ex consulto,* pro quo Lamb. *ex consilio* edidit. Gryph. MSS. *et consulto,* ut videatur *et* ante verbum *ostendemus* esse revocandum. Brut. *Ex consulto* sine verbo *esse* MSS. O. nisi quod in Leid. III. fit: *ex cons. esse factum.* Ed. Omn. *et cons. f.* Graevianae editioni accedit Ed. Mediol. Mihi *ex consulto* verius videtur. *Dicemus* Voss. I. II. Leid. II. Ed. Omn. Oud. *Esse consulto* Sch. *Ex consulto* in hoc scriptore ut rariorem formulam non obliterandam fuisse recte iudicat Orell. *L.*

Facinori nullam excusationem] Edd. multae: *Facinori nullam esse excusationem.* Sed in MSS. non reperitur *esse,* quod Lambinus inseruit. Erf. *facinori nullam excusationi.* Graev. MSS. O. praeter Leid. IV. *n. esse exc.* Ed. Med. *n. exc. esse.* Oud. Vulgatam sanam iudicat Sch. ablegans ad Cic. de Inv. I, 53. *L.*

Imprudentiae iustam deprecationem] Erf. *imprudentiam et iustam deprecationem.* Duisb. ed. Cratand. et al. edd. *sed imprudentiae iustam deprecationem.* Graev. Leid. IV. *Sed impr.* Voss. III. *iustamque.* Voss. I. Leid. I. II. III. *impr. et iustam.* Bene, pro *etiam, et quidem.* Oud.

Quo ostendimus] Sic Erf. vulgg. *quo ostendemus.* Graev. Voss. I. Leid. O. et Ed. Med. *q. ostendimus.* Bene. Ed. Omn. *cum ostendemus.* Oud.

Nefarium, tyrannicum] Erf. *tyrannicum, nefarium.* Graev.

Quod genus iniuriae mulierum aut earum] Erf. Cauch. et Duisb. *quod genus iniuriarum aut earum.* Pith. et Cratand. ed. *quod genus iniuria mulierum.* Novi propter iniuriam mulieribus illatam, et pudicitiam earum violatam, bella esse orta, et eversa regna et dominationes. Exempla quis ignorat, qui vel Tarquinios et decemviros Romanos, aut bella Lacedaemoniorum et Messeniorum novit? Probabilior tamen est Erfurtensis, Duisb. et Cauch. codicum scriptura: *quod genus iniuriarum, aut earum rerum aliquid, quarum rerum caussa bella suscipiuntur.* Quod est, cuius generis sunt iniuriae, aut tales res, propter quas bella suscipiuntur. Mox Duisb. recte delet *rerum* in his verbis: *quarum rerum caussa.* Idem. Voss. II. *quod genus, ut iniuria.* Leid. III. *iniu-*

bella suscipiuntur, et cum hostibus de vita dimicatur. Octavus locus est, quo ostendimus, non vulgare, sed singulare esse maleficium, spurcum, nefarium, inusitatum, quo matu-
122 rius et atrocius vindicandum sit. Nonus locus constat ex peccatorum comparatione, quasi cum dicemus, maius esse maleficium stuprare ingenuam, quam sacrum legere: quod propter egestatem alterum, alterum propter intemperan-

---

ria mulierum. Leid. IV. *iniuriarum.* Ed. Med. *iniuria mulierum est.* Omn. *iniuriam mulierum.* In ceteris MSS. simpliciter *iniuria* a m. prima. Rectissime; *iniuria* scil. cuiuscunque sit speciei. Solet auctor saepissime ita dicere. *Quod genus* pro *cuius generis est.* Oud. *Iniuriae m.* Sch. *iniuria m.* Orell. e Cod. Turic. *L.* Tum Leid. III. *earum aliquid.* Voss. III. *aliud quarum c.* Abest etiam ultimo loco v. *rerum* a Leid. IV. et Ed. Med. contra perpetuum auctoris stilum [perpetuam scriptoris consuetudinem]. Deinde pro vv. *bella suscipiuntur* Ed. Med. *b. gerantur.* Oud.

Quo maturius et atrocius vindicandum sit.] Duisb. *quod maturius et atrocius vindicandum sit.* Erf. *quo maturius et atrocius iudicandum sit.* Graev. Leid. II. IV. Ed. Med. *quod m. et at. vind. est.* Indicativum modum exhibent MSS. quinque alii. Voss. III. *iudicatum sit.* Oud.

Nonus locus constat] Nullum codicem video, quin habeat: *nonus locus est, qui constat.* Gronov. Pithoean. et Duisb. et Gronoviani *nonus locus est, qui constat*, nisi quod in Duisb. non legatur *qui.* Graev. Sic et MS. Traiect. Burm. Voss. I. III. Leid. I. II. IV. Ed. Med. *N. l. est qui constat.* Voss. II. *N. locus est.* Oud. *N. l. est qui constat*, praetulit Sch. *N. locus est* e Turic. Orell. *L.*

Stuprare ingenuum] Erf. *stuprare ingenium.* Vulgg. *stuprare ingenuam.* Graev.

Quam sacrum laedere] Quidam legendum putant, *sacrum legere.* Quin ego ita scriptum reperi in uno optimo libro manuscripto. Supra autem putaverim legendum: *quale, cum dicemus, maius esse*, etc. pro: *quasi cum d.* quomodo Graeci loquuntur, οἷον ὅτε, etc. Lamb. Edd. et Duisb. et Erf. *sacrum laedere.* Pith. et al. MSS. *sacram legem.* Graev. Leid. III. IV. Ed. Omn. *s. laedere.* Ceteri omnes *s. legere.* Oud. Praetulerunt *legere* merito Sch. Orell. *L.*

Propter egestatem alterum] Erf. *alterum propter egestatem.* Graev.

Propter intemperantem superbiam] Legendum forte [fortasse] est, *intemperatam*, id est immoderatam, seu indomitam: vel dic intemperantem, id est impotentem. Lamb. *Imperantem* admisi fide Palatini quarti, neque aliter Bruil., prius cusi *intemperantem.* Supra etiam reposui, *sacrum legere*, ex Pal. sec. ac Fabr. alludebatque quintus, in quo, *sacram legem.* Sed et praeterea rescribendum *stuprare ingenuum*, e quarto Pal. et nescio quo Gulielmiano. Mox scripsi *solitudine* pro *solicitudine*, volentibus Palat. pr. sec. quinto. Gruter. Erf. *propter inperantem superbiam.* Pith. *propter intemperatam superbiam.* Grut. ed. *propter imperantem superbiam.* Ita scribitur sane et in Erfurtensi. Sed quid est *imperans superbia?* Hic sane caussa nulla est, cur recedamus a vul-

tem superbiam fiat. Decimus locus est, per quem omnia, quae in negotio gerundo acta sunt, quaeque rem consequi solent, exponemus acriter, et criminose, et diligenter, ut agi res, et geri negotium videatur, rerum consequentium enumeratione.

CAP. XXXI. Misericordia commovebitur auditoris animus, si variam fortunarum commutationem dicemus;
si ostendemus, in quibus commodis fuimus, quibusque 123
incommodis simus, comparatione. Si, quae nobis futura sint, nisi caussam obtinuerimus, enumerabimus, et ostendemus. Si supplicabimus, et nos sub eorum, quorum misericordiam captabimus, potestatem subiiciemus. Si, quid

---

gata *intemperantem*, quod legitur in Duisb. Oauch. et meo, ut coniecerat Lambinus. Reposui igitur quod in omnibus editionibus ante Gruterianam divulgatis legebatur; *intemperantes* enim sunt qui libidinis caussa stuprant mulieres, *superbi*, qui ingenuas. Nam qui iniuriam alteri tantum infert, illum nihili facit superbia inflatus. Graev. Voss. III. *intemperatam s.* Voss. II. Leid. III. *imperantem s.*, perperam. Oud. Probarunt *intemperantem* Sch. Orell. *L.*

In negotio gerundo] Vulgg. *in negotio gerendo.* Graev. MSS. aliquot et Edd. pp. *gerendo.* Leid. IV. *fiunt vel gerendo.* Oud.

Ut agi res] Pith. *aut agi res.* Graev.

CAP. XXXI. *Commovebitur auditoris animus*] Libri manuscr. habent, *auditor*, *si*, etc. Lamb. Unde in tribus nostris *commovebitur auditoribus?* Gronov. Erf. et plures alii MSS. *commovebitur auditoribus.* Gronov. in suis legit *misericordia commovebitur auditoribus.* Equidem cum in Erfurt. Pith. et Cratand. ed. sit etiam *auditoribus*, cur id repudiem, non video. Annon Latine dicitur *commovere auditori misericordiam?* Graev. Et ita in MS. Traiect. Burm. Leid. I. II. Edd. pp. *m. c. auditoribus* Leid. III. *auditor.* Voss. II. *m. commovebuntur auditores.* Scilicet scripserat auctor simpliciter: *misericordia commovebitur*, ut est in Voss. III. quod tam varie interpolarunt. Oud. Ita scr. Sch. *auditoris animus* glossatori deberi iudicans. Orell. e Turic. *m. c. auditoribus. L.*

In quibus commodis fuimus] Erf. *quibusque incommodis sumus.* Ed. nonnullae: *in quibus commodis fuerimus.* Graev. *Fuerimus* Ern. recepit e MS. Cortiano. Secuti sunt Sch. Orell. *L.*

Quibusque in commodis simus] Desiderantur in Erfurtensi. Graev. Leid. II. IV. *quibus inc.* Ed. Med. *et quibus.* Ed. Omn. *et quibus in inc.* Leid. II. suprascr. *et in q.* Oud. Sch. scripsit *quibusque in inc.* recte. *L.*

Comparatione] Duisb. *in comparatione.* Graev.

Si quae nobis futura sint, nisi] Pith. *Si quae nobis futura sint incommoda, nisi.* Idem.

Caussam obtinuerimus] Duisb. *caussam optinuerimus.* Idem. Leid. III. *ni caussam obtinuerimus.* Oud. Tum *et ostendemus* ut futilem glossam eiecit Sch. *L.*

Misericordiam captabimus] Erf. *misericordiam captavimus.* Graev.

Potestatem subiiciemus] Duisb. et Erf. *potestatem subiiciemus*

nostris parentibus, liberis, ceteris necessariis casurum sit propter nostras calamitates, aperiemus, et simul ostendemus, illorum nos solitudine et miseria, non nostris incommodis dolere. Si de clementia, humanitate, misericordia nostra, qua in alios usi sumus, aperiemus. Si nos semper, aut diu in malis fuisse ostendemus. Si nostrum fatum, aut fortunam conqueremur. Si animum nostrum fortem, patientem incommodorum ostendemus futurum. Commiserationem brevem esse oportet. Nihil enim lacrima citius arescit.

Fere locos obscurissimos totius artificii tractavimus in hoc libro; quapropter huic volumini modus hic sit. Reliquas praeceptiones, quoad videbitur, in tertium librum transferemus. Haec si, ut conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus, et nos industriae fructus ex tua scientia capiemus, et tute nostram diligentiam lau-
124 dabis, tuaque perceptione laetabere: tu scientior eris prae-

---

IDEM. *Potestate* Voss. III. Leid. IV. Ed. Omn. Tum Leid. IV. *in n. par.* Voss. I. III. Ed. Med. *nostris proximis, par. lib.* Leid. II. *n. par. lib. proximis.* Deinde Voss. I. Leid. I. *et ceteris.* Voss. II. *ceterisque.* OUD.

Illorum nos solitudine et miseria] Vulgg. *illorum nos sollicitudine et miseria.* GRAEV. *Solitudine* sic Leid. III. Ed. Omn. In reliquis *sollicitudine.* OUD. *Sollicitudine* etiam Cod. Turic. L. Tum Voss. I. *non pro nostris incommodis.* Deinde pro *humanitate* Ed. Med. *humilitate.* Eadem pro *sumus*, *fuimus.* Porro pro *aperiemus. Si nos* Leid. III. *ap. simul si nos.* Abest *si* ab Ed. Med. OUD.

Aut diu in malis fuisse] Erf. *aut divini fuisse malis.* GRAEV.

Ostendemus futurum] Pith. et Duisb. *patientem incommodorum ostendemus fuisse.* Non male. IDEM. Leid. IV. *fuisse ostendemus futurum.* OUD. *Et patientem inc.* scripsit Sch. ex simili apud Cic. loco de Inv. I, 56. Deiu coniicit idem: *et patientem incommodorum ostendemus fuisse et futurum esse*, maxime quum in illo Cic. loco sit: *et patientem inc. esse et futurum esse.* L.

Haec si, ut conquisite conscripsimus] Erf. et Pith. *haec sicut conquisite conscripsimus.* Lamb. ed. *Haec si ut nos conquisite conscripsimus.* GRAEV.

Ita tu diligenter fueris consecutus, et nos] Erf. *Ita ut diligenter et nobis et nos.* Duisb. *ita tu diligenter fueris obsecutus et nobis cum sine nobis considerabis, et nos.* IDEM. Abest *tu* a Voss. II. III. Leid. III. IV. Ed. Omn. Tum Voss. I. Leid. II. Ed. Med. *fueris cons. et nobiscum et sine nobis considerabis.* Voss. II. Leid. IV. *fueris cons.* (Leid. *obs.*) *et nobiscum et* (deest Leid.) *sine nobis considerabis.* Voss. III. *a te vel perlecta vel descripta fuerint.* Leid. III. *fueris exsecutus.* OUD.

Ex tua scientia] Erf. et Pith. *ex tua conscientia.* GRAEV. *Ex tua conscientia* Gryph. B. C. BRUT. Voss. O. et Leid. III. *ex t. conscientia.* OUD.

Tuaque perceptione laetabere] Erf. *tua perceptione laetabere.*

ceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum persolvendum. Verum haec futura satis scio; te enim non ignoro. Nos deinceps ad cetera praecepta transeamus, ut, quod libentissime facimus, tuae voluntati rectissimae morem geramus.

RHETORICORUM
AD
C. HERENNIUM
LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Ad omnem iudicialem caussam quemadmodum conveniret 125
inventionem rerum adcommodari, satis abundanter, ut ar-

Pith. *tuaque praeceptione laetabere.* GRAEV. In Gryph. B. C. legitur *praeceptione;* ut sensus sit: *laetabere te nobis id praecepisse; qua in re dum tibi gessimus morem, consuluisse rectissimo tuo studio visi sumus.* Sed tamen nihil muto. Neque enim hanc vocem hac notione quemquam usurpasse video. BRUT. Leid. III. IV. Ed. Omn. *praeceptione.* Voss. III. *ptitione.* OUD.

Tu scientior eris praeceptorum artificio] Erf. *tu scientior eris praeceptorum artificii.* GRAEV.

Ad reliquum persolvendum] Erf. *ad periculum persolvendum.* IDEM. Leid. III. *alacres ad rel. p.* Ed. Med. *acriores.* Leid. II. III. *ad periculum.* OUD.

Haec futura satis scio] Duisb. *Haec ventura satis scio.* GRAEV.

Ignoro. Nos deinceps] Al. *ignoro. Sed nos deinceps.* IDEM. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *sed nos deinc.* OUD.

Ut quod libentissime facimus, tuae] Erf. *ut, quod libentissime faciamus.* Duisb. *ut, id quod libentissime faciemus.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. IV. Ed. Med. *ut, id quod l. faciemus.* Bene. Futurum exstat etiam in Ed. Omn. et ceteris MSS., si Leid. III. excipias. OUD. *Ut, quod.* Turic. *Facimus* praeseus praetulerunt Sch. Orell. *L.*

Tuae rectissimae voluntati morem geramus] Erf. *tuae rectissimae voluntatis more geramus.* GRAEV.

CAP. I. *Ad omnem iudicialem*] Pith. *ad omnem iuridicialem.* GRAEV.

Conveniret accommodari] Erf. *conveniret accommodare.* IDEM. *Oporteret - accommodari* Cod. A. in Museo Cr. Vrat. *L.*

bitror, superioribus libris demonstratum est. Nunc earum rationem rerum inveniendarum, quae pertinebant ad caussas deliberativas et demonstrativas, in hunc librum transtulimus, ut omnis inveniundi praeceptio tibi quamprimum persolveretur. Reliquae quatuor partes erant artificii. De tribus partibus in hoc libro dicemus, dispositione, pronunciatione, memoria. De elocutione, quia plura dicenda videbantur, in quarto libro conscribere maluimus: quem, ut arbitror, tibi librum celeriter absolutum mittemus, ne quid tibi rhetoricae artis deesse possit. Interea prima quaeque et nobiscum, cum voles, et interdum sine nobis legendo consequêre; ne quid impediare, quin ad
126 hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis. Nunc tu fac attentum te praebeas; nos proficisci ad instituta pergemus.

CAP. II. Deliberationes partim sunt huiusmodi, ut

Superioribus libris] Duisb. *in superioribus libris.* Graev. Leid. II. IV. Edd. pp. *in sup. lib.* Oud. Ita ABCD. *L.*

Demonstratum est] Non . . . . τὸ [v.] *est.* Graev. Sic cum tali lacuna Batava editio, neque quicquam in Erratis calci adiectis significatum. Haud dubie in uno Graevii codice non legebatur v. *est*, quocum consentit Cod. D. in Museo Cr. Vr. *L.*

Earum rationem rerum] Erf. *earum rerum rationem.* Graev.

Deliberativas et demonstrativas, in hunc] Erf. *deliberativas in hunc.* Idem. Pro *transtulimus* Cod. B. *contulimus*, quod praeferendum. Supra pro *pertinebant* Ern. e Iunt. reposuit *pertinerent.* Sed Codd. ACD. et Turic. *pertinebant.* B. *pertinebunt.* E. *pertinebat;* ut non dubium sit, quid legendum. *L.*

Inveniundi praeceptio] Erf. *inveniendi perscriptio.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *inveniendi.* Leid. III. *perscriptio t. quam plurimum.* Oud. *Praescriptio* Cod. D. *perscriptio* Turic. *qui primum* A. a m. p. *L.*

In hoc libro dicemus] Erf. *in hoc libro dictum est.* Graev. Supra *De tribus in hoc libro* sine voce *partibus* in duobus Gryph. exempl. scriptum est. Brut. Leid. III. *in h. l. dictum est.* Oud.

Pronunciatione, memoria] Al. *pronunciatione et memoria.* Graev. *Et memoria* D. *L.* Tum Ed. Med. *quia plurima dic.* Oud. Deinde pro *tibi librum* B. *ubi librum.* A. *librum.* *L.* Porro Voss. I. *Rhetoricae rationis vel artis.* Oud.

Legendo consequere] Erf. *legendum consequere.* Graev. Tum pro v. *utilitatem* coniecit Ern. *subtilitatem.* *L.*

Nos proficisci ad instituta pergemus] Vox *proficisci* salva sententia auferri poterat. Grut. Frustra; quum habeant omnes scripti. Quoties enim apud Ciceronem et Livium *perrexit ire?* Quod utique idem est. In Arateis: *ore fero Capricornus vadere pergit.* Gronov. Pith. *ad instituta pergamus.* Negat Gronovius, quem vide. Graev. Habetur etiam in MS: Traiect. Burm. Ed. Om. *fac, ut att.* prave. Mox *proficisci* est in O. libris. V. Drakenb. ad Liv. XXI, 30. Oud.

CAP. II. *Partim sunt huiusmodi*] Erf. et Cauch. *partim sunt*

quaeratur, utrum potius faciendum sit: partim huiusmodi, uti, quid potissimum faciendum sit, consideretur. Utrum potius, hoc modo: Karthago tollenda, an relinquenda videatur. Quid potissimum, hoc pacto: ut si Hannibal consultet, cum ex Italia Karthaginem arcessitur, in Italia remaneat; an domum redeat; an in Aegyptum profectus occupet Alexandriam. Item deliberationes partim ipsae propter se consultandae sunt: ut si deliberet senatus, captivos ab hostibus redimat, an non; partim propter aliquam extraneam caussam veniunt in deliberationem et consultationem: ut si deliberet senatus, bello Italico solvatne legibus Scipionem, ut eum liceat ante tempus consulem fieri: partim et propter se sunt deliberandae, et magis propter extraneam caussam veniunt in consultationem: ut si deliberet senatus, bello Italico sociis civitatem det, an non. In quibus caussis rei natura faciet de- 127
liberationem, omnis ratio ad ipsam rem adcommodabitur.

---

eiusmodi. Sic et statim iidem. Graev. MSS. O. hic et mox *eiusmodi*, nisi quod hic Leid. II. det *huiusmodi.* Dein MSS. O. et Edd. pp. *ut* non *uti.* Oud. *Sint eiusmodi* unus B. Mox idem *eiusmodi.* *Ut* in Turic. et in ABCDE. *L.*

Utrum potius faciendum sit] Erf. *utrum potius faciundum sit.* Graev.

Partim huiusmodi, uti, quid potissimum faciendum sit, consideretur] Duisb. *Partim huiusmodi, quid potissimum sit considerandum.* Erf. et Cauch. *Partim eiusmodi ut, quid potissimum sit considerandum.* *Uti*, quod est in Gruteri et sequentibus illam, in nullo MS. et edito habetur, in omnibus legitur *ut.* Idem. Abest vox *faciendum* post v. *potissimum* a Voss. I. et Leid. IV., in quo est *quod* pro *quid.* Oud.

Carthago tollenda] Apage illud Lambini commentum *delenda.* Quid enim venustius opponi potest, quam haec verba *tollere, relinquere?* Et dixit Cicero non semel *urbem tollere.* Gruter.

Potissimum hoc pacto] Pith. *potissimum hoc modo.* Graev. Voss. III. Leid. III. Ed. Med. *hoc modo.* Oud.

Ut si Hannibal consultet] Erf. *ut si Hannibal consulat.* Graev. Leid. IV. *consulet.* Ed. Omn. *consultat.* Oud. *Consulat* BCD. *L.*

Ex Italia Carthaginem arcessitur] Erf. et Cauch. *cum ex Italia Karthaginem accersatur.* Duisb. *cum ex Italia Karthaginem appelletur.* Vulgg. *accersitur* pro *arcessitur.* Graev. Leid. IV. *appelletur.* Oud. *Accersitur.* A (a m. pr.) BCDE. *L.*

In Italia remaneat] Erf. *an Italia remaneat.* Lamb. ed. *in Italia permaneat.* Graev. MSS. O. et edd. pp. praeponunt *an* verbis *in Italia.* Deest *in* Leid. IV. *Maneat* Ed. Omn. *Permaneat* Leid. I. II. Bene. Oud. *An in It.* A. *an It.* B. *an in yt.* CD. *Permaneat* C. *Remaneat* Turic. *L.*

Omnis ratio ad ipsam rem] Erfurt. Cauch. et Cratand. ed. *omnis oratio ad ipsam rem accommodabitur;* omnino recte. Graev. Ed. Med. *o. ratio orationis.* Sed Voss. O. Leid. I. praebent *omnis oratio.* Vere. Deest *rem* Voss. II. Oud. In ACET pariter est

In quibus extranea caussa conficiet deliberationem, in his ea ipsa caussa erit adaugenda, aut deprimenda. Omnem rationem eorum, qui sententiam dicent, finem sibi con-

---

oratio. In B et D verba: *omnis oratio — conficiet deliberationem* omissa sunt. *L.*

In quibus extranea caussa conficiet] Erf. *in quibus extranea conficiet.* Lamb. ed. *in quibus extranea caussa efficiet delib.* Graev. Pro *conficiet* in C. *faciet. L.*

In his ea ipsa caussa erit adaugenda, aut deprimenda.] Erf. *in his ex ipsa caussa erunt adaugendam aut deprimendam.* Cauch. *in his ipsa erit caussa aut adaugenda, aut deprimenda.* Graev. Voss. II. III. Leid. III. Ed. Med. *ex ipsa causa erunt adaugendae aut deprimendae.* In Leid. I. etiam *ex ipsa c.* Deest in Ed. Omnib. vox *ea.* Leid. IV. *aut agenda aut d.* Oud. Omnem hunc locum sic exhibent Gryph. B. C.: *In his ex ipsa caussa, erunt ad augendam, aut deprimendam orationem eorum, qui sententiam dicent. Qui sententiam dicet, finem sibi conveniet utilitatis proponere, ut omnis eodem totius orationis ratio conferatur;* multo aliter, quam legitur in vulgatis; utrum rectius, docti viderint. Nobis non mala lectio videtur, si cum vulg. conferatur. *Omnem deliberationem* Lamb. legit, quo loco *orationem* alii. Equidem ut ingenue fatear, etiam in veteri lectione, quam sequor, aliquid desidero. Aut enim pro verbo *erunt*, legendum est *erit*, ut intelligatur *ratio*, aut aliquid addendum, quod Ciceronis sententiam expleat post verbum *erunt*, ut *parata adiumenta*, aut *loci deprompti*, aut quippiam huiusmodi; sed ita etiam longe illam sentio vulgatae anteferendam. Brut. *Ex ipsa* B. T. *Erit* a m. s. punctis notat. A. *Erunt* B. *Aut augenda* A. *Aut agendae* B. *Deprimendae* B. cui voc. in A a m. s. additum *est. L.*

Omnem rationem eorum] Erf. *omnem memorationem eorum.* Cauch. *orationem eorum.* Pith. MS. et Cratand. ed.: *omnes orationes eorum;* legendum cum Victorio: *omnem orationem eorum.* In Erf. ex his duabus vocibus ortum est *memorationem.* Sic in praecedente nota itidem correctum est ex membranis optimis *omnis oratio.* Graev. Leid. III. Ed. Med. *omnes rationes eorum,* ut iungantur voci *deprimendae.* Pluralis comparet etiam in Ed. Omn. et Voss. III. qui tamen praebet *orationes.* In MSS. reliquis a m. pr. *omnem orationem.* Bene. Oud. *Omnem eorum orationem* (hoc a m. s.) A. *omnes orationes eorum* BD. *omnem orationem eorum* CE. *L.*

Qui sententiam dicent, finem] Pith. *qui sententiam dicent, is qui sententiam dicet, finem.* Graev. Addunt Voss. III. Leid. III. *is qui sententiam dicet.* Oud. Ita etiam BD. Cod. Turic. apud Orell. omnem locum sic scriptum praebet: *In his ex ipsa causa erunt aut augendae aut deprimendae omnes orationes eorum, qui sententiam dicent. Is qui sententiam dicet, finem —.* Sch. post verba: *In his ea ipsa causa erit adaugenda aut deprimenda,* finem segmenti fecit, novumque ita incipit: *Omnes, qui sententiam dicent, finem —.* Orell. omnem locum corruptum indicat. Non dubium est, quin lectio Cod. Turic., quicum conveniunt magis minusve meliores omnes, manum scriptoris exhibeat; quare una vocula addita scribendum: *in his ex ea ipsa caussa erunt aut augendae aut deprimendae omnes orationes eorum, qui senten-*

veniet utilitatis proponere, ut omnis eo totius orationis ratio conferatur. Utilitas in duas partes in civili consultatione dividitur, tutam, et honestam. Tuta est, quae conficit instantis aut consequentis periculi vitationem qualibet ratione. Haec distribuitur in vim, et dolum: quorum aut alterum separatim, aut utrumque sumemus coniunctim. Vis discernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, evo- 128

---

tiam dicent. Is qui sententiam dicet, finem cet. Corruptioni locum dedit repetitio formulae: *qui sententiam dicet.* *L.*

Finem sibi conveniet utilitatis] Quidam legi volunt, *utilitatem.* Lamb.

Ut omnis eo totius orationis ratio conferatur.] Erf. *ut omnis totius orationis eodem ratio conferatur.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. et Leid. I. in marg. *ad eam* Leid. IV. *ad ipsam.* Voss. II. Leid. III. *eodem.* In Ed. Med. *omnes t. o. rationes eo conferantur.* Oud. *omnis ad eam* ACE. *o. ad eandem* D. *L.*

Tutam et honestam.] Erfurt. *tutam, honestam.* Graev. *In t. et in h.* A. *tutam honestam* BD. *tut. et hon.* CE. — Sch. scripsit *rem tutam et honestam*, quod minime opus esse recte ostendit Orell. ex supp. intelligi iubens *partem.* *L.*

Haec distribuitur in vim aut dolum] Erf. *haec tribuitur in vim et dolum.* Graev.

Quorum aut alterum] Erf. *quorum alterum.* Idem. Deest *aut* Voss. II. Leid. I. III. Ed. Omnib. Oud. *Quarum* C. *Aut* om. A (a pr. m.) BD. *L.*

Utrumque sumemus coniunctim.] Scripti omnes *coniuncte*, ut de Inventione I, 7. *At mihi quidem videtur coniuncte agendum de materia ac partibus.* Gronov. Pith. *aut utrumque consumemus coniunctim.* Erfurt. Cauch. et ed. Victorii *coniuncte.* Graev. et ita MS. Traiect. Burm. Supra pro *separatim* Leid. IV. *separate.* Tum *coniunctim* Voss. I. II. Leid. I. cum Edd. pp. In ceteris *coniuncte*, nisi quod Voss. III. det *inconiuncte.* Oud. *Coniuncte* ACDE. *coniunctum* B. *Coniuncte* etiam Cod. Turic. *L.*

Vis decernitur] Sic Pall. et Bruil., maluit Lambinus *discernitur*, quam bene, ipse viderit. Vulgo erat *secernitur.* Grut. Ed. Grut. *vis decernitur per exercitus, classes.* Al. *vis secernitur per exercitus.* Nonnulli ex coniectura: *vis cernitur per exercitus.* In Victorii est *secernitur.* In Erfurt. tamen et Cauch. nec non Cratandri, Mediolan., Ascens., Carol. et Rob. Steph. aliisque vetustioribus omnibus edd. est, *vis discernitur.* Nec video caussam, cur id non locum suum obtineat. *Vis discernitur* scilicet a dolo, per exercitus, classes, si ab exercitibus et classibus nobis vis infertur, nostraque diripiuntur et vastantur. Graev. *Vis decernitur.* Sic in quibusdam legitur, in aliis *secernitur.* Neutrum probat Lamb., qui *discernitur*, ut nos, edidit. Brut. Voss. III. *vis de se cernitur.* Leid. I. *v. decernitur.* Voss. I. Leid. II. *vis secernitur.* Oud. *Discernitur* BE. Legendum est *cernitur*, quod e seqq. apparet, ubi variatur oratio vocabulo *consumitur.* *L.*

Evocationes hominum] Pleraeque vetustiores edd. et MSS. *revocationes hominum.* Victor. ed. *avocationes hominum.* Num homines evocare est vis? Sane evocati milites apud Romanos non vi cogebantur ad nomen dandum militiae, sed precibus et promissis

cationes hominum, et alias huiusmodi res. Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentione, et ceteris rebus, de quibus magis idoneo

---

invitabantur. Aldus Manutius F. explicat evocationes, imminutiones hostium, cum evocantur *ab hostibus* quidam, ut eorum vis infringatur. Quis unquam ita locutus est? sed ipsum vide; qui et sequentia explicat pessime. Sane corrupta non bene possunt explicari. Nec quid ad vim pertineant *revocationes*, ut alii legunt, intelligo. Qui ab exilio revocantur, in illos beneficium confertur. Nec *avocationes*, ut nonnulli malunt, hic possunt ferri. *Avocant*, quae animum a curis et sollicitudinibus abducunt, res iucundae aut studia. Catalecton Virgilii ex emendatione I. Fr. Gron.:

Oblectat hortus, a v o c a t, pascit, tenet,
Animoque moesto demit angores graves.

Cogitabam *abactiones hominum*, cum vi homines instar pecorum abiguntur e suis finibus. GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *revocationes h.* Non capio, nec coniecturis incertis indulgere lubet; alioquin in mentem venerunt *devotationes* vel *interneciones*, pro quo scribebant librarii *internectiones*. OUD. *Revocationes* A (a m. pr. *revotiones*) BCDE. Cod. Turic. *revoc.* Scribendum est sine dubio *devotiones*, i. e. incantationes; de qua huius voc. notione adeantur lexica. Error ortus est eo, quod quum aliquis per negligentiam scripsisset *revotiones* vel *revociones*, alii secuti pro compendio habentes scripserunt *revocationes*, alii, ut emendarent, *evocationes*. *L.*

Et alias huiusmodi res] a Duisb. abest *res*. GRAEV. Leid. IV. *et alia huiusmodi*. OUD. *Res* omisit etiam C. *L.*

Mentitiones] Malim legi *mansiones*. LAMB. *Mentitione* probata Lamb. emendatione edimus. Quid enim sibi h. l. vult *mentione?* Si quis autem est, qui novitate verbi moveatur, is intelligat, qua ratione *appetitio*, a verbo *appeto*, *molitio*, a verbo *molior*, deducta vox sit, eadem ratione a verbo *mentior mentitio* deduci licuisse. BRUT. *In pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentione, et ceteris rebus, de quibus;* sic Erf. et Cauch. MSS. Edd. multae: *in pecuniam pollicitationem, dissimulationem, maturationem, mentitionem, et ceteras res, de quibus,* sed prius habent omnes libri vetusti, quos consului, et editiones antiquiores, vetustissima Italica, et Mediol. Victor. Cratand. Hervag. Sed edd. Ascens. Caroli et Roberti Steph. et Lambini legunt, *maturatione, mentitione.* Apta esset vox *mentitio* huic loco pro mendacio, si usquam alibi extaret, sed nunc invitis codicibus nihil muto, quamvis non intelligam, quid hic sit *mentione*, nec quod praecedit, *maturatione*, nisi dicas, *maturatione* esse simulatione maturationis ad decipiendum. Sed hoc est vaticinari. Lambini non capio. GRAEV. MSS. O. cum Ed. Omnib. [Ald.] *in pecuniam,* praeterquam Voss. II. et Leid. III. et sic in seqq. In plurali *pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones et ceteras res* habent Voss. I. III. Leid. I. II. IV. Ed. Omnib., nisi quod *et ceteras res* desint Voss. III. ac Leid. II. pro varia lectione praebeat *mentitiones.* In eodem codice *mentiones* exponuntur *futilitates.* Glossae: *Mentio.* Ἀάρνησις καὶ Ψεῦσμα. In Leid. III. *mentitione.* OUD. *Pecuniam* ACDE. *Pollicitationem* A (*m* finale a m. s. additum videtur) CE. *pollicitaciones* D. *Dissimulationem* A (a m. s.) E. *dissimulationes* C. *dissimilaciones* D. *Maturatio-*

tempore loquemur, si quando de re militari, aut de administratione reipublicae scribere velimus. Honesta res dividitur in rectum, et laudabile.

Rectum est, quod cum virtute et officio fit. Id dividitur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, modestiam. Prudentia est calliditas, quae ratione quadam potest dilectum habere bonorum et malorum; dicitur item prudentia, scientia cuiusdam artificii; item adpellatur prudentia, multarum rerum memoria et usus complurium negotio- 129
rum. Iustitia est aequitas, ius unicuique tribuens pro dignitate cuiusque. Fortitudo est rerum magnarum adpetitio, et rerum humilium contemtio, et laboris cum utilitatis ratione perpessio. Modestia est in animo continens moderatio cupiditatum.

---

nem mentionem A (a m. s.) E. *maturationes mentiones menticiones* D. *Ceteras res* CDE. Ablativum singularem et *mentione* Cod. Turic.; idem *ceteris rebus*. *Mentione* Ern. recte accepit de genere et artificio fallendi, quum homines iis, quos fallere et illicere in fraudem volunt, e longinquo ostendunt spem, non pollicendo, sed tantum obiter commemorando, quod spem faciat, quod alliciat. *Maturatio* vero est consilii accelerata executio, qua aliis praevertimur. Ceterum *mentitiones* Lamb. inter varias lectt. affert. *L.*

De administratione reipublicae scribere velimus] Erf. *de administratione rei scribere velimus*. Duisb. *de administratione reip. scribere volumus*. GRAEV. Leid. II. *de ministratione*. Leid. IV. *volumus*. OUD. *Velimus* ABCDE. Ald. *volemus* recepit Ern. ex editione 1474. secutique sunt Sch. Orell. *L.*

Dilectum habere] Sic Erfurt., sed Vulgg. *delectum habere*. GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *delectum h.* OUD. In duobus Gryph. libris *dilectum* scriptum exstat, quam scribendi rationem ita sequitur Lamb., ut tamen h. l. *delectum* habeatur; fortassis operarum incuria, eius instituto refragante. BRUT.

Item appellatur] In Erf. non est *item*. Cratand. ed. *et item*. Lamb. ed. *et appellatur*. GRAEV. Leid. III. Ed. Omn. *et app.* Leid. IV. *item et app.* OUD.

Ius unicuique tribuens] Erfurt. et Cauch. *ius unicuique rei tribuens*. Lamb. ed. *ius suum unicuique tribuens*. GRAEV. MSS. sex *ius unicuique rei tr.* Ed. Med. *ius suum unicuique rei tr.* Leid. III. *ius uniuscuiusque rei tr.* Mox pro *cuiusque* in Voss. II. est *uniuscuiusque*. OUD. *Ius u. retribuens* A (a m. s. *ius* et *re* punctis not.) *i. u. rei t.* BE. Sic etiam Turic. liber. Voc. *ius* Ern. uncis incluserat, dissentiente Sch., qui vv. *pro dignitate cuiusque* id valere ait, quod plerumque vocab. *suum* exprimitur, quum *iustitia* dicitur virtus *suum ius unicuique tribuens*. Ex quo apparet v. *ius* h. l. non esse supervacuum. *L.*

Et rerum humilium contemtio] Pith. *et humilium contemtio*. Rectius sane *rerum* intelligitur, quam repetitur. GRAEV. *Et rerum* om. D. *L.*

Perpessio] Liber unus manuscr. habet *perpensio*. LAMB. Ed. prim. *laboris cum utilitate perpensio*, quod reciperem, nisi fortitudinis munus esset actio; perpensio vero laboris cum utilitatis ra-

CAP. III. Prudentiae partibus utemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus, cum alterum sequi, vitare alterum cohortabimur: aut si qua in re cohortabimur aliquid, cuius rei aliquam disciplinam aut

---

tione, hoc est consideratio et comparatio laboris cum utilitate, quae laborem sequetur, est prudentiae. Retineo igitur vulgatam, quamvis loquendi genus mirum mihi videatur esse: *perpeti laborem cum utilitatis ratione*, pro perpeti laborem et pericula, habita ratione utilitatis, hoc est, ut laborem illum suscipiam propter utilitatem, quae inde in patriam derivabitur. Graev. Ed. Omn. *perpensio*. Oud. Tum *cupiditatem* duo lib. Gryph. B. C. et quidem rectius. Brut. *Cupiditatum* ABCDE. Consentire OUDendorpii Codd. ex eius silentio intelligitur. Recte genitivum defendit Orell.; accusativum male amplexus erat Sch. *Continens* enim h. l. est *continuus*. *L.*

CAP. III. *Vitare alterum cohortabimur*] Cauch. Duisb. et edd. quaedam: *vitare alterum cohortemur*. Mallem cum prima Mediol. Ascens. Cratandri, et Hervag. editione: *vitari alterum cohortabimur*. Princeps id in *vitare* mutavit Victorius, a quo stant MSS. Graev. Ed. Omn. *vitari*. Voss. I. II. Leid. I. II. III. IV. Ed. Med. *cohortemur*. Oud. *Alterum vitare* ABC. *Cohortemur* A. a pr. m. *coartemur* B. *Cohortemur* etiam Turic. *L.*

Aut si quam ad rem cohortabimur aliquem] Sic opinor correxerunt ex fine lib. III. *pluribus verbis ad eam te hortari*, vel ex Medicaeo *adhortari*. Victorius *qua in re*, ut est quoque in nonnullis scriptis, et quidem melioribus, ut in ipso Medicaeo. Sed non viderunt venustatem loquendi hoc loco, aut plene commentati sunt. Nam iidem meliores scripti: *si qua in re cohortabimur aliquid*. Quod quum non dubitem fuisse in multis et optimis apud Gruterum aliosque, mireris profecto, cur id non admiserit, praesertim si videas, qualem se gesserit ad Tacitum XI. Annal. 3. ubi addes Paterna, in quibus hoc ipsum Ciceronianum esse demonstratur. Gronov. Grut. et multae aliae edd.: *aut si quam ad rem cohortabimur aliquid*. In Erfurt. Pith. Cauch. Cratand. etiam antiquissima editione Italica 1478. legitur: *si qua in re cohortabimur aliquid*, quod male deturbatum reposui. Sic olim ad Iustinum ostendi ex MSS. legendum *bellum hortari*, pro ad bellum. Graev. *qua in re* etiam MS. Trai. Burm. *Si qua in re cohortabimur aliquid*. Ita MSS. O. et Edd. pp. verissime. Adi ad Ovidium Ep. XIX, 187. *cupio non persuadere, quod hortor*. Oud. *Ut si* A. a m. pr. *Aliqua re* C. *Coartabimur* B. In D. verba *aut si qua in re cohortabimur* om. *L.*

Disciplinabilem] Videtur exprimere voluisse vocem Graecam διδακτόν, seu potius μαθητόν. Sed quidam liber manuscr. habet *disciplinalem;* ego nihil muto, tametsi utrumque usurpatum esse a Latinis probabile sit: quod genus *penetralis* et *penetrabilis*, *genitalis* et *genitabilis*, *innumeralis* et *innumerabilis*, *manalis* et *manabilis;* adde, quod quidam annotarunt, *naturalis* et *naturabilis*. Lamb. Omnes edd. ante meam et multi MSS. *Cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere*. Pro *poterimus* Lamb. ed. *possimus*. Hoc vocabulum *disciplinabilis* non est a manu et mente auctoris horum Rhetoricorum, sed a manu barbari librarii. Manus genuina parentis horum librorum nobis servata est

scientiam poterimus habere; et quo modo, aut qua quidque ratione fieri oporteat, ostendemus: aut si suadebimus quippiam, cuius rei gestae aut praesentem, aut auditam memoriam poterimus habere; qua in re facile id, quod velimus, exemplo adlato persuadere possimus. Iustitiae partibus utemur, si aut innocentum, aut supplicum dice-

---

ab optimo Erfurtensi, in quo scribitur: *cuius rei aliquam disciplinam aut scientiam poterimus habere.* Cauch. *cuius rei aliquam disciplinam scientiam poterimus habere;* sed a manu secunda *disciplinabilem.* Nam a posterioribus super *nam* adscriptum erat *bilem,* ex libro minus emendato. Vereor etiam ne *aut scientiam* sit glossema, et interpretatio vocis *disciplinam.* Erfurtensem expressi. In sequentibus quoque his verbis *et quo modo, aut qua quidque ratione fieri oporteat, ostendemus,* idem Erfurtensis non habet *et* ac [atque] *ostendemus.* Copula *et* non etiam legitur in editione prima, Mediolanensi, Ascens., Cratand., Hervag. Illam primus apposuit editioni suae Victorius, quam sequentes omnes sunt imitatae. Sed utramque vocem *et* ac [atque] *ostendemus* si cum Erfurtensi deleveris, videbis optime constare sententiam. Edd. et plerique MSS. *et quomodo aut qua quidque ratione fieri oporteat ostendemus.* In Duisb. pro *quidque* est *quodque.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *disciplinabilem scientiam.* Tum copulam *et* non agnoscunt Leid. I. III. Voss. II. Edd. Med. Omn. sicut etiam verbo *ostendemus* carent MSS. iidem et Leid. IV. Bene omnino [sine dubio] *quodque* Leid. IV. *f. possit* Voss. I. Leid. II. Oud. *Disciplinam aut scientiam* duo libb. Gryph. B. C., non *disciplinabilem;* quod vix dignum verbum doctis auribus, nedum eius seculi elegantia, haud probabile videtur a politissimo scriptore usurpatum. Brut. *Disciplinalem sc.* ABCDE et Cod. Turic. *disciplinalem sc.* Oxonn. duo. Sch. in prima ed. retinuit *disciplinabilem* et cum Ernestio recte intellexit scientiam πρακτικήν, quae antea dicatur *scientia cuiusdam artificii.* In altera autem ed. Graevium secutus est. Citatur hoc voc. ex Cassiodoro Variar. IV, 33.: *Quid enim melius, quam plebem sub praecepto degere velle iustitiae; ut conventus multorum disciplinabilium sit adunatio voluntatum.* Deinde pro vv. *fieri oporteat ostendemus* in A. *possit ostendemus fieri,* quae a manu s. punctis notata sunt suprascriptis his: *fieri oporteat. fieri possit ostendemus* CE. *fieri op. ostendamus* D. Copula *et* om. in BD. et Turic. *L.*

Si suadebimus quippiam, cuius rei] Lamb. ed. *Si suadebimus quippiam cui similis rei gestae.* Graev.

Cuius rei gestae aut praesentem, aut auditam memoriam poterimus habere] Optime Pithoei codex: *cuius rei gestae aut praesentis aut auditae memoriam poterimus habere.* Hanc scripturam etiam ostendit margo Cratandri editionis. Nam quid sit *auditam memoriam habere,* non ego intelligo. Idem. Leid. III. *Rei gestae aut praesentis, a. auditae mem.* Oud. Sic etiam C. Turic. apud Orell. Sed indice Schützio vulgatam bene defendit Ern. *Praesentis auditae* (a m. s. interp. *aut*) A. *praesentis aut auditae* D. Recte defenditur vulgata. *L.* Tum Voss. II. Leid. III. Ed. Omn. *persuadere poterimus.* Leid. II. *persuadere possumus.* Oud. *Possumus* CD. *L.*

Si aut innocentum] Erfurt. et Cauch. *si aut innocentium.*

mus misereri oportere: si ostendemus bene merentibus
gratiam referri convenire: si demonstrabimus ulcisci male
meritos oportere: si fidem magnopere censebimus conser-
vandam: si leges et mores civitatis egregie dicemus ser-
vari oportere: si societates, atque amicitias studiose dice-
131 mus coli convenire: si, quod ius in parentes, deos, pa-
triam natura comparavit, id religiose colendum demon-
strabimus: si hospitia, clientelas, cognationes, adfinitates
caste colendas esse dicemus: si nec prece, nec pretio,
nec gratia, nec periculo, nec simultate a via recta osten-
demus deduci oportere: si dicemus in omnibus ius aequa-
bile statui convenire. His atque huiusmodi partibus iusti-
tiae si quam rem in concione, aut in consilio faciendam
censebimus, iustam esse ostendemus; contrariis, iniustam.

Graev. *Innocentium* Voss. I. Leid. IV, *Innocentiam* Ed. Med. Tum Leid. I. Voss. I. Edd. pp. *supplicium*. Oud. *Innocentium* A. a m. s. sine *i*. *In nocencium* D. *Innocentum* BC. *L.*

Bene merentibus gratiam referri convenire] Erfurt. *in merentibus gratiam referri oportere*. Graev. *Referre convenire* Voss. III. Leid. III. Oud. Sic etiam D. *L.*

Servari oportere] Erf. *oportere servari*. Lamb. ed. *egregie servari dicemus oportere*. Graev.

Amicitias studiose dicemus coli] Lamb. ed. *amicitias dicemus studiose coli*. Idem. *Coli debere* Ed. Med. Oud.

In parentes, deos, patriam] Erfurt. *in parentes, deos, in patriam*. Graev.

Clientelas, cognationem] Erf. *clientelam, cognationes*. Idem.

Caste colendas esse] Erfurt. *caste colendam esse*. Idem. *Caste colende* Leid. I. c. *colenda* Voss. I, quod non displicet. Verbum *esse* desideratur in Voss. II. Oud. *Clientiles — colendos* D. *L.*

Si nec prece, nec pretio] Erfurt. meus MS. Ed. prim. et Mediol. *si nec pretio*. Sed in Duib. non sunt *nec pretio*. Graev. *Nec prece, nec pretio*. Duae priores voces desunt MSS. sex et Edd. pp.; contra Leid. IV. non habet duas ultimas. Oud. Verba *nec prece* om. ABCDE et T. omiseratque in priore ed. Sch. in altera reduxit. *L.* Deinde *aequabile ius* MSS. et Edd. pp. nisi quod in Voss. III. sit *aequale ius*. Oud. *Aequabile ius*, hoc ordine, etiam BA et Turic.; *equale ius* CD. *L.*

In concione aut in concilio] Sic iam et Victor. et Lamb. et Grut. Quid autem est concio, nisi concilium populi? ut ita non videantur hic dici diversa, quod innuit [indicat] particula. Atqui priores editi et distincte etiam scripti nostri omnes *consilio*, quod revocandum puto, et satis de his vocibus dictum. Utique apud praetorem et ad consilium iudicum pertinet saepe, ut ostendatur aliquid iustum esse. Gronov. Erfurt. et Cauch. *consilio*. Non tantum autem *consilium* est praetorum, sed etiam senatus, qui saepe dicitur *consilium*, requirit, ut quid iustum sit ostendatur. Graev. *Consilio* etiam MS. Traiect. Burm. Ed. Med. caret praepos. [etiam A. a m. pr.] Leid. IV. Ed. Omn. *concilio*. Male. Oud. *Consilio* BCET. *concilio* AD. *L.*

Ita fiet, ut eisdem locis et ad suadendum, et ad dissuadendum simus comparati. Sin fortitudinis retinendae caussa faciendum quid esse dicemus, ostendemus, res magnas et celsas sequi et adpeti oportere, et item res humiles et indignas viris fortibus; vel viros fortes propterea contemnere oportere, nec idoneas dignitate sua iudicare. Item a nulla 132

Ad suadendum et ad dissuadendum simus comparati.] Sic elegantissime nostri tres codices; quomodo quum exhibeat quoque Victorius, non putavi ulterius eam lectionem hinc exulare debere, quum pervile sit illud istorum *parati.* Sic *quod quasi ad inspiciendum delectationis caussa comparatum est*, in Oratore. [12.] et III. de Nat. Deor. [c. 7.] *ego me ad respondendum compararim.* GRONOV. Grut. et edd. *ad suadendum et dissuadendum simus parati.* Pith. *ad suadendum simus comparati.* Al. *ad suadendum simus operati. Comparati* GRON., nec aliter omnes mei MSS. et edd. vetustiores; vulgo *parati.* GRAEV. *Comparati* etiam in Cod. Traiect. in quo aliqua varietas in vocibus praecedentibus. BURM. *Comparati.* Ita duo Gryph. exempl. BRUT. Leid. I. II. IV. *et dissuadendum* omissa *ad* praep. Desunt *et ad dissuadendum* in Voss. III. qui male habet etiam *parati.* OUD. *Parati* B. *Comperti* D. *L.*

Faciendum quid esse] Vox media nuspiam mihi occurrit. GRONOV. Vox media nec in Gronovianis, nec Erfurt., et poterat abesse. Sed in reliquis MSS. et ed. prima, ceterisque legitur. GRAEV. Voss. I. *faciundum.* Abest *quid* a Leid. I. OUD. Omittunt *quid* CDE. *L.*

Res magnas et celsas sequi] Al. *res magnas et excelsas sequi.* GRAEV. *Celsas* duo Gryph. quo loco alii *excelsas.* BRUT. MSS. ad unum omnes *celsas.* Tum *appetere* Sch. de coni. in edit. altera. *L.*

Humiles et indignas] Ed. Cratand. *humiles indignas.* GRAEV. Verba *viris fortibus*, quae a nullo codice absunt, Ernestius incuria sua deceptus omisit, quem incuriosior secutus est Sch. in utraque edit. Errorem notavit Orell. *L.*

Vel viros fortes propterea etc.] Addidi e Pal. quarto syllabam *vel;* quod *propterea* illud invenissem in pluribus Palatinis, quod alioquin Gulielmio tollendum videbatur, utpote e libris aliquot exsul. Si cui forte *vel* indignum putatur textu, is poterit *propterea* mutare in *praeterea*, fide Pal. pr. ac quinti. GRUTER. Vulgg. *viros fortes propterea.* MSS. duo, *viros fortes praeterea.* Asserunt *vel* Erfurt. et Cauch. GRAEV. *neque* vel *neque propterea* est in MS. Trai. BURM. In nullo MS. vel Ed. inveni istud *vel.* Abest *propterea* a Leid. I. III. Voss. II. Ed. Med.; *praeterea* legas in Voss. III. OUD. Omittitur *propterea* in ABD. *Vel* abest a Codd. ABCDE. et Turic. *L.*

Nec idoneas pro dignitate sua iudicare.] Sic reposui, secutus unum librum manuscript.; quidam tamen legendum censent, *nec idoneas dignitati suae:* alii vulgatam lectionem retinendam censent, et *idoneas dignitate sua* positum esse pro *dignas dignitate*, atque idcirco voci, *idoneas*, eundem casum tributum, atque *dignas* tribueretur. LAMB. Erfurt. *nec idoneos sua dignitate.* GRAEV. *Idonea dignitate sua.* Voss. III. OUD. *Idoneas dignitate sua* ABCDE et Turic. Sch. in priore ed. *pro* ex Lambini mente addiderat, in altera scripsit *dignitati suae.* Sed recte monet Orell. non obliterandam esse rariorem v. *idoneus* structuram. *L.*

P

re honesta, periculi aut laboris magnitudine deduci oportere: antiquiorem mortem turpitudine haberi: nullo dolore cogi, ut ab officio recedatur: nullius pro rei veritate metuere inimicitias: quodlibet pro patria, parentibus, hospitibus, amicis, et iis rebus, quas iustitia colere cogit, adire periculum, et quemlibet suscipere laborem. Modestiae partibus utemur, si nimias libidines honoris, pecuniae, similiumque rerum vituperabimus. Si unamquamque rem certo naturae termino definiemus. Si quoad cuique satis sit, ostendemus, et nimium progredi dissuadebimus, et modum unicuique rei statuemus. Huiusmodi partes sunt virtutis, amplificandae, si suadebimus; adtenuandae, si ab his dehortabimur, ut haec adtenuentur, quae supra demonstravi.

A nulla re honesta] Erf. Cauch. et Lamb. Ed. *ab nulla re honesta*. Graev. *Ab nulla re hon.* Sic Voss. I. II. Leid. II. III. Oud. *Ab n. r. h.* ABCE. atque ita recte scripsit Orell. *L.*

Turpitudine haberi, nullo dolore cogi] Erf. *turpitudinem haberi, in nullo dolore cogi.* Graev. *Habere* Sch. non monito lectore ex Ern. coni. rescripsit, astipulantibus duobus codd. D. et Oxon. II. Ceteri omnes *haberi.* Recte Orell. Ern. et Sch. secutus est. *L.*

Amicis et iis rebus] Erfurt. *amicis, iis rebus.* Graev. *Et eis rebus.* Deest copula Leid. I. III. Oud. *Et his r.* ABD. *et his r.* C. *L.*

Similiumque rerum] Erf. et Duisb. *similium rerum.* Graev. Leid. I. II. Voss. III. *pecuniarum.* Copula *que* deest Voss. O. Leid. I. II. *Et sim.* Leid. IV. Oud. *pecuniarum similium rer.* CE. Cum vulgata consentiunt ABD. et Turic. *L.*

Si quoad cuique satis etc.] Vulgo: *Si denique quod cuique satis* etc. sed nos venustum loquendi genus reposuimus, repertum in Pal. tert., quinto, sexto, item Fabr. et Coloniensi. Plautus Menaechmis [V, 2, 19]: *Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.* Gruter. Ed. prima et Mediol. *si quod cuique satis sit.* Erfurt. Pith. Cauch. Duisb. *si quoad cuique satis sit.* Graev. Sic etiam in MS. Traiect. Burm. Ed. Med. *Et si.* Voss. III. *quoad id quantumque satis sit.* Leid. III. Ed. Omn. *quod cuique s. s.* Oud. *Si quoad* ABCDET., quod miror Schuetzium deseruisse. *L.*

Et modum unicuique rei statuemus.] Erfurt. *modum unicuique rei statuamus.* Graev. *Et nimium — et modum.* Copula utrobique deest Leid. III. Ed. Omn. *Et si modum* Voss. I. Leid. I. Oud. *Et* ante *nimium* om. B. *Et nimirum* E. *L.*

Partes sunt virtutis amplificandae si suadebimus, attenuandae] Erfurt. *partes sunt omnibus verbis, attenuandae.* Duisb. *partes sunt omnibus verbis amplificandae.* Graev. Leid. I. *omnibus virtutis* a m. pr. *verbis*, dum cetera exsulant a m. pr., sicut absunt quoque cum seq. v. *attenuandae* a Voss. III. Sed in Leid. III. scriptum est: *Huius partes s. amplificandae si hortabimur, omnibus vero verbis att.* Leid. IV. *omnibus verbis amplif. si suad.* Oud. *Suad. omnibus verbis* B. *L.*

Ut haec attenuentur, quae supra demonstravi.] Puto delendum esse *quae* hac sententia: *ut haec attenuentur supra demonstravi*, hoc est quomodo eleventur. Graev. Leid. III. *et ut vadt.*

Nam nemo erit, qui censeat a virtute recedendum: verum 133
aut res huiusmodi non dicatur esse, ut virtutem possimus egregiam experiri, aut in contrariis potius rebus, quam in his, virtus constare ostendatur. Item si quo pacto poterimus, quam is, qui contra dicet, iustitiam vocarit, nos demonstrabimus ignaviam esse et inertiam, ac pravam libertatem: quam prudentiam appellarit, ineptam et garrulam et odiosam scientiam esse dicemus: quam ille modestiam dicet esse, eam nos inertiam et dissolutam negligentiam dicemus: quam ille fortitudinem nominarit, eam nos gladiatoriam et inconsideratam appellabimus temeritatem.

CAP. IV. Laudabile est, quod conficit honestam et praesentem et consequentem commemorationem. Hoc nos

---

Ed. Med. *et haec adf.* Oud. ABCDE retinent verba: *ut haec attenuentur*, quae Ern. uncis inclusit, Sch. ut manifeste spuria uncis inclusit. *L.*

Non huiusmodi dicatur esse] Pal. tert. quart. quint. *dicantur*; quod ferri item queat. Lambinus scripsit *dicetur*, ut et mox *ostendetur*, sed contra omnes libros nostros. Grut. Erf. *aut res non eiusmodi dicatur.* Pith. *aut non huiusmodi res dicatur esse.* Graev. Ms. Traiect. *Verum ut dicatur res non huiusmodi esse.* Burm. MSS. quatuor et Ed. Omn. *non eiusmodi.* Voss. I. Ed. Omn. *dicantur.* Ab eadem abest verb. subst. Oud. *Non eiusmodi* A. *L.*

Ut virtutem possimus egregiam] Erfurt. *ut virtutem posuimus egregiam.* Graev.

Virtus constare ostendatur.] Erfurt. *virtus constareque ostendantur.* Lamb. ed. *virtus constare ostendetur.* Idem. Ed. Med. *esse ost.* Leid. III. *const. ostendetur.* Oud. *Ostendatur* ABCDE. *L.*

Iustitiam vocarit] Erf. et Duisb. *iustitiam vocavit.* Graev. Voss. I. II. Leidd. O. et Ed. Med. *vocavit.* Voss. II. *vocabit.* Oud. Quae paullo post leguntur verba *et inertiam* Sch. nullo codice assentiente delevit. *L.*

Parvam libertatem] MSS. Erfurt. Cauch. Pith. ac omnes edd. veteriores: *pravam liberalitatem.* Sed *libertatem* tuetur Duisburg. Colon. et Lamb. edd. et margo Cratandri. Graev. *Pravam libertatem.* Sic Leid. IV. et Ed. Med. In ceteris *pravam liberalitatem.* Ed. Omn. *parvam liberalitatem.* Oud. *Et parvam* D. *Libertatem* D. Reliqui ABCE *liberalitatem*, quemadmodum etiam Turic. Atque ita etiam Brutus in suis Gryph. duobus invenit. *L.*

Quam prudentiam] Duisb. *qui prudentiam.* Graev. *Quod p.* A. *quam prudencia* D. Leid. IV. *qui pr.* *L.*

Dissolutam negligentiam dicemus] Erf. et Lamb. ed. *dissolutam negligentiam esse dicemus.* Graev. *esse* ABCDE addunt. *L.* Voss. II. *nominabimus et diss. negl.* In ceteris et Edd. pp. *et d. n. esse dicemus.* Oud.

CAP. IV. *Praesentem et sequentem*] Scripti tres *consequentem.* Gronov. *Consequentem* Erf. Cauch. et edd. prima, Cratandri, Rob. Steph. et Lambini; vulgati *sequentem commemorationem.* Graev. Ita et MS. Traiect. videtur spernendum quod praecedit *conficit*, sequatur

eo a recto separavimus, non quod hae quatuor partes, quae subiiciuntur sub vocabulo recti, hanc honestatis commemorationem dare non soleant: sed quamquam ex recto
134 laudabile nascatur, tamen in dicendo seorsum tractandum est hoc ab illo. Neque enim solum laudis caussa rectum sequi convenit, sed si laus consequitur, duplicatur recti adpetendi voluntas. Cum igitur erit demonstrandum rectum esse, laudabile esse demonstrabimus aut ab idoneis

---

autem *commemorationem*. Burm. *Consequentem commemor.* Sic MSS. O. et Edd. pp. Oud. Consentiunt ABCDEF. *L.*

Hoc nos eo a recto separavimus] Erf. *hoc non eo modo separavimus.* Pith. *hoc nos eo modo a recto separavimus.* Graev. Leid. I. III. *eo modo s.* Leid. II. *separabimus.* Voss. IV. *separamus a recto.* Leid. IV. *non separamus a recto.* Ed. Omn. *superavimus.* Oud. *Nos non separavimus a r. partes* A. (pro *non* in marg. a m. s. *eo modo*). *Non eo modo separavimus* B. *Nos eo sep. a recto* CE. *Nos eo modo separamus a r.* D. Cum vulgata consentit recte Turic. *Separamus* edidit Ern. secutusque est Sch. *L.*

Non quod hae quatuor partes] Haec verba non leguntur in Erfurtensi. Graev. Eadem in Cod. A. a m. pr. omissa sunt. *L.*

Sub vocabulo recti] Erf. et Pith. *sub vocabulum recti.* Graev. Leid. II. *sub vocabulum rei.* Oud.

Hanc honestatis] Erf. *hanc honestatem.* Graev.

Dare non soleant] Erf. *dare soleant.* Idem. Paullo post *laudabile nascitur* de coniectura, quam secutus est Sch., dederat Ern. Assentitur Cod. Turic. Sed *nascatur* O. apud Oud., ut ex eius silentio conficitur, et ABCDE, praeterquam quod A. a p. m. *demonstrabimus* pro *nascatur*. *L.*

Rectum sequi] Erf. *recta sequi.* Graev. In antecc. verba *in dicendo* desunt Voss. III. Tum Leid. III. *recta sequi* et Leid. I. a m. pr. Oud. *Recta consequi* B. *L.* Tum *si laus consequetur* Voss. I. *s. l. consequitur* Leidd. O. Ed. Omn. *sequitur* Ed. Med. Oud. *Si illa consequatur* A. Ceteri *s. l. consequitur.* *L.*

Duplicatur recti appetendi] Erf. *placatur recti appetendi.* Margo ed. Cratandri: *placet magis recte appetendi.* Graev. Leid. III. *placet magis* pro *duplicatur* Oud. *placet magis* B. T. E glossa hoc profectum esse iudicat Orell. *L.*

Cum igitur erit demonstrandum] Ita Pal. quart. et sextus praeter Tosanum, Gembl. et Colon. vere; nam eo ipso quod laudabile demonstramus, rectum et honestum esse ostendimus: prius eusi, *demonstratum.* Grut. Vulgg. *cum igitur erit demonstratum rectum, laudabile.* Grut. ed. *cum igitur erit demonstrandum rectum, laudabile.* Confirmat Erfurtensis, ex quo praeterea adieci τὸ [v.] *esse.* Graev. *Demonstrandum.* In solo Leid. IV. est gerundium. In ceteris et Edd. pp. *demonstratum.* Bene. Verbum exsulat a MSS. et Edd. praeterquam Voss. II. Oud. *Demonstratum* ACDEF. *L.*

Laudabile esse demonstrabimus aut ab idoneis hominibus .... aut ab aliquibus sociis, aut omnibus civibus] Diverso modo hic locus scribitur. Et quum verum sit idoneos homines, ut hic describit ordinem quendam honestum, considerari posse diversos ab sociis aliquibus, et omnibus civibus etc.; sic quoque dici potest so-

hominibus, ut si qua res honestiori ordini placeat, quae a deteriore ordine improbetur: aut ab aliquibus sociis, aut omnibus civibus, exteris nationibus, posterisque nostris. Cum huiusmodi locorum divisio sit in consultatione, breviter aperienda est totius tractatio caussae. Exordiri licebit vel a principio, vel ab insinuatione, vel iisdem rationibus, quibus in iudiciali caussa. Si cuius rei narratio incidet, eadem ratione narrari oportebit. Quoniam in

---

cios et cives esse ipsos idoneos homines. Quorum prius quum videatur sequi Lambinus, cuius est vulgata hodie lectio; sic nescio an consideraverit quoque auctor, quum illud secundum *ab* nec in MSS. nostris ullis, nec in editionibus ante illum, quem dixi, reperiatur, ut inde colligam ab eo additum, tum hoc quo dixi respectu, tum forsan ex consideratione, de qua egimus supra lib. II. init. Eam [v.] ideo resecandam puto; sed etiam totum locum veritati facilitatique suae sic restituendum: *Laudabile esse demonstrabimus, ut ab idoneis hominibus, ut si qua res honestiori ordini placeat, q. a. d. or. improbetur, aut aliquibus sociis*, (scilicet *illa res placeat*, dicuntur enim haec per dativum, ut et sequentia) *aut omnibus civibus* etc. Si placuit Grutero ista praepositio, rectius eam iteravisset mox: *exordiri licebit vel a principio vel ab insinuatione vel ab iisdem rationibus*. Sic enim ter illa repetitur in optimis MSS. et quibusdam editis, unde ipse prohibuit quoque. Fraudi fuit τὸ [v.] *ut* sic geminatum, in quo saepe auctores sibi placuerunt. Gronov. Equidem alterum *ab* nec in nostris MSS. habetur, quod tamen vulgati prae se ferunt. Praeterea Duisburgensis diversam plane ab aliis libris scripturam nobis ostendit: *Laudabile esse demonstrabitur hoc modo, aut id idoneis hominibus*, quod annotandum duxi. Graev. *Laudabile esse demonstrabitur.* Sic MSS. O. et Edd. pp. non *demonstrabimus*. Addit Leid. IV. *hoc modo.* Tum in vv. *ab idoneis* deest praepositio Leid. IV. Oud. Eadem abest a CD. Ceterum *demonstrabitur* in CE. In A. omnia haec a verbis *tamen in dicendo* usque ad hunc locum a pr. m. sunt omissa. *L.*

Placeat, quae a deteriore] Pith. *placeat. At quae a deteriore.* Erf. *placeat quae a deteriori.* Graev. Vox *ordine* non est in Voss. III. Oud.

Aut aliquibus sociis] Erfurt. *aut quibus sociis.* Graev. *Ab* praepositio non comparet in MSS. nec in Ed. Omnib. Oud. Om. ABCDE. *L.*

Huiusmodi locorum divisio sit] Erfurt. *Huiusmodi divisio sit locorum.* Graev. *Quum igitur h.* D. *L.*

Breviter aperienda est] Erf. *breviter aperienda erit.* Graev.

Totius tractatio caussae.] Erfurt. *tractatio totius caussae.* Graev. Eundem ordinem tuetur B. *L.*

Exordiri licebit] Erf. *exordio licebit.* Graev.

Vel iisdem rationibus] Al. *vel ab iisdem rationibus.* Idem. *Vel ab isdem* AE. *vel hiisdem* C. *hisdem* B. omissa coni. *vel eisdem* D. *Vel* recte delevit Sch. *L.*

Quibus in iudiciali caussa] Erf. *quibus in iudicialem caussam.* Graev. *In iuridiciali* D. *L.*

Narrari oportebit.] Vulgg. *narrare oportet.* Erfurt. Cauch. et

huiusmodi caussis finis est utilitas, et ea dividitur in rationem tutam atque honestam: si utrumque poterimus ostendere, utrumque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse: sin alterum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ostendemus. At si nostram rationem tutam esse dicemus, divisione utemur in vim, et consilium. Nam, quod in docendo rei dilucidandae caussa dolum appellavimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus. Si rationis nostrae sententiam re-

---

edd. prima Mediol. Victor. Cratand. aliaeque vetustiores omnes *narrari*. Cur mutarunt? Graev. Abest *narrari* a Voss. III. Leid. II. Oud. *Op. narrare* B. *Narrari oportebit* AE. *narrare op.* CD. *Narrare* Lambinum secuti scripserunt Ern. Sch. *L.*

Si utrumque poterimus ostendere, utrumque pollicebimur] Erf. *utrumque poterimus ostendere, si utrumque pollicebimur.* Graev. *Utraque* C. *Pollucemur in dic. monstraturos* D. In proximis addidit Sch. *In divisione* ante v. *quoniam*, quae verba an in suis quinque codicibus legerint nec ne, non indicaverunt Edd. Mus. crit. Vratisl. *L.*

Sin alterum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus] *dicturi* margo ed. Cratandri: *sin alterum quid dicturi sumus, ostendemus simpliciter.* Erfurt. *Si alterum quid dicturi sumus ostendemus.* *Si alterum* repete ἀπὸ κοινοῦ *poterimus ostendere*, quid dicturi simus ostendemus. Multos centones adsutos esse his libris iam saepe vidimus. Non pauci recisi sunt ab Erfurt. Graev. Abest *erimus* a Voss. III.; contra in aliis: *erimus dicturi* vel *demonstraturi.* In plerisque: *erimus dem.* Sed Leid. I. a m. pr. modo dat: *sin alterum.* Optime. Oud. *Sin alterum erimus dem.* ABC. *L.*

At si nostram rationem] Erf. *aut si nostram rationem.* Graev. *Aut si* BC. *Ac si* D. *L.*

In docendo] Erf. *in dicendo.* Graev. *In dicendo* Voss. III. Leid. II. Edd. pp. Oud. Sic etiam B. *L.*

Rei dilucidandae caussa] Unus liber manuscr. habet: *rei dilucide magnificandae caussa:* alius, *rei dilucidandae, magnificandae.* Plane mendose. Hinc quidam legendum putant: *dilucide manifestandae.* Lambin. Erf. ac Cauch. et al. MS. *rei dilucide magnificandi caussa*, in Cauch. additur interpretatio voci *magnificandi*, superscripta *manifestandae.* Al. MS. *rei dilucidandae magnificandae.* Graev. Voss. II. Leid. II. *rei magnificandae.* Leid. III. *dilucide et magnificandae.* Ed. Med. *dilucidandae magnificandaeque.* Oud. *Dil. magnificandae* A. *Manifestandae* (omisso *dil.*) B. *Dilucide magnificandae* C. *Delucidendae* (a m. s. — *dandae*) *de caus.* D. *L.*

Id in dicendo] *id* non est in Duisb. Graev. Deest *id* a Voss. III. Leid. IV. Tum *honestius vocabulo c.* Voss. III. *honestiori vocabulo c.* Leid. III. Oud. *Id* om. A. et a m. s. habet *discendo.* Tum *cons. hon.* C. *honesti c.* A. a m. pr. *honestiori vocabulo c.* A. a m. s. *honestiore vocabulo c.* F. *L.*

Si rationis nostrae sententiam] Edd. *si rationis nostrae sententiae.* Longe rectius Erfurt.: *Si rationem nostrae sententiae.*

etam esse dicemus, et omnes partes recti incident; quadripartita divisione utemur: si non incident, quot erunt, tot exponemus in dicendo. In confirmatione et confutatione utemur locis, quos ante ostendimus, nostris confir- 136
mandis, contrariis confutandis. Argumentationis artificiosae tractanda ratio de secundo libro petetur.

CAP. V. Sed si acciderit, ut in consultatione alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta, sententia sit, ut in deliberatione eorum, qui a Poenis circumsessi deliberant quid agant; qui tutam rationem sequi suadebit, his locis utetur: Nullam rem utiliorem esse incolumitate; virtutibus uti neminem posse, qui suas rationes in tuto non collocarit; ne deos quidem esse auxilio iis, qui se incon-

---

Rationem est etiam in Duisb. Graev. *Rationem n. sententiae* A. *Narratione sententiae rationem.* C. *Racionem sententiae* D. *L.*

In confirmatione] Ab Erfurt. abest *in.* Graev. Abest praepositio a MSS. excepto Voss. III. Tota periodus usque ad *Argumentationis* exsulat a Leid. II. Oud. *In* om AC. et Turic. *L.*

Utemur locis, quos ante ostendimus] Duisb. *utemur etenim loci nostri, quos ante ostendimus.* Erf. *utemur locis nostris, quos ante ostendimus* Pith. *utemur nostris locis, quos ante ostendimus.* Graev.

Nostris confirmandis, contrariis confutandis] Duisb. *confirmandi ita contrarii confutandi.* Erf. *confirmandis, contrariis confutandis, sine nostris.* Idem. Voss. I. *utemur, nostros locos, q. a. o. confirmando, contrarios confutando.* Leid. I. Voss. III. Ed. Med. *utemur, nostris locis, q. a. o. confirmandis, c. conf.* Voss. II. Leid. III. *Utemur. Ut enim nostri loci q. a. o. confirmandi sunt, ita contrarii sunt confutandi.* Oud. *Nostris locis, q. a. o., confirmandis, contrariis confutandis* AB. *Nostris locis, quos ostendimus, confirmandis, contr. locis conf.* D. *Utemur. Ut enim loci nostri confirmandi sunt, contrarii sunt confutandi.* C. *Utemur nostris locis, q. a. o., confirmandi sunt, ita contrariis confutandi sunt.* E. Post *confutandis* in A. insuper addita sunt haec: *Ut enim nostri loci, quos ante ostendimus, confirmandi sunt, ita contrarii sunt confutandi.* Cod. Turic. cum Leid. III. consentit. *L.*

Tractandae ratio] Erf. *tractanda ratio.* Graev. *Tractandae ratio.* Sic MSS. et Edd. Male in Graevii ed. *tractanda.* Oud. *tractandae r.* etiam Ed. T. *artificiose tractandae* malebat Ern. *L.*

CAP. V. *Alteri ab honesta, sententia sit*] Erf. *alteri ab honesta, sententia est.* Graev.

Ut in deliberatione eorum, qui a Poenis circumsessi] Erf. *ut deliberatione eorum, qui penas circumsessi.* Idem. *A Poeno* Turic. Oxon. I. *L.*

Qui tutam rationem sequi suadebit] Erf. *tutam rationem si quis audivit.* Graev. Abest infinitivus a Leid. IV. In Voss. III. *sequi persuadebit.* Oud. *Tutam r. si quis adhibuerit* Cod. Aug. *Tutam r. si quis adhibet* Cod. Goth. Ex quibus Sch. effecit: *qui tutam rationem adhibebit.* Cod. Oxon. II.: *tutam rationem si quis adhibebit*, quod recepit Orell., quicum plane consentit Cod. B. *L.*

Ne deos quidem esse auxilio iis] Erf. *idoneos non quidem au-*

sulto in periculum mittant; honestum nihil oportere existimari, quod non salutem pariat. Qui tutae rei praeponet rationem honestam, his locis utetur: virtutem nullo tempore relinquendam. Vel dolorem, si is timeatur; vel mortem, si ea formidetur, dedecore, et infamia leviorem esse considerare, quae sit turpitudo consecutura. At non
137 immortalitatem, neque aeternam incolumitatem consequi: nec esse exploratum, illo vitato periculo, nullum in aliud periculum venturos: virtute vel ultro ad mortem proficisci, esse praeclarum: fortitudini fortunam quoque esse adiumento solere: eum tute vivere, qui honeste vivat,

---

silio iis. Vulg. *Nec deos q. e. a. i.* Graev. Leid. I. *Idoneos quidem non esse a. eos.* Ita supra scr. in Voss. I. *Nec* Leid. IV. Edd. pp. Oud. *His deos quidem non esse eis* A. *Deos non esse a. eis* B. *Nec deos q. eos esse a. hiis.* C. *Nec de q. esse a. his* DE. *L.*

Qui se inconsulto in periculum mittant] Lamb. ed. *qui se consulto in periculum mittant.* Duisb. et ed. prima: *qui se inconsulto in periculum mittunt.* Graev. Leid. II. *in per. invitant.* Leid. IV. *in p. mittunt* cum Ed. Omn. Oud. *Se* a pr. m. om. A. *Consulto* DE. *Mittunt* ACD. *L.*

Honestum nihil] Erf. *honestam nihil.* Graev.

Quod non salutem] Erfurt. *quae non sdlutem.* Idem.

Praeponet rationem] Erf. *praeponit rationem.* Idem. Voss. III. *V. n. t. esse rel.* Oud. *Virtute — relinquenda* (a m. s. *delinquenda* D. *L.*

Vel dolorem, si is timeatur] Erfurt. *vel dolorem, si is in ea moereatur.* Graev. Voss. I. Leid. II. *et vel dol.* Oud. *et vel dol.* etiam C. Verba *vel dol.* omisit E. Tum in vv. *si is timeatur* deest pronomen Leid. I. IV. Voss. III. in quo etiam *timeas.* Oud. *is* om. A (a m. pr.) D. et pro *timeatur* Cod. B. *metuatur. L.* Tum *si eam formides.* Voss. III. Oud.

Dedecore et infamia] Erfurt. *decore et infamia.* Edit. prima: *dedecore et infamia.* Graev.

Considerare, quae sit] Forte [fortasse] *considerandum, quae sit.* Idem. Coniecturam Graevii rec. Sch. Signum loci corrupti posuit Orell. *Ad considerare* D. *L.*

At non immortalitatem] In Erfurt. non legitur *at.* Pith. *aut non immortalitatem, neque aeternam consequi incolumitatem.* Graev. *Aut non* BD. *Nec aeternam* solus D. Hoc loco Sch. e sequentibus ad sensum repeti iubet: *illo vitato periculo. L.*

Virtute vel ultro ad mortem] Erfurt. *virtuti vel ultro ad mortem.* Duisb. *virtute etiam ultro ad mortem.* Graev. Leid. II. *Vel ultra mortem.* Leid. IV. *etiam ultro ad m.* Voss. III. *velud ultro ad m.* Oud. Etiam ultro ad m. A. *et ultra m.* E. *L.*

Fortitudini fortunam quoque] Namque (ut aiunt) fortes fortuna adiuvat. Lamb. Erfurt. *formidini fortunam;* pessime. Graev. Deest *quoque* Voss. I. Oud. *quoque fortunam* C. *adiumento esse* A. *L.*

Et eum tute vivere] Lamb. ed. *eum tute vivere.* Graev. *Eum tuto venire* D. *L.*

non qui in praesentia incolumis sit: et eum, qui turpiter vivat, incolumem in perpetuum esse non posse. Conclusionibus fere similibus in his, et iudicialibus causis uti solemus, nisi quod in his maxime conducit quamplurima rerum ante gestarum exempla proferre.

CAP. VI. Nunc ad demonstrativum genus caussae transeamus. Quoniam haec caussa dividitur in laudem et vituperationem, quibus ex rebus laudem constituerimus, ex contrariis rebus erit vituperatio comparanda. Laus igitur potest esse rerum externarum, corporis, animi. Rerum externarum sunt ea, quae casu, aut fortuna secunda, aut adversa, accidere possunt: ut genus, educatio, divitiae, potestates, gloriae, civitas, amicitiae, et quae hu-

Non qui in praesentia incolumis sit] Verbum in nullo scripto notavi: et cur non subintellexit *vivat*, vel *esse possit?* GRONOV. Abest *sit* ab Erf. et Pith. et al. MSS. In Duisb. legitur: *non qui in praesentia incolumis est, et eum.* GRAEV. Voss. III. solummodo: *qui incolumis.* Abest *sit* a Leid. III. Ed. Med. *Est* Leid. IV. OUD. *Sit* om. ABD. *L.*

Incolumem in perpetuum esse non posse.] Erfurt. *incolumem esse in perpetuum non posse.* GRAEV.

In his et in iudicialibus] Pith.: *in his ut in iudicialibus.* Vulgg. *in his et iudicialibus.* IDEM. *In his et in iudicialibus c.* Sic cum Codd. pp. MSSti O. excepto Voss. III. cui deest secundo loco praepositio. Leid. III. *et in his et in iud.* OUD. *Et in iud.* ABCT. Atque ita scribendum, scripsitque Orell. *L.*

Nisi quod his] Abest *nisi* ab Erfurt., et in vulgg. est *nisi quod in his.* GRAEV. *in his m. conducit.* Sic Voss. II. Leid. IV. Ed. Med. A ceteris MSS. et Ed. Omn. abest praepositio. *Congruit* Voss. III. OUD. Pro *in his* B *is*, AE *his*, C *hiis;* omnes om. *in.* Omittit Cod. Turic., non omisit Orell. *L.*

CAP. VI. *Ad demonstr. genus c. trans.*] Voss. III. *ad dem. genus accedamus.* Tum Voss. I. *quibus de rebus.* OUD. Ante vocc. *ex contrariis reb.* Sch. interseruit voc. *earum,* verborum constructionis caussa, de coniectura. Editores Musei Critici Vrat. illud voc. in quattuor tantum suis esse negarunt; ex quo coniicias, in Cod. E., qui est codex Dresdensis, *earum* legi, quo Sch. coniectura probetur. *L.*

Erit vituperatio comparanda.] Erfurt. *erit vituperatio comparata.* GRAEV. *Comparata* etiam B. *L.*

Rerum externarum et corporis et animi.] Ita Vulgg. Pith. *rerum externarum, corporis, et animi.* Erfurt. et Cauch. sine copulandi particulis scribunt: *rerum externarum, corporis, animi,* quibus pareo. GRAEV. Voss. I. Leid. IV. Edd. pp. *et corp. et animi.* Leid. I. c. *animique.* Voss. II. III. Leid. II. III. *corporis et animi.* OUD. *C. et a.* BC. *et c. et a.* D. *et c.* A. *L.*

Ut genus, educatio] Erf. *quod genus, educatio.* GRAEV. *Quod genus* etiam BC. *Ut* om. AT. *L.*

Gloriae, civitates] Quidam liber manuscr. habet: *gloriae, sodalitates.* Ego nihil muto, nam *civitatis* nomen sic accipio, ut intelligam beneficium, aut malignitatem esse fortunae, huius aut

iusmodi sunt, et ea, quae his sunt contraria. Corporis sunt ea, quae natura corpori adtribuit commoda, aut incommoda: ut velocitas, vires, dignitas, valetudo, et quae contraria sunt. Animi sunt ea, quae consilio et cogitatione nostra constant: ut prudentia, iustitia, fortitudo, modestia, et quae contraria sunt. Erit igitur haec confirmatio et confutatio nobis. In huiusmodi igitur caussa

---

illius civitatis esse: verbi gratia, esse Parisiensem, aut Sagiensem. LAMB. *Civitas*, omnes, item Bruil. et Fabr., recte; nemo enim duarum civitatum esse potest iure naturae, et de datione civitatis Romanae loqui apparet. Vulgata, *civitates*. GRUT. Leid. III. *potestas*. Voss. III. Leid. II. Ed. Omn. *civitates*. Leid. IV. *civilitas*. OUD. *potestas* D. *civitatis* B. *civitates* D. et Oxon. II. Reliqui omnes *civitas*. *L.*

Et quae huiusmodi sunt] Lamb. ed.: *et cetera, quae huiusmodi sunt*. GRAEV.

Et ea, quae his sunt contraria.] Erf. et Cauch. *et quae his sunt contraria*. Lamb. ed.: *et ea quae his contraria*. IDEM. *Ea* omisit B. *his c. sunt* A. *sunt hiis c.* C. *his contr.* BD. *L.*

Quae natura corpori attribuit] Lamb. ed. *quae natura corpori tribuit*. GRAEV. Voss. III. *tribuit*. OUD. Quae seqq. *aut incommoda*, iam ab Ernestio uncis circumscripta, om. Sch. Leguntur in O. sed in D. *comoda aut incomodo*, in B. *c. vel incommoda*. *L.*

Incommoda, ut velocitas] Erf. *incommoda, velocitas*. GRAEV. *Ut* abest etiam ab A. a pr. m. et B. *L.*

Dignitas] *Dignitas* hoc loco, id est pulcritudo virilis. Sic Cicero pro Coelio: *Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti aetati ac dignitati non possit, quam velit petulanter, etiam si sine ulla suspicione, at non sine argumento maledicere?* Cornelius Nepos in Dione [c. 1.]: *Multa alia ab natura habuit bona, in his ingenium docile, come, aptum ad res optimas, magnam corporis dignitatem, quae non minimum commendat.* Iterum Cicero de Off. lib. 1.: *Cum autem pulcritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: venustatem, muliebrem ducere debemus, dignitatem, virilem.* LAMBIN. Voss. I. *dign. pulcritudo, valit.* Tum Ed. Med. *et ea, quae contraria.* Voss. I. Leid. I. IV. *et quae his contr. sunt.* OUD.

Ut prudentia] ab Erf. *ut* abest. GRAEV. Particula *ut* exsulat a MSS. O. et Edd. pp., nec requiritur. OUD. *Ut* om. etiam ABCDE. *L.*

Erit igitur haec confirmatio et confutatio nobis] Erf. et Cauch.: *erit igitur haec confirmatio nobis*. Duisb.: *Erit igitur hic confirmatio et confutatio nobis*. GRAEV. Voss. I. Leid. I. *et haec c.* Leid. IV. *hic.* OUD. *conf. nobis et* B. *confirm. nobis et confutacione* D. Verba haec omnia: *Erit — nobis* eiecit Sch. iam ab Ern. uncis inclusa. *L.*

In huiusmodi igitur caussa principium sumetur] Erf. *in huiusmodi caussa principium sumitur*. Pith. *In huiusmodi causis principium sumetur*. Quod placet; *igitur* potest abesse sine ullo detrimento. Paullo post idem Pith.: *aut a re ipsa*. Vulgati *aut ab re*. Duisb. *In huiusmodi igitur causa principium sumatur*. GRAEV. Abest *igitur* a Leid. I. Ed. Omnib. OUD. *In hui. ergo* C. *igitur* om. AB. In BT. post sequens v. *caussa* punctum est. *L.* Tum *principium sumatur* MSS. VI. *sumitur* Voss. II. Ed. Omn. *sumetur* Ed. Med. ut

principium sumetur aut a nostra, aut ab eius, de quo loquemur, aut ab eorum, qui audient, persona, aut ab re. Ab nostra, si laudabimus, dicemus aut officio facere, quod caussa necessitudinis intercedat: aut studio, quod 139
eiusmodi virtutis sit, ut omnes commemorare debeant velle: aut quod rectum sit ex aliorum laude ostendere, qualis noster animus sit. Si vituperabimus, aut merito

---

vulgo. Oud. *Sumatur* unus C. *sumitur* unus E. Reliqui ABDT *sumetur*. *L.*

Ab nostra] Sic Pith. et cdd. nonnullae; vulgo, *a nostra*. Graev. *Ab nostra*. Sic MSS. quinque meliores, non *a n.* Oud. *Ab n.* BCE. *a n. persona* A. *L.* Tum *de quo loquimur* Voss. III. Leid. III. Oud. Sic etiam BCD. Deinde *ab nostra* ABCD. idemque legi in Oudendorpii Codd., ea eius silentio coniicitur. *L.*

A nostra si laudabimus, dicemus etc.] Illud *dicemus* non adest in Pall. plerisque Gulielmianis; poteratque abesse sine sententiae incommodo. Gruter. Erf. Cauch. et alii MSS. *si laudabimus, aut officio facere*. Pith. *si laudabimus, aut officio facere ostendemus*. Abest *dicemus* etiam ab omnibus nostris MSS. et abesse debet. Toties hanc, et huius generis voces inculcatas esse in auctores [libros], pluribus exemplis docuerunt viri docti, in primis ὁ πάνυ Gronovius ad Livium non uno loco. Graev. Eiiciatur istud *dicemus*, quod nullus MS. a m. pr. habet. Ed. Med. *aut off. f. ostendemus*. Oud. *Dicemus* om. A. a m. pr. (a m. s. *si dicemus*) et BCDT. *L.*

Quod eiusmodi virtutis sit] Sine mora praeferenda est scriptura Pithoeani et Erfurtensis codicis: *quod eiusmodi virtutes sint*. Graev. MSS. tres *huiusmodi virtutis*. Ed. Med. *huiusmodi virtute*. Oud. *Virtute* A. a m. s. et B. atque ita etiam Ox. I.

Aut quod rectum sit ex aliorum, etc.] Videor mihi optimam scripturam secutus esse; libet tamen annotare aliam longe diversam, quae reperitur in duobus manuscriptis: *debeant velle, quod rectum sit: aut ex aliorum laude, aut per comparationem ostendere, qualis*, etc. Lambin. Pall. omnes reiiciunt hanc positionem, habentque *velle quod rectum sit; aut ex aliorum*. Neque aliter Suffridi codd. item Br. ac Fabr. Gruter. Adstipulantur etiam Erfurt. Pith. Cauch., quibus et ego subscribo. Pith. addit *quod rectum sit in eo*. Vulgg. *velle, aut quod rectum sit ex aliorum laude*. Graev. MSS. O. et Edd. pp. *quod rectum sit, aut;* uti legi debet. *rectum est* Voss. I. Oud. *Aut* om. ABCDE. Pro v. *rectum* D *respectum*. *Rectum est* etiam Turic. *L.* Tum Voss. III. *ex aliorum per comparationem laude*. Addit *per comparationem* etiam Leid. IV. Oud. *Aut ex aliorum l.* ABCDE. Totum locum Orell. ita putat esse scribendum: *aut studio, quod eiusmodi sit, ut omnes commemorare debeant velle; aut ex aliorum laude ostendere, qualis ipsius animus sit;* putans, verba *quod eiusmodi sit* quum glossatoribus obscura viderentur, alios dedisse *quod eiusmodi virtute sit*, alios *quod eiusmodi virtutis sit*, unde *virtutes sint* ortum esse; alios denique *quod rectum sit*, id quod alios rursus transposuisse. In qua emendatione hoc unum mihi displicet, quod infinitivus *ostendere* non recte habet, unde pendeat. *L.*

Qualis noster animus sit.] Cauch. et Erf. et meus *qualis ipsius animus sit*. ed. Cratand. *qualis ipsius vel noster animus sit;* ut inde constet alterutrum esse glossema. Sed vulgata est verior. Nam

facere, quod ita tractati simus: aut studio, quod utile putemus esse, ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci: aut quod placeat ostendi, quid nobis displiceat, ex aliorum vituperatione. Ab eius persona, de quo loquemur; si laudabimus, vereri nos dicemus, ut il-
139 lius facta verbis consequi possimus: omnes homines illius

---

ut laudibus vini arguitur vinosus Homerus, sic laudibus virtutum, cum quis sponte sua illas laudandas suscipit, declarat animum suum virtutes amare, et ideo se illas celebrare, velleque ut iisdem sit praeditus, et alii ad eas appetendas incendantur. Et hanc scripturam esse genuinam ostendit mox contrarium in vituperatione: *aut quod placet ostendi, quid nobis displiceat ex aliorum vituperatione.* Graev. Voss. III. Ed. Omn. *qualis ipsius animus.* Oud. *Ipsius animus* AC. *animus noster ipsius* B. et Turic. *Ipsius anim.* etiam Ox. I. *qualis ipsius vel noster animus sit* Crat. V. *noster* glossema v. *ipsius* (i. e. oratoris) indicat Orell. *L.*

Si vituperabimus] Erf. *si vituperavimus.* Lamb. ed. *sin vituperabimus.* Graev.

Quod utile putemus] Erf. *quod ut utile putamus.* Idem. *Quod id utile* B. *L.*

Laudabimus, dicemus vereri nos] Pall. Erf. et alii *laudabimus, vereri nos.* Edd. *laudabimus vereri nos dicemus.* Graev.

Vereri nos dicemus, ut illius facta verbis consequi possimus] Sic legendum, etiam reclamantibus libris omnibus; nam qui ita loquitur: *vereor ne possim,* significat se nolle posse; qui ita: *vereor, ut possim,* seu *ne non possim,* significat se velle posse. Sed plura hac de re in commentariis Horat. ad illum locum Sat. 3. Lib. 1. *Nam ut ferula caedas meritum maiora subire Verbera, non vereor.* Lambin. Pal. tert. quart. sext. Bruil. non agnoscunt illud *dicemus,* quo carere possumus; omnes ii tamen ceterique praeter secundum, exhibebant: *consequi non possimus,* quod Latine dici posse hac significatione, strenue negat Lambinus. Gruter. Etiam hic facit cum iis, quos Gruterus vidit, Erfurtensis. Contentionem hanc inter Gruterum et Lambinum dirimit Pithoeanus, in quo recte scribitur: *ut illius facta verbis consequi non possimus,* quod utique probandum. Graev. Voss. I. *uti.* Ed. Med. *ne.* Dein MSS. excepto Leid. II. *consequi non possimus.* Atque ita recte iam exhibuit Ed. Omnib. Oud. *Dicemus vereri nos ut* ABCD. *v. nos dicemus ut* E. *non possimus* ABCE. *non possumus* D. *V. n. d. ut — consequi possimus* Cod. Turic. quod recte probavit Orell. in eo falsus, quod lectionem eandem Pithoeano libro tribuit. Sch. cum Med. *ne — non possimus.* De formula *vereor ut* cf. quae monui ad Plaut. Captiv. II, 2, 42. *L.*

Omnes homines illius virtutes praedicare oportere] Erf. et Cauch. hic quoque praestant ceteris, in quibus optime scribitur: *homines illius virtutis praedicari oportere,* homines tantae virtutis praedicandos esse. In Cauchiano tamen ordo perversus est, in quo: *hominis illius virtutes praedicari oportere.* Graev. Leid. III. *et omnes hom.* [ita etiam Cod. A.] etc. Voss. II. Leid. I. III. *hominis illius virtutes praedicari.* Voss. I. III. *omnes h. illius virtutes praedicare.* Oud. *Hominis illius omnes virtutes praedicari* B. Idem deinde pro *omnium* exhibet *hominum.* Sed Cod. Turic. *Omnes hominis illius virtutes praedicari.* *L.*

virtutes praedicare oportere: ipsa facta omnium laudatorum eloquentiam anteire. Si vituperabimus; ea, quae videbimus contraria, paucis verbis commutatis, dici posse, dicemus: ut paullo ante exempli caussa demonstratum est. Ab auditorum persona, si laudabimus, quoniam non apud ignotos laudemus, nos monendi caussa pauca esse dicturos: aut si erunt ignoti, ut talem virum velint cognos-

---

Si vituperabimus] Lamb. ed. *sin vituperabimus.* GRAEV. *Sin v.* etiam C. *L.*

Quae videbimus contraria] Lamb. ed. *quae videbimus contrarie.* Erf. *ea quae videmus contrarie.* In Duisb. est etiam *videmus.* GRAEV. MSS. sex *videmus.* Voss. I. *contrarie.* OUD. *Videmus* ABCDE. *Contrarie* e Turic. recepit Orell. *L.*

Ut paullo ante exempli caussa demonstratum est.] Olim hic edebatur: *paullo ante supra exempli.* Expulerunt tertiam vocem. Nostri tamen codices *paulo supra.* GRONOV. Erf. et ed. prima: *ut paullo supra exempli causa demonstratum est.* Al. edd. *ut paullo ante supra exempli caussa demonstratum est.* GRAEV. *Paullo supra exempli c.* Sic MSS. O. et Edd. pp. non *paullo ante.* OUD. *Paullo supra* ABCDET. *L.*

Quoniam non apud ignotos] Quidam liber habet, *non apud ignaros.* Ego autem nihil muto; nam vocem *ignaros* interpretationem esse vocis *ignotos* arbitror. Marc. Tullius quidem ipse quoque sic usurpavit epistola ad L. Lucceium Lib .5. [XII, 24.] *Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant*, ignotis, id est, ignaris, seu ignorantibus. Infra quoque ubi legitur *ignoti*, in eodem illo libro legitur *ignari.* LAMB. Lectio vehementer debilis. Nam ut forsan ita sit in quibusdam MSS. ita in aliis est *ignaros.* Verum in aliis, quos inter est Medicaeus, legitur: *nihil novi, nihil apud ignotos*, ut habet etiam Victoriana. Deinde scripti nostri omnes: *in eodem virtutis studio sint, apud quos laudemus, atque ille,* non *quo ille*, quod post Victorii Stephanicam induxerunt. Et quaeso qua causa impulsi? Nonne habes Lib. 3, 15. *Similibus ceteris rebus, atque in contentione?* Pro Domo cap. 20.: *Hoc ipsum quod nunc agis, unum et idem videtur esse, atque id, quod de me ipso nominatim tulisti.* Contra est 1 Invent. 8.: *alio nomine appellari, atque adversarii dicunt.* Et supra Lib. 2, 26.: *in aliam partem, ac dictum sit.* GRONOV. Erf. Cauch. Med. ut et prima et Cratandri ed. approbant *nihil novi*, et id verum est, ut et iidem statim *atque ille*, quod non contemnendum esse, exemplis Tullianis Gronovius probavit. Al. *dicemus, quoniam non apud ignaros laudemus.* GRAEV. Voss. III. Ed. Med. praeponunt *dicemus* e glossa, qualis est in Leid. II. Tum *q. nihil novi nihil apud ignotos laudabimus* est in Voss. II. *q. nihil novi nihil apud ignaros laudemus* Ed. Omnib. *Ignaros* etiam Voss. I. et Ed. Med. Pro var. lect. Leid. I. II. OUD. *Dicemus* etiam B. *quoniam nihil novi* BD. *Ignaros* AT. *Ignotos notos* D. *L.*

Pauca esse dicturos] Erf. *pauca dicturos.* GRAEV. *esse* om. ABCDT. *L.*

Aut si erunt ignoti] Non nulli libri, teste Lambino, et Cratand. ed. *aut si erunt ignari.* GRAEV. Voss. I. Ed. Med. et pro var. lect. Leid. I. et II. *ignari.* Frustra. OUD. *Ignari* A. a m. pr. T. *essent ignoti* C. *L.*

140 cere, petemus: quoniam in eodem virtutis studio sint, apud quos laudemus, quo ille, qui laudatur, fuerit, aut sit, sperare nos facile iis, quibus velimus, huius facta probaturos. Contraria vituperatio; quoniam norint, pauca de nequitia eius nos esse dicturos: quod si ignorent, petemus ut cognoscant, uti malitiam vitare possint: quoniam dissimiles sint, qui audiunt, atque ille, qui vituperatur, nos sperare illius vitam vehementer improbaturos. Ab re-

Quoniam in eodem virtutis studio sint] Legendum fortasse est: *in eodem virtutis stadio sint*, etc. quemadmodum et in Bruto, ubi de Hortensio loquitur, quo loco legitur: *ne multos annos in studio eiusdem laudis exercuit*, legendum putant viri docti: *in stadio*, etc. et lib. I. de Orat. ad Qu. Fratrem: *sed iis, qui ingrediuntur in stadium*, ubi vulgo legitur, *ad studium*. Lambin. *Studio virtutis* A. Lambinum nemo editorum secutus est. *L.*

Ille, qui laudatur fuerit aut sit] Est a Pal. sec. et Suffridi nostri libris, quod attinet ad *laudatur*. Nam Pall. ceteri omnes inculcant illud *aut sit*, hactenus libris publicatis ignoratum. Grut. Edd. *quo ille, qui laudatur, fuerit, sperare*. Graev. Leid. I. Voss. II. Ed. Omn. *atque ille*. Voss. III. Leidd. O. Ed. Med. *laudetur*. Voss. II. Ed. Omn. *laudatus*. Oud. *Atque ille* A. a m. pr. BT. *Qui laudatus* AB. *Aut si* CD. Tum post v. *probaturos* addit C. *confirmaverimus*. *L.*

De nequitia eius nos esse dicturos] Erf. et Duisb. *de nequitia eius dicturos*. Graev. Deest *nos* Leidd. O. Ed. Med. *Esse* abest a Voss. II. Oud. *Nos de ei. neq. dict.* C. *De neq. eius dict.* E. *L.*

Quod si ignorent, petemus, ut cognoscant] Duisb. *quod si ignorant, petimus, uti agnoscant*. In Erf. et Pith. est etiam *uti agnoscant*. Graev. Voss. I. Leid. IV. Ed. Med. *uti* Leid. I. IV. Voss. I. III. Edd. pp. *agnoscant*. Oud. *Ignorantur* B. *Petimus* D. *uti cogn.* D. *uti agnoscant* AB. Tum *uti malitiam* BCD. et Oudendorpii O., quod ex eius silentio coniicias. *L.*

Sint qui audiunt] Al. *sunt*, *qui audiunt*. Al. *sint*, *qui audiunt*. Graev. Al. *sunt*. Leid. I. *audiant*. Oud. *Sunt* BCE. *Audiant* A. *L.*

Atque ille, qui vituperatur] Erf. *Atque ille, qui vituperat*. Graev. Voss. III. *et ille qui*. Deest *qui* Ed. Omn. *Vituperabitur* Leid. II. Oud.

Nos sperare illius vitam vehementer improbaturos] Sive ista sit vera lectio, sive ita habeant MSS., sciendum est hos fere tales esse, ut ab nullo eorum absit vocula *eos*, et aut legere omisso verbo *eos illius vit. veh. improbaturos*, aut *sperare nos*, *illius vitam vehementer eos improb.* quorum prius est et [etiam] in Mediceo. Gronov. Erf. *eos illius vitam vehementer improbaturos*. Al. *eos sperare illius vitam v. i.* Lamb. ed. *sperare nos illius v. v. i.* Graev. Voss. I. III. Leid. I. IV. *veh. eos inpr.* Pro priore *nos* Voss. II. *eos* sine verbo *sperare*. Oud. *Sperat* (a m. s. *sperare*) *nos eos* A. *dicemus sperare eos* B. *sperare nos* (sine v. *eos*) C. *eos sperare nos* D. *nos sperare* (sine v. *eos*) E. *Eos* addit etiam T. Editio Lamb. exhibet *eos* ante *impr.* secundum Orell. In mea non invenitur. *Vehementer eos* CE. *L.*

Ab rebus ipsis] Erf. *a rebus ipsis*. Graev. Leid. I. II. IV. Voss. III. *a rebus i.* Oud. *A r. i.* CE. *L.*

bus ipsis, incertos nos esse, quid potissimum laudemus: vereri nos, ne, cum multa dixerimus, plura praetereamus, et quae similes sententias habebunt: quibus sententiis contraria sumuntur a vituperatione.

CAP. VII. Principio tractato ab aliqua harum, quas 141
ante commemoravimus, rationum, narratio non erit ulla,

Incertos esse] Adieci ex Duisb. *nos*, sententia id requirente. Sed in sequentibus verbis *vereri nos* Pith. non agnoscit *nos*, et ibi potest abesse, et ἀπὸ κοινοῦ repeti. GRAEV. *Incertos nos esse.* Sic Leid. IV. Abesse *nos* a reliquis MSS. et Edd. *Incertum* Ed. Omn. OUD. *Si incertos* B. *Si dicemus incertos* (a m. s.) A. *Nos* om. ABCDET. *L.* Tum *vereri, ne* exhibent cum Edd. pp. MSSpti sex. In solo Leid. III. *v. ne nos.* Vulgo: *v. nos, ne.* OUD. *Vereri ne* etiam ABCDET. *L.*

Contraria sumuntur] Duisb. *contraria sumentur.* GRAEV.

CAP. VII. *Principio tractato ab aliqua harum quas antea etc.*] Ita Lambinus, neque aliter Bruil. aut Pal. sec. quippe ceteri spernunt adhuc a se illud *ab*. Vulgo erat: *Princ. tractato tum ab re, tum ab aliqua harum.* Verum iam deinceps parcius indicabo discrepantias scripturarum: crescunt enim magis ac magis, tanquam si reverentiam sensim omnem removissent librarii; satis est eas annotasse ad libri mei marginem, alias ne intra xx quidem annos huic operi finis imponeretur. Nam, ut exhibeam specimen, ubi hodie habemus: *Educatio, in laude: bene et honeste in bonis disciplinis per omnem pueritiam educatum esse. in vituperatione, e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda, etc.* primum editio Victorii reiicit illud *educatum esse.* Pal. pr. sec. abiiciunt solum *esse*. at inde exhibent: *In vituperatione, inde se retraxisse aperte. At corporis commoda a natura etc.* tert. praefert: *educatum fuisse. In vituperatione e contra inde se retraxisse commodissimum. A corporis commodis a natura. Si sit etc.* quart. item Fabrician. et Bruil. praeferunt: *Educatio bene in laude, quod honeste in bonis disciplinis totius pueritiae fuerit. In vituperatione inde se retraxisse aperte ad corporis commoda. A natura si sit etc.* neque multo aliter Pal. quintus ac sextus; sed aliter tamen, ne videlicet eiusdem viderentur exemplaris secuti dictaturam. GRUTERUS. Ex hac tamen varietate fuit officii eligere, quod cum ratione videtur ad auctoris manum pertinere et ab vetustissimis approbatur libris MSS. In quibus dubium vix potest esse, quin praeferri debeat illud codicum Fabriciani et Bruiler. quibus antiquissimus ille Medicaeus accedit. *In bonis disciplinis totius pueritiae esse* dixit, ut antea posuit *in eodem virtutis studio esse.* Certe non hic solum ista *e contrario* amovenda videntur, sed etiam in cap. 8. ubi MSS. tres omnes legunt *si vituperabimus*, aut *vituperemus*, *aliud iniuste, aliud ignave* etc. etsi mutent vitiorum ordinem. Gronov. Eif. *Principio tractato ab aliqua h. q. a. commemoravimus, ratione.* Vulgati: *principio tractato tum ab re, tum ab aliqua harum, quas ante commemoravimus, rationum.* Sic et Pith., nisi quod in ultimis verba sint *memoravimus rerum.* Duisb. et all. MSS. ac Cratand. ed. *principio tractato aliqua harum, q. a. c. r.* Margo editionis Cratandri: *Principio, quum a re, tum aliqua harum, quas ante commemoravimus rationum sumpto.* GRAEV. Deest praep. *ab* Voss. O. Leid. II. IV. Ed. Med. *De aliqua* Leid. I. *ratione* Voss. I. *narra-*

quae necessario consequatur: sed si qua inciderit, cum aliquod factum eius, de quo loquemur, nobis narrandum sit cum laude, aut vituperatione, praeceptio narrandi de primo libro repetetur. Divisione hac utemur. Primo exponemus, quas res laudaturi sumus, aut vituperaturi. Deinde ut quaeque, quove tempore res erit gesta, ordine dicemus, ut, quid quamque tute, cauteque egerit, intelligatur. Sed exponere oportebit animi virtutes, aut vitia; deinde commoda, aut incommoda corporis, aut rerum externarum, quomodo ab animo tractata sint, de-
142 monstrare. Ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus. Ab externis rebus: genus in laude, quibus

---

tione Voss. III., in quo etiam, quemadmodum in Ed. Med., *ante tractavimus*. In Leid. II. *attractavimus*. In Leid. III. *pr. tum a re, tum ab al. harum, q. a. com. rationum sumpto*. Oud. *Tracto* ed. Ernestius, *Principio igitur tracto* Sch.; neutrum ab ullo codice confirmatur. *Ab* om. AEC. *Comm. a.* A. *a tractavimus* CE. *ratione* ACE. *rationem* B. Sed Cod. Turic. haec: *Principio quum a re, tum aliqua h. q. a. t. rationum sumpto*. *L.*

Si qua inciderit, cum aliquod factum] Erf. *si quod inciderit, quo aliquod factum*. Al. *si qua inciderit, ut aliquod factum*. Graev. Leid. III. *si quid inciderit*. Oud. *si quid* AB. *inciderit quo* A. a m. s. *aliquid f.* B. *L.* Tum Leid. III. *de secundo libro rep.* Oud. *Lib. pr.* C. *libro* om. D. *L.*

Primo exponemus] Nuspiam est vox illa *primo*. Gronov. Abest vox *primo* ab Erfurt. Cauchiano, et meo, nec non Mediceo, teste Gronovio, et editione prima. Nec video cur hic requiratur. Illam vocem intruserunt quidam scioli, propter sequens *deinde*. Retinet tamen eam Pith., in quo *exponemus primo quas res*, et Duisburgensis. Sed melioribus adstipulor. Graev. *Primo* om. MSS. mei omnes cum Edd. pp. Dein *simus* in quinque vetustioribus et Ed. Med., non *sumus*. Oud. *Primo* om. BCET. *Cum exp.* A. *Et exp.* D. *Simus* A. ex rasura. *L.* Tum in vv. *quove tempore* om. *ve* Leid. I. II. Voss. III. *quoque* Ed. Omn. Oud. *Quove* ABCDE. *L.*

Quamque tute cauteque egerit] Erf. *quamque tute egerit*. Cauch. *quamque tute ut et egerit*. Graev. Abest a Leid. IV. v. *quid*. Leid. III. *Quidquid*. Voss. III. *quam tute*. Oud. *Quid quisque t.* A. a m. pr. *Quid rem quamque* B. *L.* Tum Voss. III. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *virtutes atque vitia*. Oud. Sic etiam ACD. *L.* Deinde Voss. III. *vel incommoda*. Leid. II. IV. *atque inc.* Oud. *Atque inc.* etiam D. *L.*

Quo modo ab animo tractata sint] Erf. *qui commodo ab animo tracta sint*. In Cauch. etiam est *tracta*. Graev. *Tractata sunt* B et A, in quo a m. s. additum *oportebit*. *L.*

Ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus] Erf. *Ordinem hunc adhibere ad demonstrandam vitam debeamus*. Duisb. *ordinem hunc in demonstranda vita habere debeamus*. Graev. *Hunc ordinem* D. *L.*

Genus in laude, quibus] Pithoeanus codex: *si genus erit in laude, quibus maioribus*. Quod restituissem, nisi et in sequentibus

maioribus natus sit: si bono genere, parem aut excelsiorem fuisse: si humili genere, ipsum in suis, non in maiorum virtutibus habuisse praesidium. In vituperatione, si bono genere, dedecori maioribus fuisse: si malo, tamen his ipsis detrimento fuisse. Educatio, in laude, bene et honeste, in bonis disciplinis per omnem pueritiam edu-

---

sic concise loqui scriptorem hunc pateret. Sic post: *Educatio in laude, bene et honeste*, quamvis et ibi Pith. scribat, *educatio est in laude quam bene et honeste.* GRAEV. Voss. III. *quibus maioribus ortus sit.* OUD. *Ab externis rebus ostenditur genus.* D. Tum: *quibus maioribus natu sit.* D. Verba: *quibus maioribus n. sit*, quae omnes exhibent Codd. ab Ern. et Orell. uncis inclusa, a Schuetzio deleta sunt, ut interpretamentum vocabuli *genus.* L.

Si bono genere] Erfurt. *si bono generi.* Duisb. *si de bono genere.* GRAEV. Voss. I. Leid. I. IV. *si de b. g. parem.* Ed. Omn. *patrem.* OUD. *Si in b. g. p.* C. *si b. g. sic parem.* D. L.

Aut excellentiorem] Sic restituimus, libros duos manuscr. secuti, cum vulgati haberent, *excelsiorem.* LAMBIN. Nostri omnes libri *excelsiorem.* Sola Cratandri editio prae se fert, *excellentiorem*, ut Lambiniana. GRAEV. *Excelsiorem* omnes Oudendorpii et Editorum Mus. Crit. Vrat. codices exhibere, ex eorum silentio coniicitur. L.

Si malo, tamen] Erfurt. *si male, tamen.* GRAEV. Paullo post *dedecorem* pro *dedecori* in duobus Gryph. MSS. habetur. *Dedecorum* quidem *suis maioribus* dixit Tacit. III. Ann. ut aut hoc loco *dedecorum*, aut apud Tacitum *dedecorem* videatur legendum. *Dedecori* nos tamen, ut est in vulgatis, edidimus. BRUT.

Educatio in laude, bene et honeste] Erfurt. *educat bene in laude honeste.* Ed. prim. *Educatio in laude, quod bene et honeste.* Cratand. ed. *educatio in laude quod bene honeste.* Sed Pith. optime: *educatio in laude, quam bene et honeste.* GRAEV. Voss. I. *in l. quid et h.* Voss. II. *bene in l. quid hon.* Leid. I. *in l. quam et hon.* Ed. Omn. *quam bene et hon.* Optime. OUD. *In laude qua bene et hon.* A. a pr. m. *in l. quod bene et hon.* A. a s. m. BC. *In laude quod bene et hon.* etiam T. L.

In bonis disciplinis tempore totius pueritiae fuerit] Hunc locum, etsi videatur maxime sanus esse, in mendo cubare varietas scripturae ostendit. Meus codex et editio prima: *in bonis disciplinis educatus tota pueritia fuerit.* Duo praestantissimi codices Erfurt. et Cauch.: *in bonis disciplinis totius pueritiae fuerit.* Grut. et aliae editiones pleraeque: *in bonis disciplinis per omnem pueritiam educatum esse.* Sed optime Pithoeanus: *in bonis disciplinis tempore totius pueritiae fuerit.* Hanc esse manum auctoris, certum habeo. Cum non intellexissent locutionem *in bonis disciplinis esse*, addiderunt *educatum esse*, vel *educatus.* Quod tamen in multis etiam editis omittitur, ut in Victoriana, Francofurtensi Wecheliana, in Coloniensi Materni Cholini 1562. in qua legitur: *In bonis disciplinis per omnem pueritiam, in vituperatione.* Sic etiam margo Ascensianae pro varia lectione appositam habuit hanc scripturam; dein cum excidisset *tempore*, quod servavit Pith. *totius pueritiae*, aut refinxerunt in *tota pueritia*, ut meus MS. et ed. prima, aut, quod vulgatae editiones circumferunt *per omnem pueritiam.* Restitui autem sic hunc locum auctoritate praestantissimorum codicum:

144 catum esse: in vituperatione, e contrario. Deinde trans-

educatio in laude, quam bene et honeste in bonis disciplinis tempore totius pueritiae fuerit. *Quam bene* ex MS. Pith. pro quo prima et Cratand. ed. *quod bene.* Iam *esse in hac re, totum esse in studiis* eleganter dici, quis tam hospes est in his litteris, qui ignoret? Sequentia quoque, quae sic vulgantur in plerisque editionibus: *in vituperatione e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda*, interpolata esse clamant veteres libri. Erfurt. *in vituperatione inde trahi oportet ad corporis commoda.* Pith. *e contra in se retraxisse aperte. At corporis a natura.* Cauch. *In vituperatione inde trahere oportet. At corporis commoda a natura.* Duisb. *in vituperatione inde se retraxisse a parte, ad corporis commoda.* Meus codex et ed. prima: *In vituperatione contra: inde se retraxisse aperte. A corporis commodis.* Grut. et vulgatae editiones: *In vituperatione e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda. A natura in laude, si sit dignitas.* Existimo recisis centonibus, quos assuerunt imperiti, auctorem scripsisse: *in vituperatione, inde se retraxisse aperte. A corporis commodis. A natura.* Non intellexerunt, quid sit *inde se retraxisse*, hoc est a bonis disciplinis tempore pueritiae abhorruisse, noluisse illis operam dare. Sic *retrahi a rep.* dixit Cic. in Orat. pro Sext. [c. XV.] Terentius prologo Phormionis [init.]: *Postquam poeta vetus poetam non potest retrahere ab studio. A corporis commodis* sc. laudantur. Sic statim quod in editionibus est: *a natura in laude, si sit dignitas atque forma*, in MSS. ut Erf. Cauch. Pith. Duisb. et in Cratand. ed. *in laude* non leguntur, ut totus locus sic repurgandus esse a tot pannis, quibus obsitus fuit, mihi videatur: *Educatio in laude, quam bene et honeste in bonis disciplinis tempore totius pueritiae fuerit. In vituperatione, inde se retraxisse aperte. A corporis commodis. A natura, si sit dignitas.* Graev. *Per omnem pueritiam educatum* sine verbo *esse* Leid. II. III. IV. Ed. Med. Sed. in Ed. Omn. *educatus tota pueritia fuerit.* In vetustissimis Leid. I. Voss. I. *totius pueritiae fuerit.* In Voss. II. simpliciter: *in bonis disciplinis fuerit.* Oud. *Bonis* omisit C. *per totam pueritiam fuerit educatus* A. *p. o. pu. educatus fuerit* D. *p. o. pu. educatum* C. *totius pueritiae fuerit* B. *In bonis disciplinis fuerit* T. *tempore totius pueritiae fuerit* Ox. A. Tum vv. *e contrario* desunt MSS. O. Ed. Med Bene. *Contra* Ed. Omnib. Oud. *In vituperatione* om. B. *E contrario* plane om. ABCDET. Deinde: Voss. I. Leid. I. Ed. Omn. *inde se retraxisse aperte. A corporis commodis.* Verissime; sicuti *inde se retraxisse aperte* praebent MSS. O. et Ed. Med. Sed *ad corp. commoda* exhibent quidam, *at c. commoda* Voss. II. Leid. III. Ed. Med. *Ut c. commoda* Leid. II. Oud. *Inde se retraxisse aperte, a c. commodis* AB (in quo *hinc* est pro *inde*) CD (qui om. *corporis*) T. Denique *a* ante v. *natura* deest Voss. III. Leid. IV. Absunt *in laude* a Voss. I. II. Leid. I. IV. Ed. Med. Bene omnino [haud dubie]. Voss. II. *a natura data.* Oud. *Natura* sine praep. *a* A. a m. pr. (a m. s. *a natura in laude*) B. *et natura* CD. Praepositio etiam abest a Turic. Sch.: *bene et honeste — educatum esse; in vituperatione, contra. Deinde transire oportet ad corp. commoda. A natura in laude: si sit d.*, indicans, *quam bene et honeste — fuerit* recte improbatum esse ab Ern. quia sic mutetur constructio, quae a praecedente non debeat discrepare; tum illa: *inde se retraxisse*

ire oportet ad corporis commoda. A natura, in laude: si sit dignitas atque forma, laudi fuisse eam; non quemadmodum ceteris, detrimento atque dedecori: si vires atque velocitas egregia; honestis exercitationibus, et industriis dicemus comparata: si valetudo perpetua; diligentia et temperantia cupiditatum. In vituperatione, si erunt

---

aperte, corrupta esse ex verbis: *deinde transire oportet.* Et si maxime velimus breviorem formulam *a corporis commodis* tueri, tamen vulgatam melius convenire sequentibus: *Deinde revertemur ad extraneas res.* Denique *in laude* recte defendisse Ern., quae abesse non possint, quia opponantur seqq. *in vituperatione.* Graevii rationem probavit nec tamen recepit Orell. Codicum consensus evincit, Graevii rationem unice veram esse, nisi quod pro vv. *tempore totius pueritiae* tutius videtur scribere: *per totam pueritiam.* Longe enim est probabilius, *tempore totius p.* esse interpretamentum illius dictionis, quam contra. *L.* Pro vv. *In vituperatione e contrario* duo Gryph. B. C. *In vituperatione inde detrahere.* Brut.

Si sit dignitas atque forma] Erf. *si digna atque forma.* Pith. *si sit dignitas et qua forma.* Graev.

Laudi fuisse eam] Erf. *laudi fuisse ea.* Non male. Idem. Leid IV. Ed. Med. *laudi fuisse ea.* probe. Oud. *Eam* Codd. reliqui omnes. *L.* Tum *sicut ceteris* Voss. III. Oud. *Non* om. B. *L.*

Honestis haec exercitationibus et industriis dicemus] Erf. Cauch. et multae edd. *honestis haec exercitationibus et industriis ea dicemus.* Cur Gruterus delevit *haec* quod extat in Pith. Cauch. Erfurt. et plerisque melioribus editionibus? Sic paullo ante Erfurt.: *Si sit dignitas atque forma, laudi fuisse ea.* Graev. *Honestis haec exercitationibus.* Sic MSS. O. et Edd. pp. Vulgo male abest *haec.* Oud. *Honestis haec ex.* ABCDT. *L.*

Industriis dicemus comparata] Erf. *industriis dicemus ea comparata.* Lamb. ed. *industria dicemus comparata.* Graev. Leid. II. *atque industria.* Leid. IV. et Ed. Med. *et industria.* Sed plurali quoque usus est Vitruv. I, 1. et praef. lib. VII. Oud. *Atque industria* C. *et industria* E. et Oxonn. duo. *L.*

Si valetudo perpetua; diligentia et temp. cupid.] Est a Pal. quarto et sexto, neque aliter Becichenii codd. quam quod ii praeterea *si valetudo est perp.* Inepte huc usque impressi: *si valetudo, ex perpetua dilig. etc.* nam *perpetua valetudo*, eadem est cum *constante*, cui opponitur *varia.* Grut. Sic est; *constanti* opponitur *varius.* Sed ut inde probaturus sit *valetudinem perpetuam* ita dici apud Latinos, vereor ut probet. Capite quidem V. occurrit *incolumitas perpetua*, ut et IV, 42. Sed inde valetudinem perpetuam de bona (ut vocat 1 Invent. 50) dici vix sequetur, praesertim si vel ex ipso Cicerone 12 Attic. 13 audiamus *perpetuum morbum jurabo*, ex formula propria et sempiterna Jurisconsultorum, vel ex inscriptione apud Sponium adhibeamus ea verba. *Qui trans mare erunt vel qui perpetua valetudine detinentur.* Itaque ut recte ab Grutero τὸ [v.] *ex* deletum reor, ita nihil video caussae, cur non retineamus *valetudo*, *perpetua diligentia.* Ipsa valetudo se satis probat non fuisse variam. Gronov. Edd. multae: *si valetudo, ex perpetua diligentia et temperantia cupiditatum.* Ed. prim.: *si valitudo p. d. e. t. c.* Recte Gronovius ostendit *valetudinem perpe-*

145 haec corporis commoda, male his usum dicemus, quae casu et natura, tanquam quilibet gladiator habuerit; si non erunt praeter formam, omnia ipsius culpa, et intemperantia non fuisse dicemus.

---

tuam dici de iis, qui perpetuo adversa conflictantur valetudine. Itaque distinguendum: *si valetudo, perpetua diligentia et temperantia cupiditatum.* Nimirum comparatam esse. GRAEV. *Si valetudo, perpetua diligentia.* Ita distinguo. Voss. I. III. Leidd. O. et Ed. Med. *si valitudo, ex perp. d.* In Leid. III. *si v. est ex perp.* OUD. *Valitudo ex* ABCD. Praepos. *ex* est etiam in E et Oxonn. duobus. *L.*

Male his usum] Edd. *His male usum.* Erf. et Cauch. *de his usum dicemus.* Cauchius coniiciebat forte [fortasse] scriptum fuisse: *his deusum dicemus*, pro communiore *abusum.* Non nullae enim voces in his Rhetoricis leguntur, quae alibi non reperias. Sic paullo ante *industriis* pro industria. GRAEV.

Quae casu, et natura] Sic habent omnes libri manuscripti, quos quidem viderim, et plerique vulgati. Quidam tamen reposuerunt, *casu et fortuna*, plane temere et mendose. Ita autem et Servius Sulpicius in epist. ad M. Tullium lib. 4. [ep. 12. init.] haec duo coniungit, *casum et naturam.* Sic enim ille: *Etsi scio non iucundissimum nuntium me vobis allaturum, tamen quoniam casus et natura in nobis dominatur, etc.* LAMBIN.

Si non erunt praeter formam] Meus codex: *sin erunt praeter formam.* Erf. *si non erunt propter formam.* GRAEV. Leid. I. *sin erunt.* OUD. *Praeter formam.* Hoc excipi docet Sch., quia formae dignitas, si a natura fuerit, malis moribus depravari possit; sed si natura eam non dederit, neminem posse, ut aiat ille apud Cic. de Orat. II, sibi formam ipse fingere.

Omnia ipsius culpa et intemperantia non fuisse] Pall. veriores ignorant negativam. Secundus vero habet, *et intemp. accidisse.* Ut videatur rescribendum *afuisse*, hoc est *abfuisse.* GRUTERUS. Eadem plane, quae disputat Gruterus, in nostris deprehendimus, a quorum duobus exulat τὸ [v.] *non.* Sed cur ideo faciendum *abfuisse?* Nonne peregregie id ipsum declaratur ab verbo *fuisse?* a quo non istud substantivum pro periisse, evanuisse, usurpatur? Et quoties ab Cicerone? quod hic quidem videtur perelegans et peropportunum. Mox praeclarus ille Medicaeus cum alio *deinde vertemur.* GRONOV. Pall. Erfurt. Cauch. et alii MSS. *ipsius culpa et intemperantia fuisse.* Sed Pith. et Duisb. stant pro vulgatis. *Non* respuit quoque cum Cauch. et Erfurt. edit. prima, sed Pith. et Duisb. tuetur istam particulam. At Gronovius delendam censet, et poni *fuisse* pro periisse, evanuisse, quod non reiicio. Mox ex Erfurt. et Medic. scripsimus *vertemur;* quomodo quis *revertatur* ad res, de quibus nihil antea dixerat? edd. vulgg. *deinde revertemur ad.* GRAEV. Leid. III. *defuisse dicemus. Non* exsulat a Leid. I. Voss. III. Ed. Omn. *Dicemus accidisse* Voss. III. Tum Voss. II. *dein vertemur.* In Leid. I. quoque *vertemur.* In ceteris ac vulgo *revertemur.* OUD. *Non fuisse* ADE. *Fuisse* BC. Tum *Vertemur* B. *Accidisse* et *vertemur* T. Felici coniectura Sch. restituit *occidisse* pro vulgato *non fuisse.* Gronovius defendit lectionem *fuisse*, omissa v. *non*, quod propter dictionis amphiboliam iam Sch. displicuit. *L.*

Deinde vertemur ad extraneas res, et in his, animi virtutes, aut vitia quae fuerint, considerabimus: divitiae, an paupertas fuerit, et quae potestates, quae gloriae, quae amicitiae, quae inimicitiae, et quid fortiter inimicitiis gerundis fecerit; cuius caussa susceperit inimicitias; qua fide, 146
benevolentia, officio gesserit amicitias. In divitiis qualis, in paupertate cuiusmodi fuerit; quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. Si interierit, cuiusmodi mors eius fuerit, cuiusmodi res mortem eius sit consecuta.

CAP. VIII. Ad omnes autem res, in quibus animus hominis maxime consideratur, illae quatuor animi virtutes

---

Animi virtutes aut vitia quae fuerint] Al. *animi quae virtutes, aut quae vitia fuerint.* Lamb. Ed. *animi virtutes atque vitia considerabimus.* Graev. *Quae fuerunt.* A. *L.*

Divitiae an paupertas] Pith. *divitiae an paupertates.* Graev. *Paupertas fuerint* BD. *L.*

Quae potestates, quae gloriae] Cauch. *quae potestas, quae gloriae.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. *quae potestas.* Leid. III. IV. *et quae gl.* Voss. I. Leid. IV. *gloria.* Oud. *Potestas quae gloriae* ABD. *Potestas et quae gloriae* E. *Potestates et quae gloriae* C. *Potestas* T. *quae gloria* Oxon. unus. Verba *quae gloriae* ut barbarum glossema eiecit Sch. Sed recte Orell. conferri iubet locum, qui legitur supra sub initio cap. VI. *divitiae, potestates, gloriae, civitas* cet. *L.*

Quid fortiter inimicitiis gerundis] Pith. *quid fortiter in amicitiis gerendis.* Vulgg. *quid fortiter in inimicitiis gerendis.* Rescripsi secutus Erfurtensem, et Cauchianum: *Quid fortiter inimicitiis gerundis fecerit.* Sic sexcenties Cicero, ubi in multis locis inculcarunt praepositiones inepti homines. Graev. Voss. II. Leid. IV. Ed. Med. *in inimicitiis. Gerundis* deest Voss. III. a pr. m. *Gerendis* Leid. IV. et Edd. vett. Oud. *In* om. ABDE. In A. a m. s. factum est *in amicitiis.* Verba quae sequuntur: *cuius caussa susceperit inimicitias* Sch. ante verba: *et quid fortiter* cet. posuit; prius enim de suscipiendis, quam de gerendis inimicitiis dicendum fuisse. Nihil opus. *Praeterea gerundis* in E. *L.*

Benevolentia, officio gesserit] Pith. *benevolentia, quo officio gesserit.* Graev. Leid. II. Voss. III. *qua fide, qua b., quo off.* Oud. *Qua f. qua b. quo off.* A. *L.*

In divitiis qualis, in paupertate] Vulgg. *In divitiis qualis, aut in paupertate.* Hic etiam nixus praesidio praestantissimi Cod. Erf. delevi τὸ [v.] *aut*, ut rotundior sit oratio. Graev. MSS. O. et Edd. pp. daut *aut in p.*, nisi quod *in* desit Leid. I. Voss. II. *fuerit* non est in Leid. II. *Fuit* exhibet Leid. III. Oud. *In* omittit etiam A. ante *paup. Aut* est in ABCDE. *L.*

In potestatibus gerendis animum] Erfurt. *in paupertatibus gerundis animum.* Graev. *In potestatibus gerundis.* Sic Voss. I. Leid. I. II. Deest v. *gerundis* Voss. II. Leid. IV. Vulgo *gerendis.* Oud. *Gerundis* in E. *L.*

Cuiusmodi mors eius fuerit] Non leguntur in Erfurt. Graev.

CAP. VIII. *Animus hominis maxime consideratur*] Erfurt.

erunt adcommodandae: ut, si laudemus, aliud iuste, aliud fortiter, aliud modeste, aliud prudenter factum esse dicamus: sin vituperemus, e contrario, aliud iniuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse dicemus. Perspicuum est iam nimirum ex hac dispositione, quemad-

---

animus hominis maxime considerabitur. Graev. Leid. III. *ad o. has res — considerabitur.* Oud.

Aliud modeste, aliud prudenter] Erf. *aliud modeste, et aliud prudenter.* Graev.

Prudenter factum esse dicamus] Duisb. *p. f. e. praedicemus.* Idem. Leid. I. III. *dicemus.* Voss. I. III. Leid. II. IV. Ed. Med. *praedicemus.* Vere. Oud. *Dicemus* C. *Praedicemus* AD. *Dicamus* T. *L.*

Sin vituperemus, e contr. aliud iniuste] In lib. vulg. et nonnullis manuscr. ita legitur: *Sin vituperabimus, e contrario.* Hoc tantum; deinde, *Perspicuum*, etc. atque hanc esse puto rectam scripturam: alteram autem fuisse ad oram libri adscriptam, quam olim secuti sumus tamen, tum quia plana et probabilis est, tum quia a me reperta est in exemplis Caroli Stephani, et in uno libro item manuscr. Alii vulgati autem sic habent: *sin vituperemus, e contrario, aliud iniuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse dicamus:* quam nunc secuti sumus. Lamb. Erf. *si vituperamus.* Edd. *sin vituperemus.* MSS. Pith. et Duisb. *sin vituperabimus.* Graev. Vid. Gronov. supra ad cap. VII. Burm. *Si vituperemus, e contrario aliud iniuste, aliud ignave, aliud modeste aliud stulte factum esse praedicemus.* Haec verba, quae in nonnullis non habentur, Aldi, Victorii, Leonic. veterem editionem, atque auctoritatem manuscr. secuti edidimus, in his Gryph. Brut. MSS. quinque meliores et Edd. pp. *si vituperabimus.* Oud. Verba: *sin vituperemus* om. A a m. pr. *si vituperabimus* A (a m. s.) CD. *si vituperemus* B. *sin vituperabimus* E. *L.*

E contrario aliud iniuste] Non leguntur in Erfurt., margo Cratand. *e contrario aliud inique.* In Duisb. non est *e contrario.* Graev. *E contrario.* Haec delenda auctoritate MSS. O. et Edd. pp. Pro *iniuste* Voss. III. Ed. Med. *inique.* Oud. Omissis verbis: *e contrario* in A *aliud iniuste, aliud inmodeste, aliud ignave, aliud stulte;* in marg. a m. s. D.; *Aliud inmodeste aliud ignave aliud stulte aliud inique* B.; *Aliud inique aliud immodeste aliud stulte* E. *L.*

Aliud immodeste] Pith. *aliud incommode.* Graev.

Stulte factum esse dicamus] Erf. *stulte factum dicemus* Pith. *stulte factum esse dicemus* Graev. MSS. quattuor et Ed. Med. *f. esse praedicemus.* Sed Voss. I. *factum dicatur praedicemus,* punctis vocabulo *dicatur* subductis. *Esse* non comparet itidem in Voss. II. Oud. *F. e. dicamus* ACE. item in marg. a m. s. D. *Factum e. dicemus* B. Sch. reiectis ceteris omnibus scripsit omnem istum locum: *sin vituperemus, e contrario.* Antithesis enim prolixitatem glossatorum prodere. Sed omissis *e contrario* cetera omnia exhibent longe plurima pars MSptorum, quapropter etiam Orell. sic edidit. *L.* Tum pro *est iam* Voss. II. *est ergo.* Oud. *Est nam* D. *L.* Pro *dispositione* Voss. II. *disputatione.* Oud. Ita etiam C. *L.*

modum sit tractanda tripartita divisio laudis et vituperatio- 147
nis, si illud etiam adsumserimus; non necesse esse nos omnes has partes in laudem, aut vituperationem transferre, propterea quod saepe ne incidunt quidem; saepe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariae dictu. Quapropter eas partes, quae firmissimae videbuntur, legere oportebit, Conclusionibus brevibus utemur: in ipsa caussa crebras et

---

Tractanda tripartita divisio] Al. *tractanda tripertita divisio.* Graev.

Propterea quod saepe ne incidunt quidem, saepe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariae dictu.] Habentur ista quidem omnia in Pall. quatuor numero. Sed quartus et sextus solum habent: *propterea quod saepe se indicant, ut non sint necessaria dictu.* Quomodo item fuit in Bruil. et vero malim prae vulgatis, Grut. Gruteri et al. edd. *propterea quod saepe non incidunt quidem, saepe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariae dictu.* Pith. *Propterea quod saepe non incidunt quidem, saepe ita leviter et tenuiter incidunt, ut non sint necessaria dictu.* Duisb. *proptera quod saepe non incidunt quidem, saepe ita tenuiter incidunt, vel se indicant, ut non sint necessariae dictu.* Cum Palatino sexto et quarto consentiunt Erfurtensis et Cauchianus, (nisi quod in Erfurt. *se* desideretur) ut de vera horum librorum lectione non sit dubitandum, cum vulgata valde sit frigida. *Saepe se indicant*, est, saepe se produnt ipsae. Terent. Heaut. III. 3, 23. *Actum est, hic prius se indicavit, quam ego argentum efferro.* Cic. IV. Verr. *Magna vis est conscientiae, quam qui negligent, cum me violare velint, se ipsi indicabunt.* Graev. Voss. III. *quod non omnes saepe incidunt.* In solo Leid. III. est *ne* al. *non.* A Voss. II. Leid. I. IV. Edd. pp. abest *quidem.* Leid. I. a m. pr. *quod saepe indicant.* Oud. *Non incidunt quod* A. *Non i. et.* B. *Non i.* C. *Non incidunt quidem et* D. *L.* Tum vv. *saepe ita tenuiter incidunt* desunt Leid. I. a m. pr. *Quod saepe* etc. Voss. III. Oud. Eadem omisit C. *L. Quod saepe indicant, ut non sint necessaria dictu.* Gryph. B. C. Brut.

Conclusionibus brevibus utemur enumeratione ad exitum caussae; in ipsa caussa crebras etc.] Non miror in his silentium Gruteri; id enim ante indicavit. Miror unde haec lectio velut unica auctori sine ambiguitate attribuatur ab omnibus. Quam vero intelligit enumerationem? Ea voce ubi utitur, solet addere cuius generis rerum. Quomodo autem in conclusione ipsa causa potest dici? quum haec agatur vere ante conclusionem. Immo totum est absurdum, et ideo praecipue sollicitor altera lectione: *conclusionibus breviter utemur; nostri causa crebras et breves amplificationes interponere oportebit per locos comm.* Illud *nostri causa* praebet Medicaeus cum altero, quorum postremus agnoscit istud *breviter*, quod mihi videtur habere venerem. Gronov. Merito improbat vulgatam Gronovius. Medicaeo et alteri, quem vidit amicus noster, plane adstipulatur Erfurt., in quibus legitur: *Conclusionibus brevibus utemur, nostri causa crebras etc.* Itaque religioni mihi non fuit illa fatua et absurda verba, *enumeratione ad exitum causae*, quae obsident editiones et multos scriptos, inducere. *Nostri causa*, ut argumentum laudis aut vituperationis sit uberius et floridius,

breves amplificationes interponemus per locos communes.
148 Nec hoc genus caussae, eo quod raro accidit in vita, negligentius considerandum est. Neque enim id, quod potest accidere, ut faciendum sit aliquando, non oportet velle quam adcommodatissime posse facere. Et, si separatim haec caussa minus saepe tractatur; at in iudicialibus, et in deliberativis caussis saepe magnae partes versantur laudis,

---

Graev. *Conclusionibus brevibus utemur.* Sic Leid. II. IV. Ed. Omn. In ceteris *breviter.* Oud. *Breviter* solus E. *L.* Tum vv. *enumeratione ad exitum caussae* tuentur Voss. O. Leid. I. III. Ed. Omn. *Ex enumerationibus ad exitum causa* Leid. IV. *Enumeratione sed ad exitum causae* Ed. Med. Erfurt. Codici accedit Leid. I. nisi quod praebeat: *si nostrae causae.* Oud. Retinent pariter ABCDET., nisi quod *exnumeratione* C. Tum *causae et in ipsa c.* A. Ceterum vindicat ista *en. a. e. c.* Ern. *L.*

Amplificationes interponemus] Erf. *amplificationes interponere.* Graev. *Interponere oportebit* AB. *L.*

Eo quod raro accidit in vita] Erf. et Lamb. ed. *eo quod raro accidat in vita.* Graev. Ed. Omn. *raro accidat.* Oud. *R. accedit* D. *R. accidet.* T. *L.*

Negligentius considerandum est] Vox penultima alia est in Pal., nam in primo visitur *commandandam.* In sec. *commodandum.* In tert. et quart. item Br. et Fabr. *commendandum.* In quinto *commemorandum*, in sexto *commendatum.* Gulielm. formabat *commentandum.* Grut. Verum est *commendandum.* Aliquis commendat sibi genus studiorum, qui in eo diligens est et fervide se exercet; contra negligenter commendat, qui operae pretium in eo non ponit, nec tanti facit, imo ut mox se exponit, in hoc genere causae nihil industriae consumendum putat. Gronov. Erf. Cauch. Duisb. et alii multi MSS. ac edit. prima: *negligentius commendandum.* Alii aliter. Gronovio etiam placet *commendandum.* Interpretatio tamen huius vocis argutior mihi videtur, quam verior, aut certe a simplicitate et perspicuitate harum praeceptionum alienior. Mihi probabilior videtur coniectura Gulielmii, quae Cauchio etiam in mentem venit. Graev. MSS. O. et Edd. pp. *commendandum*, pro *commentandum.* *Est* exsulat a Voss. II. Oud. *Commentandum* AC. *commendandum* BDET. *L.* Gryph. BC. *commendandum est.* Brut.

Neque enim id, quod potest accidere] Duisb. *neque enim id quod videri potest accidere.* Ed. prima et Cratand. *Quod videri potest accidere.* Graev. Voss. I. III. Leidd. tres. Edd. pp. *q. p. videri accidere*, vel *quod videri potest acc.* Oud. *Potest videri accidere* CE. *L.* Tum *ut faciundum s.* Voss. I. Oud. Deinde Ern. Sch. ex aliquot Codd. *commodissime*, sed *accommodatissime* libri ad unum omnes nostri, nisi quod *accomodissime* D. et unus Oxon. *L.*

Et si separatim haec causa] Erf. *et si separatione haec causa,* Graev.

In iudicialibus et in deliberativis] Pith. *in iudicialibus et deliberativis.* Idem. *Attamen in iudicialibus* Voss. III. Oud. *Aut in i.* BC. *Ad in* D. *L.*

aut vituperationis. Quare in hoc quoque genere caussae nonnihil industriae consummandum putamus.

Nunc, absoluta nobis difficillima parte rhetoricae, hoc est, inventione perpolita, atque ad omne caussae genus ad- 149
commodata, tempus est ad ceteras partes proficisci. Deinceps igitur de dispositione dicemus.

CAP. IX. Quoniam dispositio est, per quam illa, quae invenimus, in ordinem redigimus, ut certo quidque

---

Quare in hoc quoque genere] Malim legi, *quare in hoc quoque genus causae, etc.* Lambin. In Pith. *quoque* non habetur. Graev. Deest *quoque* Voss. III. *caussae* non legitur in Ed. Med. Oud. *Quoque* om. etiam B. *L.*

Nonnihil industriae consummandum putamus] Ita erat in Br. in Pal. pr. et sexto; cui ultimo superscriptum, id est *conferendum*, quod deinde irrepsit in contextum. Gulielm. malebat *consumendum*, uti erat in Fabr. firmatque Pal. tert.; sed: *velle suum cuique est.* Vulgata *putavimus* potest quidem tolerari; dum noriat lectores, auctorem de oratoriae studiosis loqui, non de ipso se, ut hactenus perperam explicarunt. Gruter. Aliae et Duisb. *conferendum putavimus.* Erf. *non nihil consumendum putemus.* Nihil verius Gulielmii emendatione, quae ipsa est in Erfurtensi (nisi quod in eo non legatur *industriae*) et Cauchiano, sed et in Aldi Manutii editione. Miror hic haesisse Gruterum, cum quid sit *consummare non nihil industriae* nemo intelligat. *Consumere* vero *non nihil industriae in hoc vel illo studio* tritum est loquendi genus. Dein pro vulgato *putamus*, ex Erf. scripsi *putemus.* Est enim admonitio. Graev. Voss. III. Leidd. II. III. IV. cum Edd. pp. *conferendum.* Sed Voss. I. a m. pr. item Voss. II. et Leid. I. dant *consumendum.* Quod unice verum est. *Putavimus* Voss. O. et Leidd. tres cum Ed. Med. *Putemus* Leid. I. Bene, ut vidit iam Graevius. Oud. *Consumandum* BD. *Consumandum esse* A. *Conferendum* CE. Tum *putemus* B. *putavimus* C. *Consumendum putemus* T. *L.* *Putemus* Gryph. B. C. Brut.

Absoluta a nobis difficillima] Nonnulli MSS. et edd. *absoluta nobis difficillima*, ut illud Taciti 1. Ann. I. *Claris scriptoribus commemorata sunt.* De qua locutione Casaub. ad Suetonium. Graev. *Absoluta nobis.* Sic Voss. II. Ed. Omn. In ceteris *absoluta a nobis.* Oud. *Ab absoluta* B. *abs. a nobis* ACDET. *L.*

Ad ceteras partes proficisci] Potest repleri subaudiendo *rhetoricae*, quae praecedit, sed omnes nostri MSS. *ad ceteras partes orationis proficisci.* Gronov. *Orationis* vidi in Erfurt. Cauch. edit. prim. et Cratand. Quod etiam in suis reperit Iac. Gronov. At in Duisb. legitur, *ad ceteras partes Rhetoricae.* In margine Cratandri, *ad ceteras partes Rhetoricae facultatis.* Utrumque et *orationis* et *Rhetoricae* ex margine irrepsit in quosdam codices. Graev. Deest v. *est* Leid. I. *Ad cet. partes orationis* Voss. I. Leid. II. Ed. Omn. *Ad c. partes Rhetoricae* Leidd. I. IV. Oud. *Partes rhetoricae facultatis* A. *partes orationis* BE. *Artis partes* D. Utramque glossema coniungit Cod. Turic. sic: *partes vel orationis rhetoricae;* ut de vera lectione non dubitari possit. *L.*

CAP. IX. *In ordinem redigimus*] Edd. *in ordinem redigemus.* Erf. *in ordine redigimus.* Graev.

loco pronuntietur: videndum est, cuiusmodi rationem in disponendo habere conveniat. Genera dispositionum sunt duo: unum ab institutione artis profectum, alterum ad casum temporis adcommodatum. Ex institutione artis disponemus, cum sequemur eam praeceptionem, quam in primo libro exposuimus, hoc est, ut utamur principio, narratione, divisione, confirmatione, confutatione, conclusione: et hunc ordinem, quemadmodum praeceptum est ante, in dicendo sequemur. Item ex institutione artis, non modo totas caussas per orationem, sed singulas quoque
150 argumentationis partes disponemus, quemadmodum in se-

Ut certo quidque loco] Erf. *ut certo quicquid loco.* Idem.

Habere conveniat] Lamb. et al. Ed. et Duisb. MS. *nos habere conveniat.* Idem. MSS. O. et Ed. Med. *in disp. nos habere conv.* Oud. *In d. nos habere conv.* ACD. et Oxonn. duo. *L.*

Genera dispositionum sunt duo] Sic Cauch. Erfurt. Ed. prima, et Cratandri. Vulgg. edd. *Genera dispositionis sunt duo.* Graev. *Genera dispositionum.* Sic MSS. O. et Edd. pp., non: *g. dispositionis.* Oud. *Dispositionum* ABCDE. Sed Cod. Turic. *disponendi*, quod minime spernendum esse indicat Orell. *Duo* abest in D. qui idem exhibet *provectum* in seqq. *L.* Deinde Voss. III. *sequemur eas praeceptiones quas.* Tum Leid. III. *in priore libro.* Oud. *Consequemur* B. *Sequimur* D. Tum *eam* deest B. *in libro primo* B. *L.*

Et hunc ordinem] Erf. *et ut hunc ordinem.* Graev. Tum *sicut praeceptum* Voss. III. Oud.

In dicendo sequemur] Erf. et Cauch. *in dicendo sequamur.* Graev. *In dicendo sequemur.* Ita Leid. IV. et Ed. Med. In reliquis *sequamur.* Oud. *Prosequamur* D.

Item ex institutione artis] Pith. *Item in institutione artis.* Graev. *Artis* deest D. *L.* Tum pro vv. *per orationem* Voss. III. *per ordinem.* Ed. Med. *per orationes.* Omisit Sch. vv. *per orationem:* sed tuentur ea Codd. ABCE. *Per racionem* D. Quaerit Sch. quid sit: *causas per orationem disponere.* Idem est, ac si dixisset: *causas in orationibus disponere*, h. e. in dicendo dividere totam causam. *L.*

Sed per singulas quoque argumentationis partes] Est procul dubio plena vitiis scriptura, ab Lambino inventa, ab Grutero retenta, quum Stephanica Victorii habeat cum aliis ultra editis: *sed per singulas quoque argumentationes.* Quae verissima est lectio. Argumentationis enim partes aut non sunt ullae, aut locum hic non habent, sed ipsae argumentationes distinguuntur ab oratione, quia sunt eius partes: atque adeo ista lectio inde formata est, quod voci *argumentationes* nonnulli superscripserunt aut *partes* aut *partes earum*, scilicet orationum, vel causarum. Idem iudica de sequente Gruteri nota. Gronov. Grut. et Lamb. edd.: *sed per singulas quoque argumentationis partes disponemus.* Erf. Cauch. ed. prima, Victor. et aliae vetustiores: *sed singulas quoque argumentationes disponemus*, quod verum est. Quomodo possunt totae caussae per singulas argumentationes disponi? *Partes argumentationis*, merito improbavit Lac. Gronov. Pithoei tamen et

cundo libro docuimus, id est, expositionem, rationem, confirmationem rationis, exornationem, complexionem. Haec igitur duplex dispositio est: una per orationes, altera per argumentationes, ab institutione artis profecta. Est autem et alia dispositio, quae, cum ab ordine artificioso recedendum est, oratoris iudicio ad tempus adcommodatur: ut si a narratione dicere incipiamus, aut ab aliqua firmissima argumentatione, aut a literarum aliquarum recitatione:

Duisb. et Cratandri editio, ut nuperius editi: *per singulas quoque argumentationis partes.* Male. Graev. Ed. Omn. *per sing.* Voss. III. Leidd. tres et Ed. Med. *quasque.* Tum Voss. II. Leid. II. III. IV. Edd. pp. *argumentationes.* In Leid. I. *argumentationes partes*, punctis ultimae voci suppositis. Oud. *Per* omm. ABCDET. *Singulas quasque* ACDE. *Partes argumentationis.* AB. *L.*

Id est expositionem, rationem, confirmationem rationis, exornationem, complexionem] Longe aliter Erfurtensis: *In dispositione rationis, confirmatione rationis, orationis conclusione.* Sed Cauch. et ceteri vulgatis adhaerent, a quibus nec ego recedo. Vereor ne et haec sint glossis inquinata, et scripsisse auctorem; *in secundo libro docuimus, in expositione, confirmatione, complexione rationis.* Nam *exornatio* non facit ad dispositionem argumentationis. Graev. Verba illa: *id est — complexionem* uncis incluserat Ern., Sch. vero ista omnia: *id est — profecta* eliminavit. Leguntur ea in MSS. O. sed varie. *Id est* om. A. *indem* D. *In expos.* C. *narrationem* B. Pro *exornationem* D. *expositionis. L.* Pro *complexionem* MSS. O. et Ed. Med. *conclusionem.* Oud. *Conclusionem* ABC. *Conclusionis* D. Tum *artis duplex praecepcio* D. *Est* om. C. *L.*

Una per orationes, altera per argumentationes] Sic Pall. omnes praeter secundum, in quo, *orationis, altera per argumentationis partes.* Suffridus noster ait fuisse in suis *orationem* et hoc amplius eodem numero *argumentationem;* quod verius esse, ex superioribus planum putabat Gulielmius. Gruter. Voss. III. *per argumentationis partes.* [sic etiam T.] Oud. *Una per argumentationes altera per or.* B. *U. perforacionis a. p. arg.* D. *Alia* pro *altera* C. *L.* Pro *ab inst.* Ed. Med. *ob institutionem.* Oud. Ex ipsa hac omni varietate patet, locum esse additicium. *L.*

Est autem et alia] Erf. *Est autem alia.* Graev. Copula *et* comparet in solo Leid. IV.; abest a cet. MSS. et Edd. pp. *Illa disp.* Leid. I. Oud. *Et* omm. ABCDET. *L.*

Cum ab ordine artificioso recedendum est] Erf. *cum ab ordine officioso secedendum.* Cauch. et Pith. *cum ab ordine artificioso secedendum.* Graev. Voss. I. *ab o. officioso.* Leid. III. *artificio.* Voss. II. Leid. I. *secedendum e.* Oud. *Officioso* E. *Secedendum* A. a m. pr. T. *Secendendum.* B. *L.*

Si a narratione] Erf. *Si ab narratione.* Graev. *Ab narratione.* Sic Voss. I. II. Leid. I. II. IV. Ed. Med. Oud. *Ab n.* ACDE. *L.*

Firmissimas argumentationes] Sic in libro secundo de Orat.: *Ergo ut in oratore, optimus quisque, sic et in oratione firmissimum quicque sit primum etc.* et in Oratore perfecto [c. 15]: *de fir-*

aut si secundum principium confirmatione utamur, deinde narratione: aut, si quam huiusmodi permutationem ordinis
151 faciamus: quorum nihil, nisi caussa postulet, fieri oportebit. Nam si vehementer aures auditorum obtusae videbuntur, atque animi defatigati ab adversariis multitudine verborum, commode poterimus principio supersedere, et exordiri caussam aut a narratione, aut ab aliqua firma argu-

---

missimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora. Lambin.

Aut a literarum] Erf. Cauch. Duisb. *aut litterarum.* Graev. Voss. I. *Ut ab l.* Leid. I. Voss. II. Ed. Med. *aut ab l.* Leid. II. *aut ab aliq. litt.* Deest praepositio Leid. IV. In Voss. III. *aut a litt. aliquarum aliarum rec.* Ed. Omn. *aut aliquarum rerum rec.* Oud. *A* praep. om. B. *Ab litt. al.* AD. *Ab al. litt.* C. *L.* Tum *vel si sec. princ.* Voss. III. Oud.

Si quam huiusmodi permutationem] Erf. *si quam eiusmodi permutationem.* Graev. Voss. I. II. Leid. I. II. III. Ed. Med. *eiusm. perm.* MSS. O. et Ed. Med. *faciemus.* Oud. *Quam eiusmodi* E. *Qua eiusm.* AD. *Faciemus* CDE. *Faciemus* etiam Erfurt. Graev.

Quorum nihil nisi caussa postulet, fieri opertebit] Certe tamen et hactenus ab iudicio oratoris dependet, quod ipsius est considerare, ubi causa postulet, et potest interdum illi videri, etsi causa non postulet. Quid quod perspicue in sequentibus dicat saepe necesse esse uti his commutationibus, ubi res ipsa, hoc est, prudentia oratoris videntis iam nauseare animos iudicum defatigatos et aures obtusas similiaque, exigét ab artificio legitimo artis abire. Hinc mihi arridet scriptura codicis Medicaei, *quorum nihil non, causa postulet, fieri oportebit.* Omnem enim conversionum istarum, quas nominavit, speciem licitam et decoram pronunciat, ubi orator indicabit eam qualemcunque ab causa postulari. Id genus loquendi animadvertis, docte lector, corruptum esse ab illis, qui ignorabant particulam *si* eleganter omitti solitam, et id genus loquendi saepius ab antiquis adhibitum, quam nos scimus aut nobis imaginamur. Vide Observat. Patris lib. IV. 20. Gronov. Erf. *nihil nisi causa postulat.* Medic. *nihil non, causa postulet.* Graev. *Nisi postulet nihil causa* A. *Nihil nisi causa postulat.* B. *Nihil nisi causa postulet* E. *Nihil non causa postulet* C. *Nihil nisi causae qualitas postulet.* D. E suis Oudendorpius nihil enotavit, unde conficitur, legisse eum ubique *nihil nisi caussa postulet.* Cod. Turic. *nihil ni c. p.* Ern. divinaverat: *nihil non, si caussa postulet,* quod secutus est Sch. Vere; nam vulgata *nihil nisi* orta est ex scripturae compendio *nihil n̄ si,* quod est *nihil non, si.* Male Orell. vulgatam retinuit. Quod vero Gronov. proposuit, id non est elegantiae, sed negligentiae, et familiaris sermonis, qui est Comicorum. *L.* In seqq. *obtunsae* duo Gryph. BC. Brut. Tum *et an. def.* pro *atque a. d.* Deinde *aut narr. aut aliqua* Leid. I. *aut a narr. aut al.* Voss. I. Leid. IV. Ed. Omnib. Oud. *A* ante *narr.* om. B. *Ab* ante *al.* om. D. *L.*

Aut ab aliqua firma argumentatione] Pith. *aut, ab aliqua firmissima argumentatione.* Cauch. Duisb. et nonnullae edd. *aut*

mentatione. Deinde, si commodum erit, quia non semper necesse est, ad principii sententiam reverti licebit.

CAP. X. Si caussa nostra magnam difficultatem videbitur habere, ut nemo aequo animo principium possit audire; a narratione cum inceperimus, ad principii sententiam revertamur licebit. Si narratio parum probabilis est, exordiemur ab aliqua firma argumentatione. His commutationibus, et translationibus partium saepe uti necesse est, cum ipsa res artificiosam dispositionem artificiose commutare cogit. In confirmatione, et confutatione argumenta- 152
tionum dispositiones huiusmodi convenit habere: firmissimas argumentationes in primis et in postremis caussae partibus collocare: mediocres et neque inutiles ad dicendum, neque necessarias ad probandum, quae, si separatim ac singulae dicantur, infirmae sint, cum ceteris coniunctae, fir-

---

aliqua firma argumentatione. Graev. Leid. III. Ed. Omn. *firmissima.* Oud. Sic etiam AB. *L.*

Quia non semper necesse est] Erfurt. Cauch. Duisb. ed. Cratand. *quod non semper necesse est.* Graev. MSS. plerique et Ed. Med. *quod n. s. n. e.* Oud. Verba: *si commodum erit — reverti licebit*, quod nec antecedentibus recte conveniant et partim e seqq. interpolata sint, delevit Sch. Reperiuntur ea in omnibus MSS. *Si* om. A. a m. pr. *quod* ABCDT. *non* om. B. *Principium* B. *reverti sent.* B. *sententia r.* D. *reverti* (om. *sententiam*) A. a pr. m. *L.*

CAP. X. *A narratione cum coeperimus*] Erf. *ab narratione c. c. etc.* Graev. *Ab narr. cum inc.* Sic Ed. Med. et MSS. O. praeter Leid. IV., in quo *a narr.* Oud. *Ab narr.* AC. *Incipiemus* C. Ceteri *inceperimus.* *L.*

Ad principii sententiam revertamur licebit. Si] Erf. et Pith. *ad principii sententiam revertemur. Si.* In Duisb. est etiam *revertemur*, sed etiam *licebit.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *revertemur.* Oud. *Revertemur* A. a m. pr. *revertemur* A. a m. s. BCE. *Refertemur* D. ABCDE omittunt *licebit.* Ex quibus apparet, legendum esse: *ab narratione cum inceperimus, ad principii sententiam revertemur;* ut superiora non ex his, sed haec e supp. interpolata videantur. *L.*

Probabilis est, exordiemur] Erf. *probabilis, exordiemur.* Lamb. Ed. *probabilis erit, exordiemur.* Graev.

Translationibus partium saepe] Erf. *translationibus saepe* Idem.

Cum ipsa res artificiosam] Duisb. *cum ipsam artificiosam.* Idem. Leid. III. *cum ipsam art. d. res ipsa.* Leid. IV. *cum ipsam a. d.* Dein *mutare* Voss. III. Oud. *Coegit* A. a m. pr. *L.*

Argumentationum dispositiones] Mihi blanditur Erfurt. *argumentationum disputationes.* Hoc est argumentationes, de quibus disserit, et verba facit. Graev.

In primis et postremis] Erf. *in primis et in postremis.* Idem. Vid. Gronov. Infr. ad cap. XIII. Burm. Tum *collocare oportebit* D. *L.*

Infirmae sint] Sic Erfurt. et edd. prima et Cratandri. Al. *in-*

mae et probabiles fiant, interponi et in medio collocari oportet. Nam re narrata, statim exspectat animus auditoris, ex qua re caussa confirmari possit. Quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem. Et quoniam nuperrime dictum facile memoriae mandatur, utile est, cum dicere desinamus, recentem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. Haec dispositio locorum, tamquam instructio militum, facillime in dicendo, sicut illa in pugnando, parare poterit victoriam.

CAP. XI. Pronuntiationem multi maxime utilem oratori dixerunt esse, et ad persuadendum plurimum va-
153 lere. Nos quidem unum de quinque rebus plurimum

---

firmae sunt. Graev. Voss. I. Leid. III. Ed. Med. *inf. sunt.* Oud. Sic etiam B. *L.*

Et probabiles fiant] Al. *probabiles fiunt.* Graev. Leid. IV. *stabiles et probabiles fiunt.* Leid. II. *prob. sint.* Voss. III. Leid. IV. *sunt.* [Hoc loco erravit in enotando Oudendorpius.] Voss. I. II. Leid. I. *fuerint.* Edd. pp. *fiunt.* Oud. *Prob. sint* AE. *P. fiunt.* BDT. *L.*

Fiant, interponi et in medio collocari] Erf. *fiant, et in medio conculcari.* Graev. *Et interponi* Voss. III. Oud. *Interponi oportebit* D. *L.*

Nam re narrata, statim expectat] Erf. *nam re narrata.* Lamb. et Cratand. Edd. *nam statim re narrata.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. *Nam et re n. statim,* vel *nam et statim re n.* Deest *statim* Leid. I. Oud. *Et statim re n.* ACE. *st. re n.* D. *re n.* B. *L.*

Ex qua re] Erf. *qua re.* Graev. Leid. I. III. Voss. III. carent praepositione. Oud. Eadem caret C. idemque exhibet *auditorum.* *L.*

Firmam aliquam oportet inferre] Pith. *firmam aliquam et instare.* Graev. *Firmam continuo oportebit,* (om. *aliq.*) D. *L.*

Et quoniam nuperrime dictum facile memoriae mandatur] Melius Erfurt.: *Et reliquum quoniam nuperrime dictum facillime memoriae mandatur.* Quoniam eius, de quo modo diximus aut paullo ante, facillime meminimus. Graev. Leid. III. *facillime m. m.* Oud.

Recentem aliquam relinquere] Non legitur in Erfurt. et Pith. *recentem.* Graev. Paullo ante *desinimus* A. *L.*

Parare victoriam] Duisb. Cratand. et Lamb. edd. *parere victoriam.* Ed. prim. *patere victoriam.* Graev. A m. pr. Voss. I. cum II. III. IV. Leid. III. et Edd. pp. *parere p. victoriam.* Oud.

CAP. XI. *Nos quidem unum de quinque rebus plurimum posse, non etc.*] Secuti sumus auctoritatem Pal. quarti, sexti et Bruil., nam recepta lectio: *nos quid unum etc. plurimum prosit, non etc.* Gruter. Firmat optimam hanc scripturam Erfurtensis, Cauch. prima et Cratand. ed. Edd. multae: *Nos quid unum de quinque rebus plurimum prosit.* Al. *nos quidem unam eam de quinque rebus plurimum posse.* Graev. *Nos quidem unam de quinque rebus plurimum posse non facile dixerimus: egregie magnam esse utilitatem in pronuntiatione audacter confirmaverimus.* Ita legitur

posse non facile dixerimus; nec egregie magnam esse utilitatem in pronuntiatione, audacter confirmaverimus; nam commodae inventiones, et concinnae verborum elocutiones, et partium caussae artificiosae dispositiones, et horum omnium diligens memoria, sine pronuntiatione, non plus, quam sine his rebus pronuntiatio sola valere poterit. Quare, quia nemo de ea re diligenter scripsit

---

in MSS. Gryphii. Lambinus eandem lectionem secutus, ante adv. *egregie* negandi particulam *nec* apponit. Leoniceni editio cetera eodem modo, ut Lambini, unum praeterea verbum habet: *sola*, inter duas voces *pronuntiatione* et *audacter*, quod quidem orationem totam planissimam efficit. Nobis quidem lectioni vulgatae si vox haec una addatur, recte sensus videtur constare. Qua tamen reiecta, Lambini et Leoniceni editionem, una modo voce *sola* adiecta, quae deerat alteri, secuti sumus. BRUT. *Unam* e MSS. correxit etiam Ernestius. *L.* Voss. I. Leid. III. *Nos quid unum d. q. r., pl. possit.* Leid. II. *nos quid unum d. q. r. pl. prosit.* Leid. I. *nos quod est unum d. q. r., pl. posse.* Voss. III. *nos quidem quod unum d. q. r. pl. posse.* Voss. II. Ed. Omn. *nos quidem unam d. q. r. pl. posse.* Leid. IV. *nos quidem eam unam de q. partibus rebus pl. posse.* OUD. *Unam eam de* B. *Eam unam de* C. *unum de* D. *Prosit non facile* E. *non facere posse* A. *L.*

Nec egregie magnam] Videtur illa negativa adversari periodo subservienti, et vero Pal. quartus servat, *et egregie*, ut videatur retrahenda adhuc litera a voce praecedenti, quo fieret *sed*, aut rescribendum, *at.* GRUTER. Immo nequaquam; et utique in consensu tot optimorum codicum se mancipare uni singulari, id vero perquam est suspectum. Quin tu in construendo, voculam *nec* separa in *et non*, hoc est, *et egregie magnam esse utilitatem in pronunciatione non audacter confirmaverimus.* Non audacter, sed scilicet iuste et cum aequitate, non temere, quum sit egregie magna utilitas in ea. GRONOV. Ego vero puto haec verba interpolata esse ab iisdem, qui priora interpolarant, cum non intelligerent, quid sibi hic velit, *non facile dixerim,* nisi praecedat, *quid unum plurimum possit.* Haec cum sic refinxissent, et talem informassent sententiam, non poterant ea cohaerere cum sequentibus, nisi interposuissent, *nec audacter confirmaverimus.* Alii, cum viderent sequentia repugnare, adiecerunt *et.* Sed utrumque est insiticium, et ignoratur ab Erfurtensi et Cauchiano, quorum fide id delendum censemus, sententia rectissime se habente, quae est. Non ego quidem hoc ausim asserere, pronunciationem unam de quinque partibus plurimum valere, hoc audacter confirmaverim magnam in ea utilitatem esse. Sic iste auctor et alii frequentissime, omisso *sed,* quod alii adderent. Nihil certius. Et sequentia istam scripturam asserunt planissime. GRAEV. Voss. III. *nec ergo egregie.* OUD. *Nec egregie* ABDET. *Nec non e.* C. *Sed e.* scripsit Sch. *egregie,* omissa particula, ut est in Gryph. et Graev., Orell. Recte. *L.*

Quare quia nemo de ea re diligenter scripsit] Pith. *quare et quia nemo de ea re diligenter scripserit.* GRAEV. Voss. III. Leid. II. III. IV. *quare et quia nemo.* Bene. OUD. *Quare et quia n.* CE.

(nam omnes vix posse putarunt de voce, et vultu, et gestu dilucide scribi, cum hae res ad sensus nostros pertinerent) et quia magnopere ea pars a nobis ad dicendum comparanda est, non negligenter videtur tota res considerandа. Dividitur igitur pronuntiatio in vocis figuram et
154 corporis motum. Figura vocis est, quae suum quemdam possidet habitum ratione et industria comparatum.

Ea dividitur in tres partes, magnitudinem, firmitudinem, mollitudinem. Magnitudinem vocis maxime comparat natura, nonnihil hanc auget, sed maxime conservat cura. Firmitudinem vocis maxime natura comparat,

---

Vix posse putarunt] Al. *vix putarunt posse.* In Pith. non legitur *posse.* Graev.

Et vultu et gestu] Al. *et vultu gestu.* Idem. Desunt *et vultu* ab Ed. Omn. *Dilucide* deest a Voss. III. Oud. *Dulce* A. a m. pr. *L.*

Hae res ad sensus] Cauch. *eae res ad sensus.* Graev.

Et quia magnopere ea pars a nobis] Erf. et Cauch. *et quia quantopere a nobis.* Duisb. *et quae magnopere e. p. a. n.* Idem. Leid. III. *Ea res a n.* Ed. Med. *pars haec a n.* Desunt *ea pars* Leid. I. Voss. II. in quo *sunt.* Oud. *Ea pars magnopere a n.* C. *Magno o. ea pars* E. Tum pro *non negligenter* Ed. Med. *eo diligentius.* Oud.

In vocis figuram et corporis motum] Erf. *in vocis et in corporis motum.* Graev. Voss. II. Leid. II. III. IV. *et in c. m.* Oud. Sic etiam ABCET. *L.*

Figura vocis est, quae suum] Erfurt. *figura vocis est ea.* Graev. Voss. I. II. Leidd. O. cum Ed. Med. *F. vocis est ea, q. s.* Voss. III. *F. v. ea est, q. s.* Oud. *Est ea quae* ABCDE. *Ea est quae* T. *L.* Deinde *comparata* duo Gryph. Brut. Tum Voss. I. Leid. I. II. Ed. Med. *Haec dividitur.* Leid. IV. *Et ea div.* Voss. III. Ed. Omn. *Dividitur igitur in tr. p.* Simpliciter leg. *Dividitur in tr. p.* Oud. *Haec div.* CDE. *Inter partes* D. *tres partes* in A. a m. pr. om. *L.*

Magnitudinem vocis maxime comparat natura, non nihil hanc auget] Cauch. *magnitudinem vocis maxime natura non nihil auget. Hanc* etiam non extat in Erfurt. Graev. Leid. I. *cum nihil.* Deest *hanc* in Voss. II. Leid. I. IV. Ed. Omn. *Adauget* cum Ed. Med. MSS. O. excepto Voss. II. Vere. Oud. *Auget hanc* B. *Huic adauget* A. *adaugèt hanc* C. *Hanc adaug.* DE. *Nonnihil adauget* T. *L.*

Sed maxime conservat cura] Liber unus manuscr. habet, *conservat accuratio.* Lamb. Duisb. *maxime conservat accuratio.* Pith. *Maxime conservat et amplificat accuratio.* Graev. Voss. I. *et maxime.* Voss. III. Leid. III. Ed. Med. *et m.* Tum Leid. II. *amplificat accuratio.* Leid. I. *curat. conservat.* Voss. III. Leid. III. IV. Edd. pp. *accuratio conservat*, vel *conservat accuratio.* Oud. *Sed m. amplificat* (supr. scr. *conservat*) *accuratio* A. *Et cura confirmat vel amplificat accuratio* B. *Sed m. amplificat accuratio* C. *Sed maxima cura conservat* D. *Sed m. conservat accuratio.* E. *L.*

Firmitudinem vocis maxime natura comparat, non nihil ad-

nonnihil adauget, et maxime conservat exercitatio declamationis. Mollitudinem vocis, hoc est, ut eam torquere in dicendo nostro commodo possimus, maxime faciet exercitatio declamationis. Quapropter de magnitudine vocis, et firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera

---

auget] Erfurt. *Firmitudinem vocis maxime comparata natura, adauget.* GRAEV. Sch. h. l. propter ea, quae sequuntur: *quapropter de m. vocis et firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera cura comparatur;* rescripsit: *maxime cura comparat*, quam emendationem necessariam iudicavit Orell. *L.*

Exercitatio declamationis] Palat. sec. quart. sext. *exercitatio imitationis.* Quod fere malim; imo omnino. Nam *exercitatio declamationis* servit magis *mollitudini vocis*, quae mox sequitur. GRUTER. Quamvis *imitationis* etiam habeatur in Erfurt. et Cauch., non tamen video, quid aut quem imitari debeat, qui studet firmitati vocis. Ea quoque debetur naturae: sed exercitatione conservatur et augetur. Ego mallem in sequentibus legi: *exercitatio imitationis.* Sic sane est in margine Cratandri. Illa enim mollitudo vocis comparatur, si saepe audiverimus oratorem disertum, vocem ad diversos motus animorum, quos vult excitare, flectentem, quod post exercendo se quis imitatur; quamvis declamatione quoque eam iuvari in sequentibus doceat. GRAEV. Leid. I. *exercitatio imitationis* a m. p. OUD. *exercitatio imitationis vel declinationis* B. Sch. h. l. rescripsit *ratio declamationis*, quoniam in seqq. monstratur, qua *ratione* declamationis augere et conservare possimus firmitudinem vocis. Idque sibi probari ait Orell. *L.*

Ut eam torquere in dicendo nostro commodo] Delevi *pro*, auctoritate Erfurtensis et Cauchiani, quamvis ab alia manu in hoc esset inter versus interlitum. Sic vero veteres loquebantur. Cic. I. ad Att. 9. *quod commodo tuo facere poteris*, vide notas meas ad Lib. I. ad Fam. Ep. 1. Vulgg. *in dicendo pro nostro commodo possimus.* GRAEV. *In dicendo* desunt Ed. Omnib. *Pro nostro c.* est in MSS. O. et Edd. pp. Non necessario delevit praep. Graev. OUD. Retinuerunt Sch. et Orell. praep., hic conferri iubens infra c. XXIII. ubi tamen: *quare sibi quemque suo commodo* cet. *L.* Deinde Voss. III. *faciet exercit. imitationis et declamationis.* Supr. scr. in Leid. II. *f. imitationis.* Non male. OUD. Sch. scripsit *faciet moderatio decl.* e coniectura. In Cod. T. est *f. exercitatio imitationis.* *L.*

Et firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera, etc.] Hic locus, nisi fallor, in omnibus libris corruptus est. Nam *magnitudinem vocis* dixit supra partim natura comparari, partim cura conservari; *firmitudinem* autem partim natura comparari, partim exercitatione declamationis conservari. Quare sic legendum arbitror: *Quapropter de firmitudinis parte ea, quae natura comparatur, nihil ad nos attinet*, seu potius, *nihil nos attinet, commonere.* LAMB. *Altera natura, altera cura comparatur*] Erfurt. et Pith. *altera natura paratur, altera cura comparatur.* GRAEV. *Altera natura paratur* Leid. I. Voss. II. OUD. *Quoniam altera natura paritur, altera natura comparatur; nihil nos attinet comminisci.* Ita ex Gryphii exempl. auctoritate, certa praeterea ratione innixi, edidimus. BRUT.

155 cura comparatur, nihil nos adtinet commonere, nisi ut ab iis, qui non inscii sunt eius artificii, ratio curandae vocis petatur.

CAP. XII. De ea parte firmitudinis, quae conservatur ratione declamationis, et de mollitudine vocis, quae maxime necessaria est oratori, quoniam ea quoque moderatione declamationis comparatur, dicendum videtur. Firmam igitur maxime poterimus in dicendo vocem conservare, si quam maxime sedata et depressa voce principia dicemus; nam laeduntur arteriae, si antequam leni voce permulsae sunt, acri clamore compleantur. Etiam

---

Nihil ad nos attinet commonere] Sic sane etiam alibi loquitur Cicero. Sed hoc loco non intelligo, qui sic exhibere queant editiones omnes, quum nullum viderim codicem, in quo exstabat particula *ad.* Et utique sic quoque loquitur Cicero, ut pro Quintio [19]: *Neque quenquam attinebat id recusare.* I. de Invent. 36.: *Quae propositio in se quiddam continet perspicuum, eo quod constare inter omnes necesse est, hanc velle approbare et affirmare nihil attinet;* ut legi in MS. Gronov. Vulgg. *nihil ad nos attinet commonere*, ut legendum censuit Lambinus, et Iac. Gronov., qui in suis sic legi libris viderat, cum id et ego in Erfurt. Cauch. et edit. Cratand. reperissem, repudiato vulgato *nihil ad nos attinet*, sum amplexus. Sed in Erfurt. totus locus praeterea sic scribitur: *quoniam altera natura paratur, altera cura comparatur, nihil nos attinet communis res.* In Pith. est etiam *paratur.* Graev. *Nihil nos attinet commonere.* Sic MSS. quatuor, cum Ed. Med. In Voss. II. Leid. IV. cum Ed. Omn. et vulgo: *ad nos.* Sed rectius dat Voss. I. *nihil attinet c.* Sed addit idem cum Ed. Med. *res enim communis est;* et Leid. I. *res enim communis.* Voss. III. *communis enim res est.* Oud. *Nihil nos attinet* CD. *nihil vos att.* B. *Commovere* B. *commonere* om. C. *adcommonere est* E. In A. posthaec a m. pr. scripta sunt: *Res enim communis est.* Etiam Cod. Turic. om. *ad.* *L.*

Qui non inscii sunt] Erf. *qui inscii sunt.* Graev. *Non* om. A. a pr. m. Sed retinendum; nam, ut recte monuit Sch., eloquentiae studiosi ad medicos ablegantur. *L.*

CAP. XII. *De mollitudine vocis.*] Ultima vox exsulat a Voss. III. Oud.

Firmam igitur maxime] Al. edd. *firmam igitur quam maxime.* Cauch. et Erfurt. *Firmamento maxime poterimus.* Cratand. ed. margo: *Firmamentum ergo vocis maxime poterimus in dicendo conservare.* Graev. *Firmam ergo* ABCDE. Atque ita legendum. *L.*

Depressa voce principia dicemus] Non male Pithoei: *depressa voce principio dicemus;* in orationis principio. Graev. *Principium* B. *In principio* D. *L.*

Nam laeduntur arteriae] Duisb. *Nam laedi arteria.* Al. MS. *Nam laeditur arteria.* Graev. Voss. III. *Laedetur arteria.* Leid. II. III. IV. Voss. II. a m. s. Ed. Med. *laeditur arteria.* Oud. *Laeditur arteria* ACD. *Leditur acerima* E. *L.*

Arteriae, si antequam leni voce permulsae sunt, acri clamore compleantur] MS. Med. *antequam vox bene permulsa est, acri*

intervallis longioribus uti conveniet, recreatur enim vox 156 spiritu, et arteriae reticendo adquiescunt. Et continuum clamorem remittere, et ad sermonem transire oportet: (commutationes enim faciunt, ut nullo genere vocis ef-

---

labore. Alius: *Laeditur arteria, si antequam vox permulsa est bene, acri labore completur.* Gronov. Quidam libri vulgati: *Nam laeditur arteria, si antequam leni voce permulsa sit, acri clamore compleatur.* Lambin. Erfurt. Cauch. et Medic.: *Nam laeduntur arteriae, si antequam vox bene permulsa est, acri labore complentur.* Cratand. ed. *Si antequam vox bene permulsa est, acri clamore compleantur.* Sed legendum fortasse est et hic et infra: *laeduntur arteria* numero multitudinis in neutro, quemadmodum usurpavit Lucretius lib. IV. *facitque Asperiora foras gradiens arteria clamor.* In Pith. cod. est: *antequam permulsa sunt, acri labore compleantur,* quae non nihil faciunt stabiliendae coniecturae Lambinianae, ut et in praecedentibus verbis Duisburgensis, in quo est: *Nam laedi arteriu.* Sed a vulgatis non recedo. Graev. Voss. I. et Leid. I. a m. pr. cum Ed. Omn. *vox bene permulsa est.* Voss. II. *vox* (supr. scr. *voce*) *leni permulsa est.* Voss. III. *leni voce vox bene permulsa est.* Leid. II. III. IV. Ed. Med. *leni voce permulsa est.* Oud. *Voce leni permulsa est* A. *l. v. permuslsa est* CDE. *Vox permissa est vel leni voce permulsa e.* B. *arteriae — voce leni permulsae sunt.* T. *L.* Tum Voss. II. Leid. I. a m. pr. *acri labore.* Voss. III. *compleatur.* Leid. I. Voss. I. II. *complentur.* Leid. II. III. IV. Ed. Med. *completur.* Oud. *Acclamatione* (2 m. s. a *acri clamatione*) A. *Bene acri labore vel clamore* B. *Permulsa est — completur* Oxonn. aliquot. *Bene* ex *v. leni* ortum putat Orell. *L.*

Etiam intervallis longioribus] Erf. *intervallis longioribus.* Cratand. ed. *et intervallis longioribus.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *et interv.* Voss. III. *convenit.* Oud. *Et int.* ABCDE. *L.*

Recreatur enim vox spiritu, et arteriae] Erf. *recreatur enim vox, et arteriae.* Cratand. ed.: *recreatur enim spiritu vox.* Graev. *Spiritu vox* ABCDET. *L.* Tum Voss. I. Leid. I. Ed. Med. *reticendo quiescunt.* Leid. IV. *r. conquiescunt.* Ed. Omn. *conticendo req.* Oud.

Et continuum clamorem remittere] Erf. *et continuo clamore mittere.* Cauch. *et continuum clamorem mittere.* Cratand. ed. *et continuum clamorem omittere.* Graev. *Cont. clamorem remittere.* Sic a m. pr. dat Leid. II. cum Ed. Med. Sed idem pro varia lectione praebet *omittere,* quod est in MSS. quinque et Ed. Omn. In Voss. I. *emittere* et supr. scr. *l. obmittere.* Oud. Pro *reticendo* C. *repausando quiescunt* D. *omittere* ABT. *dimittere* C. *comittere* E. *L.*

Oportet: commutationes enim faciunt, ut nullo genere vocis effuso, in omni genere vocis integri simus] Et acutas vocis exclamationes vitare debemus. Grut. et nonnullae aliae edd. *Oportet: (commutationes enim faciunt, ut nullo genere vocis effuso, in omni genere vocis integri simus;) et acutas vocis exclamationes vitare.* In non nullis etiam MSS. non habetur *debemus.* Graev. *Ad sermonem redire oportet pariter.* Ed. Omn. Oud. Tum *continuaciones — integre* D. *L.*

fuso, in omni voce integri simus,) et acutas vocis ex-
157 clamationes vitare. Ictus enim fit, et vulnerantur arteriae hac acuta atque attenuata nimis acclamatione, et si qui splendor est vocis, consumitur uno clamore univer-

---

Ut multo genere vocis effuso] Sic restitui, cum in libris omnibus legatur: *nullo genere vocis effuso.* Significat enim, eam vim esse commutationis vocis, ut, quamvis ea varie profundatur, incolumis tamen et integra conservetur. LAMB. Lambinus *multo*, perperam. Hoc ait, si neque contentione, neque sermone exhauriantur vires, in omni vocis genere integros nos fore, et ab uno ad alterum posse transire: haec Gulielmius. GRUTER. *Ut multo genere* alii legunt. BRUT. *Nullo* ABCDE. Nullus codex exhibet *multo*. *L.*

Et acutas vocis exclamationes vitare] Non extat *debemus* etiam in Cauch. Duisb. et Cratand. ed. Sed in Pith. MS. et prima legitur editione, ut in Victoriana, et aliis, meritoque probat I. Fr. Gronovius; quos et ego sequor. In Erfurt. est *exclamationes vitare possimus.* GRAEV. Addunt v. *debemus* recte MSS. O. et Edd. pp. OUD. *Debemus* etiam ABCDE, nisi quod B. *debemus vitare.* In Cod. T. omittitur *debemus*. *L.*

Exclamationes vitare] Hoc modo erat in Pal. quarto, sexto, Bruil., nonnullisque Lambini, subintelligiturque superius *oportet.* Vulgata addidit, *vitare debemus.* GRUTER. Id verbum quoque servatur ab omnibus nostris MSS. et quia video originem huius varietatis, quae profecto non est alia quam nota parentheseos vel apposita vel omissa (apponunt autem editiones omnes, nisi quod ridicule dimidiatam servavit Gruterus); puto conservandum id verbum, reiecta ista parenthesi, quum nulla sit in scriptis. Quid enim lenius procedere potest? *Et continuum clamorem remittere et ad sermonem transire oportet. Commutationes enim faciunt, ut nullo gen. v. eff. in omni voce integri simus. Et acutas vocis exclamationes vitare debemus. Ictus enim* etc. Sunt singulae prohibitiones diversae cum diversa ratiocinatione. Mox notabiliter codex Medicaeus: *Ictus enim fit et vulnus arteriae.* Tum MS. alter, *atque exattenuata.* GRONOV.

Ictus enim fit et vulnerantur arteriae] Erfurt. Cauch. et teste Gronovio Medicaeus, nec non Cratand. ac Ascens. edd.: *Ictus enim fit et vulnus arteriae.* Et sic melius scribitur. Sicut enim dicitur ictus, sic et vulnus fieri arteriae. Sed quia *vulnus fieri rei* videbatur sciolis insolentius, immutarunt in *vulnerantur*, sed non attenderunt, quam non bene ista syntaxis cohaereat *ictus fit arteriae, et vulnerantur arteriae*, in numero multitudinis. Sed si optimis codicibus inhaereamus, omnia sine salebris ullis profluunt. In sequentibus verbis recepi ex Erfurtensi: *hac acuta atque attenuata.* In aliis *hac* absorptum est a sequentis vocis prima syllaba. Dein statim ex eodem libro rescripsi, *qui splendor est vocis*, pro vulgato, *si quis splendor est vocis.* GRAEV. In nullo MS. nec Ed. pr. est *hac*, quod frustra inseruit Graev. OUD. Tum *vulnus* pro *vulnerantur* edidit Sch. Graevium secutus, rectissime. Graevii Codd. accedit etiam unus Oxoniensium. *L.*

Nimis acclamatione] Lamb. ed. *nimis exclamatione.* GRAEV. *Exclamatione* etiam C. *L.*

Et qui splendor est vocis] Edd. *et si quis splendor est vocis.*

sua. Et uno spiritu continenter multa dicere in extrema convenit oratione. Fauces enim calefiunt, et arteriae complentur, et vox, quae varie tractata est, reducitur in quemdam sonum aequabilem atque constantem. Saepe rerum naturae gratia quaedam iure debetur, velut accidit in hac re. Nam quae diximus ad vocem servandam prodesse, eadem adtinent ad suavitatem pronunciationis: ut, quod nostrae voci prosit, idem voluptate auditoris probetur. Utile est ad firmitudinem sedata vox in prin-

---

Splendidae voci opponitur fusca vox. GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *si quis.* Voss. III. *inest.* OUD. *Si quis* etiam ABCDE. *L.*

Consumitur uno clamore universus] Erfurt. et Cauch.: *consumitur uno clamore universa;* et Duisb. *consumitur uno clamore immersus.* GRAEV. Vox *universus* deest Voss. II. III. Leid. I. *universa* Leid. III. et Voss. I. a m. s. *inmersus* Leid. IV. OUD. *Universa.* BT. *L.*

Vox quae varie tractata est] Cratand. margo: *Vox quae varie tracta est.* GRAEV. Tum *in quendam reducitur* A. *Red. in calefactione quendam* D. omissis, quae seqq., verbis *sonum aequabilem* usque ad *gratia quaedam. L. Aequabilem* Leid. IV. *aequalem.* OUD.

Saepe rerum naturae gratia quaedam] Erf. *quae saepe rerum natura gratia.* GRAEV. Tum Voss. III. Leid. III. *veluti accidit.* OUD.

Nam quod diximus ad vocem] Cauch. *Nam quae dicimus ad vocem.* In Erfurt. est etiam *dicimus.* Duisb. *nam ea, quae diximus ad vocem.* GRAEV. Leid. IV. *nam ea quae d. ad v. serv.* Voss. III. *conservandam.* Deest *prodesse* Leid. I. a m. pr. OUD. *Dicimus* AB. *v. conservandam* B. *servandum v.* A. *L.*

Eadem attinent ad suavitatem pronuntiationis] *Et pronuntiationis suavitudini* habent libri veteres, et aliquot vulgg. et sic legendum censemus, quamvis olim secuti editionem Rob. Steph. *suavitati* edendum curaverimus. *Suavitudo* enim, vox Latina, a Plauto, et aliis veteribus usurpata. LAMBIN. Bruil. et Pal. quart. *eadem etiam ostentatione fit.* Neque aliter sextus, nisi quod is, *item attinent.* GRUT. Duo MSS. *eadem etiam ostentatione fit.* Pal. sext. *Item attinent ostentatione fit.* Cratand. ed. *Item attinent ad suavitatem.* GRAEV. Leid. I. a m. pr. *Eadem etiam ostentatione fit.* Leid. III. Ed. Med. *pertinent.* Ed. Omn. *idem attinet.* Voss. I. *ad suavitudinem.* OUD. *Suavitudinem* BCD. et Oxon. A. Contra *suavitatem* AE. et Cod. Turic. *L.*

Ut quod nostrae voci prosit] Duisb. *ut hoc, quod nostrae voci prosit.* GRAEV. Leid. IV. *ut hoc quod.* OUD.

Idem voluptate auditoris probetur] Pith. MS. prim. Cratand. ed. *Idem voluntate auditoris probetur.* Erfurt. et Cauch. *Idem voluntati auditoris probetur.* Possis tueri, ut sit: *idem volenti auditori probetur. Volenti auditori,* ut, hoc fit *nobis volentibus.* Opponuntur inviti. Mallem tamen, quod et Cauchius malebat, *idem voluptati auditoris probetur;* idem cum voluptate audiat auditor. GRAEV. MSS. quinque et Ed. Omn. *voluntate.* Leid. I. Ed. Med. *voluntati.* Voss. III. *voluntati aud. prodesse prob.* OUD. *Id voluntate* A. *Idem voluntate* BC. *Idem utilitatem* D. *L.*

Utile est ad firmitudinem sedata vox] Sic reposui fide Cauch.

158 cipio. Quid insuavius, quam clamor in exordio caussae? Intervalla vocem confirmant: eadem sententias concinniores divisione reddunt, et auditori spatium cogitandi relinquunt. Conservat vocem continui clamoris remissio. Et auditorem quidem varietas maxime delectat; cum sermone animum eius retinet, aut exsuscitat clamore. Acuta exclamatio vocem et fauces vulnerat, eadem laedit auditorem; habet enim quiddam illiberale, et ad muliebrem potius vociferationem, quam ad virilem dignitatem in dicendo adcommodatum. In extrema oratione continens vox remedio est voci. Quid? haec eadem nonne animum vehementissime calefacit auditoris, in totius conclusione caussae? Quoniam igitur res eadem vocis firmitudini, et pronuntiationis suavitudini prosunt, de utraque re simul erit in praesentia dictum, de firmitudine quae

---

et Erfurt. deleto *vocis*, quod adiecerunt magistri, cum ex sequentibus verbis id intelligendum esse quilibet videret. Sic paullo post iidem codices: *acuta exclamatio vocem vulnerat.* Vulgati: *vocem et fauces vulnerat.* Pith. *ad firmitudinem vocis sedata vox a principio.* Graev. *Vocis* addunt Voss. I. III. Leid. II. III. IV. cum Edd. pp. male. Oud. *Firm. vocis* ACD. *Vocis* om. etiam T. *L.*

Auditori spatium cogitandi] Erf. *Auditoris spatium cogitandi.* Graev.

Conservat vocem continui clamoris] *Cum ad rem voce tenui.* Idem.

Cum sermone animum eius retinet] Erf. *Cum ad sermonem animum retineat.* Lamb. ed. *cum aut sermone animum eius retinet.* Idem. Abest vox *eius* a Voss. I. Leid. I. Pro ea in Voss. II. est *maxime.* Oud. *Eius animum* D. *a veris* B. *Cum* in supp. ante v. *sermone* omisit D. *cum aut sermone* in margine tantum Lambinianae. Falso etiam refert Orell. *cum et sermone* apud Lambinum legi; nam in contextis est: *cum sermone. L.*

Aut exsuscitat clamores] Erf. *exsuscitat clamores.* Duisb. et Cratand. ed. *et exsuscitat clamore.* Graev. *Vel exsuscitat* Voss. I. Leid. I. In ceteris et Edd. pp. *Et exsuscitat.* Leid. IV. *et excitat.* Oud. *Et exuscitat* A. (a m. s. *et exsuscitatur ad*) D. *et exsuscitat* C. *L.*

Laedit auditorem] Erf. *laedit creditorem.* Pith. ac Cratand. margo: *laedit auditorem, quod varietas emendat.* Graev.

Habet enim quiddam] Erf. *haberet enim quiddam.* Idem. *Inliberale.* Sic solus A. *Enim* in antecc. omittit D. *etenim* exhibet T. *L.*

In dicendo accommodatum] Erf. *in dicendo accommodatur.* Graev. *Accommodamus* B. *accommodatam* C. *L.*

Vocis firmitudini] Pith. *vocis fortitudini.* Graev.

Pronuntiationis suavitudini] Al. *pronuntiationis suavitati.* Idem. *Suavitudini* exhibent ABCD. *Suavitati* ET. *L.* Paullo ante Voss. III. *res igitur haec.* Oud.

De firmitudine quae visa sunt] Voces illas, *quae visa sunt*, ut supervacaneas, et ab aliquo semidocto interiectas, sustuli. Lamb.

visa sunt, de suavitate, quae coniuncta fuerunt: cetera suo loco paullo post dicemus.

CAP. XIII. Mollitudo igitur vocis, quoniam omnis ad rhetoris praeceptionem pertinet, diligentius nobis consideranda est. Eam dividimus in sermonem, contentionem, amplificationem. Sermo est oratio remissa, et finitima quotidianae locutioni. Contentio est oratio acris, et ad confirmandum et confutandum adcommodata. Am- 159

Lambinus delet tres postremas dictiones; sed libris invitis, neque favente orationis contextu. GRUTER. Non solum haec, sed ista omnia: *de firmitudine — fuerunt* uncis inclusit et ut spuria notavit Orell. Sch. omnia retinuit. Defenduntur ab omnibus Codicibus. Offendunt maxime *erit dictum — quae visa sunt*, quae structura vix ferri potest. Ceterum *quae divisa sunt* Cod. Turic. *L.*

De suavitate] Erf. *de suavitudine.* Al. *et de suavitate.* GRAEV. Leid. I. *et suavitudini.* MSS. O. et Edd. pp. praemittunt *et.* Voss. I. etiam *suavitudine*, ut supra *suavitudini prosunt.* OUD. *Et de suavitudine* BC. *L.*

CAP. XIII. *Ad Rhetoris praeceptionem*] Pith. *ad Rhetoris perceptionem.* GRAEV.

Diligentius nobis consideranda] Pith. *diligentius a nobis considerunda.* IDEM. Voss. I. Leid. F. *nobis tractanda est.* Verbum abest Voss. II. OUD.

Eam dividimus] Pith. *Ea dividitur.* GRAEV. *Dividemus.* B. Deinde *contentionem* om. A. Tum *cotidianae loc.* ABCE. *quotidiana locutione.* D. *L.*

Oratio acris et ad confirmandum] Pith. et Lamb. ed. *oratio acris ad confirmandum.* GRAEV. *Et* illud omittunt ACD. *L.*

Et ad confirmandum et confutandum accom.] Sic edant, licet et sileant omnes de suis MSS. Ego in duobus invenio: *Et ad confirmandum et ad confut.* iterata praepositione; quam negari nequit esse auctoris ingenuam, quum et alibi in impressis fiat toties, et supra (ad lib. II. c. 6.) iam monuerim, ubi contra MSS. omiserunt, ut hic quoque. Quare nunc detexamus illud dubium pluribus advocatis locis. Sic IV, 18. edunt *in sermonibus et conventu amicorum*, ubi ex ipso Medicaeo annotatum habeo *et in conventu.* Sic supra cap. 10. edunt Victoriana Stephani, Lambiniana, Gruteriana: *in primis et postremis causae partibus*, quum priores et simul scripti omnes *in primis et in postremis*, quod ideo revocavi. Sic IV, 44. legi in scripto, *per dedecus et per ignaviam*, ubi in editis una vice tantum patet. Ita hoc libro cap. 4. in scripto offendi: *divisione utemur in vim et in consilium.* Lib. II, Cap. 11. *in duas aut in plures.* cap. 28. *de nomine et de vocabulo.* Sic et 1. Invent. 15. MS. optimus habet, *in principium et in insinuationem.* Ibidemque idem et cap. 33. *a vestra religione et a sapientia*, ut et notavit Gothofredus. Adeo ut etiam dubitem, an vere citaverit Gruterus ad librum sec. Invent. c. 50. ex antiquis, ut ipse ait, *et omnibus honestatis partibus et omnibus utilitatis partibus*, quod et in vulgata esse dicit; quum in vulgatis per typos ante eum omnibus sit, *ex omnibus partibus honestatis et omnib. util. partibus:* at in duobus meis scriptis diserte, *ex omnibus partibus honestatis et ex omnibus utilitatis partibus*, quod non au-

plificatio est oratio, quae aut ad iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum. Sermo dividitur in partes quatuor: dignitatem, demonstrationem, narrationem, iocationem. Dignitas est oratio cum aliqua gravitate et vocis remissione. Demonstratio est oratio, quae

---

sim imminuere et refingere ad placitum Gruteri, ut videtur, ex capite XLVIII. et sequentis fine: quum non minus licitum fuerit Ciceroni nunc ita abundare, quam lib. II. Invent. 32. *potuisse vitari et hac ratione potuisse provideri*, ubi *potuisse* alterum delesse Lambinum notat Gothofredus; quo iure, dicat ipse. Adde ad. 2, 6. 11. Invent. 33. *de scripto et de sententia* duo nostri codices. Cap. 34. *In senatu aut in consilio*, ubi saepius iteratur ea praepositio. Gronov. Gruter. et Al. *et confutandum*. Erfurt. *et ad confirmandum et ad confutandum;* quod et in Medicaeo legit Iac. Gronovius et probavit merito. Graev. Ita et MS. Traiect. vid. infr. ad lib. II. de Invent. c. 17. Burm. Alteram praep. praebent cum Ed. Med. MSS. O., si excipias Leid. IV. Vulgo minus eleganter et contra genium veterum exsulat semel praepositio. Oud. Exhibent eandem ABDET. Solus C. omisit. Necessario admittenda est, si legis *et — et*, quod tamen hoc loco absonum est. Ceterum iam diu viderunt Critici, praepositiones in talibus formulis tum repetendas esse, si variae notiones inter se distinguendae sunt. Veluti dices: *ad usum et consuetudinem;* contra: *in primis et in postremis partibus*. Sed conf. Heusinger. ad Cic. de Off. I, 14. init. Infra IV, 18. legentur haec: *Qui in sermonibus et in conventu amicorum verum dixerit nunquam, eum sibi in concionibus credis a mendacio temperaturum?* Ubi si scribas: *in sermonibus et conventu amicorum*, hoc dicis unum: in sermonibus inter amicos habitis. Contra si addis altero loco praep., duas ponis notiones: in sermonibus quotidianis et in amicorum conciliabulis. *L.*

Quae aut ad iracundiam inducit] Ita quidem in nullo scripto legi, qui vel habent *aut iracundiam* vel *aut in iracundiam*, quomodo etiam Medicaeus. Quod unice probandum. Supra enim dixit II, 19. *si multos induxit in peccatum veniae spes*. I. Invent. 2. *eas in unamquamque rem inducens utilem*. Gronov. Duisbergensis, *quae aut in iracundiam inducit*, et sic Medicaeus, auctore Gronovio, qui et hoc loquendi genus adstruit. Sed Pith. *quae iracundiam inducit*, quod et in aliis libris se invenisse idem testatur. Graev. *Ad iracundiam*. Sic Voss. III. Sed MSS. ceteri cum Edd. pp. *in iracundiam;* quod bene probavit Gronov. Leid. IV. *adducit*. Oud. *In iracundiam* ABCDET., nisi quod D. *in iracundia*. *L.*

Trahit auditoris animum] Lamb. ed. *trahit animum auditoris*. Graev. *Animum aud.* etiam A. *L.* Superius *aut in mis. tr.* Ed. Med. Oud.

Dignitas est oratio cum aliqua gravitate, et vocis remissione. Demonstratio est, quae docet remissa voce, quomodo quid fieri potuerit, aut non potuerit. Narratio] Erfurt.: *Dignitas est oratio cum aliqua gravitate, quae docet, quomodo quid fieri potuerit, an non potuerit. Narratio.* Duisb.: *Dignitas est oratio, quae docet remissa voce, quomodo quid fieri poterit, et non poterit. Dignitas est oratio cum aliqua gravitate et vocis remissione. Narratio.* Graev.

Demonstratio est, quae docet] MSSti omnes *demonstratio est*

docet remissa voce, quomodo quid fieri potuerit, aut non potuerit. Narratio est rerum gestarum, aut perinde ut gestarum, expositio. Iocatio est oratio, quae ex aliqua re risum pudentem et liberalem potest comparare. Contentio dividitur in continuationem, et distributionem. Continuatio est orationis enuntiandae acceleratio clamosa. Distributio est in contentione oratio frequens, cum raris et brevibus intervallis, acri vociferatione. Amplificatio dividitur in cohortationem, et conquestionem. Cohortatio est oratio, quae aliquod peccatum amplificans, auditorem

---

oratio quae, nec ulla causa est, cur ea vox hinc sit expulsa, ut item mox: *Cohortatio est oratio, quae*. Gronov. *Demonstratio est oratio, quae demonstrat* in MSS. quos vidit Iac. Gronovius, et sic Cratand. ac Lamb. edd.; vulgo omittitur *oratio*. Graev. Additur v. *oratio* in ABCDT.; non recte omisit Sch., restituit Orell. *L.* In seqq. vv. *aut non potuerit* desunt Ed. Med. Oud. Desunt eadem Cod. D. Contra *possit aut non possit* B. *L.*

Perinde ut gestarum] Erfurt. et Lamb. ed. *proinde ut gestarum.* Graev. *Aut perinde ut gestarum.* Desunt Ed. Omn. *Proinde* MSS. O. praeter Leid. IV. Oud. Eadem omisit D. *Aut ut gestarum* B. *aut proinde ut g.* AC. *L.* *Proinde* legit Lamb., quemadmodum in Gryphii libris habetur. Brut.

Quae ex aliqua re risum] Pal. quart. sext. Bruil. *re verisimili risum*, qui libri nihil temere addunt. Gruter. Tres MSS. quos Gruterus vidit, et Cauch. ac meus: *quae ex aliqua re verisimili risum.* Graev. Edd. pp. *ex al. re verisimili.* Oud. *Quaeque ex al. re re* (sic) *versiculi.* D. *q. ex al. veri simile re, sermonem vel* B. *L.*

Risum pudentem] MS. *Risum prudentem.* Graev. Voss. III. Ed. Omn. *prudentem.* Oud. *Prudentem* BD. *L.*

Liberalem potest comparare] Pith. *liberalem poterit comparare.* Graev.

Est orationis enunciandae acceleratio clamosa. Distributio est in contentione] Haec omnia non sunt in Erfurtensi. Idem. *Orationis enunciandae.* Sic Codd. ad unum omnes. Sch. de coniectura dedit: *or. continuae;* quia, quum contentiose seu concitate dicamus, vel continua oratione dicamus, vel membratim et caesim. Illud ab auctore *continuationem*, hoc *distributionem* vocari. Itaque postea c. 14. in eadem re dici: *verbis continuandis.* Haec recte; non tamen inde sequitur, id quod vult, legendum *continuae.* Deinde *clamorosa* C. Dein omnes Codd. *in contentione* pro quibus *concisione*, omissa praep., scripsit Sch. quod vis oppositionis requirat. Eodem modo Ciceronem Partit. 6. *orationi periodicae* opponere *concisionem verborum.* Mox pro vv. *raris et brevibus* idem Sch. scripsit *crebris brevibus*, vulgatam prorsus ineptam indicans. *Ratis et br.* A. a m. pr. *br. et raris* B. *rar. br.* omissa copula E. *Variis et br.* Codd. aliquot teste Orell. Recte videtur emendasse Sch., nisi quod *et* addendum. *L.*

Cohortatio est oratio, quae] Sic reposui ex Erfurt. Pith. et aliis MSS. nec non prim. et edit. Cratandri. In vulgatis ac Grut. ed. frustra quaeras *oratio.* Graev. *Cohortatio est oratio.* Sic MSS.

ad iracundiam adducit. Conquestio est oratio, quae in-
161 commodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit. Quoniam igitur mollitudo vocis in tres partes divisa est, et hae partes ipsae in octo partes alias distributae, harum octo partium quae cuiusque idonea pronuntiatio sit, demonstrandum videtur.

CAP. XIV. Sermo cum est in dignitate, plenis faucibus quam sedatissima et depressissima voce uti conveniet, ita tamen, ut ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus. Cum autem est in demonstratione, voce paullulum adtenuata, crebris intervallis et divisionibus uti oportebit, ut ipsa pronuntiatione eas res, quas demonstrabimus, inserere atque intersecare videamur in

---

O. et Edd. pp. Oud. Addunt idem v. ACDT. Tum *quae peccatum aliquod* A. *quae aliquid p.* D. *quod aliquid p.* B. *L.*

Ad iracundiam adducit] Erf. *ad iracundiam accludit.* Cratand. margo: *ad iracundiam provocat.* Graev.

Ad misericordiam perducit] Duisb. *ad misericordiam adducit.* Pith. *ad misericordiam inducit.* Graev. *Adducit* etiam C. Tum pro *divisa est* TBC. *dividitur. L.*

Et hae partes ipsae in octo partes] Erf. *eae partes ipsae sunt in octo partes.* Duisb. *et hae partes ipsae sunt in octo partes.* Lamb. ed. *et hae ipsae partes sunt in octo partes.* Graev. Voss. O. Leid. I. *et hae tres p.* A Voss. III. et Ed. Med. abest v. *ipsae.* Verbum *sunt* addunt merito MSS. O. et Edd. pp. Oud. *Hae* om. AE. *Hec* C. *Ipsae sunt in o. al. distr.* A. *Sunt ipsae in o. partes alias d.* B. *I. sunt in o. p. a. d.* C. *I. sunt in o. p. a. d.* D. In E. nihil praeter haec: *et partes distributae.* In T. *et hae p. i. in o. p. al. distr.* omisso v. *sunt. L.*

Harum octo partium] In Pith. non legitur *partium.* Graev. Verba: *harum octo partium* exsulant ab Ed. Omnib. Oud. At leguntur in ABCDET. et Oudendorpii omnibus, unde non recte omisit Ern. eumque secuti Sch., Orell. apud quos omnis locus ita legitur: *et haec partes ipsae in octo alias distributae sunt, quae. L.*

CAP. XIV. *Quam sedatissima et depressissima.* Deest *quam* in Leid. III. qui etiam *depressa* habet. Oud. *Voce et depressa uti* hoc ordine A. *Voce* om. B. *et depressissima voci uti* D. *et d. uti voce* E. Tum in *ut ne* om. *ut* E. *L.*

Cum autem est in demonstratione] Erf. *Cum enim in demonstratione.* Duisb. *cum autem sermo est in demonstratione.* Graev. Abest *autem* a Voss. III. *Est* a Leid. III. Ed. Omn. Additur *sermo* Voss. I. Leid. IV. Oud. Pro *autem* C. *vero. Cum a. e. in dem. sermo* D. *L.*

Uti oportebit] Duisb. et al. *uti oportet.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *uti oportet.* Oud. *Uti oportet* ACD. *oportet uti* ET. *L.*

Ut ipsa pronuntiatione] Duisb. *ut in ipsa pronuntiatione.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. *ut in ipsa pr.* Bene. Oud. *Ut in ipsa* ACDET. *L.*

Quas demonstrabimus] Erf. *quas demonstravimus.* Graev.

Inserere atque inculcare] Secutus sum Io. Aurati coniecturam, qui cum reperisset scriptum in uno et altero cod. manuscr. *inserere,*

animis auditorum. Cum autem sermo in narratione est, tum vocum varietate opus est, ut, quo quidque pacto gestum sit, ita narrari videatur. Strenue quod volumus ostendere factum, celeriuscule dicemus: at aliud otiose, 162
retardabimus. Deinde modo acriter, tum clementer, maeste, hilariter, in omnes partes commutabimus, ut verba, ita pronuntiationem. Si qua inciderint in narratione di-

---

atque insectare, sic restituendum coniecit. Malim tamen legi *atque insculpere*, si veteres codices magis adiuvarent. Lambin. Aurati *inculcare* ut fatear mihi probari potius, quam *intersecare*, quae lectio vulgata est, non plane mihi tamen probatur. Equidem si divinandum est et discedere a vetere scriptura licet, *insculpere* malim; quae amici mei pereruditi hominis emendatio est. Sed amplius pronuntiandum puto. Brut. *Intersecare* libri nostri, praeterquam quod in quibusdam *insecare*, vel *intersetare*. Lamb. admisit coniecturam Io. Aurati, *inculcare;* nimium quantum a veteri scriptura: Gulielm. maluit *iniectare:* qui serit, intervallis suis iniectat in agrum semen; ita, qui loquitur, distinctione certa in animos sermonem. Etiam legi posset *interiectare*, argutius forsan et Latinius. Grut. Erf. et nonnulli alii *inserere atque insecare*. Graev. Leid. II. a m. pr. *insectare* vel *iniectare*. Abest *in* Voss. III. a m. pr. *Animos* Voss. II. Oud. *Intersecare* ABCDET. omnes, quod recte defendit Sch. tenuitque Orell. Respondet enim antecedenti *divisionibus*. L.

Cum autem sermo in narratione est] Erf. *Cum autem est sermo in narratione*. Graev. Hoc ordine etiam ABCD. *L.*

Tum vocum varietate opus est] Erfurt. *vocum varietate sunt opus*. Graev. Al. *vocum tunc*. Deest *tum* Ed. Omn. Oud. *Tunc vocum* A. *tum* om. BD. *Varietates poni possunt* B. *Varietates opus sunt* T. *L.*

Quo quidque pactum sit] Duisb. *quo quodque pactum sit*. Graev. [Graevii notam non intelligo. *L.*] *Quo quodque* C. *Quo quotque* D. *L.* Tum Voss. I. Leid. I. *ita narrare videamur*. Leid. II. a m. pr. *narrare*. Oud. *Narrare* etiam AB. *L.*

Strenue quod volumus ostendere] Erf. *Strenue quid volumus*. Graev. *Strenuo quod*, ut vulg. habet, ABCT. *Str. quid quod* D. *Str. quid*. E. *Strenue aliquid*, per ellipsin coni. *si*, ut loquitur, dedit Sch. Vulgatam recte retinuit Orell. *L.*

At aliud otiose, retardabimus] Distinctio est a Gulielmio. Strenue est celeriter, industrie: contra otiose, secure, negligenter. Nec aliter Plautus aut Terentius. Gruter. Manut. et Stephanorum aliaeque editiones: *At aliud, otiose retardabimus*. Graev.

Hilariter in omnes partes] Erf. *hilare in omnes partes*. Graev. *Hilare*, quae vox mansit in MSS., reposuimus. Brut. *Hilare* soli BT. *In omnis partes* A. *L.*

Ut verba, ita pronuntiationem] Cauch. *ut verba, item pronunciationem*. Pith. *ut verba, ita etiam pronuntiationem*. Graev. Leid. II. III. *item pron*. Oud. *Ita et pr.* A. (a m. s. additum: *vel sonum*.) *ista pr.* D. *item pr.* ET. *L.*

Si qua inciderint in narratione dicta] Erf. *si qua inciderint in narrationem dicta*. Bene. Sequentia verba: *dicta, rogata, responsa; si quas admirationes* in Pith. non exstant. Graev. De-

cta, rogata, responsa, si quae admirationes, de quibus nos narrabimus: diligenter animum advertemus, ut omnium personarum sensus, atque animos voce exprimamus. Sin erit sermo in iocatione, leniter tremebunda voce, cum parva significatione risus, sine ulla suspicione mimae cachinnationis leniter oportebit a sermone serio torquere ad liberalem iocum vocem. Cum autem contendere oportebit, quoniam id aut per continuationem, aut per distributionem faciendum est, in continuatione, ad-

---

est *qua* Leid. II. *incidunt* Leid. III. *in narrationem* Voss. I. II. Leid. I. II. III. Bene. Oud. *In narrationem* BT.

Si quae admirationes] Liber unus manuscript. habet, *si quae miserationes.* Lambin. In Duisburgensi est, *si quae admiserationes.* Graev. Voss. III. Leid. II. IV. *si q. admiserationes.* Oud. *Ammirationes* AB. *administrationes* C. *L.*

Diligenter animum advertemus] Edd. quaedam *diligenter animadvertemus.* Graev. Leid. III. Ed. Omn. *animadvertemus.* Voss. III. *advertemus animum.* Oud. *Animadvertemus* etiam D. *Animum advertemus,* ut vulgo, T. *L.*

Voce exprimamus] Pith. *voce deprimamus.* Graev.

Leniter tremebunda voce] Erf. *leviter tremebunda voce.* Idem. *Leniter tr. v.* Sic Voss. II. In ceteris MSS. et Edd. pp. *leviter.* Leid. IV. *leviter et tr. v.* Oud. *Leviter* ABET. *Tremebunda voce* ABCDE. — *am — em* Sch. *L.*

Sine ulla suspicione animae cachinnationis] Manuscripti nostri ita scripti sunt, ut videri possit *nimiae,* quemadmodum vulgatum hactenus, aut adeo *mimae,* uti erat diserte in Fabriciano, et hic proprie quadrat. Gruter. Grut. ed. et quidam MSS. *suspicione mimae cachinnationis.* Omnes nostri MSS. et edd. antiquiores cum vulgatis *nimiae,* quod non mutandum. Auctori ad Herennium *mimica* diceretur *cachinnatio,* non *mima cachinnatio,* ut Cic. 2. de Orat.: *ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus.* Cachinnatione nimia in recitatione Historiae suae refrigeratus est Claudius, ut auctor est Sueton. in eius vita cap. 41. Graev. *Mimae cachinn.* Ita videri possit exaratum in Voss. II. Sed in ceteris Codd. et Edd. pp. *nimiae.* Quod sequor. Oud. *Nimiae* ABCDET. *Mimicae* Ern. secutus dedit Sch. *Mimae* retinuit Orell.

Leniter oportebit] MS. Med. *leviter:* etiam alii MSS. in hac subita repetitione semel mutant. Tum MSS. omnes *inciderint in narrationem.* Gronov. MSS. mei et aliorum *leviter;* et superius Erfurt. *leviter tremebunda voce* pro vulgato *leniter.* Sed hic sequor optimum Erfurtensem, in quo scribitur, *lenissime oportebit ab sermone serio.* Graev. Voss. I. III. Leid. I. II. Ed. Omn. *leviter o.* Oud. Voc. *leviter* omisit A. a m. s. ascriptam habens. *Leniter* BCD. *Leviter* E. *L.* Tum Voss. I. II. Leid. I. *ab sermone.* Oud. Item *ab ser.* AD. Totum locum in priore ed. sic exhibuit Sch.: *Leviter tremebundam vocem — lenissime oportebit a sermone serio torquere ad liberalem iocum;* in altera: *leniter — levissime;* utrobique recte omisso voc. *vocem* in fine clausulae, quod commode omissum est in Cod. A., quod ante v. *torquere* ponit T. *L.*

Per distributionem faciendum est] Erfurt. Cauch. *per distri-*

sancto mediocriter sono vocis, verbis continuandis, vo- 163
cem quoque adaugere oportebit, et torquere sonum, et celeriter cum clamore verba conficere, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit. In distributione autem omissis faucibus exclamationem quam clarissimam adhibere oportet: et quantum spatii per singulas exclamationes sumserimus, tantum in singula intervalla spatii consumere iubemur. In amplificationibus cum cohortatione

---

butionem faciendum sit. Graev. *Aut per distributionem faciendum est, in continuatione.* Non comparent haec in Leid. I. Deest *per* Leid. III. IV. *Sit* exhibent Voss. O. Oud. Recte monet ad h. l. Sch. male Ern. vv. *per distributionem* explicare per *altercationem*, quum alternis loquantur oratores. Scriptor enim ipse, quid vellet, dilucide explicuit supra c. 13. *L.*

Mediocriter sono vocis] Erf. *mediocriter sono, voci.* Graev.

Vocem quoque adaugere] Sic ediderunt Lambinus et Gruterus ex quibusdam editis prioribus, quum Stephanica Victorii habeat *iungere.* In hac haesitatione testor me in uno tantum scripto invenisse *augere* simplex, in uno *adiungere*, in Medicaeo *iungere.* Quo nihil commodius huc adferri potuit, nec debuit mutari. Quid enim aliud id notat, quam ipsum continuare? Sufficit adauctum esse sonum vocis. Restat, ut sicut verba continuari debent, etiam vox ipsa duret ac continuetur. Vide quae de hoc verbo Pater lib. II. Observ. cap. III. notavit. Gronov. *Vocem quoque adaugere oportebit.* Varie codices tam scripti, quam editi. In editis vetustioribus, prima, Cratandri, Stephani, ut et in MSS. Pith. Cauch. et meo est: *vocem quoque iungere oportebit.* In Duisb. *vocem quoque adiungere oportebit.* In alio *vocem quoque coniungere.* Erf. *vocem quoque rugire.* Alii aliter. Sed *iungere* scribendum esse assentior Iacobo Gronovio. In praecedentibus Erf. *Verbis continuandam vocem.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. III. IV. *adiungere.* Ed. Med. *augere.* Sed Leid. I. Voss. II. Ed. Omn. *iungere.* Vere. Oud. *Adiungere* ABCD. *Iungere* E. *Augere* T. *Adaugere* Ald. *Iungere* recte dederunt Sch. et Orell. „Ut verba continuantur, sic vox iungitur, ut nos dicimus: *eine geschleifte, gebundene Stimme.*" Verba sunt Schuetzii ad hunc locum. *L.*

In distributione vocem ab imis faucibus exclamatione quam clarissima adhibere oportet] Sic Edd. et MSS. fere omnes; sed Erfurt.: *In distributione autem omissis faucibus exclamationem quam clarissimam adhibere oportet.* Quod verum puto. Quid enim est *vocem adhibere exclamatione clarissima.* Num idem quod *voce uti?* non ita sane loquebantur veteris Romae incolae. Faucium praecipuum munus est in sedata et depressa voce, ut superius dixit: *Sermo cum est in dignitate, plenis faucibus, quam sedatissima et depressissima voce uti conveniet.* Sed in exclamatione faucium usus nullus est, itaque dixit *omissis faucibus.* A Duisb. abest *vocem.* Mox idem: *tantum inter singula intervalla;* pro vulgato *tantum in singula intervalla.* Sed *inter singula* est etiam in edd. antiquis, prima, Mediol. Ascens. Cratand. recte. Pith. *tantum per singula intervalla.* Graev. Voss. I. II. Leid. III. Edd. pp. *In distr. vocem ab imis f. exclamatione quam clarissime;* ut vulgo. Voss. III. *vocem ab imis f. et clamatione et quam*

utemur voce attenuatissima, clamore leni, sono aequali, commutationibus crebris, maxima celeritate. In conquestione utemur voce depressa, inclinato sono, crebris intervallis, longis spatiis, magnis commutationibus.

164 CAP. XV. De figura vocis satis dictum est: nunc de corporis motu dicendum videtur. Motus est corporis gestus, et vultus moderatio quaedam, quae pronuntianti convenit, et probabiliora reddit ea, quae pronuntiantur. Convenit igitur in vultu pudorem et acrimoniam esse: in

---

clarissimam. Leid. I. *voces ab imis f. exclamationem q. clarissimam.* Leid. II. *In distr. autem vocis* (supra scr. *vocem*) *ab imis f. exclamationem q. clarissimam.* A Leid. IV. deest *vocem* vel *autem.* Recte Graevius delevit *vocem*, et *exclamationem q. clarissimam* reposuit. Sed *ab imis faucibus* mutatum nollem. Oud. *Exclamationem q. clarissimam.* Sic Gryph. BC. ut ad *vocem* referatur, quae optima lectio est. In iisdem mox *iubemus*, non, ut in vulg., *iubemur.* Brut. *In distr. vocem ab i. f.* ABE. *In distr. voce ab i. facibus.* C. *In distr. vocis ab in mis f.* D. Tum: *et exclamatione q. clarissima* A. *Exclamatione q. clarissima* D. *Exclamatione q. clarissimam* B. — *em* — *am* CE. Deinde pro vv. *in singula* B. *inter secula.* Sch. e coniect. Ern. scripsit: *In distr. ab imis faucibus exclamationem quam clarissimam adhibere — in singula — debemus.* Sed *iubemur* Oudendorpii omnes et ABCDET., unde hoc retinuit Orell. *L.*

Voce attenuatissima] Palat. quart. et sext. *attentissima*; neque aliter Bruileriense exemplar. Grut. Erf. *voce attentissime.* Pal. duo et alii *voce attentissima.* Graev. Voss. III. *attentissima.* Oud. *Atenuissima* A. *L.* Tum in nonnullis MSS. et [in] Ed. Omn. *clamore levi*; male. Sed mox verissime praebent MSS. O. et Edd. pp. *sono aequabili*, ut saepe in hoc auctore [apud hunc scriptorem]. Oud. *Levi* AC. *Aequabili* ABCET. Solus D. *equali.*

Commutationibus crebris, maxima] Erfurt. et Cauch. *commutationibus, maxima.* Graev. Voss. III. *maxima celebritate.* Tum *utemur voce depressa* ABCDET. et Oudendorpii omnes, ut nesciam, qua auctoritate Sch. deleverit. *Inclinato sono in fine* ex glossa habet B. *L.*

CAP. XV. *Nunc de corporis motu dicendum*] Duisb. *nunc deinceps de motu dicendum.* Graev. Leid. III. *de figura vocum.* A Voss. III. abest *satis.* Tum *deinceps de motu*, ut Duisb., Leid. IV. Oud. *De corporum motu* E. Tum *Motus corporis est gestus* scr. Sch. *L.*

Moderatio quaedam, quae pronuntianti convenit, et probabiliora reddit ea, quae pronunciantur] Erf. *Moderatio quaedam pronuntiant.* Rob. Steph. Colin. Veneta, Iuntae Victoriana, Francofurt. non legunt *pronuntianti convenit, et*; sed in iis legitur: *moderatio quaedam, quae probabiliora reddit ea, quae pronunciantur.* Graev. Vv. *pronuncianti convenit et* desunt Voss. O. Leid. II. III. IV. Ed. Med. Tum vv. *Et probatiora reddit ea, quae pronunciantur.* Desunt Leid. I. Oud. Superiora omm. ACDE. *Pronuncianti conveniat* omissis vv. *quae, et.* Tum *probatiora* (sic) A. Eadem, quae Leid. I., omm. BT. *L.*

In vultu pudorem et acrimoniam esse] In duobus scriptis in-

gestu nec venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operarii videamur esse. Ad easdem igitur partes, in quas vox est distributa, motus quoque corporis ratio videtur esse adcommodanda. Nam si erit sermo cum dignitate; stantes in vestigio, levi dexterae motu loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate vultus ad sermonis sententias adcommodata. Sin erit in demonstratione sermo, paullulum corpus a cervicibus de-

---

esse, ut solet saepe, et sic Lambinus. Et forsan quoque mutavit verbum simplex substantivum toties hic repetitum. Praeterea MSS. omnes *conspiciendam*, et utique cap. 16. maluit dicere *habeat quiddam artificiosi*, ut recte ex MSS. optimis correxit Gruterus, quam *artificii*, ut priores editi; et notus in Ovidio [apud Ovid. Trist. II, 114]: *conspiciendus eques*. Gronov. Ut ed. Lambin., ita codex Traiect. a man. sec. ut et mox a m. pr. et *conspiciendam*. Burm. *Inesse* CE. *In esse* D. *L.*

In gestu nec venustatem conspiciendam] Liber unus manuscript. habet, *conspiciendam*. Lambin. Erf. *in gestu et venustatem conspiciendam*. Edd. *In gestu nec venustatem conspicuam*. Sed *conspiciendam* et ego in meis quatuor, et Iac. Gronovius in suis reperit: extat etiam in margine Cratandri. Cur neglexerunt? Ovid. II. Fast. [II, 310]: *aurato conspicienda sinu*, quae in se oculos hominum convertit. Sic *conspici* in epistola Augusti apud Suet. in Claud. 4.: *Non displicet nobis, si est passurus se ab Silani filio, homine sibi affini, admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit.* Et paullo post: *Expositus in prima fronte spectaculorum conspicietur*; id est, in oculos hominum incurret. Quod modo dixit *acrimoniam* vultus, paullo post appellat *aciem adspectum*. Graev. Conspiciendam Gryph. apud Brut. Deest *nec* Voss. III. Tum MSS. O. et Ed. Med. *conspiciendam*. Bene omnino [haud dubie]. V. Burm. ad Quintil. Inst. Orat. X, 3. *Cultus in oratore conspicitur*. Oud. *Conspiciendam* BCET. *Aspiciendam* A. *conspiciandam* D. *L.*

Nec turpitudinem esse, ne aut] Ed. Lambin. *nec turpitudinem, ne aut*. Graev. Post v. *turpitudinem* voc. *esse* intruduut ABCE et Oudendorpiani. *Inesse* D. Addidit Orell., omisit Sch. *L.*

Ne aut histriones] Liber unus manuscript. habet: *ut aut histriones*, etc. quae scriptura non est reiicienda. Quin ea fortasse recta est, et germana auctoris; nimirum hac sententia: non oportere in gestu venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, adeo scilicet utramque conspicuam, ut aut histriones, etc. Huius autem, quam secuti sumus, lectionis hic sensus est: oportere in gestu nec venustatem, etc. ne aut histriones, etc. Lamb. MS. *ut aut histriones*. Graev.

Operarii videamur esse] Non habetur in Duisb. *esse*, nec in Pith. Graev. Voss. I. Leid. I. *videantur esse*. Deest *esse* Leid. IV. Oud. Mox *in dignitate* BC. *Stantis* D. *Dextrae* BCD. *L.*

Hilaritate, tristitia, mediocritate] Erf. *hilaritate, tristitiae, a mediocritate*. Graev.

A cervicibus demittemus] Erf. *a cervicibus dimittemus*. Idem. *A cervicibus demittemus*. Sic Voss. II. Leid. IV. In ceteris MSS. et Edd. pp. *dimittemus*. Oud. *Dimittemus* ABCE. *L.*

mittemus. Nam hoc est a natura datum, ut quam proxime tum vultum admoveamus ad auditores, si quam rem docere eos, et vehementer instigare velimus. Sin erit in narratione sermo, idem motus poterit idoneus esse, qui paullo ante demonstrabatur in dignitate. Sin in iocatione, vultu quamdam debebimus hilaritatem significare, sine commutatione gestus. Si contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri adspectu utemur. Sin contentio fiet per distributionem, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara supplosione, acri

---

Nam hoc est a natura datum] Erf. *Nam est hoc datum.* Graev. Voss. III. *de natura datum.* Oud. *Nam hoc est datum de natura* A. *Nam est h. datum a n.* D. *L.*

Quam proxime tum vultum admoveamus ad auditores] In manuscripto post vocem *vultum*, additum est, *tum manum*, ut integra lectio sit: *ut quam proxime tum vultum tum manum admoveamus ad auditores* F. Ursinus. Erf. *proxime tumultum admoveamus.* Edd. vett. *maxime tum vultum admoveamus.* Graev. *Quam pr. cum v.* A. a m. pr. *Quae proxima vultui sunt adm. ad aud.* C. *L.*

Si quam rem docere eos] Ed. Lamb. *si quam rem eos docere.* Graev.

Instigare velimus] Pith. *instigare eos velimus.* Idem.

Sin in iocatione] Vulgg. *sin erit in iocatione.* Idem.

Vultu quandam debebimus hilaritatem] Erf. *vultu quo debemus hilaritatem.* Idem. Voss. III. Leid. III. IV. Ed. Omn. *V. q. debemus h. s.* Oud. *Vultu quondam d. h. s.* D. *V. q. hil. debebimus s.* C. *V. q. debemus hil. s.* AE. *V. q. hil. debemus s.* B. *L.*

Si contendemus] Edd. quaedam, *sin contendemus.* Graev. MSS. aliquot et Edd. pp. *sin cont.* Oud. *Sin c.* BD. *L.*

Celeri porrectione brachii] Forte [fortasse]: *celeri proiectione brachii.* Sic enim loquitur in Perf. Orat. [c. 13.] *brachii proiectione in contentionibus.* Lamb. Erfurt. *porrectione celeri brachio.* Cauch. *celeri porrectione pro celeri brachio.* Graev. Voss. II. III. *porr. celeris bracchii.* Oud. *C. porrectione b.* CT. *porr. celeri b.* BE. *prorectione c. b.* D. *porr. sceleris b.* A. Lambini coniecturam secuti sunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Inambulatione] Loca, in quibus olim oratores stabant, erant satis ampla et spatiosa, ut nonnumquam ambularent in iis, cum verba facerent. Hinc Cic. in Orat. [c. 18.] *rarum incessum neque ita longum esse* dicit oportere. Et Fabius lib. II. [XI, 3, 126.] moderatam etiam inambulationem concedit. Cresollius Vacat. Autumnal. de gestu Oratoris lib. II. cap. 12. sect. 3. ubi vide plura. Graev. Ed. Omn. *ambulatione.* Oud.

Pedis dextri rara supplausione] Sic etiam Pith. et ed. Grut.; sed reliqui *supplosione.* Causae nihil est, cur malimus obsoletum supponere usitato, ne incidamus in illam reprehensionem iocularem, qua castigatus est Mestrius Florus a Vespasiano, ut auctor est Suetonius in Vespas. c. 22. Quantum momenti situm sit in supplosione pedum decente, et suo quidem tempore, docet multis Cresollius Vacat. Autumnalium de gestu Oratoris lib. II.

et defixo adspectu uti oportebit. Sin utemur amplificatione 166
per cohortationem; paullo tardiore et consideratiore gestu conveniet uti, similibus ceteris rebus, atque in contentione per continuationem. Sin utemur amplificatione per conquestionem, feminis plangore, et capitis ictu, non-

---

cap. 12. Sect. 1. et 2. GRAEV. *Pedis d. supplausione.* Sic MSS. O. et Edd. pp., non *supplosione.* OUD. *Suplatione* A. (a m. s. *suplausione*). *Supplausione* C. *Subplausione* E. *Sub plausione* B. In hac consensione Codd. prisca forma retinenda fuit, quam nemo editorum retinuit. *L.*

Acri et defixo adspectu] Erfurt. et Duisb. *acri ac defixo respectu.* GRAEV. Leid. IV. *ac d. respectu.* Voss. II. item *respectu.* OUD. *Aspectu* AC. *aspecti* D. *Respectu* B. *L.* Tum *oportet* Voss. O. Leid. I. II. Edd. pp. OUD. *Oportet* ABCDE. *Sin* Oudendorpii omnes et ABCDET. *Si* dederunt Lamb. Ern. Sch. Orell. *L.*

Gestu conveniet uti] Erfurt. *gestu uti conveniet.* GRAEV. Voss. III. Ed. Med. *g. convenit uti.* OUD. *G. convenit u.* D. *L.*

Similibus ceteris rebus] Tres MSS. Erf. Duisb. Pith. et ed. prim. *similius ceteris rebus.* Posset defendi, sed non recedo hic a vulgata. Mediol. *similiter ceteris rebus.* GRAEV. *Similis* A. a m. s. *Similiter* B. *L.* Voss. I. II. Leid. I. a m. pr. item Leid. IV. Ed. Omn. *similius.* OUD.

Feminis plangore] Erf. *foeminis plangore.* vulgg. Edd. *foemineo plangore.* Foemineum planctum et eiulatum decere umquam Oratorem, nemo mihi persuaserit; semper enim vox effoeminata non modo in oratoribus, sed eciam in scenicis improbatur. Vide Quintil. lib. XI. Instit. cap. 3. M. Antonius apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum [XIV, 10.] miserabiliter quidem Iulii Caesaris caedem, sed non muliebriter deploravit. Solus igitur Erfurtensis veram lectionem nobis servavit, in quo scribitur *foeminis plangore.* Lege *feminis plangore*, hoc est *ictu feminis.* Nam ut frontem sic et femur solebant plangere, seu ferire, in magna indignatione et dolore. Sic Tullius III. Tusc. [c. 26.] lugenti tribuit *feminum et capitis percussionem.* Vide Cresoll. lib. II. de gestu Oratoris cap. 2. sect. 16. τοῦ [v.] *Femur* autem secundus, tertius et sextus casus est *feminis*, *femini*, *femine*, ut notant veteres Grammatici. Marius Victorinus lib. I. [pag. 2464.]: *Hoc femur, quamvis nominativo per litteram R dicamus, tamen genitivo feminis, dativo femini, ablativo femine scribite.* Fraudi huic loco fuit vocis *plangor* propria quidem, sed minus trita notio, pro ictu, percussione. Sic *plangere pectus* dolentes crebro dicuntur a poëtis, et *saxa fluctus plangere.* Lucret. lib. II, [1156]: *Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt. Plangor* apud Catullum in Epithalamio Pelei et Thetidis [273]: *Quae* (undae) *tarde primum clementi flamine pulsae Procedunt, leni et resonant plangore cachinni*, ut recte hic locus est emendatus a Scaligero et Vossio. GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *femineo pl.* Sed vide Graevium. Caes. B. C. VII, 73. *feminis crassitudine.* Adde ad Suet. Titum c. 4. Corrigendus etiam e MSS. Solinus c. 12. *Liberum femina natum* pro *foemina* vel *foeminae.* Tum *et captivi luctu* Leid. I. OUD. *Femineo pl.* ABCDET. *L.*

Capitis ictu] Solebant oratores olim in magna indignatione frontem ferire. Quare M. Tullius, ut accusatoris M. Callidii au-

S

nunquam sedato et constanti gestu, maesto et conturbato vultu uti oportebit. Non sum nescius, quantum susceperim negotii, qui motus corporis exprimere verbis, imitari scriptura conatus sim voces. Verum nec hoc confisus sum posse fieri, ut de his rebus satis commode scribi posset; nec, si id fieri non posset, hoc, quod feci, fore
167 inutile putabam, propterea quod hic admonere voluimus, quod oporteret: reliqua trademus exercitationi. Hoc scire tamen oportet, pronuntiationem bonam id perficere, ut res ex animo agi videatur. Nunc ad thesaurum inventorum, atque omnium partium rhetoricae custodem, memoriam transeamus.

---

cloritatem everteret, ex eo probat, fictam eius totam orationem simulatamque fuisse, non veram et e iusto legitimoque dolore natam, quod *neque femur in dicendo, neque frontem percussisset.* Percutiebant autem frontem vel ad dolorem, vel ad admirationem, vel ad pudorem significandum. Cresoll. de gestu Oratoris lib. II. cap. 3. sect. 2. ubi vide plura. Graev.

Sedato et constanti gestu] Duisb. *sedato gestu.* Idem. Vv. *et constanti* desunt Leid. IV. Oud. *Sedato sed c.* B. *S. atque const.* C. Pro *gestu* T. *gemitu*, quod haud displiceret Orellio. *L.*

Maesto et conturbato vultu] Ab Erf. et Cauch. absunt hae voces *maesto et.* Graev. Tum Leid. III. *quantum susc. laboris et negotii.* Oud. Mox v. *corporis* om. A. a m. pr. *L.* Deinde MSS. O. et Edd. pp. *et imitari.* Bene. *Sum* Voss. O. Leid. IV. et Edd. pp. Oud. *Et im.* ABCET. *con. sum* ABCE. *Sim* om. D. Tum *vocis* A. *L.*

Nec hoc confisus sum] Erf. *nec enim confisus sum.* Graev. *Et hoc conf. s.* D. *ne h. c. sim* B. *L.*

Satis commode scribi posset] Erf. *satis commodo scribi possit.* Graev. *Scr. possit* D. *L.*

Admonere voluimus, quod oporteret] Erfurt. *admonere voluimus, quid oportet.* Duisb. *admonere volumus, quid oporteret.* Graev. Voss. III. Leid. III. IV. *volumus.* MSS. O. cum Ed. Med. praeter Voss. II. *quid*, rectius. *Oportet* Leid. IV. Oud. *Volumus.* B. *Quod oporteret* C. *Quod oportet* B. Reliqui omnes *quid*, quod Sch. et Orell. dederunt. *L.*

Reliqua trademus] Duisb. *tradamus.* Graev. Leid. IV. *tradamus.* Oud. Vv. *rel. trad.* om. B. *Exercit. tradamus* E. *Trademus exortacioni* D. *L.*

Hoc scire tamen oportet] Erf. *hoc scire oportebit.* Graev. *Hoc tamen scire* ACDE. *tamen* om. BT. *L.*

Ad thesaurum inventorum] Cauch. *ad thesauros inventorum.* Graev.

Atque omnium partium rhetoricae custodem] Erf. *atque dominium partium rhetoricae artis custodem.* Idem. *Atque ad omnium.* Inserui *ad* fide MSS. O. si excipias Leid. IV. *Ad communem* Voss. III. Oud. *Ad* inserunt ACDET. Obsecuti Oudendorpio sunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Atque omnium partium] Vid. Gronov. supra ad lib. II. cap. 6. Burm.

CAP. XVI. Memoria utrum habeat quidquam artificiosi, an omnis a natura proficiscatur, aliud dicendi tempus magis idoneum dabitur. Nunc perinde atque constet, in hac re multum valere artem et praeceptionem, ita ea de re loquemur. Placet enim nobis esse artificium memoriae: quare placeat, alias ostendemus: in praesentia cuiusmodi ea sit, aperiemus. Sunt igitur duae memoriae: una naturalis, altera artificiosa. Naturalis est ea, quae nostris animis insita est et simul cum cogitatione nata,

---

CAP. XVI. *Habeat quiddam artificiosi*] Sic Pal. quart. sext. Gemb. Br. et Liliensis. *Artificiosum*, quod ex arte factum; cui contrarium naturale. Vulgatà *artificii*. GRUTER. Erfurt. Pith. Duisb. cum vulgatis *habeat quiddam artificii.* Quod non mutem. *Artificium* opponitur *naturae*. GRAEV. Vid. supra Gronov. ad cap. praeced. BURM. MSS. O. cum Edd. pp. *quiddam artificii;* nisi quod in Voss. II. sit: *Mem. vero u. h. aliquit artificiosi.* Rectum omnino [sine dubio] est *quiddam artificii.* OUD. *Quiddam artificii* ABDT. *Aliquid artificii* C. *Quidquam artificii* Sch. in alt. Ed. et Orell. *Tum ab natura prof.* Voss. I. Leid. I. II. III. Ed. Med. *Procedat* Voss. III. OUD. *Ab natura* AD. *L.*

Nunc perinde atque constet] Erfurt. Cauch. Duisb. Pith. *Nunc proinde atque constet.* Solus meus cum vulgatis *perinde.* GRAEV. *Perinde atque.* Sic Leid. II. In ceteris *proinde atque* OUD. *Proinde* ABD. *L.*

Ita ea de re loquamur] Lamb. ed. *ita de ea re loquamur.* GRAEV. *Ita de ea re* ABDEΓ. *Ita de hac re* C. *L.*

Placet enim nobis esse artificiosam memoriam] Tres libri manuscripti habent *artifici memoriam*, unus *artificium memoriam*: unde suspicatus sum legendum, *artificiosam memoriam.* LAMBIN. *Esse artificium memoriae.* Ita iidem scripti, nec non Pal. sec.; alii tamen *memoriam*, quod exhibet editio Victorii. Lambinus invenit in suis: *esse artifici memoriam*, quod antiqua ratione scribendi est *artificii.* Nam ille cur exsculpat *artificiosam*, non video. GRUT. Victor. ed. *esse artificium memoriam.* In Erfurt. legimus, *esse artificem memoriae.* GRAEV. *Artificium memoriam.* Leid. II. OUD. *Esse artificium memoriam* A. *Art. esse memoriae* B. *Esse artificii memoriam.* E. *L.*

Quare placeat] Erf. *quare placere.* GRAEV.

In praesentia cuiusmodi] Al. *In praesenti cuiusmodi.* IDEM.

Et simul cum cogitatione nata.] Pal. quart. Bruil. Gembl. item margo Liliani et Tosani: *et sine multa concitatione.* Sed non abeo a vulgata, quae et ipsa commoda est. GRUTER. Etiam praestans Medicaeus habet *sine multa concitatione.* Hanc, quamquam vulgata etiam bona est, negligere est vel indecorum vel signum clarum desperantis adsequi manum scriptoris, qui si scripsisset: *simul cum cogitatione*, utique voces eae tam sunt liquidae ac notae, ut in iis variatio accidere vix potuerit. Sed nempe quia secretiore loquutione fuerat usus, hinc illa varietas in τῷ [v.] *sine* et *simul.* Scribo *simul cogitatione.* Qui nesciebant usum talem τοῦ [v.] *simul*, addidere suis exemplaribus τὸ [v.] *cum;* quod quum alii conferentes sua cum vetustioribus, in his non invenirent, correxerunt *sine multa.* GRONOV. Pith. *et similis cum cogitatione*

168 Artificiosa est ea, quam confirmat inductio quaedam et ratio praeceptionis. Sed quia in ceteris rebus ingenii bonitas imitatur saepe doctrinam, ars porro naturae commoda confirmat et auget: ita fit in hac re, ut nonnunquam naturalis memoria, si cui data est egregia, similis sit huic artificiosae. Porro haec artificiosa, naturae commoda retinet, et amplificat ratione doctrinae. Quapropter et naturalis memoria praeceptione confirmanda est, ut sit egregia: et haec, quae doctrina datur, indiget ingenii. Nec hoc magis, aut minus in hac re, quam in ceteris artibus fit, ut ingenio, doctrina, praeceptione, natura nitescat. Quare et illis, qui natura memores sunt, utilis haec erit institutio: quod tute paullo post poteris intelligere. Quod si illi freti ingenio nostra praeceptione non

---

in Medicaeo quoque esse *sine multa concitatione* testatur Gronovius; quod et in Erfurt. et Cauch. reperi. Graev. *Et simul cum cogitatione nata.* Sic vulgata lectio habet. *Et sine concitatione n.* Gryph. exempl. duo, quemadmodum legendum videtur. Brut. Leid. I. *sine multa cog.* Oud. *Et sine multatione vel simul cum cog.* B. *L.* Tum *Et quia in cet.* Voss. III. Ed. Med. Oud. *Si quia in c.* D. a m. pr. *L.*

Ita fit in hac re] Erf. *item fit in hac re.* Graev. *Ita in hac re* (*fit* a m. s.) A. *Ita fit in hac* (om. *re*) B. *Item* T. *L.* *Ita fit et in hac re* Voss. III. Bene. Oud. Male *L.*

Naturae commoda retinet et amplificat] Ed. Lamb. *naturae commoda retineat et amplificet.* Graev.

Quapropter et naturalis memoria] Erfurt. *quapropter naturalis memoria.* Idem. *Et* abest ab ABCD. Tum pro *confirmanda est* C. *consummanda est;* D. *servanda est.* *L.*

Ut doctrina et praeceptione] Sic habent duo libri manuscripti, quam scripturam multo magis probo, quam vulgatam: *ingenio, doctrina, praeceptione, natura nitescat.* Nam *ingenium* et *natura* unum fere sunt. Praeterea supra proxime doctrinam opposuit ingenio: et item infra deinceps. Lambin. *Ut ingenio, doctrina, praeceptione, natura nitescat* omnes MSS. nostri. Sententia est: ut in omnibus artibus, ita et in hac memoriae, nitescere doctrinam, si sortita sit ingenium docile, et naturam vel optimam magis exsplendescere, si praeceptionum adhibita sit ratio. Non vidit hoc Lambinus, et locum audacter contaminavit, rescribendo: *ut doctrina et praeceptione natura nitescat.* Hoc enim nec terram, nec coelum, ut dicitur. Gulielmius. Gruter.

Tute paulo post poteris] In uno legitur *post paulo.* Gronov. MS. *Tute post paulo.* Graev. *Quae tute post* (*paullo* supra scr. m. s.) *int.* A. *quam tute p. p. poteris int.* B. *L.*

Poteris intelligere] Lamb. ed. *intelligere poteris.* Graev.

Nostra praeceptione non indigerent] Vox secunda in nullo mihi apparuit MSto; ac praeterea in uno *nostro,* in duobus *nostri,* quae verissima est auctoris manus. Gronov. Erf. *Et si illi freti ingenio nostro non indigerent.* Al. *Quod si illi freti ingenio nostri non indigerent.* Al. *Quod si illi freti ingenio nostra praeceptione non indigeunt.* Pith. *Et si illi freti ingenio praeceptione*

indigerent, tamen iusta causa daretur, quare iis, qui mi- 169
nus ingenii habent, adiumento velimus esse. Nunc de artificiosa memoria loquemur. Constat igitur artificiosa memoria ex locis et imaginibus. Locos appellamus eos, qui breviter, perfecte, insignite, aut natura, aut manu sunt absoluti, ut eos facile naturali memoria comprehendere et amplecti queamus, ut aedes, intercolumnium, angulum, fornicem, et alia, quae his similia sunt. Imagines sunt formae quaedam et notae et simulacra eius rei, quam meminisse volumus: quod genus, equi, leones aquilae, quorum memoriam si volemus habere, imagines

---

nostra non indigent. Graev. MSS. O. Edd. pp. *Et si* cet. Cur hoc mutarunt? *Illi* deest Leid. IV. Oud. *Et si illi* ABCDT. *L.* Tum Voss. II. *ingenio suo nostro non indigent;* atque ita Ed. Omn., nisi quod retineat *indigerent.* Voss. III. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *nostri non indigent.* In Voss. I. Leid. I. quoque *indigent.* Bene. Oud. In A. *freti* additum a m. s. In eodem *ingenio suo non indigent;* et vv. *nostra praeceptione* a m. s. *Ingenio nostra non indigent praeceptione* B. *Ingenio nostri non indigent* C. *Ingenio nostra non indigent* D. *Ingenio suo nostra praeceptione non indigerent.* E. *Nostri* etiam unus Oxonn. teste Orellio. Scripsit Sch. Ernestium secutus: *ingenio suo nostro non indigent.* Orell.: *ingenio suo nostri non indigent. Nostri* est personale pronomen. Tum *daretur,* quod in omnibus omnino est Codd., nullo excepto, ab Ern. in *datur* mutatum, recte tuetur Orell. *L.*

Adiumento velimus esse] Erf. *velimus esse adiumento.* Graev. In supp. Voss. III. *minus ingenii sunt* pro *habent.* Oud. *Quare his* ABE. *Q. hiis* C. *L.*

De artificiosa memoria] Vide de eius vanitate, et quam nihil conferat ad solidam doctrinam, Ioann. Gerardum Vossium in libro de natura Rhetorices cap. 26. Graev.

Ex locis et imaginibus] Erf. *ex locis, imaginibus.* Idem. Praepositio deest Voss. III. Leid. II. IV. Ed. Med. *Imaginationibus* exhibet Leid. II. Oud. *Ex* deest in AC.

Insignite aut natura] Sic Erfurt. et al. MSS. Nonnullae edd. *insigniter aut natura.* Graev. Voss. (?) *perfecto.* Leid. IV. *et perfecte insigniti.* Ed. Med. *insigniti.* Voss. III. Leid. II. III. *insigniter.* Oud. *Perfecte insignite* A. (sed m. s. *insigniti*). *Perf. et ins.* D. *L.*

Ut eos facile naturali] Erfurt. *ut eos facie naturali.* Graev. *Facili* D. *L.*

Comprehendere et amplecti] Duisb. *comprehendere et complecti.* Graev.

Ut aedes, intercolumnium] In Erfurt. non conspicitur *ut.* Idem. *Hedera, aedes, intercolumnium.* Ita Gryph. Brut.

Et alia, quae his similia sunt] Lambin. ed. *et alia his similia.* Graev.

Imagines sunt formae quaedam et notae, et simulacra] Pulchre Erfurt. *imagines sunt formae idm notae, et simulacra,* quamvis vulgata quoque possint ferri. Graev. Deinde Voss. I. III. Leid. III. IV. Ed. Med. *leonis.* Oud. Sic etiam A. a m. pr. *L.*

eorum certis in locis collocare nos oportebit. Nunc, cuiusmodi locos invenire, et quo pacto reperire, et quibus in locis imagines constituere oporteat, ostendemus.

170 CAP. XVII. Quemadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id, quod dictatum est, scribere, et recitare, quod scripserunt; ita qui *μνημονικὰ* didicerunt, possunt, quae audierunt, in locis collocare, et ex his memoriter pronunciare. Loci enim cerae, aut chartae simillimi sunt;

Quorum memoriam si volemus habere] In Erfurt. non legitur, *quorum memoriam.* In Duisb. *quorum* non extat. Graev. Voc. *quorum* deest MSS. O. et Edd. pp. si excipias Voss. II. *Memoriam* etiam ignorat Leid. I. *Volumus* Voss. II. *Velimus* Voss. III. Oud. *Quorum* omm. AE. *quorum memoriam* om. C. *Memoria quorum* exhibet D. *Si volumus* AE. *Si velimus* D.

Certis in locis collocare] Erfurt. et Cauch. *certis locis collocare.* Graev. Praepositio exsulat a Leid. I. Voss. I. II. Oud. *Locis certis* AC. *In locis certis* BE. *Incertis locis* D. *L.*

Quo pacto reperire] Duisb. *quo reperire.* Graev. Voss. II. *pacto et quo.* Deest *pacto* Leid. IV. Oud. *Invenire oporteat monstrabimus et quo p.* D. *Invenire quo p.* C. *L.*

Et quibus in locis imagines constituere] MS. Medicaeus cum alio *continere.* Gronov. Erfurt. Medic. et al. MS. *et in locis imagines continere.* Pith. *et quibus in locis imagines constituere.* Ex quo sic restitui. In vulgatis male desideratur *quibus.* Graev. Abest male pronomen a MSS. O. et Edd. pp. *Collocare* Voss. I. *Continere* Voss. II. Leid. I. Ed. Omn. Oud. *Et in quibus locis* CD. Reliqui omittunt *quibus. Continuere oportet* B. *Contineri* T. Reliqui *constituere*, ut dederunt Ern. Orell. Sch. Iidem omiserunt recte *quibus L.*

CAP. XVII. *Quod dictatum est, scribere*] Edidi *dictatum*, eiecto vulgari *dictum* e Pal. sec. quart. sexto, item Coloniensi, Gembl., Tosano, Lovaniensi. Notum enim *dictatores* fuisse, qui scribis suggererent quod exciperent; vel ex ioco Caesaris apud Suetonium, negantis *Sullam scivisse literas*, quod deposuisset Dictaturam. Grut. Edd. et multi MSS. *quod dictatum est scribere.* Sed in Erfurt. est: *Quod diçatur eis scribere.* Hinc puto natum esse, *quod dictatum est.* A vulgato non discedo. Non solum enim quod dictatur, sed et quod dicitur in senatu, concione, familiari sermone, possunt scribere. Graev. *Id quod dictatum est.* Ita Gryph. Brut. *Quod dictatum est.* Sic Leid. I. In ceteris MSS. et Edd. ppr. *dictum.* Nec male. Oud. *Dictum est* ABCE. *Dictatum est* DT., quod tenuerunt Sch. Orell. *L.*

Ita qui μνημονικὰ didicerunt] Erfurt. *item qui μνημονικὰ didicerunt.* Ed. vetustior ex margine Cratandri, et Pith. MS. *qui immodica didicerunt.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *inmodica.* Inepte. Oud. *In modica* A (supra scr. *non parva*) BCE. *Quod madica did.* D. Ex usitata librariis Graecorum ignoratione. *L.*

Possunt qui audierunt] Pith. *possunt qui didicerunt.* Graev. *Possunt ea quae.* MSS. O. et Ed. Med. praeter Voss. II. *Quod* Ed. Omn. *Didicerunt* MSS. IV. et Ed. Med. Oud. Vv. *possunt quae aud.* om. D. *Possunt ea quae aud.* AE. *Possunt quod aud.* BC. *L.*

imagines, literis; dispositio et collocatio imaginum, scriturae; pronuntiatio, lectioni. Oportet igitur, si volumus multa meminisse, multos nobis locos comparare, ut in multis locis multas imagines collocare possimus. Item putamus oportere ex ordine hos locos habere, nequando perturbatione ordinis impediamur, quo secius quoto, quoque loco libebit, vel a superiore, vel ab inferiore, vel a media parte imagines sequi, ut ea, quae mandata locis erunt, edere et proferre possimus.

Quae audierunt in locis] Erf. *quod audierunt in locis*. GRAEV.

Loci enim cerae aut chartae] Erf. *loci cerae aut chartae*. IDEM. Voss. II. III. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *Nam loci cerae*. Deest v. *enim* Voss. I. Leid. I. OUD. *Nam* (a m. s.) *loci cere aut karte s. s.* A. *Nam loci cerae aut cartae si nullum sunt* B. *Loci cere aut c. similes s.* C. *Nam loci aut cere aut carte simili non sunt* D. *Nam loci c. aut carte s. s.* E.

Multos locos nobis comparare] Erf. *multos nobis locos*. GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. III. *multos nos nobis locos*. Bene. OUD. *Multos nos nobis locos* A. (*nos* expunxit m. s.) E. *Multos nobis locos* B. *L.*

Ut in multis locis] Erfurt. et Cauch. *uti multis locis*. GRAEV. *uti multas imagines multis locis* B. *L.*

Oportet ex ordine hos locos habere, ne quando] Erf. *oportet ne quando*, margo Cratandri: *oportet ex ordine hos locos comparare*. GRAEV. Voss. III. *Hos locos ex ord. comparare*. OUD. *Collocare ex ordine hos locos* B. *Oportere hos locos ex ord.* C. *Ex ordine h. l.* omisso *oportere* D. *Putamus h. l. ex ord. comparari oportere* T. *L.* Tum *quoquo loco lib.* Voss. III. Deest v. *quoque* Leid. IV. et Ed. Omn. *Licebit* Leid. III. OUD. *Quotoquoque id loco libebat* B. *Quotto quoque libebit loco* D. *Quotoquoque libebit loco* scripserunt recte Ern. Sch. Orell. Paullo ante Sch. in vv. *perturbatione ordinis* posterius vocabulum ut supervacaneum delevit e coni. *L.*

Vel a superiore] Erf. *vel ab superiore*. GRAEV. *Superiori — inferiori*. C. *L.*

Vel a media parte imagines, ut ea] Erfurt. et Cauch. *vel a parte imagines sequi, et ea*. Lambin. ed. *vel a media parte imagines secuti, ea*. Edd. quaedam, *vel a media parte imagines sequi, ea*. GRAEV. Vv. *vel a media* exsulant a MSS. O. et Edd. pp. OUD. Eadem omn. ABCDET. Tum pro vv. *sequi ut ea quae* A. *sequi ea quae* (*S. ut et ea quae* a m. s.) In C. *s. et ut ea quae*. In B. *s. et ea quae*. In D. *s. et ea quaeque*. Lamb. e coni.: *secuti ea q.* Sed unus Oxonn.: *sequamur ut ea quae*. Recte *sequi et ea quae* Orellius scripsit, *ut* per soloecismum scribi existimans. *L.* *Secuti*, pro quo haeserat in MSS. et impressis omnibus *sequi*, ex Lamb. ed. dedimus, ratione id postulante. Vulgata enim lectio, nisi *et* copula antecedat verbum *sequi*, ferri non potest. BRUT.

Edere et proferre possimus] Libri aliquot manuscripti habent: *videre et proferre possimus?* Nos tamen secuti sumus vulgatos, qui habent: *edere et proferre possimus*. LAMBIN. Apparet loco vocis primae fuisse aliquid, librariis minus cognitum. Nam vacuum

171 CAP. XVIII. Nam ut, si in ordine stantes notos complures viderimus, nihil nostra intersit, utrum a summo, an ab imo, an ab medio nomina eorum dicere incipiamus: item in locis ex ordine collocatis eveniet, ut in quamlibet partem quoto, quoque loco libebit, imaginibus

---

relictum est in Palat. sec.; primus vero habet *dicere;* quintus *videre*. An fuit *educere?* GRUTER. Haud dubium mihi, quin praeferri debeat *videre*, ab Lambinianis libris quoque confirmatum, cuius arcanam significationem vel ignoravere, vel nunc ex memoria eiecerunt; ut notet vel petere et comparatum habere, ut alibi dixit *videre talaria*, *consilium*, de quo Pater ad Livium XXI, 4; vel proponere sibi et in oculis habere, ut apud eundem Livium dixit lib. II, 12. Scaevola, *ut sentias quam vile corpus sit iis, si magnam gloriam vident.* GRONOV. In Duisb. et non nullis aliis MSS. est etiam *videre et proferre possimus*, quod probat Iacobus Gronovius, putatque *videre* hic esse petere et comparatum habere. Erf. et Cauch. *edere* retinent, sed *et proferre* in iis non extat. Vulgata bene se habet. GRAEV. *Edere et proferre.* Sic Voss. II. Ed. Omn. In ceteris et Ed. Med. *videre et prof.* Voss. III. *et videre et prof.* Bene. OUD. *Edere* BDT. Verbum omisit C. *Videre* AE. Ern. Sch. Orell. rescripserunt *videre*. Recte. *L.*

CAP. XVIII. *Nam ut si in ordine stantes notos complures*] Erfurt. *Nam si in ordine stantes notos quam plures.* Editio Lambini, ut et Rob. Steph. et Colin. etiam non agnoscunt *in;* sed in illis est: *nam si ordine stantes.* GRAEV. Deest *si* Leid. I. *In* abest Voss. II. *Quam plures* MSS. O. et Edd. pp. OUD. *Nam si ut* AE. *Nam et si* BCD. *Notas quam plures* A. *Notos quam plures* BC. *note quam plures* D. *L.* Tum *videamus* Leid. III. *videmus.* Ed. Omn. OUD.

Utrum a summo] Erf. *utrum ab summo.* GRAEV. Voss. I. II. Leid. I. *ab summo.* Leid. II. III. IV. Ed. Med. *vel ab imo.* OUD. *Ab summo* AD. *aut ab imo* D. *vel ab imo.* E. *L.*

An ab medio] Lamb. ed. *an a medio.* GRAEV. Ab Ed. Omn. desunt *an ab medio.* Voss. III. *aut a medio.* Voss. I. *an medio.* In ceteris *an a medio.* OUD. *An ab medio* A. Reliqui *an a medio. L.*

Ita in locis. Erf. *item in locis*] GRAEV. *Item in his locis* D. *Item in l.* ABCE. Dederunt Sch. Orell. *L.*

In locis ex ordine collocatis eveniet] Erf. *in locis ex ordine collocatis veniet.* GRAEV. Voss. III. Leid. II. *veniet.* Leid. III. *inveniet.* OUD. *Veniet.* B. *L.*

In quamlibet partem quoto quoque loco libebit] Sic quidem satis concinne edunt, sed quod non firmatur ab MSStis. Nam istud *quoto* in nullo exstat scripto. Et postea quidam *quoquo loco.* Sed delicatissimum mihi accidit et pro unice vero amplector, quod in uno offendi: *in quam libebit partem quoque loco libebit.* Cui non dissimile est Lib. IV, 5. *Liceret enim eligerent.* GRONOV. MSS. *In quamlibet partem quoque loco.* Al. *in quamlibet partem quoque loco libebit.* In Cauch. et Duisb. ut et omnibus iis, quos Iac. Gron. inspexit, scribitur *ut in quamlibet partem quoquo loco libebit*, quod aeque probari potest, ac *quoque.* Sed optimi libri Erfurt. et Pithoei *quoto* retinent. GRAEV. Voss. I. II. *quo loco l.* Leid. II. III. *quoquo loco l.* Deest *quoto* etiam Leid. IV. Ed.

commoniti dicere possimus id, quod locis mandaverimus. Quare placet et ex ordine locos comparare; et locos, quos adsumserimus, egregie commeditari oportebit, ut perpe- 172
tuo nobis haerere possint. Nam imagines, sicut literae, delentur, ubi nihil illis utimur; loci, tamquam cera, re-

---

Med. *Quoto quoquo loco l.* Ed. Omn. *vel quoquo loco l.* Voss. III. Oud. Pro *quotoquoque* ABCE *quoquo. L.*

Quare placet ex ordine] Pith. *quare placeat.* In Lamb. ed. *placet* non legitur. In Pith. autem MS. non habetur *ex ordine.* Graev. *Quare placet ex ord.* (om. *et*) D. *L.* Lamb. sublato verbo *placet*, uno est contentus infra posito *oportebit*, a quo oratio concludatur. Brut.

Et locos, quos assumserimus egregie commeditari oportebit] Magis placebat Gulielmio, quod in suis invenerat Suffridus, *commoditerque notare.* Et vero ita quoque erat in Palat. quarto, sexto, Coloniensi, sed sine enclitica. Grut. Sic quoque sine copula erat in Medicaeo: in alio ad marginem *memoriter et commode notare,* ut plane hinc pateat copulativam esse ab ludibrio librariorum. Sed etiam MSSti nostri omnes *quos sumpserimus;* et cur non id aeque hic potuit placere, quam capite seq. *intercolumnia sumpserit?* Scribe et distingue: *quos sumpserimus egregie, commoditer notare.* *Egregie* intelligit, ut et multi sint, et ex ordine collocati. Gronov. Erf. *locos, quos sumpseris, egregie oportebit.* Pith. *locos, quos assumseris, egregie commeditare oportebit.* Edd. prima, Mediol., Cratand. et aliae: *et locos, quos sumserimus, egregie commoditerque notare oportebit.* In MS. Cauchii, et plurimis aliis: *et locos, quos sumserimus, egregie commoditer notare oportebit,* quod et in suis reperit Iac. Gronovius, qui sic distinguendum censet: *et locos, quos sumserimus egregie, commoditer notare oportebit.* Sed quis bonorum, imo etiam deteriorum scriptorum, voce *commoditer* usus est? Cur non *commodum*, aut *commode?* Nec melioris notae est, quod in aliis legitur libris, *commeditari*, et quidem *commeditari locos.* Sane locus hic in mendo cubat. Posset *commoditer* vox nihili sine damno sententiae abesse, et legi: *locos, quos sumserimus, egregie notari oportebit.* Ut paullo post: *quintum quemque placet notari.* Graev. *Quos sumserimus.* Sic MSS. O. *Sumsimus* Ed. Med. *assumserimus* Ed. Omn. et vulgo. Oud. *Quos quos sumserimus* A. (alterum *quos* del. m. s.) *Sumserimus* vel *sumps.* reliqui omnes. *L.* Tum Leid. I. *commoditer notare.* Hinc Ed. Omn. *commoditerque notare.* Voss. II. *commeditari et notare.* Ed. Med. *commeditari et nosse.* V. Comm. (?) Oud. *Commeditari et notare.* A. *commoditer notare* BCT. *commoditer notare oportet* D. *L.* In Gryph. MSS. *commode notare.* Brut.

Sicut litterae delentur] Erf. *sicuti litterae.* Graev. MSS. quattuor et Ed. Med. *sicuti litterae.* Leid. II. *si ceteri l.* Leid. IV. *ut lit.* Oud. *Sicuti* ABDE. *L.*

Ubi nihil illis utimur] Omnes quinque MSS. ed. prima et Mediol. non agnoscunt *illis.* *Ubi nihil utimur* est, ubi non utimur imaginibus. Sic statim Erfurt. et Pith. *quintum quemque placet notari*, ut *locum* ἀπὸ κοινοῦ sit repetendum. Sic Erfurt. inferius: *Conturbabitur similitudine, ut ignoret.* In edd. est *similitudine locorum.* Graev. Dele pronomen auctoritate MSS. O. et Edd. pp. Oud. *Nihil utimur* AB. *nil utimur* C. *nil utimur eis*

manere debent. Et, ne forte in numero locorum falli possimus, quintum quemque placet notari: quod genus, si in quinto loco manum auream collocemus, et si in decimo aliquem notum, cui praenomen sit Decimo; deinde facile erit deinceps similes notas quinto quoque loco collocare.

---

utimur eis. D. *nobis utemur* E. *Illis* omittit etiam T. Perperam omitti censet Sch. *L.* Tum pro vv. *tam quam cera.* Ed. Med. *t. charte.* Oud. *Tanquam cere* E. *L.*

Quintum quemque placet notari] Edd. *quintum quemque locum placet notari.* Graev. Addunt *locum* Voss. I. Leid. IV. Edd. pp. Oud. Pro vv. *quemque loc. pl.* B. *quoque placet.* AET. *quemque placet* omisso v. *locum. L.*

Manum auream collocemus] Sic omnes quidem habent libri: sed Auratus arbitratur legendum: *manum alteram*, a quo dissentio. Idcirco enim manum vult esse *auream* noster auctor, ut sit insignior. Lambin.

Et si in decimo aliquem notum] Erf. *inde cum eo aliquem notum.* Duisb. *et si in decimo loco aliquem notum.* Graev. Delenda est copula *et* cum MSS. O. et Edd. pp. *Si* etiam abest a Leid. I. Ed. Omn. Oud. *In* (superscr. *si* a m. s.) *dec. a. n.* A. *in dec. a. n.* BC. *Si indicio aliquam notam* D. *et* omm. hi omnes. *Si* omm. Ern. Sch. Orell. *L.*

Cui praenomen sit Decimo] Sic legendum, et ita habent libri omnes et vulgati et manuscripti; falluntur autem qui *Decio* legi volunt. Nam primum *Decius* non est praenomen Romanum; deinde vox *Decimus* apta est ad notandum decimum locum, *Decius* non item; postremo quid opus est hic quicquam innovare, cum *Decimus* sit praenomen Romanum, et in libris omnibus legatur *Decimo*, non *Decio?* Infra autem non longe admodum, ubi libri omnes, quos quidem viderim, habent: *paullo plus, aut minus tricenum pedum*, Alfonsus Delbenius, Altaecombae Coenobiarcha, Richardi Delbenii Fil. amicus meus, naturali et artificiali memoria multum valens, existimat legendum: *paullo plus, aut minus trinum pedum.* Lamb. Voss. I. *nomen.* Voss. II. *proprium nomen.* Ed. Med. *pronomen.* Leid. III. *decumo.* Oud. *Proprium sit dec.* (om. *nomen*) C. *praenomen Decio* (om. *sit*) D. *praenomen sit Decumo* E. *Praenomen sit decimum* B. *L.*

Deinde facile erit similes notas] MSS. nostri tres interponunt vocem *facile erit deinceps similes.* Nec est cur abigatur, quum et diversum quid significet, et in Bruto sic occurrat, c. 3. *posteaque prosperae res deinceps multae consecutae.* Gronov. Edd. *deinde facile erit similes notas quinto quoque loco.* Erf. *deinde facile erit deinceps similes notas q. quoque loco.* Sic et tres alii libri, quos Iac. Gronovius consuluit et probavit, nec non ed. Mediol. et Cratandri. *Deinceps* est in sequentibus. In vulgatis *deinceps* non conspicitur, quod expunctum fuit, quia non intelligebant vim vocis, quam falso credebant idem notare, quod *deinde.* Sed *deinceps* est ordine. Cic. III. de Legibus [III, 19.]: *deinde etiam deinceps posteris prodebatur*, et 2. de Divinat. [c. 54.]: *Tum vero ea quae ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versuum litteris aliquid connectitur*, ex primis se ordine singulis versibus se-

CAP. XIX. Item commodius est in derelicta, quam 173 in celebri regione locos comparare: propterea quod frequentia, et obambulatio hominum conturbat, et infirmat imaginum notas; solitudo conservat integras simulacrorum figuras. Praeterea dissimiles forma atque natura loci comparandi sunt, ut distincte interlucere possint; nam si quis multa intercolumnia sumserit, conturbabitur similitudine locorum, ut ignoret, quid quoque in loco collo-

---

quentibus litteris. Idem II. ad Fam. 18. [4.]: *Tres fratres summo loco natos, promtos, non indisertos, te nolo habere iratos, iure praesertim, quos video deinceps tribunos plebis futuros per triennium.* GRAEV. Male *deinceps* exsulat ab Ed. Omn. aliisque. Tum *q. quoquo l.* Voss. III. Leid. II. Ed. Omn. *Loco* abest a m. pr. Leid. I. OUD. *Deinceps* omittit unus C. *Deinde* — *deinde* D. *Loco quoque* B. *Loco* C. (omisso *quoque*). Ceterum male Sch. putabat *deinde* delendum esse. Quod enim dicit, admisso eo apodosin turbari, id non intelligo, cum nulla sit vera apodosis, sed nihil nisi continuatio. Et quod ait, cum sequatur *deinceps*, prius illud inepte redundare, potuit iam a Graevio meliora edoceri. Adde, quae notavi ad *Vitas Duumv.* pag. 227. *L.*

CAP. XIX. *Obambulatio hominum*] Duisb. *deambulatio hominum.* GRAEV. Leid. IV. Ed. Omn. *deambulatio.* OUD. *Hom. obamb.* A. *Ab ambulatio hom.* D. *ambulatio hom.* E. *L.*

Conservat integras simulacrorum figuras] Erf. *conservat integra vi simulacrorum figuras.* GRAEV. Leid. I. *integra vi.* OUD. Sic etiam cod. Turic. *L.*

Praeterea dissimiles forma atque natura] Palat. sec. quart. sext. *propterea.* Quidam etiam *dissimili.* GRUT. Tres MSS. *propterea dissimiles forma.* Al. *dissimili forma.* GRAEV. Leid. III. *propterea.* Voss. III. Leidd. O. *dissimili f.* OUD. *Propterea dissimilis* B. *Propterea dissimili* E. *Propterea dissimiles* D. *praeterea dissimili* C. *praeterea dissimiles* A. (sed *dissimilis* a m. s.) *L.*

Ut distincte interlucere] Erf. *ut distincti interlucere.* GRAEV. *Ut distincti.* Ita lego, ex Gryph. B. C. auctoritate. *Ut distincte* legitur in vulgatis, quam minime tamen lectionem reiicimus. BRUT. *Ut distincti* ADT. *ut distincte* AC. Scr. Sch. *ut distinctio interlucere possit.* Pro *possint*, quod omnes MSS. tuentur, iam Ern. suspicatus est *possit.* *L.*

Nam si quis multa] Erf. *Nam si qui multa.* GRAEV. Leid. II. III. *si qui.* OUD.

Similitudine locorum, ut ignoret] Erfurt. *similitudine, ut ignoret.* GRAEV. Pro vv. *ut ignoret* Voss. I. *aut ignorabit.* MSS. reliqui et Edd. pp. *et ignorabit.* Bene. OUD. *Et agnorabis* A. (*ignorabit* a m. s.) *et ignorabit* E. In supp. post v. *similitudine* deest *locorum* in C. *L.*

Quid in quoque loco] Erfurt. *quid in uno quoque loco.* Pith. *quid in quoto quoque loco.* Edd. nonnullae: *quid in quoquo loco.* GRAEV. Voss. I. II. Ed. Med. *q. in quoque l.* Voss. III. Leid. II. IV. Ed. Omn. *quid in quoquo l.* Leid. III. *quid quoquo l.* Leid. I. *quid in quo l.* OUD. *Quid in quoque l.* BE. *quod in quo loco collocaverit* C. *quid in quolibet l. collocaverit* D. *quid in quoque loco collocaverit.* A. *L.*

carit. Et magnitudine modica, et mediocres locos habere oportet. Nam et praeter modum ampli vagas imagines reddunt; et nimis angusti saepe non videntur posse capere imaginum collocationem. Tum nec nimis illustres,
174 nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne aut obcaecentur tenebris imagines, aut splendore praefulgeant. Intervalla locorum mediocria esse placet, fere paullo plus, aut minus pedum tricenum. Nam ut adspectus, ita cogitatio minus valet, sive nimis procul removeris, sive ve-

---

Et magnitudine modica, et mediocreis locos etc] Fabricianus, *id est mediocres:* adeo ut Gulielmius habeat *et mediocres* pro glossemate. Erat in Pal. quinto, *ex magn. modica,* quod excutient quibus otium est, quo careo. Gruter. Pith. *Ex magnitudine modica, et mediocres locos.* Cauch. *Nam et magnitudine modica, et mediocres locos.* Scribe: *Iam magnitudine modica, et mediocres locos.* *Iam* est connectendi saepe particula, ut alibi notavi. Graev. *Nam et m.* B. *Et magn.* AC. *Nam at m.* D. *Et mediocres* omnes Oud. ut ex eius silentio patet. *Magnitudinem medicam et mediocres* B. *M. modica mediocres locos* A. *M. modica et mediocres l.* CD. *Et mediocres,* ut interpretamentum, omisit Sch. *L.* Tum in vv. *et nimis angusti* copulam om. Voss. I. Deinde Voss. I. Leid. I. *im. collocationes.* Oud. Sic etiam B. *L.*

Nec nimis illustres] Erf. *nec nimis illustris.* Graev.

Obscuros locos haberi] Erf. *obscuros locos habere.* Idem. *Habere* etiam BD. *L.*

Ne aut obcaecentur] Vitium ex Lambini, tum Gothofredi editione in Gruterianam translatum correxi restituenda media particula, quam habent editiones simul omnes et scripti. Gronov. *Non obcecentur* B. *L.* Tum *tenebris locorum im.* Voss. III. et *perfulgeant* Ed. Omn. Oud.

Intervalla locorum mediocria esse placet] Insignis ille Medicaeus *mediocria valent esse,* quod mutandum opinor in *volent,* ut solent eleganter id verbum de aliis rebus usurpare quam animatis: id quod ignorantes alii mutarunt. Et notes oportet hunc verborum ordinem esse in MSS. Gronov. Erfurt. et Cauch. *intervalla locorum mediocria valent esse.* Sic et Medic. notante Gronovio, qui inde coniicit scribendum, *volent esse,* quod inanimatis quoque tribuatur. Graev. *Mediocria valet esse* unus C. *L.*

Aut minus pedum tricenum] Palat. secundus *trigenum.* pr. *trecencium.* Sextus retinet quidem vulgatum, sed habet inter lineas, *id est trium pedum.* Et vero facile incliuaverim in coniecturam Delbenii, malentis *trinum pedum.* Pal. pr. ait esse qui legant *triginta.* Gruter. Duisb. *aut pedum tricenum.* Pal. sec. *aut minus pedum trigenum.* Pal. *aut minus pedum tricencium.* Graev. Voss. I. *aut m. licet pedum tricenum.* Voss. III. Leid. II. III. *licet p. t.* Leid. IV. *aut p. t.* Ed. Med. *aut paulo minus p. t.* Leid. I. *tricenorum.* Oud. Pro vv. *aut minus* E. exhibet *licet.* Ceterum etsi nullus codex in lectione *trinum* assentiat, tamen accedimus Orellio, qui hanc lect. tuetur, etiam propterea, quod interpres Graecus Angeli Maii, qui hunc locum supra a c. 16. v. *Memoria* usque ad c. 24. vv. *dixisse videamur* Graece reddidit, ποδῶν τριῶν h. l. scripsit. *L.*

hementer prope admoveris id, quod oportet videri. Sed quamquam facile est ei, qui paullo plura exploraverit, quamvis multos, et idoneos locos comparare: tamen si quis ad ista satis idoneos invenire se non putabit, ipse sibi constituat quam volet multos licebit. Cogitatio enim quamvis regionem potest amplecti, et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari et architectari. Quare licebit, si hac prompta copia contenti non erimus, nosmetipsos nobis cogitatione nostra regionem constituere, et idoneorum locorum commodissimam distinctionem comparare. De locis satis dictum est: nunc ad imaginum rationem transeamus.

CAP. XX. Quoniam ergo rerum similes imagines esse oportet, et ex omnibus verbis notas nobis similitu-

---

Ita cogitatio] Erf. *item cogitatio.* GRAEV. *Item cogitatio* TA. (sed corr. m. s.) *ita et cog.* C. *L.*

Sive nimis procul removeris] Al. edd. *sive nimis procul amoveris.* GRAEV.

Sed quamquam facile est ei, qui paulo plura exploraverit, quamvis multos] Erf. *Sed quamquam facile est, et quid paulo plura, quamvis multos.* Duisb. *Sed quamquam facile est ei, qui paulo plura noverat, et quamvis multos.* IDEM. Leid. III. *Et quanquam f.* OUD. *Si quamq. f.* D. *L.* Tum Voss. O. Leid. I. a m. s. item II. Ed. Med. *plura noverit.* Leid. IV. *plura noverat.* Ed. Omn. *p. exploravit.* Leid. III. *plura novit vel explorabit.* OUD. *Plura exploravit* B. *p. moviter* (sic) D. *p. noverit* E. *Paullo exploravit* T. omisso *plura. Noverit* etiam Oxonn. duo. *Paullo plura meminisse voluerit* Lamb. in margine. *L.*

Tamen si quis ad ista satis idoneos] Duisb. *tamen si quis ad ea satis idoneos.* Erf. *Tamen si quis ab his idoneos.* GRAEV. Voss. III. *unde si quis.* Tum idem Voss. III. *ad id idoneos.* Desunt *ad ista* Leid. II. III. *Ad ea* exhibet Leid. IV. *Satis* abest a Leid. I. Voss. II. III. Ed. Omn. *Idoneum* Voss. I. OUD. *Satis* abest etiam a BCT. Lamb. in margine: *Si quis forte ad ista satis. L.* Tum *invenire locos non putavit* Voss. III. OUD. *Se invenire* C. *se putabit* om. *non* A. *Putavit* B. *putaverit* C. *putabat.* D. *L.*

Regionem constituere] Erf. *regione constituere.* GRAEV. In supp. Voss. I. Leidd. Θ. et Ed. Med. *ad suum commodum et arbitrium.* Bene. Leid. IV. *et fabr.* Voss. III. *fabricare.* OUD. *Ad suum arb.*, om. *comm. et*, BT. *Ad s. commodum et suum arbitrium* C. *A. suum c. et attributum* E. *Fabricare* CD. *Commodum et* primus inseruit Ern. Secuti sunt Sch. et Orell. qui etiam in Oxonn. tribus legi testatur. *L.*

CAP. XX. *Quoniam ergo rerum*] Pith. *quoniam igitur rerum.* GRAEV. *Quoniam* (om. *ergo*) B. *quomodo ergo* D. *L.*

Et ex omnibus verbis] In Pith. *et* non legitur. GRAEV. Deest copula Voss. III. Leid. I. Ed. Omn. OUD. Eadem deest in solo B. *Et ex omnibus v.* habent omnes, praeter B., qui etiam *omnibus* om. *L.*

Notas nobis similitudines] Erf. *non nobis similitudines.* GRAEV.

dines eligere debemus, duplices similitudines esse debent; unae rerum, alterae verborum. Rerum similitudines exprimuntur, cum summatim ipsorum negotiorum imagines comparamus. Verborum similitudines constituuntur, cum uniuscuiusque nominis et vocabuli memoria imagine notatur. Rei totius memoriam saepe una nota et imagine simplici comprehendemus, hoc modo: Ut, si accusator

---

Nosmet notas nobis s. optime praebent Voss. I. Leid. II. III. IV. cum Edd. pp. *Notus nobis imagines* Voss. III. *notas nobis similes* Ed. Med. Oud. Verba: *notas nobis* om. (si recte intelligo) ECD. *Nosmet nobis notatas s.* A. Nec *nosmet* nec *nobis* legitur in B. *Nobis similitudines* om. T. *L.*

Duplices similitudines] Erf. *duplices ergo similitudines.* Pith. *duplices igitur similitudines.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *duplices igitur sim.* Oud. *Igitur* add. ABCDE. *L.*

Unae rerum, alterae verborum] Erf. *una rerum; altera verborum.* Graev. Voss. I. Leid. I. *una r., altera v.* Oud. Tum *Rerum similitudines exprimuntur* omnes Codd. praeter D., si recte intell., qui *expromuntur.* Post v. *expr.* addunt *summatim* A. (a pr. m.) B. *cum* omittentes, quod a m. s. addit A. *L.*

Negotiorum imagines comparamus] Duisb. *negotiorum imagines comparemus.* Graev. Leid. IV. *comparemus.* Oud. *Comparabimus* a m. s. A. *L.*

Verborum similitudines constituuntur] Duisb. *verborum similitudines comparantur et constituuntur.* Graev. *Verborum similitudines constituuntur.* Ita omnes MSS., praeter Leid. IV., qui, ut Duisb., *comparantur et constituuntur. L.*

Uniuscuiusque nominis et vocabuli] Erf. et Pith. *uniuscuiusque hominis et vocabuli*, quod non puto negligendum; cum *nominis* et *vocabuli* hic eadem sit vis et notio. Graev. Leid. I. a m. pr. *hominis.* Sed a m. s. additur glossa *rei corporeae;* atque ita quoque in Leid. II. Oud. *Et unius* A. (*cum* a m. s.) *cum unicuique nominis* D. Vr. *et vocabuli* om. B. *L. Memoriam imagine notamus* Voss. III. Oud. Reliqui omnes cum vulgata consentiunt. Totum autem hunc locum inde ab initio cap. XX. sic immutavit Sch.: *Quoniam ergo rerum simulacra esse oportet, et verbis nosmet notas similitudines eligere debemus; duplices imagines esse debent, unae rerum, alterae verborum. Rerum imagines expromuntur, quum summatim ipsorum negotiorum similitudines comparamus; verborum imagines constituuntur, quum unius cuiusque nominis et vocabuli memoria similitudine notatur.* Praep. *ex* ante *verbis* improbat Sch., quod non *ex verbis* eligantur imagines, sed *verbis* destinentur. Dum crebram in vulgata repetitionem voc. *similitudinis* et invenustam facere orationem et apodosin prorsus nihil afferentem, quod non fuerit in protasi. Tum scriptorem nolle explicare, quid sint *similitudines*, sed quid *imagines.* Deinde *expromere* rectius respondere sequenti *comparare*, quod eodem modo dicatur, ut antea *eligere.* Praeterea idem recte ostendit, *nominis* h. l. de proprio, *vocabuli* de appellativo intelligendum esse. Eodem modo *verbum* opponi *nomini* apud Horat. Serm. I, 3, 104. *L.*

Imagine simplici comprehendemus] Erf. *comprehendimus.* Graev.

dixerit, ab reo hominem veneno necatum; et hereditatis caussa factum arguerit, et eius rei multos dixerit testes et conscios esse: si hoc primum, ut ad defendendum nobis expeditum sit, meminisse volemus; in primo loco rei totius imaginem conformabimus; aegrotum in lecto cubantem faciemus ipsum illum, de quo agetur, si formam eius detinebimus. Si eum non agnoverimus, aliquem ae- 176
grotum non de minimo loco sumemus, ut cito in mentem venire possit, et reum ad lectum eius adstituemus,

---

MSS. O. *comprehendimus* cum Ed. Omn. OUD. *Comprehendimus* BD. *L.* Deinde Voss. I. *hom. aliquem ven. n.* Tum in vv. *testes et conscios* om. copulam Voss. III. OUD.

Si hoc primum] Erf. *si enim primum*. GRAEV.

Ad defendendum nobis sit expeditum] Erf. *ad defendendum nobis expeditum*. IDEM. *Expeditum est* B. *L.* *Ad* ex errore typ. omisit Ern.

Imaginem conformabimus, aegrotum] Erf. et ed. prim. *imaginem confirmabimus aegrotum*, Lambin. ed. *imaginem conformabimus et aegrotum*. GRAEV. Voss. II. III. Ed. Omn. *confirmabimus*. OUD. *Confirmabimus* ABD. *L.*

Ipsum illum de quo agetur] Erf. *ipsum illud de quo agetur*. Lamb. ed. *illum ipsum, de quo agetur*. GRAEV. Addit Voss. I. *veneno necatum*. OUD.

Si formam eius detinebimus] Duisb. *Si formam illam detinebimus* Lamb. ed. *si formam eius tenebimus*, quod sane probarem, si ullus MS. annueret. *Si formam illam detinebimus*. Forte [fortasse] *si formam illam retinebimus*. GRAEV. Leid. IV. *formam illam* OUD. *Detinebimus* ABCDE. Sch. cum Lamb. *tenebimus*. Sed recte Orellius *detinebimus* eodem iure de memoria dici monet. *L.*

Si eum non agnoverimus] Palat. quartus et sextus excludunt *agnoverimus;* probem, si et tolleretur una *eum*. Gulielmius maluisset *cognoverimus*. GRUTER. Duo Pall. *Si eum non, aliquem*. Erfurtensis etiam non agnoscit *agnoverimus*. Sed *cognoverimus*, quod malebat Guilielm., extat in margine Cratandri, et recepit Lambinus, contra veterum librorum fidem. GRAEV. Voss. III. *non cognoverimus*. OUD. *Agnoverimus* ABDET. *cognoverimus* restituit Sch.

Aliquem aegrotum non de minimo loco sumemus] Pall. iidem non agnoscunt negativam. GRUTER. Nec Medicaeus eam agnoscit; ut videatur scripsisse *aegrotum de non imo loco*. GRONOV. Erf. et Cauch. *ad aliquem aegrotum de minimo aliquo sumemus*. Sed in Cauchiano adscriptum erat inter versus super *aliquo, loco*. In Palatinis Gruteri *de minimo loco*. Nec extat negativa in Medicaeo et Erfurt. GRAEV. Abest *loco* a Leid. II. Negativam particulam agnoscunt MSS. O. et Edd. pp. OUD. *Non de minimo loco*, ut vulgo, etiam ABCDE. *L.* Tum *in virtutem v.* Voss. III. pro vv. *i. mentem v.* OUD.

Ad lectum eius adstituemus] Erf. *ad lectum eius adstituamus*. GRAEV. Voss. III. *constituemus*. Ed. Omn. *statuemus*. OUD. *Statuemus* AC. *constituemus* D. (supr. scr. in A). *astituemus* BET. quod Ernestio suspectum erat. *L.* Tum *tabellas* Leid. III. OUD.

dextra poculum, sinistra tabulas, medico testiculos arietinos tenentem. Hoc modo et testium, et hereditatis, et veneno necati memoriam habere poterimus. Item deinceps cetera crimina ex ordine in locis ponemus: et, quotiescumque rem meminisse volemus, si formarum dispositione et imaginum diligenti notatione utemur, facile ea, quae volemus, memoria consequemur.

CAP. XXI. Cum verborum similitudines imaginibus exprimere volemus, plus negotii suscipiemus, et magis ingenium nostrum exercebimus. Id nos hoc modo facere oportebit. *Iam domuitionem reges Atridae parant.* In
177 loco constituere oportet manus ad coelum tollentem Do-

Medico testiculos] Qui hanc lectionem sequuntur et probant, *medico* interpretantur: digito eo, qui proximus est minimo. Sed libri duo manuscripti habent: *medicum testiculos arietinos tenentem.* Ego tamen vulgatam lectionem sequor et probo. Lambin. Erf. *medicos testiculos.* Duisb. *medicum testiculos arietinos tenentem.* Pith. *medio digito testiculos arietinos tenente.* Vide Politiani Miscell. c. 6. qui *medico* subaudit *digito*, et illo significari ait proximum a minimo. Graev. Leid. IV. *medicum.* Ed. Med. *digito medico* e glossa. *tenente* Voss. II. III. Oud. *Medicum* AE. *Medio* C. Sed *digito* om. ABCD. quod Sch. recepit. *Medicum—tenentem* T. *L.* Tum in vv. *veneno necati* participium om. Voss. III. Oud. *Necari* B. Deinde *quotienscunque* ABCDE. *Notione* pro *notatione* B. Ceterum recte ostendit Sch. *testiculos* intelligi *crumenam* e pelliculis testiculorum. *L.*

Id nos hoc modo] Erf. *idque nos hoc modo.* Graev.

CAP. XXI. *Iam domitionem reges Atridae parant*] Versus est senarius, trimeter, nescio cuius poëtae. Neque vero dubium est, quin sit ita legendus; nam quod in nonnullis manuscriptis et vulgatis legitur: *domi ultionem*, ea depravata scriptura est. Utitur autem hac voce Pacuvius teste Nonio [p. 96.] *Nam solus Danais hic domitionem dedit.* Et Lucilius: *domitionis cupidi*, id est, *domumitionem* et *domumitionis.* Apud Nonium tamen scriptum est, *domutionem*, et *domutionis*, videlicet pro *domitionem*, et *domitionis.* Lamb. *Iam domuitionem reges Atridae parant* est a Victoriana. Nam prius impressi, *domi ultionem*, quod servant Pall. omnes; etiam Bruil. et Fabr. nec non ii quos excussit Petreius, eique scripturae patrocinatur Gulielmius, ac putat favere imaginem quam subiicit, in qua facies vapulantis. Gruterus. MSS. et edd. *iam domi ultionem* Grut. Car. Steph. ed. in lib. I. de Divin. legit *domum itionem*, quod verius est. Vide Vossium de Constructione. Cap. 8. Graev. Vid. Turneb. II. Adv. 30. et Schott. IV. Nod. Cic. cap. 10. Burm. MSS. O. cum Edd. pp. *I. domi ultionem* et in seqq. Sed hic Leid. IV. *I. domi vel domum ultionem.* Et mox *iam domi vel domum reges* desunt [?] Voss. III. Oud. *Domi ultionem* ABCDET., atque eodem modo infra. Deinde *in hoc loco* B. Ceteri omnes *in loco.* Recte vidit Orell., corruptelam ortam esse eo, quod scriptum fuisset *in I loco.* Itaque cum Sch. scripsit: *In primo loco.* *L.*

Cum a Regibus Marciis] Sic revocavi scripturam priorum

mitium, cum a Regibus Marciis loris caedatur. Hoc erit, *Iam domuitionem reges.* In altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam, Agamemnonem et Menelaum.

---

editionum, relicto Lambino, Gothofredo, et Grutero; quoniam videtur certe intelligere Marcios Reges, quos sic etiam appellat Iulius apud Suetonium cap. 6. Martios autem reges aut Martia lora quae intellexerunt? GRONOV. Quamvis MSS. et editiones, quas ego inspexi, omnes scribant *Martiis*, praeterquam Manutii, recitius tamen *Marciis* legi ex Sueton. Caes. cap. 6. probavit Iac. Gronovius. Edit. prima proxime accedit ad veram scripturam, in qua est: *cum a Regibus Marcus loris caedatur.* GRAEV. Leid. III. *ad coelum tendentem.* nec male. OUD. *tendentem* etiam B. *L.* Tum *a regibus Marciis*, sic per *c* diserte Leid. I. III. IV. *Marcus* Ed. Omn. OUD. Voc. *loris* in altera ed. Sch. errore typogr. excidit. *marciis* ABCDE. Familia Marciorum Regum notissima est. Ex ea quidam Domitium aliquem loris ceciderant, quae res haud dubie scriptoris huius aetate satis nota fuit, de qua tamen nihil praeterea constat. *L.*

Iam domuitionem] Duisb. *iam domi itionem*, vel *domum.* Lamb. ed. *iam domitionem*, et sic paullo ante, ubi itidem MSS. *domi ultionem.* GRAEV.

In altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam] Quidam libri habent, *subornare vagantem Iphigeniam ad Agamemnonem, et Menel.* Ex qua scriptura coniicere possit aliquis legendum, *subornare vadentem Iphigeniam*, etc. LAMB. Erfurt. *in alterum locum Aesopum.* GRAEV.

Subornare Iphigeniam, Agamemnonem et Menelaum] Quot excussi Palatinos, totidem inveni lectiones variantes. Meliores tamen inclinabant in *subornari ut ad Iphigeniam in Agamemnonem et Menelaum.* GRUTER. Vera notat Gruterus: et utinam tamen posuisset praecipuas! Nam ut fatear etiam videri hanc in codice Medicaeo *subornari ut ad Iphigeniam*, sic tamen in alio esse video *ut vel vagantem ephigeniam*, omissis duobus regum nominibus, quae sequuntur: in alio plenissime *ut ad iphigeniam ad vagantem Agamemnonem et Menelaum.* Haec omnino orta sunt ex occasu verae lectionis, cuius vestigia satis, ut puto, liquida sequens eruo: *ut ad Iphigeniam, Calchantem, Agamemnonem et Menelaum.* Sed et sic aliquid restat. GRONOV. Duisb. *subornare vagantem Iphigeniam.* Edd. vett. *subornari ut apud Iphigeniam, Agamemnonem.* Cauch. *subornari vagantem Iphigeniam ad Agamemnonem.* Pall. et Medic. *subornari ut ad Iphigeniam in Agamemnonem.* Al. MS. *Subornari ut vel vagantem ephigeniam*, omissis vocibus *Agamemnonem et Menelaum.* Pith. *subornari ad vagantem Iphigeniam.* GRAEV. MSS. O. et Ed. Omn. *subornari.* Tum *vagantem Ephigeniam* Voss. I. Leid. II. IV. Ed. Med. *Et Effigeniam vagantem* Ed. Omn. *Ephigeniem* Leid. II. Voss. II. *ut ducatur ad Iphig.* Leid. I. *ut Iphig. in Ag.* supra scr. *vagantem* Voss. III. *Ephig. ulciscentes commissum in se Ag.* Dein *ad Ag.* Leid. III. *Agam. et Menel.* desunt Voss. I. Leid. II. IV. In Ed. Omn. *Agamemnona et Men.* OUD. *Subornari* CB. *subordinari* A. *Vagantem Ephigenia* D. *vagante Ephigenia* E. *In Iphigenia*, ut emend. Sch., videntur exhibere ABC. si recte intelligo Edd. Mus. cr. Vrat. Verba

Hoc erit, *Atridae parant.* Hoc modo omnia verba erunt expressa. Sed haec imaginum conformatio tum valet, si naturalem memoriam exsuscitaverimus hac notatione, ut, versu posito, ipsi nobiscum primum transeamus bis aut ter eum versum; deinde cum imaginibus verba exprimamus.
778 Hoc modo naturae suppeditabit doctrina. Nam utraque altera separata minus erit firma; ita tamen ut multo

---

Ag. et Men. om. BDE. *Ad Ag.* exh. C. *Ad argumentationem* et *Menelaum* A. *agentes* quod Sch. dedit om. omnes Codices. Cod. Turic.: *Aesopum et Cimbrum subornari ut ephigeniam vagantem hoc erit Atridae parant.* Sch.: *In altero loco Aesopum et Cimbrum subornare in Iphigenia agentes Agamemnonem et Menelaum. Hoc erit: Atridae parant.* Orellius putat in variantibus lectt. latere aliquid de Iphigenia *vitta* ad sacrificium ornata, quibus expressum fuerit *parant*, quod in Sch. coni. non exprimatur. *Agam. et Men.* glossa irrepsisse. Mihi in corrupta lectione: *subornari ut ad Iph.*, *subornare vagantem I.*, *subornari ut apud I.*, *subornari ut vel vagantem Iph.*, *subornari ad vagantem I.* nihil aliud latere videtur, quam: *subornatam agentes Iphigeniam* h. e. ad sacrificium. Verbum *subornare* nativa significatione h. l. dicitur, de qua adeantur lexica. Ceterum nomina *Ag. et Men.* nil nisi interpretamenta, sed vetera. *L.*

Hoc erit, Atridae parant.] Quia Atridae cum ad bellum Troianum proficisci pararent, Aulide Iphigeniam ad placandam Dianam immolarunt. Aesopus autem et Cimber tragoedi fuerunt, qui Iphigeniam tragoediam egerunt. Lamb.

Exsuscitaverimus hac notatione] Cauch. *exsuscitaverimus hac annotatione.* Graev. *Imaginum confirmatio* Voss. III. Leid. III. IV. Ed. Omn. Oud. Sic etiam ABCD. Tum *suscitaverimus* AC. *L.* Deinde *hac annotatione* Voss. I. III. Oud.

Ipsi nobiscum primum transeamus] Liber unus manuscr. habet, *primum transigamus*, etc. ceteri lectionem vulgatam confirmant. Ego hunc locum mendo vacare non puto. Lambin. *Deinceps cum imaginibus* AB. *Deinde tamen* (*cum* a m. s.) *im.* D. Praep. *cum* delevit Sch.

Naturae suppeditabitur doctrina] Liber unus manuscr. habet, *suppeditabit*, cum quo Roberti Steph. editio congruit. Lambin. *Naturae suppeditabit doctrina.* Duisb. Pith. et al. MSS. vulgati, *naturae suppeditabitur doctrina.* Graev. *subpeditabit* BDT. *suppeditabitur* AC. *L.* *Naturae* est naturali ediscendi labori; *doctrina* est artificialis imaginum usus. *Sch.*

Nam utraque altera separata minus erit firma] Pall. meliores: *nam cum ex utraque altera est parata, magis erit firma.* Tos. Gembl. Br. *nam cum ex utraque ab altera est parata, minus erit infirma.* Gruter. Lamb. ed. *utraque ab altera separata minus erit firma.* Graev. Leid. I. III. *cum ex utraque altera separata est.* Ed. Med. *ab altera.* Leid. IV. *superata.* Oud. Pro *utraque* B. *utrimque.* Pro *altera separata* AE exhibent: *ex utraque altera separata.* *Ex* omm. BD. *Nam quum ex utraque altera est separata, minus erit infirma* T. Sch. dedit: *Nam utraque ex altera parata magis erit firma.* Orellius in vulgata acquievit. Affirmativo enunciato opus esse putabat Sch. *L.*

plus in doctrina atque arte praesidii sit. Quod docere non gravaremur, ni metueremus, ne, cum ab instituto nostro recessissemus, minus commode servaretur haec dilucida brevitas praeceptionis. Nunc, quoniam solet accidere, ut imagines partim firmae et ad monendum idoneae sint, partim imbecilles et infirmae, quae vix memoriam possint excitare: qua de caussa utrumque fiat, considerandum est, ut, cognita caussa, quas vitemus et quas sequamur imagines, scire possimus.

CAP. XXII. Docet igitur nos ipsa natura, quid oporteat fieri. Nam si quas res in vita videmus parvas, usitatas, quotidianas, eas meminisse non solemus; propterea quod nulla nisi nova, aut admirabili re commovetur animus. At si quid videmus, aut audimus egregie, turpe, aut honestum, inusitatum, magnum, incredibile, ridicu-

---

Ni metueremus ne, cum] Duisb. *nisi cum metueremus, ut, cum.* GRAEV. Leid. IV. *Nisi cum metueremus.* OUD. *Nisi met.* CD. *L.* Tum in vv. *ab instituto nostro* praepositione caret Leid. II. OUD. Sic etiam A. *L.*

Ad monendum idoneae] Duisb. *ad movendum idoneae.* Lamb. ed. *partim acres, firmae et ad admonendum idoneae.* GRAEV. Voss. III. Leid. IV. *ad movendum id.* OUD. *Firmae ad memorandum et ad mon. id.* E. Lectionem *et ad admon.* falso tribui Lambino, iam Orell. notavit. *Firmae et haeres* duo Gryph. apud Brutum, qui inde suspicatur: *firmae et haerentes,* haec addens: Participium autem solitum usurpari significatione nominis adiuncti nemo non novit. Cic. de Orat. II, cum de hac ipsa memoria agatur, quae arte comparatur: *Imaginibus est utendum agentibus, acribus, insignitis.* Et lib. de Clar. orator.: *Acrem enim oratorem, incensum et agentem et canorum concursus hominum forique strepitus desiderat.* Idem notat in Gryph. BC. exstare *imbecillae. L.*

Partim imbecilles et infirmae, quae vix memoriam] Lamb. ed. *partim imbecilles et infirmae, et quae vix memoriam.* Duisb. *partim imbecilles et infirmae, quae nec memoriam.* GRAEV. Leid. IV. *quae nec memoriam.* OUD.

CAP. XXII. *Aut honestum, inusitatum, magnum*] Duisb. *aut honestum, inhonestum, inauditum, magnum.* Pith. *aut honestum, inauditum, magnum.* GRAEV. Voss. I. Leid. II. IV. *aut honestum in homines.* OUD. Superiora in A. ita scripta exhibentur: *meminisse non solemus honestum inauditum inhonestum magnum incredibile periculosum id diu;* omissis reliquis, quae lacuna haud dubie propter bis positum *meminisse,* librarii oculo ab uno ad alterum aberrante, orta est. *L.* Tum Leid. II. IV. *tum inauditum* omisso *inus.* Leid. III. aut *inus.. inauditum.* Ed. Med. *inusitatum non auditum.* Omnib. caret v. *inusitatum.* OUD. Ab initio cap. Ern. scripserat: *quod oporteat fieri,* pro *quid o. f.* nullo Cod. assentiente. *L.*

Incredibile, ridiculum, id diu etc.] Pal. quintus subiicit *periculosum,* sed primus id positum habet in vicem *ridiculum.* neque aliter Fabr. et MSS. Suffridi, veriusque putabat Gulielm. Nam *pe-*

179 lum, id diu meminisse consuevimus. Itemque quas res ante ora videmus, aut audimus, obliviscimur plerumque; quae acciderunt in pueritia, meminimus optime saepe: nec hoc alia de caussa potest accidere, nisi quod usitatae res facile e memoria elabuntur, insignes et novae manent diutius. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt: at eclipses solis mirantur,

---

riculi sane tenacissima est memoria, et de *ridiculo* infra agit; ita ut simul innuat se de ea antea non meminisse. GRUTER. Pal. *incredibile, ridiculum, periculosum, id diu.* Al. Pal. *incredibile, periculosum, id diu.* Pith. *Incredibile, ridiculum, periculosum.* Sed in praecedentibus idem codex et Duisb. *aut honestum, inauditum, magnum,* nisi quod hic pro *inusitatum* scribat, *inhonestum, inauditum, magnum.* Pithoei codex non est repudiandus. GRAEV. Leid. II. III. IV. Ed. Med. et m. s. Voss. I. *periculosum.* Voss. II. *ridiculosum.* Optime Voss. III. *ridiculum, periculosum.* OUD. *Ridiculum, periculosum* unus C. Schuetzius putat, *periculosum* ortum esse ex v. *perridiculum*, quae initio scripta fuerit. *L.*

Itemque quas res ante ora videmus aut audimus] Videtur melior lectio, quae reperitur in manuscripto: *aut quod recens audivimus*, pro, *aut audimus.* F. URSINUS. Pith. *Itaque quas res ante ora videmus, aut audimus, obliviscimur.* Caroli Stephani, Cratandri, Hervag. *At quod recens audivimus, obliviscimur.* Sed prima et Mediol. edd. tuentur vulgatam. GRAEV. Leid. II. *videmus aut audivimus.* OUD. Verba *quod recens* exhibent BDE. *Audimus* AE, reliqui *audivimus.* Cod. Turic. *consuevimus.* *At quod recens audivimus*, omisso priori membro. Orell. scripsit: *videmus aut recens audivimus.* Sch. *vid. aut quod rec. audivimus. L.*

Quae acciderunt in pueritia] Duisb. *et ea quae acciderunt in pueritia.* GRAEV. Leid. IV. *et ea q.* Ed. Med. *q. acciderint.* OUD. *Quae* om. A. *acciderint* exh. B. *L.*

Nec hoc alia de causa] Duisb. *nec alia de causa.* GRAEV. Tum in vv. *e memoria elab.* praep. abest a Voss. III. Leid. II. III. IV. *a mem.* Ed. Med. *dilabuntur* Voss. III. *labuntur* Ed. Omn. OUD. Praep. omittunt BDE. *Labuntur* praestant BAC.

Insignes et novae manent diutius] Duisb. *insignes et novae res manent.* Al. *insignes et novae manent diutius in animo.* Cratand. Rob. Steph. et al. edd.: *novae diutius in animo manent.* Hinc Lamb. notat in margine: Fortasse *in animo* ex annotatione natum est, et subintelligendum *in memoria* ἀπὸ κοινοῦ. GRAEV. Voss. I. II. Leid. II. III. *novae diutius in animo manent* cum Edd. pp. recte. Leid. IV. *n. res d. in animo m.* OUD. *Et novae manent in animo diutius.* Ita Leonic. et Lamb. Duae voces *in animo* in Gryph. MSS. et in Ald. et Manut. editione desiderantur. BRUT. *Novae in animo m.* AC. *diutius manent* B. *diutius in animo manent* C (?). *L.* Deinde *ut solis ex.* Voss. III. Ed. Med. *ortus* Leid. IV. OUD.

Eclipsis solis] Grut. et al. edd. *eclipseis solis.* Edd. vett. Cratand. et al. *eclipsis solis.* GRAEV. *An eclipsis* B. *at eclipsi* A. a m. pr. In supp. *admiratur quia* Voss. III. *adm. propterea quia* Voss. I. II. Leid. I. Deinde *eo quod hae crebr.* Voss. III. *propterea quoniam hae crebr.* Leid. II. *propterea quod h. cr.* Leid.

quia raro accidunt, et solis eclipses magis mirantur, quam lunae, quoniam hae crebriores sunt. Docet ergo se natura vulgari et usitata re non exsuscitari: novitate vero et insigni quodam negotio commoveri. Imitetur igitur ars naturam, et quod ea desiderat, inveniat: quod ostendit, sequatur. Nihil est enim, quod aut natura extremum invenerit, aut doctrina primum: sed rerum principia ab ingenio profecta sunt, et exitus disciplina comparantur. Imagines igitur nos in eo genere constituere oportebit, quod genus manere in memoria diutissime potest. Id accidet, si quam maxime notas similitudines constituemus: si non mutas, nec vagas, sed aliquid notum agentes ima-

---

I. III. [T]. *propterea quia h. cr.* Voss. I. II. Oud. *Propterea quia* B. *quod crebriores fiunt.* A. *Hae* om. B. *L.* Tum pro vv. *Docet ergo se n.* alii *D. e. natura se.* Abest pronomen ab Ed. Omn. Oud. *Natura si* D. *L.*

Et solis eclipses] Pith. sine copula *solis eclipsim.* Graev.

Vulgari et usitata re] Duisb. *vulgata et usitata re.* Graev. Leid. IV. *vulgata.* Voss. I. *excitari.* Oud.

Novitate vero et insigni] Lamb. ed. *novitate et insigni.* Graev. *Novitate vero.* Sic Voss. II. Ed. Omn. A reliquis MSS. abest particula; bene. *Sed nov.* Ed. Med. Oud. *Novitati vero* D. *novitate vero* A. Ceteri carent v. *vero*, etiam Cod. T. Omiserunt ergo Ern. Sch. Orell. *L.* Tum Voss. III. Leid. III. Ed. Omn. *inveniet, si quod ostendit s.* Ed. Med. *quae ost.* ut et *quae desid.* cum Leid. II. Oud. *Inveniet, si quid ostendet* D. Deinde MSS. O. Edd. pp. *quia rerum princ.* nisi quod in Voss. III. sit *quia si rer. pr.* Oud. *Quia rer. pr.* etiam E. *L.* Tum *et exitus* ABCDE et Oudendorpii omnes. *Ern.* et *Sch. et* eiecerunt, Orell. uncis inclusit. *L.* Porro *nosmet in eo genere* Voss. I. Benc. Oud. *In eo nos gen.* B. *L.*

Quod genus manere in memoria diutissime potest] Duisb. *quod genus in memoria diutissime haberi potest.* Non male. Graev. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *haberi in mem. d. potest.* Voss. III. *poterit.* Ed. Omn. *in mem. d. possit remanere.* Oud. *Haberi* E. a m. s. A. *L.*

Id accidet] Voss. I. Leid. I. *Haec res acc.* Voss. II. *Haec res firmissime acc.* Leid. IV. *id accidit.* Oud. *Haec res acc.* AB. *Haec res enim accidit* C. *id accedit* D. *L.* Tum *notas sim.* Leid. I. Ed. Omn. In ceteris *notatas sim.* Oud. Falso refert Orell. *notatas* in uno tantum Oudendorpii Cod. legi. Ceterum *notatas* etiam AE. et unus Oxon. Receperunt Sch. Orell. *L.*

Si non mutas, nec vagas] Duisb. et Rob. Steph. ed. nec non margo Cratandri: *si non multas, nec vagas.* Graev. MSS. O. et Ed. Omn. *si non multas.* Oud. *Multas* BC. *Si non multas nec vagas* in duobus Gryph. habetur; quibus convenit cum Leonic. Ed. Bult.

Sed aliquid notum agentes imagines] Duisb. *sed aliquid notum significantes.* Lamb. ed. *sed aliquid agentes imagines.* Graev. Abest *notum* a MSS. O. et Edd. pp. *Aliq. significantes* Leid. IV.

gines ponemus: si egregiam pulchritudinem, aut unicam turpitudinem eis adtribuemus: si aliqua re exornabimus, ut si coronis, aut veste purpurea, quo nobis notatior sit similitudo: aut si qua re deformabimus, ut si cruentam, aut coeno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus, quo magis insignita sit forma: aut si ridiculas res aliquas imaginibus adtribuemus. Nam ea res quoque faciet, ut facilius meminisse possimus. Nam, quas res veras facile meminimus, easdem fictas et diligenter notatas meminisse non est difficile. Sed illud facere oportebit, ut identidem primos quosque locos imaginum renovandarum caussa celeriter animo percurramus.

CAP. XXIII. Scio, plerosque Graecos, qui de memoria scripserunt, fecisse, ut multorum verborum ima-

---

Voss. II. Mox *ponamus* Leid. III. Oud. *Notum* deest etiam in Codd. ABCDE. Legitur in T.

Si aliqua re exornabimus] Pith. *si aliquas res exornabimus.* Graev. *si aliquam rem exornabimus.* Graev. Voss. I. II. Leid. I. Ed. Omn. *aliquas ex.* Voss. III. *aliquas res ex.* cum m. s. Voss. I. Sed Leid. II. III. IV. Ed. Med. *aliquam rem ex.* Puto legendum esse: *aliqua*, pro *aliquo modo*, *aliqua ex parte.* Adi Comm. ad Sil. Ital. XIII, 221. et Is. Voss. ad Melam III, 9. *eius orae notae sunt aliqua.* Oud. *Si aliquas* BA (a m. s. *res*) CD. *Aliqua re* E. *L.* Tum *corona* Ed. Omn. *Et veste p.* Leid. II. III. Oud. *Si* ante v. *coronis* delendum censebat Orell., quod confirmat Cod. D. Ut *syconiis aut* C. *L.*

Quo nobis notatior sit] Ita Br. et tres e Pall., vulgata *notior*, Pal. sec. *notabilior* praefert. Gruter. Duisb. Pith. Cauch. et edd. multae, *quo nobis notior sit.* Graev. Voss. III. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *notior.* Oud. *Notior* ACDE. *L.*

Si qua re deformabimus] Pith. Duisb. Graev. *si quam rem deformabimus.* Graev. Voss. I. *si quam turpem rem def.* Voss. II. *si qua re def. turpem.* MSS. reliqui et Ed. Med. *si quam rem d. turpem.* Ed. Omn. *si aliquam rem. d.* Forte [fortasse] *si qua rem def. turpem.* Oud. *Si quam rem* ABCDE. Voc. *turpem* exhibent post *def.* ADE. Reliqui ignorant. Oudendorpio nemo Editorum obsecutus est. Recte. *L.*

Delibutam inducemus] Duisb. et edd. multae *delibutam inducamus.* Graev. In supp. v. *coeno* deest Leid. IV. Tum MSS. O. et Edd. pp. *inducamus.* Oud. *Inducamus* AC. *L.*

Animo percurramus] Pith. Cauch. *celeriter pervagemur.* Graev. et margo Cratand. nec non edd. prima et Mediol. *animo pervagemus.* Graev. In supp. *ut* ante *itentidem* deest Voss. III. Tum Voss. III. *animo pervagemur.* Voss. II. Ed. Omn. *an. pervagemus.* Vulgatum videtur e glossa natum. *Vagare* optimis quibusque in usu fuit. V. Heins. ad Ovid. Met. VIII., 13. Burm. ad Serv. in Aen. III, 76. Oud. *Percurramus* ACDE. *percurremus* B. *pervagemur* T., quod Orell. recepit, immerito. *L.* *Pervagemur* tum [cum] duo Gryph. tum Leonic. editio habet. Brut.

gines conscriberent, uti, qui eas ediscere vellent, paratas haberent, ne quid in quaerendo operae consumerent. Quorum rationem aliquot de caussis improbamus: primum, quod in verborum innumerabilium multitudine ridiculum sit mille verborum imagines comparare. Quantulum enim 181
poterunt haec valere, cum ex infinita verborum copia, modo aliud, modo aliud nos verbum meminisse oportebit? Deinde cur volumus ab industria quemquam removere, ut ne quid ipse quaerat, cum illi omnia parata quaesitaque tradamus? Praeterea similitudine alia alius magis commovetur. Nam ut saepe formam si quam similem cuipiam dixerimus esse, non omnes habemus adsensores, quod

---

CAP. XXIII. *Uti qui eas ediscere*] Duisb. *ut qui eas ediscere*. GRAEV. Voss. II. III. *ut hi, qui*. In plerisque *ut*. Abest *eas* a Voss. I. Leid. II. III. Ed. Med. *Discere* MSS. quattuor. *addiscere* Voss. III. OUD. *Ut, qui* E. *ut hii, qui* ABC. *Eas* omittunt ABCE. omisitque Sch. *discere* D. *edissere* C. *L.*

Ne quid in quaerendo operae consumerent] Duisb. *ne quid in quaerendo consumerent*. Edd. nonnullae, *ne quid inquirendo consumerent operae*. GRAEV. Voss. III. Leid. II. IV. Ed. Omn. *inquirendo*. Voss. II. *in dicendo*. Tum Leid. I. *consumerentur ope*. Voss. II. Ed. Omn. *operis*. Deest ea vox Leid. IV. Deinde *quorum rationes* Voss. I. Leid. I. OUD. *Inquirendo opere* C. in *conquaerendo opere* D. *Consumeretur operae* B. *consumerent ope*- A. *L.*

Verborum innumerabilium multitudine] Duisb. *verborum innumerabili multitudine*. GRAEV. Abest praepositio ante v. *verborum* a Voss. I. III. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *Innumerabili* Voss. I. Leidd. iidem, Ed. Med. *Multitudinem* Voss. III. OUD. *In* a m. s. habet A. om. DE. *Innumerabili* AB. *multitudinem* D. Tum *ridiculum est*. DE. *L.* Vv. *mille verborum* desunt Voss. I. Leid. II. III. IV. Edd. pp. Contra *mille verborum et rerum* Voss. III. OUD. *Mille verborum* om. BE. *L.*

Imagines comparare] Duisb. *imagines comprobare*. GRAEV. Leid. IV. *im. comprobare*. OUD.

Poterunt haec valere] Fortasse legendum est, *hae valere:* ut subintelligatur *imagines*. LAMB. Deest *haec* a Leid. II. OUD. *Non poterunt hec* D. *hae poterunt* B. *poterunt haec* A. Scripsit *hae* Sch., male. Est enim *haec* ipsum femininum. *L.*

Cum illi omnia parata] Pith. *cum nos illi omnia parata*. GRAEV. *Cum nos illi omnia*. Sic MSS. O. et Edd. pp. Vulgo deest *nos*. OUD. *Nos* exhibent ABCDET. *omnia illi*. C. *L.*

Parata quaesitaque] Al. *parata atque quaesita*. In Pith. non est *quaesitaque*. GRAEV. Leid. IV. *parata atque quaesita*. Tum in vv. *si quam sim.* deest *si* Leid. I. III. Voss. III. OUD. *Si quam* om. B. *L.*

Non omnes habemus assensores] Duisb. *non omnes habemus asentato res*. Al. *non omnes habeamur assensores*. GRAEV. Voss. I. Leid. IV. *adsentatores*. OUD. *Omnė assensores* omisso medio voc. D. *assentatores* B. Tum *item fit in im*. A. *idem fit im*. B. *Item*

alii videtur aliud; ita fit in imaginibus, ut, quae nobis diligenter notae sint, eae parum videantur insignes aliis. Quare sibi quemque suo commodo convenit imagines comparare. Postremo praeceptoris est docere, quemadmodum quaeri quidque conveniat, et unum aliquod, aut alterum, non omnia, quae eius generis erunt, exempli caussa subiicere, quo res possit esse dilucidior. Ut cum de prooemiis quaerendis disputamus, rationem damus quaerendi, non mille prooemiorum genera conscribimus: ita arbitramur de imaginibus fieri convenire.

CAP. XXIV. Nunc, ne forte verborum memoriam aut nimis difficilem, aut parum utilem arbitreris, et ipsarum memoria rerum contentus sis, quod et utiliores sint, et plus habeant facilitatis; admonendus es, quare verbo-
182 rum memoriam non improbemus. Nam putamus oportere, eos, qui velint res faciliores sine labore et molestia facile meminisse, in rebus difficilioribus esse ante exercitatos. Nec nos hanc verborum memoriam inducimus, ut versus meminisse possimus, sed ut hac exercitatione illa

---

fit im. E. Tum *diligenter notatae sint* emendavit Ern. *Diligenter nobis nota sit* C. *notae sunt* B. *notata sit* A. *note sint* D. *notae sint* E. Tum *ea parum* AC. *hae parum* E. *videatur insignis* AC. *Quae nobis d. notata sit, ea p. videatur insignis* T. et Oxonn. aliquot. Deinde pro *suo commodo* C. *suo modo*. *L.* Tum Voss. III. *unumquodque aut al.* Leid. II. III. Edd. pp. *unum aliquid a. a.* Oud. Pro *et unum aliquod* C. *aut unum aliquid.* D. *in unum aliquid.* Sed tum *aliquod aut alterum.* B. *L.*

Ut cum de prooemiis] Voss. I. *quod genus cum d. p.* Voss. II. *ut de p.* Leid. I. *quod de p.* Oud. *Ubicunque de p.* C. *L.*

Ita arbitramur] Pith. *idem arbitramur.* Graev. *Idem arbitr. item arbitr.* E. *L.*

CAP. XXIV. *Arbitreris*] Voss. I. III. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *arbitrere.* Bene. *Arbitremur* Leid. I. Oud. *Arbitremur* A. *arbitrare* B. *arbitreres* B. Erravit h. l. Orell. putans Oudendorpium *arbitremur* praetulisse. Ipse Sch. secutus *arbitrere* dedit. Recte. *L.*

Memoria rerum contentus] Lamb. ed. *rerum memoria contentus.* Graev. Pro vv. *et ips. mem. rer.* A. *ne ipsa mem. rer.* sed a m. s. *ut i. m. r.* *Et* om. D. *L.*

Quod et utiliores sint] Duisb. *quod utiliores sint.* Graev. Dedit Sch. *quod et utilior sit et plus habeat facilitatis.* Non consentiunt Codd. *utiliores sint* AE. *utiliores sunt* C. *Sint* om. D. *Habeant* BCDE. Oudendorpii omnes cum vulgata faciunt. *L.*

Et plus habeant facilitatis] Quidam liber manusc. habet, *et plus habeant facultatis.* Et infra ubi legitur, *ad illam facilitatem*, idem ille liber habet, *ad illam facultatem.* Lambin. Duisb. et alii, quos Lambin. vidit, *plus habeant facultatis.* Graev.

Verborum memoriam] Duisb. *verborum imagines.* Idem.

Ut versus meminisse] Voss. III. *ut versus tantum mem.* Oud.

rerum memoria, quae pertinet ad utilitatem, confirmetur; ut ab hac difficili consuetudine sine labore ad illam facilitatem transire possimus. Sed cum in omni disciplina infirma est artis praeceptio sine summa assiduitate exercitationis, tum vero in μνημονικοῖς minimum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. Quam plurimos locos ut habeas, et quam maxime ad praecepta adcommodatos, curare debebis. In imaginibus collocandis exerceri quotidie conveniet. Non enim sicut a ceteris studiis abducimur nonnunquam occupatione, ita ab hac re nos potest caussa deducere aliqua. Nunquam est enim, quin aliquid memoriae tradere velimus, et tum maxime, cum aliquo maiore negotio detinemur. Quare cum sit utile, facile meminisse, non te fallit, quod tantopere utile sit, quanto labore sit adpetendum: quod poteris existimare, utilitate cognita. Pluribus verbis ad eam te hortari mea non est sententia, ne aut tu nostro,

---

Recte explicat Sch. hunc locum, scriptorem artificialem memoriam non propterea commendare, quasi sine ea versus, qui verbis constent, meminisse non possemus; concedere eum potius, eos ediscendo facilius, quam adhibito imaginum apparatu, memoriae mandari posse. Deinde idem Sch. *quod pertinet ad ut.* nullo Cod. assentiente. *L.*

Ad illam facilitatem transire] Multi MSS. *ad illam facultatem transire.* GRAEV.

In μνημονικοῖς] MSS. tres *in memoriis.* GRONOV. Pith. Duisb. et tres MSS. quos Iac. Gronovius consuluit, *in memoriis.* GRAEV. *In memoriis.* Sic MSS. O. et Edd. pp. OUD. Sic ACDE. *L.*

Quam plurimos locos ut habeas] Lamb. ed. *quamplurimos igitur locos ut habeas.* GRAEV.

Exerceri quotidie conveniet] Duisb. *exerceri quotidie convenit.* IDEM. Supra *In im. coll.* deest praep. Leid. I. II. IV. OUD. Eadem om. in AB. *L.* Tum deest *quotidie* Voss. III. *Convenit* exhibent MSS. O. cum Edd. pp. praeter Voss. II. OUD. *Quotidie convenit exerceri* D. *e cotidie convenit* A. *e. convenit cotidie* B. *e. quottidie conveniet* E. *L.*

Sicut a ceteris studiis] Pith. *sicut in ceteris studiis.* GRAEV. *Sicut in ceteris st.* DE. *L.* Tum *quin aliud memoriae tr.* Voss. III. OUD. *Quin quin aliquid* D. *aliquid quin* B. Pro *velimus* B. *volumus. L.*

Cum aliquo maiore negotio detinemur.] Pith. *cum aliquo maiore negotio detineamur.* GRAEV. *Negotio maiore* C. *Detinetur* E. *L.*

Non te fallit] Lamb. ed. *non te fallat.* GRAEV.

Ad ea te hortari mea non est sententia] *Mea* reposui ex Pithoei codice notae optimae, quod in aliis desideratur. IDEM. Voss. II. Leid. III. Ed. Omn. *ad eam rem.* Voss. O. Leid. I. Ed. Omn. *adhortari.* Deest *mea* MSS. O. cum Edd. pp. suprascr. pro glossa in Leid. II. quare deleatur rursus. OUD. In supp. verba: *quod poteris existimare utilitate cognita* Sch. ut ineptam glossatoris ap-

aut nos tuo studio diffisi, aut minus, quam res postulat, dixisse videamur. De quinta parte rhetoricae deinceps dicemus: tu primas quasque partes in animo frequenta, et, quod maxime necesse est, exercitatione confirma.

---

184 RHETORICORUM

AD

C. HERENNIUM

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Quoniam in hoc libro, C. Herenni, de elocutione conscripsimus, et quibus in rebus opus fuit exemplis uti, no-

pendiculam omisit; leguntur ea testibus Vratisl. musei Edd. in ABC. de ceteris tacuerunt. An igitur in DE. omissa? Deinde *ad ea te hortari* A. *ad eam te hortari* B. *ad eam te adhortari* D. *ad eam rem te adhortari* E., quod dedit Sch. Tum *est mea scientia* D. *Mea* ignorant reliqui omnes. *L.*

Ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffisi] Haud aliter Pall. aut quos consuluit Suffridus. Posterius cusi, *diffidere.* Minus recte; pendent enim isthaec ab subsequenti *videamur.* GRUTER. Duisb. Cratand. Rob. Steph. Ascens. edd. *ne aut tuo studio diffisi.* Meus MS. et ed. prima, *ne aut studio difficili aut minus.* In margine tamen mei MS. adscriptum erat *diffisi.* Al. *ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffidere.* Sane ista verba *aut tu nostro, aut* rectius absunt a libris melioribus. (Erfurtensis hic nos destituit, quia pagina est excisa.) Cur enim Herennius studio auctoris diffidat, si pluribus haec explicaret? Sed Herennii studio diffidere visus fuisset auctor horum Rhetoricorum, si nimis diu his exponendis immoraretur. GRAEV. Voss. I. III. Leidd. O. Ed. Med. *ne aut tuo studio diffisi.* Ed. Omn. *ne aut studio difficili.* Voss. II. *ne aut nos tuo studio d.* Bene. OUD. *Studio tuo* ceteris om. B. *tu nostro aut nos tuo st.* AC. *aut tuo st. diffisi aut minus* Ern., quod est in T. *L.* Voss. II. *ne aut minus.* OUD. Tum pro vv. *quam res post.* Sch. in priore ed. *quae res p.;* sed in altera ed. ad vulgatam rediit. *L.*

In animo frequenta] Lamb. ed. *in animo frequentato.* GRAEV. *Frequenta tuo* T. *Frequentato* A. *L.*

Exercitatione confirma] Lamb. ed. *exercitatione confirmato.* GRAEV. Voss. II. Ed. Med. *usu et exerc. conf.* OUD. *Exercitationem* E. *confirmam.* D.

CAP. I. *In hoc libro, C. Herenni*] Mihi non contigit nan-

stris exemplis usi sumus; et id fecimus praeter consuetudinem Graecorum, qui de hac re scripserunt; necessario faciendum est, ut paucis rationem nostri consilii demus. Atque hoc nos necessitudine facere, non studio, satis erit signi, quod in superioribus libris nihil neque ante rem, neque praeter rem locuti sumus. Nunc, si pauca, quae res postulat, dixerimus, tibi id, quod reliquum est artis, ita, ut instituimus, persolvemus. Sed facilius nostram rationem intelliges, si prius, quid illi dicant, cognoveris.
Compluribus de caussis putant oportere, cum ipsi prae- 185
ceperint, quo pacto oporteat ornare elocutionem, uniuscuiusque generis ab oratore, aut poëta probato sumtum ponere exemplum. Et primum se id modestia commotos facere dicunt, propterea quod videatur esse ostentatio

---

cisci ullum codicem in quo exstaret praenomen; in omnibus tantum est *Herenni.* Etiam Medicaea membrana hic *faciundum*, ut et in fine capitis XXIV. Sic contra video edi solere *aperiundum* I, 5, ubi omnes scripti *aperiendum.* IV, 47. in uno *amicitia gerunda.* Gronov. *Herenni.* Sic MSS. O. et Edd. pp. non *C. Herenni.* Oud. Omnes Codd. omittunt praenomen, omisitque Sch. *L.*

Quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris exemplis usi sumus] Lambin. ed. *quibus in rebus opus fuit exemplis, nostris usi sumus.* Pith. *quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris exemplis usi sumus.* Graev. *reb. maxime opus f.* B. *reb. maxime f. o.* A. Tum *nostris exemplis usi* BCE. Ernestius alterum *exemplis* delevit. *L.* *Usi fuimus* Voss. I. Oud.

Qui de hac re scripserunt] Duisb. *qui de hac arte scripserunt.* In ipso libri initio Pith. et Medic. cum aliis MSS. non agnoscit praenomen *C.* Sed scribitur *in hoc libro, Herenni.* Graev. Ita etiam in MS. Traiect. Burm. Leid. IV. *de hac arte scr.* Oud. Voc. *re* plane om. D. *L.*

Necessario faciendum est] Medic. *necessario faciundum est.* Graev. Ed. Med. *n. ergo f. e.* Voss. I. III. *faciundum;* recte. Oud. *Faciendum* ABCDE. Tum pro vv. *non studio* B. *non arrogantia studia.* *L.* Deinde in vv. *Nihil neque ante r.* cet, deest primum *neque* in Voss. III. *Neque post r.* Voss. II. III. In Ed. Med. *neque post.* Oud.

Nunc si pauca] Duisb. *Nos, si pauca.* Graev. Leid. IV. *nos si pauca.* Oud. Tum *res expostulat* C. *L.* Deinde MSS. quattuor et Ed. Omn. *uti instituimus.* Oud. Sic etiam BC. *Et institutum est, pers.* D. *L.*

Compluribus de caussis putant oportere] Medic. *disputant.* Utique et sic claudit: *magis nos auctoritate sua commovent, quam veritate disputationis*, ubi mirifice codex Medicaeus habet: *Haec illi cum dicunt magis nova auctoritate disputationis, illud veremur, ne cui satis sit.* Gronov. Medic. *compluribus de causis disputant oportere.* Bene. Graev. Deinde Voss. I. Leid. IV. Ed. Omn. *aut ab or. aut a poeta.* Leid. III. *a. ab or. et poeta.* Leid. I. *a. a. or. a poeta.* Oud. *Aut a poeta.* BDT. *L.*

quaedam, non satis habere praecipere de artificio, sed ipsos etiam videri velle artificiose gignere exempla: hoc est, inquiunt, ostentare se, non ostendere artem. Quare pudor in primis est ad eam rem impedimento, ne nos solos probare, nos amare, alios contemnere et deridere videamur. Etenim cum possimus ab Ennio sumtum, aut a Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia, illa relinquere, et ad sua devenire. Praeterea exempla testimoniorum locum obtinent. Id enim, quod admonuerit, et

---

Non satis habere praecipere de artificio] Duisb. *non satis habere artificio.* GRAEV. Verbum *praecipere* exsulat a Leid. IV. OUD. Paullo ante *ostentatio quaedam* omnes Codd. praeter unum Cortii, qui *quaedam* omittit, probante Ernestio. Differt ita: *ostentatio quaedam* modeste dicitur, genus quoddam ostentationis, non plane ac nude ostentatio; contra *ostentationem* qui alicui imputat, nihil dubii relinqui vult. *L.*

Sed ipsos etiam videri] Duisb. *sed ipsos iam videri.* Lamb. ed. *sed etiam ipsos videri velle.* GRAEV. MSS. quinque *sed etiam ipsos.* Voss. III. *sed etiam se ipsos.* Leid. IV. *sed iam ipsos.* Cod. T. et Ed. Med. carent v. *etiam.* OUD. *Sed et ipsos* B. *Sed etiam ip s* ACE. *L.*

Ne nos solos probare] Cauch. *ne ut nos solos.* GRAEV. *Ne non solum* A. sed vulg. a m. s. *L.* Paullo ante pro vv. *ad eam rem* Voss. III. *ad ea.* OUD.

Cum possimus ab Ennio sumtum, aut a Graccho ponere exemplum] Scripti omnes *sumere.* Neque enim τοῖς [vv.] *ponere a Graccho* debet necessario opponi *sumtum.* Ipse ait c. 3. dicens *ponimus hoc exemplum a Crasso.* GRONOV. Duisb. *Cum possimus ab Ennio, aut a Graccho ponere exemplum.* Non male. Al. MS. *Ab Ennio sumere, aut a Graccho.* GRAEV. Sic supra, ubi legitur, *aut poeta probato sumtum ponere exemplum,* in MS. Traiect. deest *sumtum.* BURM. Voss. I. III. Leid. II. IV. Edd. pp. *ab Ennio sumere.* Deest *sumtum* Leid. III. OUD. Pro v. *sumtum* exhibent *sumere* BCDET. omisit A. Pro *ponere exemplum* A. *sumere exemplum.* *L.*

Videtur esse arrogantia] Quidam liber MS. habet, *videtur esse arrogantiae.* Legendum fortasse est, *videtur esse arrogantis,* quamquam nihil mihi mutandum videtur. Sic enim supra non longe locutus est ibi, *propterea quod videatur esse ostentatio.* LAMBIN. Tres MSS. Pith. Cauch. Duisb. et editio Cratandri itidem, *videtur esse arrogantiae,* nisi quod in Duisb. etiam non compareat *esse.* In Pith. est quoque *videretur esse arrogantiae.* Sed edd. prima, Mediol. Stephanorum, aliaeque cum vulgatis legunt *arrogantia.* Utram sequamur, digitum non verterim. GRAEV. Leid. III. *videatur.* Deest *esse* Leid. IV. *Arrogantiam* Voss. I. *arrogantiae* Voss. III. Leid. II. III. IV. OUD. *Esse* om. AB. *arrogantiae* E. Sed *arrogantia* ABCDT. *Arrogantiae* etiam MS. Lips. teste Sch. *L.*

Id enim quod admonuerit] Pith. et margo Cratand. *Etenim quod admonuerit.* GRAEV. *Etenim* ABT. Vulgatum a m. s. in A.

leviter fecerit praeceptio, exemplo, sicut testimonio, 186
comprobatur. Non igitur ridiculus sit, si quis in lite, aut in iudicio, domesticis testimoniis pugnet, et sui ipsius abutatur exemplo? Ut enim testimonium, sic exemplum, rei confirmandae caussa sumitur. Non ergo oportet hoc, nisi a probatissimo sumi, ne, quod aliud confirmare de-

---

Tum *admoverit* A. sed vulg. a m. s. *Ammonuerit* B. *Etenim* probabat Ern. *L.*

Et leviter fecerit praeceptio, exemplo] Lamb. ed. *et leviter praeceperit ars et ratio, exemplo.* GRAEV. *Et leniter* B. *fecerit praeceptis* ACDE. Lambini lectionem tuetur B. *ars et ratio* addit D. Lambinum sequitur Sch. *L.*

Sicut testimonio comprobatur] Voss. III. *sicuti.* Leid. III. *comprobetur.* OUD. *Comprobari* D. *L.*

Non igitur ridiculus sit, etc.] Sic habent omnes fere libri et vulgati et manuscripti, quod idcirco annotavi, quod quidam temere reposuerunt: *Nonne igitur*, quasi vero *non*, sequente nota interrogationis, non idem valeat, quod *nonne.* LAMBINUS. Duo MSS. Pith. et Duisb. *non igitur ridiculum sit.* GRAEV. *Nam igitur* AC. sed in A. vulg. a m. s. *Sit rid.* A. *L.*

Aut in iudicio domesticis testimoniis pugnet, et sui ipsius abutatur exemplo] Secutus sum auctoritatem Pal. primi, cui suffragantur et alii, nisi quod ii, *testimonio abutatur.* Victorii editio invexit: *iudicio domestico pugnet, et sui ipsius testimonio abutatur.* At velim doceri, quid sit illud *iudicium domesticum.* GRUTER. Vict. et al. edd. *in iudicio domestico pugnet, et sui.* Pith. MS. *in iudicio testimonio pugnet domestico.* Rob. Steph. ed. *in iudicio domesticis pugnet testimoniis.* Lamb. ed. *aut in iudicio domesticis testibus pugnet.* Optime Palatini, quibus suffragatur Duisb. quos cum Grutero sequor. GRAEV. Voss. II. *domestico pugnet.* Leid. I. *domestico vv. test. pugn.* omissis. OUD. *Domestico* exh. A. sed vulg. a m. s. *Domestico pugnet* etiam T. *L.*

Sui ipsius abutatur testimonio] Grut. edd. *Sui ipsius abutatur exemplo.* Duisb. Pith. et edd. pleraeque, *sui ipsius abutatur testimonio.* Cratand. ed. *sui testimonio abutatur*, quod male Gruterus interpolavit, cum non tantum optimi codices et editiones repugnent, sed et sequentia innuant scribendum *testimonio*, cum dicit quod in iudicio testimonium sit, hoc exemplum esse in praeceptione. GRAEV. *Et sui ipsius abutatur exemplo.* Exsulant haec a Voss. I. III. Leid. II. III. Edd. pp. In Leid. I. *et sui testimonio abutatur.* Voss. II. Leid. IV. *et s. i. testimonio ab.* Quomodo vel legendum, vel cuncta haec delenda sunt. OUD. In Leoniceni Editione *domesticis testimoniis pugnet;* sequentia verba: *et sui ipsius testimonio abutatur*, absunt et sane, ut dicam quod sentio libere, videntur redundantia, et rei explicandae caussa adiecta temere locum obtinuisse. BRUT. Vulgatae consentit B. *Et sui ipsius testimonio abutatur* A. *Et sui i. ab. exemplo* absunt a CE. *Et suo — exemplo* exhibet D. Cod. Turic. totum locum ita exhibet: *domestico pugnet. et si ipsius testimonio dederit exemplum abutatur.* Locum corruptum iudicat Orell., Sch. vero, quia in iudiciis non testimoniis solum, sed exemplis quoque locus sit ad res probandas, verba ulteriora retenta sic scripsit: *et suo ipsius exem-*

beat, egeat ipsum confirmationis. Etenim necesse est aut se omnibus anteponant, et sua maxime probent, aut negent optima esse exempla, quae a probatissimis oratoribus aut poëtis sumta sunt. Si se omnibus anteponant, intolerabili arrogantia sunt. Si quos sibi praeponant, et eorum exempla suis exemplis non putent praestare, non possunt dicere, quare sibi illos anteponant.

CAP. II. Quid igitur ipsa auctoritas antiquorum?
187 nam cum res probabiliores, tum hominum studia ad imitandum alacriora reddit: immo erigit omnium cupiditates, et acuit industriam, cum spes iniecta est, posse imitando Gracchi, aut Crassi consequi facultatem. Postremo hoc ipsum est summum artificium, res varias et dis-

---

plo abutatur, vel, ut in novissima editione: *abutatur exemplo.* Ern. *et — exemplo* uncis inclusit. *L.*

Egeat ipsum confirmationis] Pith. *egeat id ipsum confirmationis.* Graev. Voss. I. II. Leid. I. II. IV. Edd. pp. *egeat id ipsum c.* Voss. III. *id egeat i.* Bene. Tum Leid. II. IV. Edd. pp. *confirmatione.* Oud. *Egeat id ipsum.* BC. *Egeat ad ipsum* E. *egeat ipsum* omisso *id* AD. *confirmatione* ABC. *affirmatione* E. *confirmationis* D. *L.* Tum Voss. I. II. Ed. Omn. *aut a poëtis.* Deest v. *sumta* Ed. Med. *Sint* exhibet Voss. II. III. Leid. I. II. Edd. pp. Oud. *Aut a poëtis* A. *Sumta sint* ACET. quod dedit Sch. Orell. *Nisi quae* in supp. exh. B. Deinde *anteponant* Oudendorpii omnes et ABCDE. Indicativum in hoc et in seqq. *praep. put.* de Ern. sententia dedit Sch.

Intolerabili arrogantia sunt] Duisb. *intolerabili arrogantia sint.* Graev. Voss. III. *intolerabilis arrogantia est.* Leid. IV. *sint.* Oud.

Non putent praestare] Pith. *non putant praestare.* Graev. Voss. III. Leid. I. *putant.* Oud. *Putant* BCD. *putent* AE. *L.*

CAP. II. *Quod igitur ipsa auctoritas antiquorum?*] Duisb. *Quid igitur auctoritas antiquorum?* Graev. Deest *igitur* Leid. I. *Ipsa* abest a Leid. IV. Oud. *Quid igitur valet ipsa* B. *auctoritas valet ant.* D. *L.*

Nam cum res probabiliores] Pith. *non tum res probabiliores.* Duisb. *nam tum res probabiles.* Graev. Voss. II. *Quo res p.* Leid. II. *Tum res.* Leid. IV. *probabiles.* Oud. *Nam tum* ABC. *Nam cum* E. *Non tum* D. In priore Sch. ed. est: *Nam quum res*, in altera: *Nam tum res.* In Cod. Turic.: *Nam cum quo res probabilior est, eo hominum — reddit.* Difficile h. l. dictu est, *quum-tum*, an *tum-tum* scripserit auctor. *Quum-tum* est fere idem, quod *et-et;* contra *tum-tum* proxime accedit ad significationem formulae *nunc-nunc.* Illud Germanice dixeris *sowohl-als auch;* hoc vero *bald-bald.* Illud, utrumque simul locum habuisse, significat; hoc, utrumque factum quidem, sed temporis diversitate notata, ostendit. Cf. diss. meae de Adv. Lat. sp. I. pag. 13. Ceterum *Non* pro *nam* recte scripsit cum Ern. Sch. addito in seqq. interrogationis signo. *L.*

Hoc ipsum est summum artificium] Al. *hoc ipsum summum*

pares in tot poëmatibus et orationibus sparsas et vage disiectas, ita diligenter eligere, ut unumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subiicere possis. Hoc si industria solum fieri posset, tamen essemus laudandi, cum talem laborem non fugissemus; nunc vero sine summo artificio non potest fieri. Quis est enim, qui non, cum summe teneat artem, possit ea, quae iubeat ars, de tanta et tam diffusa scriptura notare et separare? Ceteri, cum legunt orationes bonas aut poëmata, probant oratores et poëtas, neque intelligunt, qua re commoti probent: quod

---

est artificium. GRAEV. *Summum est a.* ABCE. *summum et a.* D. *L.*

In tot poematibus] Lamb. ed. *in tot poematis.* GRAEV. Ed. Med. *poematis.* OUD. *Pomematibus* D. Sed *poematis* etiam Ed. Cratandr. Reliqui tamen omnes *poematibus.* Ego non dubito, legendum esse *poematis*, forma usitatiore. *L.* Tum pro vv. *subiicere possis* Leid. II. *subiacere p.* Leid. III. *subi. possimus.* OUD. *Subicere* ABC. *possit* A. *L.*

Nunc vero sine summo] Sic fecerunt citeriores, quum olim ederetur *vere.* Sed in nullo MS. alterutrum reperire potui. GRONOVIUS. Edd. vett. *Nunc vere sine summo.* Erfurt. et quidam alii MSS. *nunc sine summo.* GRAEV. Deest etiam *vero* in MS. Traiect. BURM. Apage istud *vero* auctoritate MSS. O. et Edd. pp. Tum pro *potest* Voss. III. *posse*, et pro *fieri* Voss. II. *id fieri.* OUD. *Vero* illud exhibet A. *Potest illud fieri* D. Reliqui, etiam Cod. T., omittunt *vero.* *L.*

Quis est enim, qui nisi etc.] Sic edendum curavi, partim meo iudicio adductus, partim aliorum quorumdam auctoritatem secutus, quod scriptura vulgata ferri non posset, neque me veteres codices adiuvarent. Sed, ut dicam quod sentio, hunc locum transpositione vocum depravatum esse puto. Nam si ita scribatur: *Quis est enim, qui cum non summe teneat, etc.* sententia sit aperta et expedita, molestum sit tantum hoc κακέμφατον, *cum non*, quod Cicero vitare monet in Perf. Oratore. LAMBIN. Nonnullae ed. *quis est enim, qui non, cum summe teneat artem.* Erfurt. *Quis est enim qui non, tenet cum summe artem.* Prima, Mediol. Ascens. et Cratand. edd. firmant Lambini coniecturam, et eam postulat sententia, aut legendum, ut edidit Lambinus: *quis est enim, qui, nisi summe teneat artem.* Duisb. sane, *quis est enim, qui, nisi cum summe teneat artem.* Quod et ipsum aptius est huic loco. Nam vulgata ferri non potest, cum contrariam huic loco sententiam prodat. GRAEV. Voss. I. III. Leid. I. Ed. Med. *qui nisi cum s.* Voss. II. *qui cum non.* Leid. II. IV. *qui nisi summe cum.* Leid. III. *qui non summe cum.* Ed. Omn. *qui cum non s.* Dein *teneret* Voss. I. Leid. II. III. IV. Omnino sententia postulat lectionem *nisi.* OUD. Pro vv. *qui non cum* C. exhibet *nisi cum.* E. *qui non.* *Nisi* abest a D. Tum *artem s. tenere* B. *Tenet* A. *Summa* C. *Quis enim nisi quum summe* T. *Quis est enim, qui nisi summe,* Sch. et Orell. recte ediderunt. *L.*

Probant oratores et poëtas] Erf. *probant oratores bonos et poëtas.* Non male. GRAEV.

scire non possunt, ubi sit, nec quid sit, nec quo modo factum sit id, quod eos maxime delectet. At is, qui et
188 haec omnia intelligit, et idonea maxime eligit, et omnia in arte maxime scribenda, redigit in singulas rationes praeceptionis, necesse est eius rei summus artifex sit. Hoc igitur ipsum maximum artificium est, in arte sua posse et alienis exemplis uti. Haec illi cum dicunt, magis nos auctoritate sua commovent, quam veritate disputationis. Illud enim veremur, ne cui satis sit ad contrariam rationem probandam, quod ab ea parte steterint ii, qui et inventores huius artificii fuerunt, et vetustate iam

---

Quod scire non possunt] Lamb. ed. *quod scire non possint.* Idem. *Non possint* D. *L.*

Nec quid sit, nec quomodo] Duisb. *aut quid sit, aut quomodo.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. III. IV. *aut quid sit, aut quo m.* Ed. Med. caret vv. *aut quid sit*, sed habet *aut quo modo.* Oud. *Aut quid* ABDC. *aut quo modo* BCD. *L.* Tum *maxime delectat* MSS. duo. Oud. *Delectat* B. *Dilectat* D. *L.*

In arte maxime scribenda] Erf. *maxime in arte scribenda.* Cauch. *in arte maxima scribenda.* Graev. *Et omnia in arte maxime scribenda redigit.* Ita scriptum exstat in impressis; nos ex Gryphii exemplari MS. ita edidimus: *et omnia in arte maxima scribendo red.*, quae planissima lectio est. Neque nos tamen, si quis vulgatam malit, pugnare volumus. Brut. Oudendorpii Codd. nihil variant. *In arte maxima scr.* ABCT. *Scribendo* B. Itaque DE. v. *maxime* omittere videntur. Sch. de coniectura delevit, quem secutus est Orell. Recte. *L.*

Eius rei summus artifex sit] Pith. *eius rei summus sit.* Graev. *Summus artifex rei sit.* D. *Sit artifex* Lamb. *L.*

In arte sua posse] Erfurt. et Duisb. *in parte sua posse.* Graev. Voss. O. et Leid. tres *in parte s. p.* Abest *posse* a Voss. III. Oud. *In parte sua* DE. *L.*

Quam veritate disputationis] Erf. et Cratand. margo, *quam ratione disputationis.* Graev. Voss. I. III. Leid. I. a m. pr. *ratione disp.* [etiam Cod. Tur.] Oud. Paullo ante *auctoritate* omisso *sua* de sententia Ern. dederat Sch. pronomini nullum locum esse existimans, quum postea dicatur *illorum auctoritate.* Sed Codd. ABCE *auctoritate sua.* D. *sua auct.* Cod. Tur. *magis nova auct. nos com.* Oxonn. unus *sua* omittit, Schützio Ernestioque astipulans. *L.* Mox *enim* post v. *illud* omittit Voss. I. Oud. Omittunt pariter Cod. Tur. Oxonn. unus. *L.*

Quod ab ea parte steterint] Additum illud *parte* e Pall. plerisque, item Suffridi scriptis et Fabricaino. Grut. *Quod ab ea parte steterint* Pall. Erfurt. Cratand. margo, et edd. Grut. Aliae: *quod ab ea steterint.* Retinet hanc voculam etiam Duisb. Graev. Et MS. Traiect. a m. s. Burm. MSS. O. et Edd. pp. carent v. *parte.* Bene. deest *ii* Leid. IV. Oud. *Parte* habet unus D. *Steterunt* CD. Omittit *parte* etiam Cod. Turic. *L.*

Inventores huius artificii fuerunt] Erf. et Cauch. *inventores huius artificii fuerint.* Graev. Voss. I. Leid. I. IV. *fuerint.* Oud. *Fuerint* BC. *Sola vetustate* D. *L.*

satis omnibus probati sunt. Quod si, illorum auctoritate remota, res omnes volent cum re comparare, intelligent, non omnia esse concedenda antiquitati.

CAP. III. Primum igitur, quod ab eis de modestia dicitur, videamus, ne nimium pueriliter proferatur. Nam si tacere, et nihil scribere modestia est, cur quidquam scribunt, aut loquuntur? Sin aliquid suum scribunt, cur, quo secius omnia sua scribant, impediuntur modestia?
Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum, et steterit, 189

Satis omnibus probati sunt] Erf. et Cauch. *satis omibus probati sint.* GRAEV. Voss. I. Leid. I. II. III. Ed. Omn. *sint.* OUD. *Sint* C. *Probantur* pro *probati sunt* T. *L.*

Res omnes volent cum re comparare] malim sic legi: *rationes volent cum rationibus comparare.* LAMB. Voss. II. Leid. II. *volunt.* Leid. III. *vellent.* Leid. I. *comprobare.* OUD. Pro vv. *res omnes,* quas exhibent ABCDE. Sch. dedit *rem omnino.* Coniicit Orell. *rationem volent cum ratione*, quod placet. *L.*

Esse concedenda antiquitati.] Duisb. *esse comparanda antiquitati.* GRAEV. Leid. IV. *comparanda esse a.* OUD. *contendenda esse a.* A. (vulg. a m. s.) *concredenda esse* E. *L.*

CAP. III. *Quod ab eis de modestia dicitur*] Sic Erf. Cratand. et Grut. edd. Al. edd. *quod ab eis modestia dicitur.* GRAEV. *De* scriptum exstat in utroque Gryph. exempl. et Leon. Ed. In ceteris *de* abest BRUT. Leidd. O. *Primum igitur* (Leid. IV. *ergo.*) *ab eis quod de m. d.* cum Ed. Med. Bene. *De* abest a Voss. II. OUD. *Igitur* deest in D. *ab iis quod* exh. C. *ab his quod* E. *L.*

Nimium pueriliter proferatur.] Vulgati addiderant *inutiliter et*, quod reieci, fide quatuor Pall. et Bruil. GRUTER. Plerique MSS. et edd.: *nimium inutiliter et pueriliter proferatur.* Grut. *Nimium pueriliter proferatur;* sic et Cauchianus. GRAEV. Voss. I. *nimium et pueriliter pr.* suprascripto *inutiliter* a m. s. *nimium pueriliter et inutiliter* Leid. I. *nim. inutiliter et pueriliter.* Leid. II. III. IV. et Ed. pp. Voss. II. *inutiliter pueriliterque* OUD. *Inutiliter et p.* ACE. *inutiliter pueriliter* B. *L.*

Et nihil scribere] Erf. *et nil scribere.* Pith. *aut nihil scribere.* GRAEV. *Tacere et nihil scribere.* Leid. II. caret copula. In ceteris MSS. et Ed. Med. *tac. aut nihil scr.* Recte. OUD. *Et* unus A. *aut* BCDE. *Aut* dederunt Ern. Sch. Orell. In seqq. *aut locuntur.* ABD. *L.*

Cur, quo secius omnia sua scribant] Recepi vocem *sua* ex Pithoei codice, quod requirit sententia. Al. edd. et MSS. *omnia scribant.* GRAEV. In nullo meorum, nec Edd. pp. est *sua.* Leid. III. *omnia* etiam ignorat. Leid. I. III. *impediantur.* OUD. *Quo quoniam secius* D. *Sua* omittunt ABCDET. *Scribunt* B. *Impediantur* A. Reduxerat *sua* Sch., rursum omisit Orell. minime id necessarium indicans. Ita est. Facile enim ex supp. suppletur. *L.*

Si quis ad Olympiacum venerit cursum] Erf. *si quis Olympiacum venerit cursum.* edd. vett. *Si quis ad Olympia quum venerit cursum.* Lamb. ed. *si qui ad Olympiacum venerit cursum.* GRAEV. Voss. III. *Quasi quis ad O. cum v. c.* OUD. Scripsit Sch. *Quasi si quis ad Ol. quum venerit*, dempta in seq. voce *impudentesque* particula, ut protasis et apodosis magis clarescant. Sed *quum* deest

ut mittatur, impudentesque illos dicat esse, qui currere coeperint, ipse intra carceres stet, et narret aliis, quomodo Ladas aut Boius cum Sicyoniis cursitarint. Sic isti, cum

---

in ABCDE. *cursum venerit* est in C. Schützii scripturam comprobavit Orell. *L.*

Et steterit ut mittatur] Erf. et Pith. *et steterit ut omittatur.* Duisb. *et steterit, et ut omittatur.* Graev. Voss. I. *ut omittatur* supr. *imitator*, quod et supras. in Leid. I. *ut amittatur* Voss. III. *ut omittatur* Leid. II. IV. *ut imitetur* Leid. III. *ut emittatur* Ed. Med. *ut imitatur* Ed. Omn. cum Voss. II. a m. pr. pro *inmittatur* scil. Non male. Nihil tamen temere mutes. Oud. *Ut imitator* ABC. *ut admittatur* C. *unde mittatur* susp. Ern. e scriptura Ed. Med. *L.*

Impudentesque illos dicat esse] Lamb. ed. *impudentes illos dicat esse.* R. Steph. ed. *impudenter dicat illos esse.* Pith. *impudentesque dicat illos esse.* Graev. Copula *que* deest Ed. Med. et MSS. O. excepto Leid. IV. in quo *et impudentes.* Mox *esse* non agnoscit Ed. Med. Oud. *Que* omiserunt etiam ABCDE. Retinet copulam Cod. T. Recte expulerunt Sch. Orell. *L.*

Currere coeperint] Voss. III. Edd. pp. c. *coeperunt.* Oud. *ceperint* C. *coeperunt* D. *L.*

Ipse intra carceres stet] Al. *ipse intra carcerem stet.* Graev. MSS. et Edd. pp. *intra carcerem*, nisi quod in Leid. II. sit *intra in carcerem* et Leid. IV. simpliciter *in carcere.* Cur numerum istum mutarunt seqq. Editores? Oud. *Et ipse intra* D. *Carcerem* ABCD. *L.*

Quomodo Ladas, aut Boliscus Sicyonii] Sic restituit hunc locum Adr. Turnebus lib. 30. Advers. cap. 25. quamquam putat *Boiscus* legi posse. Ego *Boiscus* malo. Xenophon sane *Boiscum* quendam pugilem commemorat lib. 5. Ἀναβάσ. [V, 8. fin.] Lamb. Opinor scribendum *Boeus*, de quo Pausanias meminit in Laconicis; ab eoque conditam Boeam urbem fuisse in extremo Boeiatici sinus cornu scribit. F. Urs. Quum nullus non ex scriptis codicibus habeat *cum*, ea vox primo non debuit mutari. Licet *Boiscus* sit vere nomen proprium apud veteres, unde Boiscus Thessalus pugil Xenoph. 5. Exp. Cyri V, 8. fin. Nostri autem MSS. habent vel *Bois cum*, vel *Boys cum*, vel denique *Boyis cum sisoniis*, ut omnino vera manus fuerit: *Boius cum Sicyoniis;* quod interpretatur Pater lib. IV. Observ. c. 25., ubi praeter Boeos illic notatos adscripsit: *Βοῖος* nomen. Salmas. Sol. 65. Et mirum profecto, non cogitasse viros doctissimos hoc loco de his calceis, quum et ipse Balduinus hanc eorum appellationem satis illustret in libello de eis scripto, eorumque mentio satis frequens alibi occurrat. Gronov. Erf. *Laudas aut Bois cum Sidoniis cursitarint.* Pith. *Laudas aut Bois cum Sisoniis cursitarint.* Al. *Ladas aut Bois in Sinoniis cursitaverint.* Grut. ed. *Ladas aut Boiuscus Sicyonius cursitarint.* Lamb. ed. *Ladas aut Boiscus Sicyonii cursitarint.* Alii *Ladas aus Bolisicus Sicyonius cursitarit.* Haec omnia reiicit merito Ioann. Fred. Gronovius IV. Observ. 25. probatque: *Quomodo Ladas aus Boius cum Sicyoniis cursitarit*, hoc est calceamentis Sicyoniis, quorum etiam I. de Orat. meminit: *si mihi calceos Sicyonios adtulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles.* Lucret. [IV, 1121.] *pulchra in pedibus Sicyonia rident.* Phrasis qualis pro Valerio Flacco [c. 17.]: *ambulat cum lorica;*

in artis curriculum descenderunt, illos, qui in eo, quod
est artificii, elaborent, aiunt facere immodeste; ipsi aliquem
antiquum oratorem, aut poëtam laudant, aut scripturam,
sic ut in stadium artis rhetoricae prodire non audeant.
Non ausim dicere, sed tamen vereor, ne qua in re 190
laudem modestiae venentur, in ea ipsa re sint impudentes.
Quid enim tibi vis? aliquis inquiet; artem tuam scribis:
gignis nobis novas praeceptiones: eas ipse confirmare non
potes: ab aliis exempla sumis. Vide ne facias impudenter,

---

qualis in II. Antoniana [Philipp. II, 31.]: *cum Gallicis et lacerna cucurristi.* Boius, Boeus, Βοῖος Graeca esse nomina ibidem docet, ubi vide plura. Graev. *Ladas aut Boyus etc. Ladas, aut Boliscus Sicyonii*, Lamb. et Adriani Turnebi coniectura. Brut. Ed. Med. Voss. I. cum Leid. I, a m. s. *Ledas.* Leid. IV. *Lydas.* dein *Boys* vel *Bojis* MSS. O. cum Ed. Med. item *cum Sinoniis, cum Sisoniis, cum Sissoniis*, et similiter corrupte. Suprasc. in Voss. *Sicionius.* Oud. *Ledas* ABE. *lydias* C. *laudes* D. *Aut Bois* BC. *Aut si sonis bonis* D. Tum *sioniis* (a m. s. *sisoniis*) A. *sysoniis* BCE. *siphoniis* D. Recte ediderunt recentissimi: *Ladas aut Boius cum Sicyoniis. L.*

In artis curriculum descenderunt] Erf. *in artis curriculum descenderint* Graev. Ed. Omn. *in a. periculum descenderint.* Oud. *In artis* curriculum ABCDE. Iidem *descenderunt*, nisi quod D. *disc. L.*

Qui in eo, quod est artificii, elaborant] Sic Duisb. Al. *qui in eo, quod est artificii, elaborent.* Graev. Leid. III. *in eo quidem artificio.* Voss. III. Leid. IV. *elaborant.* Oud. *Elaborant* indic. in prima ed. dederat Sch. *elaborent* coni. in altera restituit. *Elaborarent* A. *eborent* B. *hae laborent* D. *elaborant* T. Ern. aut *descenderint — elaborent*, aut *descenderunt — elaborant* scribendum censuerat. Coniunctivus quum locum habeat in re, quae ut intellecta tantum et cogitata profertur, h. l. erit praeferendus. *Illi qui elaborent* sunt *quicunque elaborant. L.*

Sic ut in stadium artis rhetoricae] Sic reposui, cum in libris omnibus, praeterquam in lib. editionis Colin. et Car. Steph. et in uno manuscripto legatur, *in studium*, plane mendose. Lambin. Erf. *in studium artis rhetoricae.* Graev. MSS. plerique *in studium* cum Ed. Omn. Male *non audent* mox Leid. IV. Oud. *Studium* ABC. *Stadium* DE. Tum *non audiant* A. *L.*

Laudem modestiae venentur] Erf. *laudem modestiae verentur.* Duisb. *laudem modestiae venerentur.* Graev. Voss. III. *invenerunt.* Leid. IV. *venerentur.* Oud. *Venerantur* (vulg. a m. s.) A. *veneretur* D. *L.*

In ea ipsa re s. impudentes] Leid. III. *et in ipsa re.* Voss. III. Ed. Med. *imprudentes.* Oud.

Aliquis inquiet] Erf. *aliquis inquit.* Graev.

Artem tuam scribis, gignis] Duisb. *artem tuam scribis nobis, gignis.* Graev. Addit *nobis* Leid. IV. Oud.

Gignis nobis novas] Erf. *gignis novas nobis.* Graev. Abest *nobis* a Voss. III. et mox *ipse.* Oud.

Ab aliis exempla sumis] Pith. *ab aliis exemplis sumis.* Graev.

qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudem. Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores, et poëtae, et suum quisque de libris sustulerit; nihil istis, quod suum velint, relinquetur. At exempla, quoniam testimoniorum similia sunt, item convenit, ut testimonia, ab hominibus probatissimis sumi. Primum omnium exempla ponuntur hic non confirmandi, neque testificandi caussa, sed demonstrandi. Non enim cum dicimus esse exornationem, quae, verbi caussa, constet ex similiter desinentibus verbis, et ponimus hoc exemplum a Crasso, *quibus*

Volumina prehenderint] Pith. *volumina apprehenderint*. Graev. Voss. I. *Nam si a contrariis eor.* etc. Leid. I. a m. pr. et Voss. II. *n. si tua volumina* MSS. O. et Ed. Omn. *prenderint*. Ed. Med. *o mprehenderint*. Oud.

Et suum quisque de libris sustulerit] Haec scriptura est profecta in Gruterianas et omnes illam sequentes editiones, ex emendatione et coniectura Turnebi, cum omnes editi ante Gruterum, quos quidem vidi, vidi autem plurimos, et pleriqne MSS. *et suum quisque de libris suis tulerit*, corrupte quidem, unde Turnebo emendandi fuit occasio data, *suis tulerit* mutandi in *sustulerit*. Sed invitis libris omnibus non erat recipiendum in contextum. Veram auctoris manum nobis servarunt Cauch. et Duisb. membranae: *Et suum quisque de libris tuis tulerit. ferre* pro auferre. Virg.: *Omnia fert aetas, animum quoque.* Graev. MSS. V. cum Ed. Med. *de libris suis tulerit.* Voss. II. *d. l. tuis tulerit* cum Ed. Omn. Leid. IV. *quisquis d. l. tuis tulerit.* Bene, si in seqq. legas e Leid. IV. *nihil istis, quod tuum esse velis, relinquetur.* Oud. *De libris suis* AC. *de verbis suis* D. *Tulerit* ABCD. *De libris suis* etiam duo Oxonn. *L.*

Nihil istis, quod suum velint, relinquetur.] *Istis*, nimirum libris. Non inepte tamen Duisb. *nihil tibi, quod tuum esse velis, relinquetur.* Si plures libri consensissent, non repugnarem. Graev. Leid. IV. *nihil tibi. Velint* abest ab Ed. Omn. Oud. Scripsit Sch. *quod suum vocent.* Locum corruptum sic emendare agressus est Orell., ut scribendum censeret aut: *Nam si tua volumina prehenderint antiqui oratores et poetae et suum quisque de libris tuis tulerit, nihil tibi, quod tuum esse velis, relinquetur;* aut glossematis expunctis: *Nam si eorum volumina prehenderint antiqui o. et p. et suum quisque tulerit, nihil istis relinquetur;* quo duci etiam ait scripturam Cod. Turic. *et suum quisque tulerit de libris tuis* a pr. m.; *de libris tulerit tuis* a s. m. *L.*

Item convenit] Duisb. *ita convenit*. Graev. Voss. I. *item ita c.* Leid. IV. Ed. Med. *ita conv.* Ed. Omn. *te conv.* Oud. *Item* ABCDE. *L.*

Primum omnium exempla] Erf. *primum omnia exempla.* Graev.

Non confirmandi, neque testificandi] Duisb. *nec* (Erf. *neque*) *confirmandi, nec testificandi.* Graev. Ed. Omnib. *ponentur.* Leid. IV. *nec c. nec.* Oud. *Ponuntur hi* B. *pon. hec.* D. Tum *neque conf.* D. *nec test.* A. *L.*

Esse exornationem] Erf. *exornationem esse.* Graev.

Quibus possumus, et debemus] Haec sunt ex oratione Crassi, quam habuit ad Quirites, cum ageret caussam Senatus. Sic autem

possumus et debemus, non testimonium collocamus, sed 191
exemplum. Hoc igitur interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur id, quod dicimus, cuiusmodi sit: testimonio, esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. Praeterea oportet testimonium cum re convenire; aliter enim rem non potest confirmare. at id, quod illi faciunt, cum re non convenit. Quid ita? quia pollicentur artem se scribere, et exempla proferunt ab iis plerumque, qui artem nescierunt. Tum quis est, qui possit id, quod de arte scripserit, comprobare, nisi aliquid scribat ex arte? Contraque faciunt, quam polliceri videntur. nam cum scribere artem instituunt, videntur dicere se excogitasse, quod alios docerent: cum vero scribunt, ostendunt nobis, quid alii excogitarint.

---

hunc locum restitui ex lib. 1. de Orat. ad Qu. Fratrem, ubi plura ad hunc locum pertinentia referuntur, ex quibus haec tantum adscribam. *Nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus, et debemus.* Lambin. Vulg. *omnes quod possumus et debemus.* Pith. *quod possumus et debemus.* Graev. *Quibus possumus et debemus.* Huius loci restituti laus Lambino debetur. Antea enim *quod possumus;* ut ad vocem *testimonium* referretur, legebatur: et quidem nulla cum ratione. Crassi enim sunt verba ex eius oratione, exempli caussa ad genus illud orationis demonstrandum sumpta. Brut. MSS. O. et Edd. pp. *quod p. et d.* Oud. *quod possumus* ABCDE., nisi quod *posuimus* AC. Commemoratur etiam hic Crassi locus apud Cic. de Orat. I, 52. *L.*

Non testimonium collocamus] Negativam addidi suasu Pal. quarti ac quinti, nec aliter Bruil. Gruter. Ab edd. plerisque MSS. abest *in.* Grut. ed. *Non testimonium collocamus, sed exemplum.* Graev. Deest *non* Voss. III. Leid. II. III. IV. Ed. Omnib. Oud. *Non testimonium* BD. *Non collocamus* (a m. s.) A. *collocavimus* C. Recte omiserunt *non* Sch. et Orell. *L.*

Exemplo demonstratur] Erf. *quod exemplo demonstratur.* Graev.

Praeterea oportet testimonium cum re convenire] Erf. *Convenit testimonium cum re convenire.* Non male. Graev.

Aliter enim rem non potest] Erf. *aliter enim non potest rem.* Graev.

Confirmare, at id] Erf. *Confirmare, quid ita? at id.* Graev.

Non convenit. Quid ita? quia] Erf. *non convenit. quia.* Graev. Voss. I. Leid. I. *Cur ita?* Voss. II. *quid igitur?* Oud. *interest igitur* AD.

Scribere, et exempla] Erf. et Pith. *scribere, exempla.* Graev.

Aliquid scribat ex arte] Pith. *aliquid scribat de arte.* Graev. Voss. III. *a. s. de arte.* Oud.

Quod alios docerent] Leid. III. *ut aliquos d.* Voss. O. et Ed. Omn. *q. a. doceant.* Leid. I. *q. a. docent.* Oud.

Alii excogitarint.] Leid. III. Ed. Omn. *al. excogitaverint.* Oud.

CAP. IV. At hoc ipsum difficile est, inquiunt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? utrum laboriosum, an artificiosum? Si laboriosum, non statim praeclarum; sunt enim multa laboriosa, quae si faciatis, non continuo gloriemini: nisi forte etiam, si vestra manu fabulas, aut
192 orationes totas transcripsissetis, gloriosum putaretis. Sin autem istud artificium egregium dicitis, videte, ne insueti rerum maiorum videamini, si vos parva res, sicuti magna, delectat. Nam isto modo eligere rudis quidem nemo potest, sed sine summo artificio multi. Quisquis enim audierit de arte paullo plus, in elocutione praesertim, omnia

---

CAP. IV. *At hoc ipsum difficile est*] Erf. non agnoscit *at*. Al. *at hoc ipsum est difficile*. Graev.

Si laboriosum] Ab Erf. abest *si*. Idem.

Nisi forte etiam, si vestra manu] Duisb. *nisi etiam etsi vestra manu*. Lamb. et al. edd. *nisi forte si vestra manu*. Al. edd. *nisi etiam si vestra manu*. Graev. Deest *forte* Voss. I. Leid. O. In Voss. III. *nisi etiam si forte*. Leid. IV. *nisi etsi*. Oud. *Forte* omm. ACDE. Utrumque voc. *forte etiam* om. B. *L.*

Orationes totas transscripsissetis.] Duisb. *orationes totas transscripsetis*. Graev.

Gloriosum putaretis] Erf. *gloriosum id putaretis*. Graev.

Sin autem istud artificium egregium dicitis] Scripti nostri omnes *artificiosum*, ut omnino decet esse, sive construas *sin autem istud artificiosum dicitis egregium*, sive *sin autem istud difficile dicitis artificiosum egregium*, quod doctius est quam ferre potuerunt, plane ut alii semidocti haeserunt ad illa *pessimum publicum, optimum publicum*, de quo alias. Gron. Edd. et multi MSS.: *Sin autem istud artificium egregium dicitis*. Cratand. margo: *sin autem istud artificiosum et egregium dicitis*. Erf. et Cauch. nec non illi MSS. quos Iac. Gronovius excussit: *sin autem istud artificiosum*, idque merito probat. Graev. Leid. I. *s. a. i. artificiosum et egr.* MSS. ceteri et Edd. pp. *s. a. i. artificiosum egregium*. Quae unice vera est lectio. Oud. In prima ed. Sch. corr. *artificiosum egregie*. In nupera: *artificium egregium*, quod iam Ern. voluit. *et artificium egr.* ABDE. *artificiorum egr.* C. Orell. *artificiosum et egregium*. Male. Sch. verum vidit cum Ern. *L.*

Videte, ne insueti rerum maiorum videamini] Erf. et Cratand. margo: *videte ne* (Erf. *neve*) *vos insinuetis vos minores, quum maiores videamini*. Graev. Leid. I. a m. pr. *insinuetis cum maiores*. Voss. III. *insinuati r. m.* Ed. Med. *vos ins. r. m.* deest verbum Leid. IV. Oud.

Sicuti magna delectat.] Erf. *sicut magna delectarit*. Graev.

Nam isto modo eligere] Duisb. *Nam eligere*. Idem.

Rudis quidem nemo potest] Erf. *rudis quidem nemo poterit*. Idem.

Quisquis enim audierit de arte] Erf. et Pith. *quisquis enim audivit de arte*. Graev. *Quisquis enim audierit*. Sic solus dat Voss. II. In ceteris MSS. et Edd. pp. *q. e. audivit*. Oud. *audiunt* B. *audivit* AEC. In D. haec leguntur post v. *multi: summum artificium est, non solum quae exacta sunt, intelligere, sed etiam ex-*

videre poterit, quae ex arte dicuntur; facere nemo poterit, nisi eruditus: ita ut, si de tragoediis Ennii velis sententias eligere, aut de Pacuvianis periodos, quia plane rudis id facere nemo poterit, cum feceris, te literatissimum putes, 193
ineptus sis; propterea quod id facile faciat quivis mediocriter literatus: item si, cum ex orationibus, aut poëmatis

---

acta scribere artificio multiplicat quibus enim audiunt de arte paulo paulo plus. L.

Quae ex arte dicuntur] Erf. et Duisb. *quae ex arte dicentur* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *q. e. a. dicentur.* Oud.

Ita ut si de tragoediis Ennii velis] Erf. et Cauch. *Ita ut si de tragoediis velis.* Lamb. ed. *Itaque ut, si de tragoediis Ennii velis.* Al. ed. *ut, si de tragodiis Ennii velis.* Graev. Ed. Med. *ita ut.* Oud. *Ita ut* ABCDE. *Itaque ut* T. *Ut si* recte scr. Orell. *L.*

Aut de Pacuvianis periodos] Erf. *aut de Pacuvianis periodis.* Graev.

Quia plane rudis id facere nemo poterit] His olim praemittebatur vocula *sed*, quam deleverunt posteriores; recte, si eam non invenerunt in scriptis; verum ideo negligere non debuerant aliud, quod in omnibus vetustis codicibus legi opinor, quum certe in nostris sit, ut in Medicaeo, *nam si quia.* in alio erasa antiqua, *nam si*, quod et in tertio. Habebis perfectissimam pericopen, legendo: *Ita ut si de tragoediis Ennii velis sententias eligere, aut de Pacuvianis periodos, tum si, quia plane rudis id facere nemo poterit, cum feceris, te litteratissimum putes, ineptus sis.* Est idem sermonis processus et interiectio vocularum istarum eadem Virgilianae I. Aen.:

At veluti magno in populo quum saepe coorta est
Seditio, saevitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat;
Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Aspexere, silent.

Gronov. Edd. ante Grut. *sed quia plane rudis id facere,* Pith. *at non quia plane rudis id facere.* Medic. *Nam si quia plane rudis id facere.* Al. *Nam si plane rudis id facere.* Sed optime Erfurt. *Num si quia plane rudis id facere nemo poterit.* Graev. Leid. I. Voss. III. Ed. Med. *si quia p. r.* Voss. I. *non si,* suprasc. *nonne si.* Voss. II. Leid. II. IV. *num si quia p. r.* Verissime: ut iam vidit Graevius. Desunt haec Leid. III. nisi quod tamen agnoscat *num.* Oud. *Periodos non si quia* CDE. *nam si* A. *quia plane periodos* B. Tum *rudis idem* A. *Non si quia.* etiam Cod. Turic. *L.*

Cum feceris] Voss. III. *cum id faceres.* Oud. *Confeceris* A. *L.*

Quivis mediocriter litteratus] Erf. *quis mediocriter litteratus.* Graev.

Item si, cum ex orationibus] Erf. *item cum ex orationibus.* Duisb. *item si ex orationibus.* Graev. Deest *cum* Voss. III. Leid. IV. Oud. Pro *si, cum* A. *sicut.* *L.*

Aut poëmatibus] Cauch. et Edd. quaedam, *aut poëmatis.* Graev. *Poëmatibus.* MSS. O. bene. *aut ex poematibus* Ed. Omnib. Oud. *Poëmatibus* ABCDET. Atque ita recte dedit Orell. Sic enim solet hic scriptor. *L.*

elegeris exempla, quae certis signis artificii notata sunt, quia rudis id nemo facere possit, artificiosissime te fecisse putes, erres; propterea quod isto signo videmus te non nihil huius rei scire: aliis signis, multa scire intelligimus. Quod si artificiosum est, intelligere quae sunt ex arte scripta, multo est artificiosius, ipsum scribere ex arte. Qui enim scribit artificiose, ab aliis commode scripta facile intelligere poterit: qui eliget facile, non continuo ipse commode scribit. Et si est maxime artificiosum; alio tempore utantur ea facultate, non tum, cum parere ipsi

---

Certis signis artificii notata sunt] Pith. *certis signis artificii nota sunt.* Graev.

Te fecisse putes, erras] Lamb. et Grut. edd. *te fecisse putes, erres,* contra MSS. fidem. Graev. Voss. II. III. Edd. pp. *erras.* Minus bene; respondet superioribus *ineptus sis.* Oud. *Erras* etiam BDE. *L.*

Te non nihil huius rei scire] Sic reposui ex Erfurt. Cauch. et Pith. Vulg. *te non nihil eius scire.* Graev. Desunt male *huius rei* Voss. I. III. Leid. II. III. *eius r.* Ed. Omn. Oud. *huius* vel *eius rei* om. ABCE. Ceterum verba: *isto signo videmus te non nihil huius rei scire, aliis rebus multa scire intelligemus. Quod*, eiecit Sch. manum interpolatoris agnovisse sibi visus. *Atqui*, inquit, *non quaerebatur, quam pauca aut multa aliquis sciret, sed utrum exempla ex orationibus et poematis eligere omnium artificiosissimum esset. Hoc recte negatur, propterea quod, si artificiosum est, intelligere, quae sint ex arte scripta, multo est artificiosius, ipsum scribere ex arte, ut fere manibus deprehenderimus glossatorem, qui pro sua sapientia infersit ista: isto signo — intelligemus, non solum sensu inepta, sed etiam verbis male conformata. Sch.*

Aliis signis te scire multa] Legendum, libris omnibus repugnantibus: *te nescire multa.* Lamb. *Aliis signis multa scire intelligemus.* Istud malui cum Pall. pr. quarto: quam vulgatum *te scire multa intelligimus.* Libri hic valde sunt mendosi; nulli tamen accedebant illi, Lambiniano: *aliis signis multa nescire intelligimus.* Grut. Al. Edd. *aliis signis te scire multa.* Pith. *Aliis signis scire intelligimus.* Lamb. ed. *Aliis signis te nescire multa intelligimus.* Graev. *Intelligimus* Ed. Med. In MSS. O. et Ed. Omn. *intelligemus.* Oud. *Multa te scire intelligimus* C. *L.*

Quae sunt ex arte scripta] Erf. Cauch. et Pith. *quae sint ex arte scripta.* Graev. Voss. I. II. Leidd. tres *sint*, bene. Oud. *Quae sint* etiam ABCE. *L.*

Qui enim scribit artificiose] Lamb. ed. *qui enim ipse scribet artificiose.* Cratand. *qui enim ipse scribit artificiose.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. III. Edd. pp. *qui enim ipse scr.* In Voss. I. Leidd. tribus *scribat*, cum Ed. Med. Oud. *Qui enim ipse scribet* AET. *Ipse scribit* DC. *ipse scriberet* B. *L.*

Qui eliget facile] Pith. *qui vero eliget facile.* Graev. Voss. III. *quod autem el. f.* Oud.

Commode scribit] Lamb. ed. *commode scribet.* Graev. Leid. III. *scribet.* Oud.

et gignere et proferre debent. Postremo, in eo vim artificii consumant, ut ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur. Contra ea, quae ab 194
iis dicuntur, qui dicunt alienis se exemplis uti oportere, satis est dictum. Nunc, quae separatim dici possunt, consideremus.

CAP. V. Dicimus ergo, eos omnes, ideo quod alienis utantur, peccare, tum etiam magis delinquere, quod

---

Et proferre debent] Pith. *et facere debent*. Graev.

Postremo, in eo vim artificii consumant] Duisb. *postremo id ipso iura artificii confirmant*. Graev. Leid. IV. *id ipso iura art. confirmant*. Oud.

Ut ipsi ab aliis] Duisb. *et ipsi ab aliis*. Omnes isti versus: *Commode scripta facile intelligere*, usque: *ut ipsi ab aliis potius*, in Erfurtensi desiderantur, quia luscosus scriba ab his verbis *ab aliis*, neglectis quae interveniebant, transilit ad inferiora, ubi, itidem *ab aliis* habetur. Graev. Deest *ut* Voss. III. Leid. III. Ed. Omn. *et ipsi*. Leid. IV. *ipsi ut* Ed. Med. Oud.

Boni electores] Duisb. *boni doctores*. Erf. *boni electores existimantur*. Vulgg. *boni electores existimentur*. Graev.

Quae ab iis dicuntur] Voss. III. *ab aliis*. Oud. *Ab his* ABCE. *L.*

Dicunt alienis se ex. uti op.] Leid. II. caret v. dicunt. Abest *se* a Leid. I. II. III. Voss. III. (in quo suprascr. *non*) et Ed. Med. Oud. *Al. se exemplis* ADT. *L.*

Nunc quae separatim] Legendum, ut habent duo libri manuscripti: *nunc separatim, quae*. etc. Lamb. Voss. I. Leid. I. Ed. Omn. *q. s. d. possint*. al. *sep. quae*. Oud. *Separatim quae* BCD. *Possint*.

CAP. V. *Dicimus ergo eos omnes*] Sic nullus veterum codicum, qui habent: *D. e. eos cum ideo, quod alienis utantur, peccare, tum etiam magis;* quod est rectissimum. Gronov. Erf. *dicimus igitur eos, cum ideo, quod alienis utantur*. Pith. *dicimus ergo eos, tum ideo quod alienis utantur*. Edd. vulgatae: *Dicimus ergo, eos omnes ideo quod alienis utantur*. Brevius Duisb. *dicimus ergo qui alienis utuntur*. Approbanda scriptura Erfurtensis, quam et in aliis libris invenerunt viri docti, et probarunt, quamvis valde mihi blandiatur Duisburgensis codicis brevitas. Graev. In impressis legitur: *ideo quod alienis utantur;* in uno Gryph. multo planius: *cum in eo, quod alienis utantur;* quae eadem lectio in Leonic. libro habetur. Brut. Voss. I. III. Leid. I. II. III. Edd. pp. *dicimus igitur eos tum* (vel *eum*) *ideo quod*. Voss. II. *d. igitur omnes eos tum eo quod*. Leid. IV. *d. ergo eos qui*. Mihi placet plerorumque MSS. et Edd. pp. lectio. Oud. *Dicimus ergo* BDE. *Eos cum ideo* (*tum* a m. s.) AE. *Utamur* B. *Dicimus igitur eos tum ideo* Cod. Turic. *Omnes* abest ab O. *Dicimus igitur, eos tum ideo* recte scripserunt Sch. Orell. *L.*

Alienis utantur] *Exemplis* addit Ed. Med. Oud.

Magis delinquere] Ed. Med. *multo magis*. Voss. III. *peccare* Oud. *Tum magis etiam d.* ABCDE. Recte. *L.*

a multis exempla sumant; sed de eo, quod postea diximus, ante videamus. Si concederem, aliena oportere adsumere exempla, vincerem unius oportere: primum, quod contra hoc nulla staret eorum ratio. Liceret enim eligerent, et probarent quemlibet, qui sibi in omnes res suppeditaret exempla, vel poëtam, vel oratorem, cuius auctoritate niterentur. Deinde interest magni eius, qui discere vult, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse. Si enim putabit posse omnia penes
195 unum consistere, ipse quoque ad omnium nitetur facultatem; sin id desperabit, in paucis se exercebit; ipsis enim

---

Sed de eo, quod postea diximus] Erf. et Duisb. *et de eo, quod postea diximus.* Graev. Leid. I. IV. et Ed. Omn. *sed et.* Leid. IV. *dixerimus.* Deest *ante* Voss. III. MSS. quinque *antea.* Oud. *Sed quod postea de eo diximus* B. *L.*

Assumere exempla] Voss. III. *sumere e.* Oud. *Aliena exempla op. ass.* B. *sumere ex.* D. *L.*

Vincerem unius oportere] Erf. *vincerem unius illos oportere.* Pith. *convincerem unius oportere.* Graev. Voss. III. Leid. III. Ed. Med. *convincerem u. o.* Oud. *Convincerem* etiam D. Tum *illos unius op.* C. *oportere illos un.* D. *L.*

Primum quod contra hoc] Lamb. ed. *primum contra hoc.* Graev. Deest *quod* Voss. III. *Haec* Voss. I. deest Ed. Omn. Oud. Pro *quod* A. *qui;* a m. s. *quidt.* Tum *haec ulla* B. *Quod* omiserat Lamb. *hoc* om. Cod. Turic. propterea Orell. uncis inclusit. *L.*

Staret eorum ratio] Erf. *staret illorum ratio.* Graev. MSS. plerique et Ed. Med. *illorum.* Oud. *Illorum* AC. *Eorum* om. B. *L.*

Liceret enim eligerent] ita Edd. vulg. Longe commodius et suavius Erfurt. Duisb. Cauch. et Cratand. aliaeque vett. edd.: *licet enim eligerent.* Graev. Leid. I. IV. *licet en. el.* Oud. *Liceret* exhibent ABC. *Licet* DE. *Licet* dedit Sch. *Liceret* e Cod. T. reduxit Orell.

Utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse.] Pall. aliquot et Petreii nostri, item Bruil. praeferunt: *utrum ab uno omnia, an omnia a nemine, an aliud ab alio.* quod an de veritate concertet cum vulgato, perpendat otiosior me. Gruter. Erf. et al. MSS. *Utrum ab uno omnia an omnia a nemine, an aliud ab alio putet consequi posse.* Lamb. ed. *Utrum unum aliquem omnia.* etc. Graev. Voss. III. non male: *utrum omnia ab uno, an omnia a nemine, an aliud ab alio.* Leid. IV. *utrum omnia omnia, an omnia a nemine, an aliud ab alio.* Ed. Omn. *utrum omnia ab uno, an om. neminem,* etc. Ed. Med. *vel aliud alium.* Oud. *Utrum et unum* C. *An neminem omnia* A. *an aliud* A. vulg. *sed al.* a m. s. *Putat* pro *putet* D. *L.*

Si enim putabit] Duisb. *si enim putaverit.* Graev. Leid. IV. *putaverit.* Oud. *Putabit* ABCDE. *Omnia putabit posse.* B. *L.*

Penes unum consistere] Erf. *Posse omnia per unum consistere.* Graev.

Sin id desperabit] Al. *si id desperabit.* Al. *sin id desperarit.* Duisb. *sin id desperat.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *si.* Leid. IV. *desperat.* Ed. Med. *desperaverit.* MSS. quinque et Ed. Omn. *si*

contentus erit; nec mirum, cum ipse praeceptor artis omnia penes unum reperire non potuerit. Adlatis igitur exemplis a Catone, a Gracchis, a Laelio, a Scipione, Galba, Porcina, Crasso, Antonio, ceterisque; item sumtis aliis a poëtis et historiarum scriptoribus, necesse erit, eum, qui discet, ab omnibus putare omnia, ab uno pauca vix potuisse sumi. Quare si unius alicuius esse similem satis habebit, omnia, quae omnes habuerint, solum habere se posse diffidet. Ergo inutile est ei, qui discere vult, non putare unum posse omnia. Igitur nemo in hanc incidet

---

id desperarit, bene Oud. *Si id* BDE. *Desperavit* ABCE. *Desperabit* recte tuiti sunt Sch. Orell. *L.*

Ipsis enim contentus erit] Edd. nonnullae ex coniectura Lambini, *ipsis etiam contentus erit.* Lamb. ed. *his enim contentus erit.* Graev.

Omnia penes unum] Pith. *omnes penes unum.* Idem.

Reperire non potuerit] Al. *reperire non poterit.* Graev. Voss. III. Edd. pp. *r. n. poterit.* Oud.

A Catone] Voss. III. *a Platone.* Oud.

A Gracchis] Pith. *a Graccho.* Graev.

Item sumptis aliis] Leid. II. *item sumptisque al.* Ed. Med. *itemque.* Oud.

Aliis a poëtis et historiarum scriptoribus] Erf. *Aliis a poëtis aliis historiarum scriptoribus.* Lege: *Aliis a poëtis, aliis ab historiarum scriptoribus.* Graev. Voss. I. *et ab h. sc.* Ed. Med. *historiae.* Oud. Scripsit Sch. *aliis ab historiarum scriptoribus* Graevium secutus. *Ut historiarum scr.*, omm. *ab aliis*, exhibent ABCDE. *Et hist. scr.* T. *L.*

Ab omnibus putare omnia] Erf. *putare ab omnibus omnia.* Graev.

Quare si unius alicuius esse similem] Erf. *Quare unius alicuius esse similem.* Duisb. *quare se unius alicuius esse similem;* unde non inepte Lambinus edidit: *quare si se unius alicuius esse similem;* quamvis et Duisburgensis non sit spernendus. Graev. Voss. I. *un. al. esse se sim.* a Voss. II. abest *si.* In III. et Leid. I. *se un. al. esse sim.* II. Ed. Med. *unius se alic. sim. esse* III. *un. al. se esse sim.* IV. *un. al. sim. se esse.* Placet mihi Voss. I. lectio. Oud. Pro *si unius* BE. *unius se.* C. *unius seu* D. *se unius.* A. *unius se*, sed *alicuius se* a m. s. Dein *alicuius* om. A. Tum *similem* omisso *se* B. *se esse sim.* A. *esse sim.* om. *se.* CD. *Se unius alicuius esse similem* Cod. Tur. ex quo recepit Orell. Deinde quod sequitur *omnia* omnes exhibent Codd. etiam ABCDET. Ern. uncis inclusit ut spurium, Sch. delevit, Orell. uncos reduxit. *L.*

Solum habere se posse] Erf. *se solum habere potuisse.* Graev.

Non putare unum omnia posse] Sic quidam Pall. alii: *putare a nemine omnia posse.* Gembl. et Br. *putare neminem omnia posse*, quod fortasse melius recepto. Grut. Erf. et al. *putare a nemine omnia posse.* Duisb. et al. MSS. *putare neminem posse omnia.* Edd. *Putare non unum omnia posse.* Graev. Leid. IV. *putare, neminem omnia posse.* Oud. *Non* pariter om. D., sed tamen *unum*

opinionem, si ab uno exempla sumsissent; nunc hoc signi est, ipsos artis scriptores non putasse unum potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere, quoniam neque sua protulerunt, neque unius alicuius, aut denique duorum, sed ab omnibus oratoribus et poëtis exempla sumserunt.
196 Deinde, si quis velit artem demonstrare, nihil prodesse ad discendum, non male utatur hoc adiumento, quod unus omnes artis partes consequi nemo potuerit. Quod igitur iuvat eorum rationem, qui omnino improbent artem, id

---

omnia posse exhibet, in quo ordine consentit A. Deinde ABCD. *Igitur.* B. *Ergo.* *Atqui* de coniectura dedit Sch. *L.*

In hanc incidet opinionem] MSti tres *incideret*, quod et notum Lambino et prioribus. Gronov. Erfurtensis, et tres alii a Jacobo Gronovio consulti, nec non editio Cratandri, Rob. Stephani, Lambini, aliaeque: *In hanc incideret opinionem;* rectius quam vulgatae: *in hanc incidet opinionem.* Graev. *Incideret* edidimus, cum Lambino assensi, tum auctoritatem manuscript. secuti; *incidet* legitur in excusis libris. Leonic. tamen *incideret* habet. Brut. Voss. III. *indicet.* Leid. III. *inciderit;* Bene. In MSS. ceteris et Edd. pp. *incideret.* Oud. *Incidet in hanc* A. *In hanc incidet* C. Ceteri *incideret*, etiam T. Atque ita recte ediderunt Sch. Orell. Deinde pro *sumpsissent* AD. *suppressissent.* C. *sumserit.* *L.*

Si ab uno exempla sumsisset] Pith. *si ab uno exempla sumpserit.* Cauch. *si ab uno exempla sumpsissent.* Graev.

Hoc signi est] MSS. quatuor *h. signum e.* Oud. *Signum* BE. *L.*

Deinde, si quis velit artem demonstrare] Lamb. ed. *Deinde si quis velit demonstrare, artem.* Cratandri margo: *denique si quis velit artem*, quod si est ex MSS. valde probo. *Denique* enim est, ut alibi notavi, ut paucis, aut uno verbo dicam, pro quo Cicero dicit alibi *ad summum, noli quaerere, quid quaeris.* Graev. Leid. III. IV. *denique si quis v.* Optime. Oud. Paullo ante pro *aut denique* D. *ac denique.* E. *aut deinde.* Tum *Deinde si q.* ABCD. Solus E. *denique.* Sch. h. l. scripsit *denique.* Orell. reduxit *deinde.* Tum *velit* om. D. *L.*

Nihil prodesse ad discendum] Cauch. *nihil prodesse ad dicendum.* Graev.

Non male utatur hoc argumento] Pith. *non magis utatur hoc argumento.* Graev. Voss. I. III. *utetur.* Oud. *Utetur* BC. Tum pro *adiumento* D. *et iuvamento.* *L.*

Quod unus omnes artes] Duisb. *quod unius omnes artis.* Graev. Leid. IV. *unius o. a. p.* Oud. *Omnes artes* Lamb. *Unius artis omnes p.* B. *unius omnes art. partis* A. *sed partes* a m. s. *Partis artes* C. *Omnis* E. Deinde *poterit* ABD. *L.*

Quod igitur iuvat] Duisb. *quid igitur iuvat.* Graev. Voss. III. Leid. IV. *quid igitur i.* Oud. *Quid igitur i.* ACD. *L.*

Iuvat eorum rationem] Al. *iuvat horum rationem.* Graev.

Qui omnino improbent artem] Medicaeus *prohibent.* Gronov. Duisb. *qui omnino probent artem.* Graev. Leid. III. Ed. Med. *improbant.* IV. *probent.* Oud. *Improbent* ACE. nisi quod *inpr.* A. Indicativum asciverunt Sch. Orell. Eum exhibet etiam Cod. T. *L.*

non ridiculum est, ipsum scriptorem artis suo iudicio comprobare? Ergo ab uno sumenda fuisse docuimus exempla, si semper aliunde sumerentur.

CAP. VI. Nunc omnino aliunde sic intelligemus sumenda non fuisse. Primum omnium, quod ab artis scriptore adfertur exemplum, de eius artificio debet esse, non ut si quis purpuram, aut aliud quidpiam vendens, dicat: Sume a me, sed huius exemplum aliunde rogabo, tibique ostendam. Si merces ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritent aliud mercis; ut si acervos se dicant

---

CAP. VI. *Sic intelligemus sumenda non fuisse*] Cauch. *sumenda non fuisse sic intelligemus.* Graev. Deest *sic* Voss. III. Leid. IV. *intelligamus* Voss. III. al. et Ed. Med. *intelligimus.* Oud. *Aliunde sumenda non intelligimus* A. *Sumenda non fuisse sic int.* BDE. *aliunde non sumenda fuisse sic int.* C. Deinde pro *affertur* ABCDE. *profertur. L.*

De eius artificio debet esse] Erf. *eius artificio debet esse.* Graev. Voss. II. *de eiusdem a.* Voss. I. III. Leid. I. a m. s. item II. III. Ed. Med. *eius artificii.* Oud. *Ex eius* A. *De* omm. BCDET. *Artificii* ABCDE. Lamb. *L.*

Non ut si quis purpuram] *Non* abest a Duisb. Graev. Deest *non* Voss. III. Leid. IV. Ed. Med. Oud. Deinde *aut aliquod quippiam* A. *L.*

Sume a me] Voss. I. Leid. I. *sume hoc a me.* Oud. Deinde pro *huius* A. *istud* a m. s. *Sed huiusmodi* exempl. B. *sed hoc ex.* C. *L.* Tum pro *tibique* BDCE. *tibi quod. L.*

Tibique ostendam] Rectius Erfurtensis: *tibi quod ostendam.* Et sic C. Stephani, Cratand. et Lambini edd. Graev.

Si merces ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritent aliud mercis] Duisb. *Si merces ipsi qui vendicant.* Erf. *Sic mercem ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritant mercis.* Et sic fere Lambini editio: *Si mercem ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritent eius mercis.* Delendum sane videtur *aliud.* Nullum enim ante aliud habuerunt exemplum, quo ab hoc distingueretur, quod quaerebant. Graev. Voss. II. *aut si.* Voss. I. Leid. II. III. IV. Ed. Med. *mercem.* Bene. *illi* Leid. II. Voss. I. *exempla quaeritant m.* deest quoque *aliud* Leid. II. III. IV. Edd. pp., et subducta est vox illa in Leid. I. delenda est omnino. *quaeritant* etiam in MSS. O. et Edd. pp. Oud. *Mercem* ACDE. *mercedem* B. *Illi* pro *ipsi* B. *Qui vendunt* B. *qui vendicant* DE. Tum *aliunde exemplum quaeritant mercis* ABCDE. Deinde *ut si* CD. Omnem locum egregie Cod. T. sic exhibet: *Si merces ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritent, aut in areis acervos se dicant tritici habere;* quam lectionem Orell. merito recepit. *L.*

Ut si acervos se dicant tritici habere] Erf. *acervos se se dicunt tritici habere.* Pith. *ut si acervos se dicunt tritici habere* Edd. non nullae et margo Cratand. *aut si acervos se dicant tritici habere.* Graev. Ista *ut si* non leguntur in Voss. I. III. et Leid. ullo. *aut si* Voss. II. et Edd. pp. Leid. III. et Ed. Omn. *dicant.* In ceteris *dicunt.* Oud. *Dicunt* AC. *L.*

197 tritici habere, et eorum exemplum pugno non habeant, quod ostendant: si Triptolemus, cum hominibus semen largiretur, ipse ab aliis id hominibus mutuaretur: aut si Prometheus, cum mortalibus ignem dividere vellet, ipse a vicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculus videretur? Isti magistri, omnium dicendi praeceptores, non videntur sibi ridicule facere, cum id, quod aliis pollicentur, ab aliis quaerunt. Si, qui se fontes maximos, penitus absconditos, aperuisse dicat, et hoc, sitiens

---

Et eorum exemplum pugno non habeant] Erf. *eorum exemplum pugno non habent.* Pith. *Sed eorum exemplum pugno non habent.* Graev. Leid. I. Voss. II. III. *sed.* Leid. *exempla.* MSS. O. et Edd. pp. *habent.* Oud. *Non habent* ABCDE. *L.*

Cum hominibus semen] Edd. quaedam: *cum omnibus semen.* Graev. Ut in vetustis exemplaribus scriptum exstat, *hominibus,* edi iussimus; *omnibus* retinent vulgati. Brut. *Quum omnibus* B. *Commortalibus* D. *L.*

Ipse ab aliis id mutuaretur] Vocem *hominibus*, quae interiecta erat inter illas duas: *aliis id*, Aurato auctore sustuli. Lamb. Edd. *Ab aliis hominibus id mutuaretur.* Lamb. ed. *ab aliis id mutuaretur.* Pith. *Ipse ab aliis hominibus id mutuaret.* Graev. Leid. II. *idem h. semen m.* Deest *id* Leid. III. in quo *mutuaret*, uti in Leid. IV. *h. id ipse m.* Ed. Omn. Oud. *Ipse ab aliis omnibus* om. *id* B. *idem hominibus* C. *L.*

Cum testa ambulans] Cod. Cauch. *cum testa ambulans;* unde Cauchius coniicit fortasse legendum: *cum testu ambulans.* At *testo* non damnandum. Nam veteres dixerunt *testum, testa,* et *testu,* quod Charisius indeclinabile censet esse, ut *genu.* Vide viri et amici, cum in vivis esset, summi Nicolai Heinsii notas ad lib. II. Fast. Ovidii v. 645. Graev.

Non ridiculus videretur] Erf. *ridiculum videretur.* Duisb. *ridiculus videretur*, sine *non.* Graev. Leid. III. Ed. Omn. *num r. v.* Ed. Med. *nonne r. v.* Leid. IV. caret v. *non.* Oud. *Num ridiculum v.* B. *Non* om. D. *ridicule* A. *ridiculis* E. *ne nonne ridiculus v.* C. *Non ridiculus v.* T. Tum verba *omnium dicendi praeceptores* olim ab Ern. et Sch. insiticia habita sunt. Sed Sch. retractata sententia ita defendit, ut *magistri* universe dictum acciperet, subiuncta deinde specie. *L.*

Si, qui se fontes maximos etc.] Vel sic legendum, ut edendum curavi: *Si, qui se fonteis maximos, penitus absconditos, aperuisse dicat, is haec sitiens, etc.* vel sic: *Si quis se fonteis max. penit. absc. ap. dicat, et haec sitiens, etc.* Lamb. Pith. *Si qui fontes maximos.* Graev. Voss. II. III. Leid. I. IV. Edd. pp. *si quis se f.* Oud. *Si quis* ABD. *si qui* CE. *Si, qui se* distinxit Sch. Multo rectius Orell. *si qui, se f.* *L.*

Absconditos] Ed. Med. *absconsos.* Oud.

Et hoc sitiens quam maxime loquatur] Edd. et MSS. *sitiens quam maxime loquatur.* Pith. *et his sitiens quam maxime loquatur.* Verius Erfurtensis: *et hoc sitiens cum maxime loquatur,* id est, hoc loquatur illo ipso tempore quo sitiebat. Non intellexerunt vim particularum *cum maxime,* quae notant tunc, hoc ipso tempore. Se-

quam maxime, loquatur, neque habeat qui sitim sedet, non rideatur? Isti cum non modo dominos se fontium, sed se ipsos fontes esse dicant, et omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, si, cum id polliceantur aliis, arescant ipsi siccitate. Chares a Lysippo statuas 198
facere non isto modo didicit, ut Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium: sed

---

nec. Epist. 120.: *Hoc quod futurum dico, cum maxime fit, et pars eius iam magna facta est.* Sed hoc primus et multis olim docuit politissimus civis meus Iustus Zinzerlingius in Promulside Critica cap. 22. quem vide. GRAEV. Leid. III. *et hic s.* Ed. Med. *et sit hic.* Voss. I. Omn. *Et haec sit.* Deest pronomen Leid. IV. Tum in Leid. I. *tum maxime.* Leid. IV. *cum maxime.* Optime. OUD. *Et hic* BD. Tum *quam maxime* BDE. *qui maxime* A. *Quum maxime* T. Scribendum *tum maxime*, licet plerumque difficillimum sit, discrimen, quod inter *tum m.* et *quum m.* intercedit, sentire et docere. *Quum maxime* est *quando*, *si quando maxime*, *quoties maxime;* contra *tum maxime* est *illo tempore maxime.* L.

Neque habeant, qui sitim sedet] Est a Pall. plerisque et Gulielmianis; supra quoque reposui *non ridiculus*, iisdem libris auctoribus. GRUT. Edd. et MSS. *neque habeat, quo sitim sedet.* GRAEV. Leid. III. *quo s. s.* Leid. IV. Ed. Omn. *sedat.* OUD. *Qui sitim sedet.* ABCDE. L.

Non rideatur] Al. *non irrideatur.* GRAEV. Leid. III. *num. r.* Voss. III. *non irrideatur.* OUD. *Num rideatur* B. *non irrideatur* C. L.

Isti cum non modo se dominos] Pith. *isti enim cum non modo.* GRAEV.

Cum id polliceantur aliis] Al. *cum id pollicentur aliis.* In Pith. non legitur *aliis.* GRAEV. Dele vocem *aliis* auctoribus, MSS. O. et Edd. pp. *pollicentur* Ed. Omn. OUD. *Aliis* omittunt ABCDE. L.

Chares a Lysippo] Erf. *Chares ab Lysippo.* GRAEV. *Ab Lysippo.* Sic AD. L.

Ut Lysippus caput ostenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti] Credo editoribus, in vulgatissimis exemplaribus ad hunc modum fere legi, sed ea tanti non erant, ut prae illis contemnerentur meliora. Primo enim in omnibus nostris tribus exhibetur *Praxitelae*, quod procul dubio erit in pluribus, et placuisse vetustioribus docent *Socratae* et *Hippocratae*, quos animadvertit in notis ad Gellium nuper editis Pater. Sed eximie praestans ille Medicaeus: *caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium.* Ipsa varietate hoc magnificum et grave. Sic *Aristotelia* in Epistolis ad Atticum et Familiares. Sic *Carneadium* in libro III. de Oratore. *Hesiodium* Bruto c. 4. GRON. Varie MSS.; in Erfurt.: *Ut Lysippus caput ostenderet Myronius, brachia Praxiteles, pectus Polycletius ventrem ac crura, sed omnia.* Medicaeus: *Ut Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium, sed omnia.* Pith. *Ut Lysippus caput ostenderet Milonis, brachia Praxitelae, pectus Polycleti, ventrem et crura, sed omnia.* Al. MS. teste Pithoeo: *Ut Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxiteles, pectus pollide cuius ventrem et crura.* Ego ex

omnia coram magistrum facientem videbat, ceterorum opera vel sua sponte considerare poterat.

CAP. VII. Isti credunt, eos, qui haec velint discere, alia ratione doceri posse commodius. Praeterea ne possunt quidem ea, quae sumuntur ab aliis exempla, tam esse adcommodata ad artem, quam propria; propterea quod in dicendo leviter unusquisque locus plerumque tangitur, ne ars adpareat. In praecipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla, ut in artis formam convenire
199 possint: et post in dicendo, ne possit ars eminere et

Cauchii codice sic refinxi: *Ut Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium.* (nisi quod in eo legatur *Praxitele*, pro *Praxitelae*, quod tamen servat Pithoei codex, nec longe abit Erfurtensis, in quo corrupte *Praxiteles*) et sic quoque refingendum censuit Iac. Gronovius ex Medicaeo. Nam veteres dixisse *Praxitelae*, *Alcibiadae*, *Parmenidae*, Pater eius docuit ad Gell. Lib. I. cap. 9. At in Erfurt. et Pith. adduntur post *Polycletium* haec verba: *ventrem ac crura*, ut alius artificis nomen excidisse videatur. Forte *ventrem ac crura Phidiae?* Graev. Voss. I. III. Leid. II. III. Edd. pp. *Milonis.* Leid. I. *Milonii.* IV. *Mironii.* Voss. II. *Myronis*, ut vulgo. *Praxiteles* Voss. I. Leid. I. Ed. Omn. Tum *Polydecti* Leid. II. *Polycletum.* Voss. II. *Polycleti* vulgo. Sed in Leid. I. *Polyletii crura.* in Voss. I. *Polyclecius ventrem vel crura.* An scripsit auctor *p. Polycleti, Myos ventrem et crura?* Fuit enim *Mys* signorum artifex quoque. v. ad Plin. L. XXXII. C. 12. Artificis certe nomen latere hic videtur. Adi Graev. Oud. *Milonis* ABD. *misonis* E. *Praxitelae br.* B. *br. proxima tele* C. *br. braxitelle* D. *Pecus Pelidecii* A. *pect. Pollicleti* C. Tum *ventrem et crura sed omnia* CT. Vv. *ventrem et crura* omm. ABDE. Recte censet Orell. *ventrem et crura* genuina esse omisso librariorum negligentia nomine artificis. Quare ante *sed* signum lacunae posuit. *L.*

Coram magistrum facientem] Male Voss. III. *c. magistro faciente.* Oud. Tum *poterat considerare* ABCDE. *L.*

Sua sponte considerare] Cauch. *sola sponte considerare.* Puto legendum *soli sponte considerare.* Graev.

CAP. VII. *Qui haec velint discere*] Pith. *qui volunt haec scire.* Graev.

Alia ratione doceri posse] Erf. *alia ratione docere se posse.* Idem.

Ne possunt quidem ea] Al. *nec possunt quidem ea.* Graev. MSS. pleriqne et Edd. pp. *nec p.* Oud. *Nec possunt* BCE. *non possunt* D. *L.*

Quam propria] Sic dant soli Voss. II. III. A ceteris MSS. et Edd. pp. exsulant hae voces. Oud. *Ad artem quam propria* absunt a B. *quam propria* om. ADCE. *L.*

Ut in artis formam] Erf. et Pith. *uti in artis formam.* Graev.

Ne possit ars eminere] Duisb. *ne possit eminere.* Idem.

ab omnibus videri, facultate oratoris occultatur. Ergo 199
etiam ut magis ars cognoscatur, suis exemplis melius est uti. Postremo haec quoque res nos duxit ad hanc rationem, quod nomina rerum Graeca, quae convertimus, ea remota sunt a consuetudine. Quae enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse usitata. Ergo haec asperiora primo videantur necesse est, idque fiet rei, non nostra, difficultate. Reliquum scripturae consumetur in exemplis. Haec aliena si posuissemus, factum esset, ut, quod commodius esset in hoc libro, id nostrum non esset; quod asperius, et inusitatum, id proprie nobis adtribueretur. Ergo hanc quoque incommoditatem fugimus. His de caussis, cum artis inventionem Graecorum probassemus, exemplorum rationem secuti non sumus.

Oratoris occultatur] Ern. susp. *or. occultare.* In D. est: *oratorum occultura. L.*

Postremo haec quoque res nos duxit] Erf. *postremo et haec quoque res duxit nos.* Pith. et Duisb. *postremo haec quoque res nos induxit.* Graev. Leid. IV. *n. induxit ad h. r.* Ed. Omn. *n. ducit.* Oud.

Nomina rerum Graeca quae convertimus] In veteribus libris aut non est vocula *quae*, aut abolita est prima verbi sequentis syllaba, ut alterutra haberi debeat insiticia. Scribendum vero, *Graeca cum vertimus.* Gronov. Erf. et al. MSS. *Nomina rerum Graeca convertimus.* In Pith. scribitur *nomina rerum Graeca quae vertimus.* Graev. Deest *quae* Leid. I. III. Voss. III. In Leid. II. *cum convert.* Ed. Med. *quae vertimus.* In Leid. I. quoque *vertimus.* Oud. *Quam quae nomina rerum Gr. convertimus* B. *L.*

Ea remota sunt a consuetudine] Berichemii codices scripti adiiciunt *Latina*, quod tamen in nullo nostrorum. Grut. MS. *Remota sunt a consuetudine Romana.* Graev. *Latina* recepit Sch. ignorant ABCDE. Recte supervacaneum et non necessarium iudicavit Orell. *L.*

Earum rerum nomina] Media vox deest Voss. III. et Ed. Omnib. Oud. *Earum* om. B. *rerum* om. E. *L.*

Primo videantur] Abest *primo* a Leid. IV. *primum* Ed. Med. Oud. *Primum* C. *L.*

Idque fiet] Voss. I. a m. I. *id quod f.* Voss. III. *fit.* Oud. *Id quoque fiet* B. *id quod fiet* C. *L.*

Posuissemus, factum esset, ut quod commodius esset in hoc libro] Margo Cratandri, *posuissemus, exemplorum rationem, ut quod commodi esset in hoc libro.* Graev. Voss. I. *subposuissemus.* Oud.

Quod asperius et inusitatum] Erf. et Lamb. ed. *quod asperius et inusitatius.* Graev. Voss. III. Leid. II. III. Ed. Med. *a. et inusitatius.* Oud. *Inusitatum* retinuerunt Sch. et Orell. quod ipsum est in Cod. T. *Inusitacius* AC. *inusitatios* D. Tum in vv. *Ergo hanc quoque* omittunt *quoque* BC. et in C. est: *Hanc ergo.* Tum *fugiemus* D. *L.*

X

Nunc tempus postulat, ut ad elocutionis praecepta transeamus. Bipertita erit igitur nobis elocutionis praeceptio. Primum dicemus, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse. Deinde ostendemus, quas res semper habere debeat.

200 CAP. VIII. Sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras adpellamus, in quibus omnis oratio non vitiosa consumitur; unam gravem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam vocamus. Gravis est, quae constat ex

---

Graecorum probassemus] Erf. *probassemus Graecorum.* Graev. Voss. I. *inprobavissemus.* Oud. *Probavissemus* B. *L.*

Quibus in generibus semper omnis oratoria] Erf. *quibus in generibus eorum semper omnis oratoria.* Duisb. *quibus in generibus eorum generum semper omnis oratoria.* Graev. Voss. III. *oratoris.* Oud. Paullo ante *igitur erit* ABCD. Tum *nobis* om. B. Deinde *omnis et oratoria* C. *L.*

Elocutio debeat esse] Erf. *elocutio adhibeatur.* Duisb., ut coniecit legendum esse Lambinus in margine, *elocutio debet esse.* Graev. Leid. III. *locutio.* Leid. IV. *debet.* Oud. *Esse* om. DCB. *L.*

Habere debeat] Ed. Omn. *habeat.* Leid. IV. *h. debebit.* Oud.

CAP. VIII. *Sunt igitur tria genera, quae nos figuras*] Non debuit hic taceri ab illis, qui sic primo ediderunt, hanc lectionem ab ipsis fuisse compositam, quum in MSStis libris sit gemina, vel, *Figurae orationis sunt tres: quas figuras alii genera nominaverunt;* vel, *Figurae orationis sunt tres,* (quibus rubrica praemissis subnectitur) *sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras appellamus.* Unde si aliud nihil, in hoc temere eos peccasse intelliges, quod genus loquendi placitissimum auctori corruperunt, et repetitionem illam *figurae quas figuras,* vel *genera quae genera,* velut odiosam vitantes non dubitarint abigere vocem, quam prorsus fuisse ortam ab calamo Ciceronis vel Cornificii probant illa: *earum rerum aliquid; quarum rerum caussa* Lib. II. 30; *quarto libro, quem tibi librum* III. 7; *in eo genere, quod genus* III. 22. et talia infinita. Ita mox cap. 9. *non denique ullam rem, quae res pertinet,* vel *pertineat,* ut alii. Ubi rursum obviavit Gruterus, sed temere. Gronov. Edd. *sunt igitur tria genera, quae nos figuras appellamus.* MSS. quidam, quod et Pithoeus annotavit: *sunt tres quas figuras, alii nominaverunt genera.* Cauch.: *Sunt igitur tria genera, nos figuras appellamus.* Reposui ex Exfurt. et Pith.: *Sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras,* quod et in suis reperit Jacobus Gronovius, et aliis huius scriptoris exemplis confirmat. Graev. *Sunt igitur tria genera, quae genera* legitur in tribus manuscriptis. Brut. Voss. I. III. Leid. II. III. Ed. Med. *Figurae orationis sunt tres, quas figuras alii genera nominaverunt.* Sed a Voss. III. abest *figuras,* ut a Voss. II. secundo loco *genera,* male. Oud. *Figurae orationis sunt tres, quas figuras alii genera nominaverunt* ABCE. Atque ita Sallemandus e Codd.: *F. or. s. tr. quas alii figuras alii genera nom.* D. *Sunt igitur tria genera, quae nos f. app.* Cod. Tur. *S. i. tr. g. quae genera nos f. app.* dederunt Sch. et Orell. *L.*

verborum gravium laevi et ornata constructione. Mediocris est, quae constat ex humiliore, neque tamen ex infima et pervulgatissima verborum dignitate. Attenuata est, quae demissa est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem. In gravi figura consumetur oratio, si quae cuiusque rei poterunt ornatissima verba reperiri, sive propria, sive translata, sive extranea, ad unam- 201
quamque rem adcommodabuntur: et, si graves sententiae,

Tertiam extenuatam] Duisb. *tertiam attenuatam.* Graev. Voss. I. Leid. IV. Ed. Med. *t. attenuatam vocamus.* Ut mox. Leid. III. caret verbo *voc.* Oud. *Attenuatam* dederunt Sch. et Orell. Sed *extenuatam* ABCDET. *L.*

Gravis est] Voss. III. *gr. igitur est.* Oud.

Levi et ornata] Ita Pal. quart. sext. Bruil.; nam tert. *leni.* Vulgo *magna et ornata.* Grut. MSS. et edd. *magna et ornata constructione.* Graev. Voss. O. Leidd. II. III. Edd. pp. *magna et orn.* Leid. I. IV. Voss. II. a m. II. *leni et o.* In Leid. II. *et adornata.* Oud. *Magna et orn.* dederunt Sch. et Orell. *Magna* ABCDE. *Leni* Cod. Turic. *L.*

Ex humiliore, neque tamen ex infirma] Pith. *ex humiliori, neque ex infima.* Graev. Voss. I. Leid. II. III. Ed. Med. *ex humili.* Oud. *Ex humili* ABC. Tum *pervolgatissima* C. et pro *Attenuata est* unus Oxon. *Extenuata est. L.*

Verborum dignitate] Aut Gulielmius, aut sane Wouverius, contra libros scribendum censebat *indignitate.* Grut.

Quae demissa est] Erf. *quae dimissa est.* Graev.

In gravi figura consumetur oratio] Ita plerique e nostris, item Gulielmiani, nisi quod Bruileriensis, *consummabitur.* Vulgata, *In gravi consumetur oratio figura.* Admodum turbate. Grut. Vulgg. *in gravi consumetur oratio figura.* MSS. *in gravi figura consummabitur oratio.* Id ipsum, quod Gruterus sequitur, olim expressit Lambinus. Graev. *Fig. consumabitur or.* A. *L.*

Si quae cuiusque rei poterunt ornatissima verba reperiri] Cauch. *si quae cuiusque rei poterunt, ornatissime verba repereris.* Graev.

Sive propria, sive translata, sive extranea ad unamquamque rem] Erf. *sive propria, sive extranea ad unamquamque rem.* Pith. *sive propria, sive translata ea ad unamquamque rem.* Graev. Voss. II. III. Leid. I. IV. Ed. Omn. carent vocibus *sive translata.* Voss. I. Leid. II. III. Ed. Med. carent vocibus *sive extranea.* Bene, si fallor. Oud. *Sive extranea ea* omissis vv. *sive translata,* B. *sive extr.* omissis *s. tr.* etiam T. Verba *sive extr.* ut spuria eiecerunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Ad unamquamque rem accommodabuntur] Ex scriptis unus *in unamquamque rem.* Medicaeus cum altero, *unamquamque in rem.* An id mutari debit? utique dixit I, 7. *in plures caussas accommodari.* Quod etiam habes I Invent. 18. 2. 16.: *ut in omnes eadem fere possint accommodari.* II Invent. 14.: *Aut in omnes eiusdem generis aut in plerasque caussas accommodata.* Et ibidem cap. 51.: *Quae in iudiciale caussarum genus accommodantur.* Gronov. MS. *in unam quamque rem accommodabuntur.* Medic. *unam quamque in rem accommodabuntur.* Graev. Voss. I. Leid. II. III. Ed. Med.

quae in amplificatione, et commiseratione tractantur, eligentur: et, si exornationes sententiarum, aut verborum, quae gravitatem habebunt, de quibus post dicemus, adhibebuntur. In hoc genere figurae erit hoc exemplum: Nam quis est vestrum, iudices, qui satis idoneam possit in eum poenam excogitare, qui prodere hostibus patriam cogitarit? Quod maleficium cum hoc scelere comparari, quod huic maleficio dignum supplicium potest inveniri? In iis, qui violassent ingenuum, matremfamilias constuprassent, pulsassent aliquem, aut postremo necassent, maxima supplicia maiores nostri consumserunt: huic truculentissimo, ac nefario facinori singularem poenam non re-

---

ea unam quamque in rem a. Bene. v. Gronov. Voss. etiam II. et Ed. Omn. *un. in rem*, sine *ad.* Leid. IV. *ea ad un. in rem.* Voss. III. *ad un. rem ea acc.* Oud. *Unamquamque in rem* ABCDE. nisi quod in A. a pr. m. *unamque in rem.* Scripserunt *unamquamque i. r.* Sch. et Orell. *L.*

In amplificatione et quae commiseratione tractantur] Ridiculos sane simios! Nam quum in Gruteriana voces illae, ut suspicor, typorum vitio lapsantes ad hunc modum aberravissent, id ut de industria factum et velut seriem ab ipso auctore datam sequantur editio nupera Leidensis, Londinensis, et Basileensis, quum ab antiquitus editis, etiam ab Lambino, non discrepent scripti libri, exhibentes, sicut ego nunc collocavi, nempe *quae in amplificatione et commis. tractantur.* Gron. Voss. II. III. Leid. I. II. *tr., eliguntur.* Oud. *Tractamus elegenter.* D. *L.*

Poenam excogitare] Voss. I. III. Leid. III. IV. *poenam cogitare.* Oud. *Poenam excogitare* ABCDE. In antecc. *satis in eum possit idoneam* AC. *Satis id. possit me non poenam.* E. *L.*

Prodere hostibus cogitarit] Pith. *prodere hostibus excogitarit.* Graev. Ed. Med. *excogitarit.* Al. *cogitaverit, cogitavit.* Oud. *Prodere patriam honestibus cogitare* D. *Excogitarit* C. *Cogitabit.* B. *L.*

Quod maleficium cum hoc scelere comparari] Erf. *quod malefactum cum hoc scelere computari.* Graev.

Violassent ingenuum] Sic Cauch. Duisb. et Lamb. ac Grut. edd., sed aliae Edd. et MSS. plerique *qui violassent ingenuam* Graev. Leid. I. a m. II. *violassent ingenuum.* In ceteris MSS. et Edd. pp. *ingenuam.* Oud. *Ingenuam* ABCE. *Ingenuum* T. *L.*

M. constuprassent] Voss. II. *m. stuprassent.* Leid. II. *ctis stup.* In aliis *cum stup.* Oud. *Stuprassent* BD. Tum vv. *aliquem aut postremo* desunt in D. *L.*

Pulsassent aliquem] MS. *aliquem pulsassent.* Erf. *violassent aliquem.* Graev. Voss. I. *verberassent al.* quod ut pote gravius maxime placet. Voss. II. III. Leid. I. a m. I, *violassent.* Oud. *Pulsassent* ABCDE. *Verb.* probaverat olim Sch. in ed. priore. *L.*

Maiores nostri consumserunt] Erf. *maiores consumserunt.* Graev. Deest non male *nostri* Voss. III. Leid. III. IV. et Voss. II. a m. I. *sumserunt* Ed. Med. Oud. *Maiores vestri* ACED. *Nostri* om. etiam T. quod ipsum etiam Orell. fecit. *L.*

liquerunt. Atque in aliis maleficiis ad singulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria pervenit; huius sceleris 202
qui sunt affines, uno consilio universis civibus atrocissimas calamitates machinantur. O feros animos! o crudeles cogitationes! o derelictos homines ab humanitate! quid agere ausi sunt, aut cogitare potuerunt, quo pacto hostes, revulsis maiorum sepulcris, deiectis moenibus, ovantes irruerent in civitatem: quo modo deum templis spoliatis, optimatibus trucidatis, aliis arreptis in servitutem, matribusfamilias et ingenuis sub hostilem libidinem subiectis, urbs acerbissimo concidat incendio conflagrata:

Atque in aliis maleficiis] Erf. *atqui in aliis maleficiis.* Graev.

Huius sceleris q. s. affines] Voss. III. *huic sceleri* etc. Oud.

Universis c. atrocissimas cal. m.] Voss. III. *omnibus c.* Leid. III. *artificiosissimas.* Oud.

O feros animos] Voss. I. Leid. II. Edd. pp. *O feroces a.* Oud. *O feroces an.* ABCD. *L.*

Derelictos homines ab humanitate] Al. *derelictos ab humanitate animos.* Graev.

Qui agere ausi sunt, aut cogit. etc.] Sic hunc locum restitui. Lamb. *Qui agere ausi sunt cogitare potuerunt.* Hoc quoque cavendum, ne serpat. Nam quum sic nescio unde contigisset in Gruteriana, Londinenses retenta lectione deleverunt distinctionem post τὸ *potuerunt.* Scias licet, lector, in omnibus ante editis atque adeo etiam scriptis exstare: *Quid agere ausi sunt aut cogitare potuerunt?* Id revocavi. Et est longe efficacius. Nam in mox sequentibus subintelligi debet *nempe*, estque gravis exaggeratio per enumerationem. Gronov. Pith. *aut cogitare possunt? quo pacto.* Al. *aut cogitare possint? quo pacto.* Lamb. et Grut. edd. *aut cogitare potuerunt, quo pacto.* Graev. Leid. III. *aut quid c.* Leid. I. III. Voss. II. Ed. Omn. *possunt.* Sed in Leid. IV. *sint* et *possint.* Oud. *Qui id agere ausi sunt* de Ern. coniectura dederunt Sch. et Orell. *Quid agere a. s.* ABCD. *Ausi sint* A. *L.*

Irruerent in civitatem] Erf. *irruant in civitatem.* Graev. *Irruant* fortasse verum. *Irruerunt* D. *L.*

Deum templis spoliatis] Al. *deum spoliatis templis.* Graev. Voss. III. *Deorum t. expoliatis.* Oud.

Aliis abreptis in servitutem] Plerique MSS. et edd. *Aliis in servitutem arreptis.* Optime Erf. et Cauch. MSS. et Lamb. editio: *aliis abreptis*, etc. Sic enim Latini loquuntur, *abripi in servitutem*, non *arripi in servitutem.* Graev. Leid. III. IV. *abreptis.* Vulgo *arr.* Oud. *In servitutem arreptis* B. *Arreptis in s.* ACDE. *L.*

Virginibus, matribus familias, ingenuis] Sic restitui. Nam in vulg. non est *virginibus.* Auratus praeterea legendum putabat, *ingenuis pueris.* Ego subintelligi puto vocem, *pueris*, et ita supra locutus est, *qui violassent ingenuum*, etc. Lamb. Praeposuit Lambinus *virginibus*, superflue; nam latet ea vox sub illo *ingenuis:* quo intelliguntur et pueri simul et puellae. Gruter.

Sub hostilem libidinem subiectis] Cratand. margo: *sum hostilem libidinem subactis.* Graev.

qui se non putant, id, quod voluerint, ad exitum perduxisse, nisi sanctissimae patriae miserandum scelerati viderint cinerem. Nequeo verbis consequi, iudices, indignitatem rei: sed negligentius id fero, quia vos mei
203 non indigetis. Vester enim vos animus amantissimus reipublicae facile edocet, ut eum, qui fortunas omnium voluerit prodere, praecipitem proturbetis ex ea civitate, quam ipse spurcissimorum hostium dominatu nefario voluerit obruere.

Incendio conflagrata] Al. *Incendio conflagrata?*. Falluntur, qui hanc lectionem impugnant. Sic enim Cicero alibi *fana deflagrata, imperium deflagratum* dixit, ut observavit etiam C. Langius in notis ad Paradoxum IV. Graev. *Concideret* scr. Sch. de coni. Sed *concidat* Codd. ad unum omnes, idque verum. Eodem modo *conflagrata* exhibent Codd. omnes, quod Ern. uncis inclusit, Sch. delevit. Male. *L.*

Scelerati] Leid. II. *sceleri.* Oud.

Vos mei non indigetis] MSSti tamen nostri omnes *non egetis.* Gronov. Erf. et Pith. aeque ut Gronoviani, *vos mei non egetis.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *vos mei non egetis* non *indigetis*, ut vulgo. Oud. *Indigetis* ABT. *Egetis* CDE. *L.*

Vester enim vos animus amantissimus reipublicae] Pith. *vester enim animus vos amantissimo.* Graev. Voss. II. Leid. III. *amantissimos.* Oud.

Facile edocet] Erf. *facile docet.* Graev. *Ducet* de coni. rescripsit Sch. *Docet* BE. *Edocet* ADC. Non est opus coniectura Sch. *L.*

Praecipitem deturbetis] In hoc loco restituendo Aurati auctoritatem secutus sum, cum in libris omnibus legatur, *perturbetis*, plane inepte, ac mendose. Si quis tamen contendet legendum *proturbetis*, non repugnabo. Lamb. Edd. *praecipitam perturbetis.* Lamb. ed. ex Aurati coniectura. *Praecipitem deturbetis.* Cum clare scribatur in Erfurt. et Cauch. *praecipitem proturbetis*, et id postulet sententia, ut vidit Lambinus, malui hos codices sequi, quam Aurati coniecturam. Graev. Vid. Gifan. Obs. in L. L. in *perturbare.* Burm. *Proturbetis* unus Gryph. habet, ceteri et impressi et manuscripti, *perturbetis*, praeter unum Lamb. qui *deturbetis*, magis usitatam vocem Latinis scriptoribus, habet. *Proturbare* usus est Liv. lib. V. *Iamque et alii congregati telis missilibusque et saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa, acies in praeceps deferri*, et quae sequuntur. Brut. Voss. O. et Leid. I. II. *proturbatis*, al. *perturb.* Oud. *Perturbetis* BDE. *protrahatis* AE. *L.*

Quam ipse spurcissimorum hostium dominatu nefario voluerit obruere] Cauch. *quam iste hostium spurcissimorum* etc. Erf. et edd. prim. Mediol. Cratand.: *Quam iste hostium spurcissimorum dominatu nefario voluit obruere.* Legitur etiam *iste* in plerisque edd. Graev. Reposui ex MSS. O. et Edd. pp. *quam iste* etc. *voluit.* Vulgo *q. ipse voluerit.* Oud. *Iste* exhibent ABCDET. *Voluit* Sch. comprobaverat in Ed. mai. Sed *voluerit* ABCE. *Voluit* D. *L.*

CAP. IX. In mediocri figura versabitur oratio, si haec, ut ante dixi, aliquantulum demiserimus, neque tamen ad infimum descenderimus, sic: Quibuscum bellum gerimus, iudices, videtis; cum sociis, qui pro nobis pugnare, et imperium nostrum nobiscum simul virtute et industria conservare soliti sunt. Hi cum se et opes suas et copiam necessariorum norunt; tum vero nihilominus propter propinquitatem, et omnium rerum societatem, quid in omnibus rebus populus Romanus posset, scire et aestimare poterant. Hi, cum deliberassent nobiscum bel- 204
lum gerere, quaeso, quae res erat, qua freti bellum sus-

CAP. IX. *Si haec, ut ante aliquantulum demiserimus*] Hic quoque tres eaedem istae succenturiant errori Gruterianae editionis, in qua sic legitur: quibus tamen hic venia tanto impetrabilior, quod ipse Gruterus coece hic sequutus sit Lambinum, quem caute reliquerat iam Gothofredus. Sed cuperem monstrari mihi, ubi ante aliquantulum demiserit. Itaque reduxi neglectum verbum ex editis et scriptis simul omnibus *dixi*, et sententiam absolutam reddidi. Gronov. Edd. Lamb. et Grut. errore typographorum omiserant *dixi*. Graev.

Quibuscum bellum gerimus, iudices] Lamb. ed. *quibus cum bellum geramus, iudices*. Margo Cratand. *quibus cum bellum gerimus, iudicetis*. Graev.

Copiam necessariorum] Erf. et Cauch. *copiam necessario*. Graev. Voss. I. III. Leid. I. II. *c. necessario*. Tum Leid. I. IV. Voss. II. Edd. pp. *norint*. Oud. *Et copiam* delendum censebat Ern. vel *et copias* scribendum; Sch. delevit, Orell. uncis inclusit atque *et inopiam* coniecit. Sed vv. *et copiam* omm. DE. Recte. Tum *necessario* ex eiusdem Ern. sententia scripserunt Sch. Orell. idque exhibent AET. *necesso*. D. Deinde *norant* Sch. *norint* Orell. Sed *norunt* ACDET. *norint* B. Deinde *nihilo minus* desunt in MS. Cort. apud Ern. qui omittendum censebat. Eum recte refutavit Sch. in Ed. mai., *nihilo minus* referendum esse indicans ad superius *necessario*. *L.*

Quid in omnibus rebus] Al. *quod in omnibus rebus*. Graev. Voss. III. *omnibus in rebus* deest in Leid. IV. al. *in o. r.* Oud. *Quid et in o. r.* C. *quidque i. o. r.* D. Vv. *in omnibus rebus* a glossatore profecta existimabat Sch. in Ed. mai. *L.*

Populus Romanus posset] Erf. *Populus Romanus possent*, respiciens sensum. Mox Duisburgensis, *qua fiducia freti*. Graev.

Scire et aestimare poterant] Immo *existimare*, quod testor esse in tribus scriptis, hoc est, iudicare et comprehendere, vulgari more confundendi haec duo verba. Vide Paterna ad Livium, et notavit iam quoque Lambinus. Mox etiam MSS. *instructiores et apparatiores*. Gronov. Tres MSS. Gronov. et ed. Lamb. *scire et existimare*. Sed mei omnes *aestimare*. Graev. MSS. O. et Edd. pp. *scire et existimare poterant*. Vulgo *aestimare*. Oud. *Existimare* ABCDET. quod Sch. et Orell. recte receperunt. *L.*

Cum deliberassent nobiscum] Erf. *cum deliberavissent nobiscum*. Graev.

Quae res erat] Duisb. *quae res orat*. Graev.

cipere conarentur, cum multo maximam sociorum partem in officio manere intelligerent? cum sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam praesto esse viderent? non denique ullam rem, quae pertineat ad bellum administrandum? Si cum finitimis de finibus bellum gererent; si totum certamen in uno praelio positum putarent: tamen omnibus rebus instructiores, ac paratiores venirent; nedum illud imperium orbis terrae, cui imperio omnes gentes, reges, nationes, partim vi, partim voluntate consenserunt, cum aut armis, aut liberalitate a populo Romano superati essent, ad se transferre tantulis viribus conarentur. Quae-

---

Qua freti bellum] Erf. *qua facti bellum suscipere.* Duisb. *qua fiducia freti bellum.* Graev. Leid. IV. *qua fiducia freti.* Oud. *Qua se bellum* D. L.

Maximam sociorum partem] Erf. *maximam partem sociorum.* Graevius.

Praesto esse viderent] Duisb. *praesto esse viderint.* Graev. Deest *esse* Ed. Med. *viderint* Leid. IV. *videretur* Voss. III. Oud. *Viderent praesto* B. omisso *esse.* L.

Quae pertineat ad bellum] Duisb. *quae pertinet ad bellum.* Graev. Vid. Gronov. supra ad h. lib. cap. 8. Burm. Leid. III. *ullam, quae res pertinet.* Leid. IV. *ul. r. quae res pertinet.* Oud. *Ullam rem quae pertinet.* A. *u. r. quae pertineat* CDE. *u. r. q. pertineret* B. *Pertineret* iam Ern. e coni. *quae res* Cod. Turic. quod recepit Orell., recte. L.

Cum fin. de finibus] Voss. III. *c. f. de nostris f.* Oud. *C. finittimis de suis fin.* C. *finibus suis* A. L.

Tamen omnibus rebus] Duisb. *cum omnibus rebus.* Graev.

Instructiores ac paratiores] Erf. et al. MSS. ut et edit. prim. et Mediol. ac margo Cratand. *instructiores et apparatiores.* Pith. *instructiores atque apparatiores.* Sic *apparatissimi ludi* apud Suet. *apparatae epulae* apud Iustin. Sed et vulgata, quam retinent multi MSS. ferri potest. Quid enim frequentius Tullio, quam *paratus a pecunia, equitatu, commeatu.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *et apparatiores.* Vere. Oud. *Et paratiores* TB. *et apparatiores* AC. *et apparatiores* E. L.

Nedum illud imperium] Erf. *nedum illi imperium.* Graev.

Partim voluntate consenserunt] Sic habent omnes libri manuscripti et item vulgg. quos quidem viderim. Sed ego putabam legendum, *concesserunt.* Lamb. Lambiniana *concesserunt*, quod et in Suffridi nostri libris, et melius videtur. Grut. Pith. Lamb. et Cratand. edd. *partim concesserunt.* Al. MS. *partim voluntate subiecerunt.* Graev. Voss. III. *concesserunt.* Ed. Med. *consenserint.* Oud. *Consenserunt* ABCE. *concenserunt* D. *Concesserunt* rec. Sch. Orell. L.

Armis aut liberalitate] Duisb. *armis aut libertate.* Graev. Deest *aut* Leid. III. *libertate* Voss. III. Leid. IV. Tum *essent* exsulat a Voss. III. Oud. *Aut a liberalitate* B. *aut libertate* CD. *Aut liberalitate* AE.

Quid? Fregellani non sua sponte conati sunt?] Grut. et

ret aliquis: Quid Fregellani, non sua sponte conati sunt? Eo quidem minus isti facile conarentur, quo, illi quemadmodum descissent, videbant. Nam rerum imperiti, qui 205
uniuscuiusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem. At ii, qui sciunt, quid aliis acciderit, facile ex aliorum eventu, suis rationibus possunt providere. Nulla igitur re inducti, nulla spe freti arma sustulerunt? Quis hoc credat, tantam amentiam quemquam tenuisse, ut imperium populi Romani tentare auderet, nullis copiis fretus? Ergo aliquid fuisse necesse est.

Cratand. edd.: *Quid Fregellani, non sua sponte conati sunt?* Pith. *Quid? Fregelliani non ne sponte sua conati sunt?* Duisb. *Fregellani non sua sponte conati.* GRAEV. Voss. I. II. Leid. II. *Fragelliani.* In reliquis MSS. *Fregeltiani* vel *Fregeliani;* mox *num* Leid. III. OUD. *Fregelliani* BD. *Flegelliani* AC. *Flegeliani* E. *L.*

Eo quidem minus isti facile conarentur] Erf. *eo quidem isti minus facile conarentur.* Cauch. *isti minu isti qui unica facile conatentur.* GRAEV. *Isti minus* T. *Eo quod minus isti* B. *Eo quod isti minus* A. *Eo quidem isti minus* CDE. *Minus isti* retinuit Sch. et Orell. Deinde pro vulgato *quo* Codd. BCDE *quod;* A. *quid;* Cod. Aug. *qui.* *Quod* iam Sch. coniecerat, atque ita etiam Oxon. unus. *L.*

Quo illi quemadmodum descissent, videbant] Erf. *Quod illi quemadmodum descissent videbant.* Pith. *quod illi quemadmodum destitissent videbant.* Cauch. *quod illi quemadmodum descissent videbantur.* GRAEV. Leid. I. *q. desissent.* IV. *q. decidissent.* Voss. III. *q. fecissent.* OUD. *Descissent* TAE. *desissent* C. *dedissent* B. *destitissent* D. *discessissent* Sch. Orell. ex Ern. coni. *Decidissent* Cod. Aug. teste Sch. *L.*

Facillime deducuntur in fraudem] Al. *facile deducuntur in fraudem.* GRAEV. Ed. Omn. *deducerentur in fr.* OUD. *Decidunt in fr.* B. *L.*

Ex aliorum eventis] Erf. *ex aliorum eventu.* Pith. *ex aliorum eventibus.* GRAEV. Vid. Lang. ad Cic. de Amic. cap. 4. BURM. Voss. II. III. *ex al. eventibus.* Leid. I. IV. Ed. Omn. *ex al. eventis.* Ed. Med. *ex eorum ev.* OUD. *Ex aliorum adventu.* D. *ex aliorum eventibus* (*eventu suis* a m. s.) A. *ex aliorum eventis* Cod. T. quod recte recepit Orell. *L.*

Nulla igitur re ind.] Leid. III. *proinde n. re ind.* OUD. *Tum arma sustulerint* B. *L.*

Quis hoc credat] Erf. *quis hoc credet.* GRAEV. Voss. I. cum Edd. pp. *q. h. crederet.* In ceteris MSS. *credet;* abest *hoc* a Leid. III. OUD. *Crederet* A. *Credet* BCE. *L.*

Imperium populi Romani tentare] Erf. *imperium P. R. tentare.* GRAEV.

Aliquid fuisse necesse est] MSS. tres *necessarium.* GRONOV. Pith. et tres al. MSS. *aliquid fuisse necessarium est.* GRAEV. Voss. I. Leid. II. III. Ed. Med. *al. f. necessarium est.* OUD. *Fuisse aliquid* BCE. *Necessarium est* ABCE. Tum *et quid aliud* A.

Quid aliud, nisi id, quod dico, potest esse? [In attenuato figurae genere, quod ad infimum, et quotidianum sermonem demissum est, hoc erit exemplum. Nam, ut forte hic in balneas venit, coepit, postquam perfusus est, defricari.

206 CAP. X. Deinde, ubi visum est, ut in alveum descenderet, ecce ibi iste de transverso, Heus, inquit, adolescens, pueri tui modo me pulsaverunt; satisfacias

---

quid aliud BCDET. Ernestius coniecerat: *Quod quid aliud*, idque Sch. recepit. Deinde *nisi quod* A. *non id, quae addico* B. *L.*

Nisi id quod dico] Lamb. ed. *nisi hoc quod dico.* Graev.

In attenuato figurae genere] Erf. *in attenuatae figurae genere.* Melius sic ut paulo ante *mediocris figura*, et c. 8. *gravis, mediocris, extenuata figura.* Vulgati *in attenuato figurae genere.* Graev. Leid. I. *in attenuatae f. g.* Quod praefero cum Graevio. Oud. *In attenuato fig. g.* ABCDET. nisi quod B. *in attenuato genere f. L.*

Genere, quod ad infimum] Erf. *genere, id quod ad infimum.* Pith. *genere, id est quod ad infimum.* Graev. Voss. I. Leid. II. Ed. Med. *et quod* etc. in ceteris *id quod;* nisi quod in Voss. III. sit *i.* pro *id est*, ut puto. Oud. *Genere, quod* ABCDE, nisi quod, ut dixi, B. *g. figurae quod.* Tum *cotidianum* ABC. Deinde *ad balneas accessit* B. *Ad balneas* etiam T. *L.*

Sermonem demissum est] Erf. *sermonum dimissum est.* Graev.

Postquam perfusus est, defricari] Pith. *postquam ceromate perfusus est, defricari.* Veteres quotidie balneo usos esse et unctionibus tum ante, tum post balneum, omnibus, qui non hospites sunt in literis priscis, notum est, ut et [nec minus] quam variis fusi sint oleis et unguentis. Vide Mercurialem de Arte Gymnastica lib. 1. cap. 8. et in primis Marsilium Cagnatum de sanitate tuenda lib. II. cap. 32. Ceroma erat unguentum ex oleo, pulvere, et cera, quo utebantur nudi luctatores. Sed num etiam in balneis usi sint ceromate, mihi nondum constat. Forte [fortasse] *ceroma*, si vera est istius libri scriptura, hic accipitur pro ceroto. Cerota erant liquida et spissa; erant autem medicamenta, ex olea et variis rebus facta, quorum meminit Plinius, Celsus, Columella, et alii. Celsus Lib. VIII, 5. *Cervixque molliri debet liquido ceroto ex irino facto.* Sic alibi meminit *ceroti ex rosa.* Graev. Ed. Omn. *p. perfusus confricari.* Voss. II. *p. perfusus est oleo, d.* e Glossemate. Voss. III. *defricare.* Oud. *Est* omittit C. *Oleo* nullus exhibet. *Defricari* ABCDET. *L.*

CAP. X. *Ubi visum est, ut in alveum d.*] Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *ubi visum est ire;* vere, ut opinor. Tum *quod in alv. d.* Voss. II. Oud. *Ire* exhibent ACDE. *visum est ei ut* B. Receperunt *ire* Sch. et Orell. Quod fuit necessarium. Lamb. edidit: *visum est in alveum descendere. L.*

Modo me pulsarunt] Sic Erf. Cauch. et Lamb. ed. al. *modo me pulsaverunt.* Graev. Voss. III. Leid. IV. Edd. pp. *m. m. pulsarunt.* Oud. Sed *pulsaverunt* ABCDET. Propterea non assentior Orellio, qui *pulsarunt* scripsit. *L.*

Iste clarius] Voss. III. Ed. Med. *ille cl.* Oud. *Ille* BC.

oportet. Hic, qui id aetatis ab ignoto praeter consuetudinem adpellatus esset, erubuit. Iste clarius eadem et alia dicere coepit. Hic vix tandem inquit: Sine me considerare. Tum vero iste coepit clamare voce ista, quae vel facile cuivis rubores elicere posset: Ita petulans es, atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, ut mihi videtur,

---

Deinde *coepit* videtur abesse ab E., ut vera sit Schuetzii coniectura, qui *coepit* omisit. Orell. uncis inclusit. *L.*

Hic vix tandem inquit] Erf. et al. MSS.: *Hic vix tamen inquit.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. *tamen.* Oud. *Vix tamen* B. *vix tn* A. sed vulgata in A. a m. s. *L.*

Iste coepit clamare voce ista, quae vel facile cuivis] Sic duo codices scripti e nostris, quum Medicaeus *quae perfacile cuivis.* Omnes interim *vix tamen.* Gronov. Duisb. *Iste clamare voce ista, quae vel facile cuiusvis.* Pith. et Medicaeus, teste Gronovio: *Iste coepit clamare voce ista, quae vel perfacile cuivis.* Venustius Erfurtensis: *Iste clamare voce, quae vel facile cuivis.* In narrationibus saepius utuntur hac ellipsi, *clamare*, pro *clamare coepit*, *clamavit*, quod nec pueri ignorant. Dein repetitio *iste, ista*, perquam ingrata est. Graev. Voss. III. *te c.* Abest verbum *coepit* a Voss. I. Leid. I. II. IV. Verissime. Ed. Med. *v. magna ista quae vel perfacile.* Pro *vel facile* in Voss. II. III. Leid. III. IV. Ed. Omn. *perfacile.* Oud. *Coepit* abest a BCDE. Recte. Omiserunt Sch. et Orell. Deinde *voce alta qualis facile cuius* B. *Voce ista quae vel facile cuivis* C. *v. i. quae v. facile cuique* D. *Crebra voce ista quod vel fac.* E. *Voce ista quae perfacile.* T. Sch. e coniectura dedit: *clamare, quod facile vel cuivis.* Ego scripserim, Codd. vestigia secutus: *clamare, voce quae vel cuivis.* Videtur enim *facile* interpretamentum voculae *vel*, quam recte omisit B. *Voce* omnes exhibent codd., sed in epitheto variant, quod additicium est. *L.*

Rubores elicere possent] Sic restitutus est hic locus a Ranconeto, coniectura ducto, cum in omnibus libris legatur, *eiicere.* Lamb. *Rubores elicere*, est a coniectura Ranconeti, cum perstaret in manusc. omnibus *eiicere.* Neque devertunt Pall., Suffridi tamen prae se ferunt *iniicere*, quod placuit Gulielmio. Gruter. MSS. et edd. *rubores eiicere posset.* Ed. prim. et Mediol. *Rubores iniicere posset.* Erf. *rubores eiicere potest.* Graev. Lambin. emendat ex Ranconeti coniectura *elicere.* Vulg. et manuscr. *eiicere* habent, a quibus non discedo. Brut. *Ruborem* Ed. Med. *eiicere*, vel *eicere* MSS. O. sed Ed. Omnib. *iniicere.* Leid. III. *potest.* Oud. *Eiicere* ABD. *inicere* C. *L.*

Ita petulans es, atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, ut mihi] Id est, ut ne ad illam quidem partem fori, (in qua fortasse minima iudicia exercebantur) idoneus sis, etc. vult hunc adolescentem nullo modo ad forum esse idoneum, vel ad nullum genus fori aptum esse, sed ad scenam tantum, et veriorem esse histrionem, quam oratorem. Sic hunc locum explicandum, et declarandum existimabat N. Gruchius. Lambin. *Ut ne ad solarium quidem etc. sed pone scenam et huiusmodi.* Haec est scriptura meliorum Pall. nisi quod quartus adhuc habeat *exercitate;* ubi vulgo *exercitatus sis.* Sed et illud *pone* invenit item in suis

207 sed pone scenam, et in eiusmodi locis exercitatus sis. Conturbatus est adolescens; nec mirum, cui etiam nunc paedagogi lites ad auriculas versarentur, imperito eiusmodi conviciorum. Ubi enim iste vidisset scurram exhausto ru-

---

Petreius noster. Eratque in Br. *penes*. Recepta lectio: *penes scenam*. Locum istum explicamus in Suspicionum libellis. GRUTER. Ad solarium fuisse iudicia exercita nemo dixit, scripsitve. Duisb. *ita petulans es aterve ad salutandum quidem, ut mihi.* Ed. prima et Mediolan. *Ita petulans es acerve, ut ne ad solarium quidem, ut mihi.* Erfurt. et Cauch. *ita petulans es atque acer, ut ne ad salutarium quidem, ut mihi videtur, sed penes scenam.* In Cauchiano voci *salutarium* superscriptum erat *salutandum*, et post *retro* super *pone scenam*. Duisb. *ita petulans es aterve ad salutandum quidem paenes scenam.* Antonius Cauchius, vir aetatis suae doctissimus et politissimus scripturae libri sui, in quo est *salutarium*, adscripserat, forte, *ad saltatorium*, h. e. *ludum*. Sed quid ludo cum voce rei est? Brachia praecipue et pedes desiderat ludus, non vocem. Mihi videtur auctor horum librorum scripsisse: *ut ne ad salutatiorum quidem, ut mihi videtur, sed pone scenam, et in eiusmodi locis exercitatus sis.* Quorum haec est sententia, ut ne ad salutatorium quidem officium sis exercitatus, sed pone scenam et in eiusmodi locis. *Salutatorium* sc. officium seu munus gerere, est partes nomenclatoris sustinere. Nomenclatoribus utebantur potentiores ad salutandos obvios sibi in publico cives. Sic *salutatorium cubile* est locus, in quo salutatores conveniebant, qui mane praesto erant ad salutandum patronum, apud Plin. XV, 11: *Omnia* (cydonia) *iam et virorum salutatoriis cubilibus inclusa sunt.* Sed exercitatus es pone scenam, hoc est, talis, qualis illorum est, qui post scenam, qui actoribus, si quando ipsis haereret aqua, verba et sententias suggerebant, quos *monitores* appellabant. Festus: *Monitores dicuntur, et qui in scena monent histriones, et libri commentarii.* Horum vero vox non fuit sonora et acuta, sed fusca et tenuis, ut tantum ab histrionibus, non spectatoribus audiri posset. Itaque dicit, illum ne ad salutatorium recte sustinendum, quod tamen et ipsum non clamosum desiderabat hominem, sed tantum ad monitoris personam agendam post scenam. Pro *ad solarium* scribitur sane non modo in Duisb. et Cauchiano, sed in hoc etiam ab aliena manu super illud adiicitur positum *ad salutandum*, in quod mutarunt τὸ *salutarium*, corrupte scriptum pro *salutatorium*: sed ea vox tamen *salutandum* antiquae scripturae clarum prae se fert vestigium, et viam pandit ad huius loci sententiam. *Idoneus* in nullo quoque meorum MSS. reperitur, praeterquam Pithoeano, nec in vetustioribus editionibus, Omniboni 1478. et Mediolanensi 1498. GRAEV. Vide Victor. lib. XXI. Var. Lect. c. 13. BURM. *Ad salutandum* unus Gryph. lib. B. et paullo post, *ponescenam*, ubi *penes* alii habent, et melius quidem, ni fallor. BRUT. *Aterve ad s.* Leid. IV. *ad solarium* habet cum Ed. Omn. solus Voss. III. a m. I. et Ed. Med. *solarium* sine praepositione. In ceteris MSS. ab m. I. *ad salutandum*. *Idoneus* legitur in nullo Cod. et Edd. pp. praeter Leid. I. in quo *idoneus es*. V. Graevium, cui accedo. Leid. I. II. *penes cenam*. in ceteris MSS. et Edd. pp. *penes scenam*. Abest *sed* a Leid. IV.

bore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet, ut omnia sine famae detrimento facere posset? Igitur genera figurarum ex ipsis exemplis intelligi poterunt. Erit enim et attenuata verborum constructio quaedam, et item alia in gravitate, alia posita in mediocri-

---

Oud. *Petulans es et acer* E. *P. es atque acer* ABCDT. Quum *aterve* in Duisb. et Leid. IV. legatur, Sch. de coniectura dedit *protervus*. Tum *ad solarium* ACDE. *ad solum* B. *ad salutandum* T. Deinde *idoneus* omittunt ABCDE. exhibet T. eiecit Sch. uncis inclusit Orell. Porro *sed penes cenam* A. *sed penes scenam* ACDET. De omnis loci sententia adeundus est Sch., qui recte ostendit, Scurram illum verbis: *satisfacias oportet*, comminari stuprum adolescenti. Verba: *sine me considerare*, notant permitte, ut deliberem, quomodo tibi satisfaciam. Adolescens enim respondet, tanquam non intellexisset. Tum verba: *ita — petulans — exercitatus sis* adolescenti impudicitiam exprobrant, indicantque, eum non solum ad solarium, fortasse a singulis, sed etiam pone scenam in conspectu multorum muliebria passum. Haec fere Sch. qui propterea *protervus* pro *acer*. Sed *acer*, ut *fortis*, in re Venerea non sine exemplo. *L.*

Et in eiusmodi locis] Exsulat praepositio a Voss. III. Oud. *Et in huiusm. l.* B.

Exercitatus sis] Al. *exercitus sis*. Pal. *exercite*. Graev. *Exercitatus* ABCE. Sed D. *exercitus*. *L.*

Conturbatus est adolescens] Pith. *Ad haec turbatus est adolescens*. Cauch. *Ad haec conturbatus est adolescens*. Graev.

Ad auriculas] Leid. III. *ad aures*. Oud. *Ad aures* B. Paullo ante *nec mirum cum* ACDE. *L.*

Imperito eiusmodi conviciorum] Erf. *imperito huiusmodi conviciorum*. Graev. MSS. O. et Ed. Med. *huiusmodi* non *eiusmodi*; quod praecessit. *Imperitus* Leid. I. Oud. *Huiusmodi* BCE. *Hucuiusmodi* A. *L.*

Quod de existimatione perderet] Legendum fortasse est *deperderet*. Lambin. Voss. III. *proderet*. Oud. *Perderet*, ABCDE. Paullo ante *ille vidisset* scripsit de Ern. suspicione Sch., quod confirmari videtur a Cod. A. *Vidisset iste* B. *L.*

Ex ipsis exemplis intelligi] Duisb. *ex istis exemplis intelligi*. Lamb. ed. *ex his exemplis intelligi*. Graev. *Ex istis exemplis* Leid. IV. Oud. Rescripsit Sch. *ex istis exemplis*; sed ABCDE. *ex ipsis e.* quibus assentitur etiam Cod. T. Recte *ipsis* defendit Orell. Sunt enim *ipsa exempla* eadem, quae *ipsa per se*; iam ex his ipsis exemplis intelligi vult genera fig. *L.*

Erit enim et attenuata] Pith. *erat enim et attenuata*. Erf. *Erit et attenuata*. Graev. Voss. I. III. Leid. I. II. *Erat* cum Edd. pp. et deest MSS. quatuor et Ed. Omnib. *constitutio* pro *constructio* Voss. III. Oud. *Erat enim* ABC. Tum *et attenuata* ABCDE. *Et* omisit T. Sch. scripsit de suo: *et in attenuata*, quod non opus videtur. *L.*

Alia in gravitate, alia posita in mediocritate] Voss. III. Leid. II. Ed. Mediol. *al. posita in mediocr. Tertia quae plena erat gravitatis*. Haud inepte sane. Oud. *Et item alia posita in mediocritate* C. ut verba: *alia in gravitate* omittantur. *Et item posita in med. tertia quae plena gravitatis. Est autem* B. *L.*

tate. Est autem cavendum, ne, dum haec genera consectamur, in finitima et propinqua vitia veniamus. Nam
208 gravi figurae, quae laudanda est, propinqua est ea, quae fugienda est, quae recte videbitur adpellari, si sufflata nominabitur. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe; ita gravis oratio saepe imperitis videtur ea, quae turget et inflata est, cum aut novis, aut priscis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut gravioribus, quam res postulat, aliquid dicitur, hoc modo: Nam qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicii dederit, si praeceps in Neptunias depulsus erit lacunas. Poenitet igitur istum, qui montes belli fabricatus

---

Dum haec genera consectamur] Duisb. Lamb. et aliae edd. quaedam: *dum haec genera consectemur.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *consectemur.* Oud. *Consectemur* ABCDE. *L.*

Nam gravi figurae, quae laudanda est, propinqua est ea] Erf. *Nam gravis figura, quae laudanda est, propinqua est ei.* Pith. *Nam gravi figurae, quae laudanda est, propinqua ea.* Graev. Vv. *quae laudanda est* tum *quae fugienda est* suspecta Ernestio delevit Sch. Sed Codd. exhibent omnes. *L.*

Quae fugienda est, quae recte] Erf. *quae fugienda, quae recte.* Graev.

Si sufflata nominabitur] MSSti nostri tres *suffulta.* Gronov. Pith. (et tres MSS. quos Iac. Gronovius inspexit,) *si suffulta nominabitur*, cum interpretatione magistri, qui voci *suffulta* adscripserat, *id est pannosa.* Graev. *Suffulta* legitur in duobus Gryph. B. C. et Leon. exemplari. Brut. MSS. O. et Edd. pp. *si suffulta nom.* Hoc est, *suffarcinata*, ut apud Terent. In Voss. III. additur interpretatio *grossa.* Oud. *Suffulta* ABC. *L.*

Nam ut corporis bonam] Erf. *Nam ita ut corporis bonam.* Graev. Voss. III. Leid. III. cum Edd. pp. *nam ut c.* in reliquis MSS. *nam ita ut c.* Oud. *Nam ita ut c.* ABCD. *L.*

Ita gravis oratio] Voss. I. *eagr. o.* punctis subductis. Leid. I. *item gr. o.* Oud.

Qui perduellionibus venditat patriam] Pith. *qui perduellionibus vendit patriam.* Lamb. ed. *qui perduellibus venditat patriam.* Graev.

In Neptunias depulsus] Multi MSS. et edd. *In Neptunias depultus. Depultus* aiunt ἀρχαϊκῶς dici pro *depulsus.* Sed nullum huius archaismi exemplum apud ullum reperitur antiquum scriptorem et Grammaticum, qui id procul dubio notassent. Itaque malo cum Erfurt. Cauch. editione prima, et non nullis recentioribus legere *depulsus.* Non enim in hac voce, sed in istis *Neptunias lacunas* id vitium, quod reprehendit, et vitandum censet, latet. Est enim hoc nimis poëticum, aut potius Comicum, pro mari. Graev. *Depulsus* MSS. sex cum Edd. pp. ut bene restituit Graevius. *depultus* Leid. II. cum varia lectione Voss. I. Oud. Tum *poeniteat* ex Ed. 1474. Ern. Consentiunt nostri AC. *Poenite* B. *L.*

Campos sustulit p.] Voss. I. *et c. s. p.* Oud.

est, campos sustulit pacis. In hoc genus plerique cum declinant, et ab eo, quo profecti sunt, aberraverunt, et specie gravitatis falluntur, nec prospicere possunt orationis tumorem.

CAP. XI. Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si pervenire eo non poterunt, errantes perveniunt ad confine genus eius generis, quod adpellamus fluctuans 209

In hoc genus plerique cum declinant] Hic quoque Erfurtensi adstipulor, in quo melius *declinant*, quam quod in vulgatis est *declinassent*, ut ex sequentibus patet verbis. GRAEV. Voss. I. *plerumque*. Leid. I. *declinarent*. Voss. I. Leid. II. IV. Ed. Omn. *declinavissent*. Voss. II. Leid. III. Ed. Med. ac vulgo *declinassent*. Voss. III. *derivassent*. OUD. *cum declinavissent et ab eo* ABE. *declinassent* C. *declinant et ab eo* D. *quum declinassent* T. Scripsit Sch. *declinant quum ab eo*. Sed quum Oxonn. duo exhibeant: *quum declinarent*, Orell. legendum coniecit: *quum declinarunt et ab eo — aberraverunt*. Recte, ut mihi videtur. *L.*

Et ab eo] Deest copula Leid. II. OUD.

Quo profecti sunt, aberraverunt] Duisb. *quo profecti aberraverunt*. Erf. et Cauch. *quo profecti sunt aberrarunt*. GRAEV. *Sunt* abest Leid. IV. *aberrant* Leid. III. non male. OUD. *Aberrarunt* B. *Erraverunt* E. *L.*

Et specie gr. falluntur] Voss. I. III. Leid. II. IV. carent copula. Et recte, ut opinor. OUD. *Et* om. etiam E. omisitque Orell. *L.*

Nec prospicere possunt] Duisb. *nec perspicere possunt*. GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. IV. Ed. Med. *perspicere p.* OUD. *Prospicere* A. *perficere* C. *Perspicere* scripserunt recte Sch. et Orell. Nam *perspicere* exhibent BDET. *L.*

CAP. XI. *Pervenire eo non poterunt*] Al. *pervenire eo non potuerunt*. GRAEV. Voss. I. Ed. Omn. *p. e. n. potuerunt*. Leid. III. *poterint*. Sed bene Voss. I. Leid. I. II. Ed. Med. *potuerint*. OUD. *Poterunt* ABD. *Potuerint* C. *L.*

Ad confine genus eius generis] Palat. pr. et tert. non habent illud *genus*, exstatque in Bruil. *ad confineum eius generis;* quod pronum est mutare cum Gulielmio in *confinium*. GRUTER. Ut coniecit Gulielmius, ita scriptum inveni in Erfurtensi, *ad confinium eius generis, quod appellatur dissolutum*. Et sic Duisburg. nisi quod in eo legatur *appellamus*. Est etiam in Cauchiano *confinium*, sed ibi additur *genus*, suppositis tamen punctis, quae innuunt hoc verbum esse delendum. His optimis codicibus sine haesitatione subscribendum puto, cum vulgatum *ad confine eius generis* valde sit insipidum. MSS. et edd. *ad confine genus eius generis*. Lamb. ed. *ad confine eius generis genus*. GRAEV. Abest *genus* a Voss. I. III. Leidd. O. et Edd. pp. *td confiniam* Leid. I. sed Leid. IV. et Ed. Omnib. *ad confinium eius g.* recte. v. Graev. OUD. *Ad confine huius generis* BC. *Ad confinium* DE. *Ad confine genus eius generis* AT. Scripserunt Sch. et Orell. *ad confinium eius gen. L.*

Quod appellamus fluctuans et dissolutum] Palat. quint. et Fabr. respuunt *fluctuans* etc. ceteri vero Pall. excludunt *et dissotum*, retento illo *fluctuans;* et malim sane primum. GRUT. Fluctuat et in nostris libris scriptura. Tres ignorant *fluctuans et*. Erf. *quod*

et dissolutum; eo quod sine nervis, et articulis fluctuat huc et illuc, nec potest confirmate, neque viriliter sese expedire. Id est huiusmodi: Socii nostri cum belligerare nobiscum vellent, profecto ratiocinati essent etiam atque etiam, quid possent facere, si quidem sua sponte facerent, et non haberent hic adiutores multos, et malos homines, et audaces. Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere. Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem. Diffluit enim totus

---

appellatur dissolutum, eo. Pith. et al. MSS. *Quod appellamus fluctuans, eo.* Sed in sequentibus verbis aliter etiam in iis scribitur. Nam pro vulgatis: *eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc.* Erf. *quod est sine verbis et articulis, ut hoc modo appellem fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc.* Nec longe abit Pith.: *quod sine verbis et articulis est, ut hoc modo appellemus fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc.* Ut et Duisb.: *quod est sine verbis et articulis, ut hoc modo appellatur fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc.* Videtur Pithoei codicis scriptura ceteris esse praeferenda, nisi quod *nervis* non sit interpolandum. Graev. Voss. I. III. Leidd. O. *dissolutum, quod est sine verbis et art. ut hoc modo appellem* (Leid. II. *appelles.* IV. *appellatur.* Voss. III. a m. I. *appellamus.* a II. *appellemus.*) *fluctuans eo quod fluctuat.* II. *dissolutum quod est verbis* (suprascr. *sine nervis*) *et art. ut hoc modo appellarem fluctuans eo, quod fluctuat.* Ed. Med. *dissolutum, quod est sine nervis et art., ut hoc modo appellamus fluctues eo, quod fluctit.* Ed. Om. *dissolutum, quod est sine et art. ut hoc modo appellem fluctuans eo, quod fluctuat.* Quam lectionem unice probo. Oud. *Dissolutum quod est sine nerbis et articulis, ut hoc modo appellere* (*appellemus* a m. s.) *fluctuans eo quod fluctuat huc et illuc.* AC. *in hoc modo appellamus* DE. *Dissolutum quod est sine verbis et articulis, ut hoc modo appellamus fluctuans eo quod fluctuat huc et illuc* cet. B. omissis ante vocibus *fluctuans et. L.*

Nec potest confirmate, neque viriliter] Scripsi ita cum Pal. quarto et Bruil. ac Fabr. vulgata: *nec potest confirmare, nec viriliter.* Nam Lambinus quidem reposuit: *nec potest sese confirmare, nec;* verum praeter libros nostros. Gruter. Edd. et MSS. *nec potest confirmare nec. viriliter se expedire.* Erf. *Nec potest confirmare, neque viriliter se expedire.* Pith. *nec potest confirmare nec verosimiliter se expedire.* Lamb. ed. *Nec potest sese confirmare, nec viriliter expedire.* Graev. Voss. III. *confirmate.* In reliquis MSS. et Edd. pp. *confirmare.* Oud. *Confirmare* BC.

Id est huiusmodi] Ita Leid. IV. cum Edd. pp., in ceteris MSS. *i. e. eiusmodi.* Oud. *Id est eiusmodi* ACE. *Idem eiusmodi* B. Tum *etiam et etiam* B. *L.*

Si quidem sua sponte] Pith. *si quid sua sponte.* Graev.

Et non haberent hic adiutores] Duisb. *et non haberent hinc adiutores.* Graev. Voss. I. II. Leid. I. II. et Edd. pp. *hinc.* Oud. *Hinc* ABCDE. *L.*

Multos et malos homines] Erf. et Pith. *multos malos homines.* Graev. Copulam non agnoscunt MSS. aut Edd. pp. praeter solum Leid. IV. In Ed. Omn. *multos homines, malos.* Non male. Oud.

neque quidquam comprehendens perfectis verbis amplectitur. Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode versari, veniunt ad aridum et exsangue genus orationis, quod non alienum est exile nominari, cuiusmodi est hoc: Nam istic ille in balneas accessit; ad hunc postea dicit, hic tuus servus me pulsavit. Postea dicit hic illi, considerabo. Post ille convitium fecit, et magis magisque praesentibus multis clamavit. Frivolus hic quidem iam, et illiberalis est sermo. Non enim adeptus est id, quod habet attenuata figura, puris verbis et electis compositam orationem. Omne ge-

---

Attentum auditorem] Voss. III. *intentum a.* Oud. *Attentum* ABCDE. *L.*

Diffluit enim totus]. Pith. *defluit enim totus.* Graev. Leid. II. *defluit en. t.* Oud. *Defluit* etiam B. *L.*

Attenuatione commode versari] Pith. *attenuatione versari.* Graev.

Nam istic ille] Pith. *nam ille istic.* Lamb. ed. *nam ille ad balneas,* Steph. ed. *Num istic ad balneas.* Cauch. *nam istic in balineis.* Graev. In tribus Gryph. libris manuscr. *nam ille istic.* Brut. Deest *ille.* Voss. II. Leid. I. III. IV. Al. dant *ille istic,* vel *istic in b. ille.* Oud. *Ille istic* ABCDE. *Ille* om. T. omisitque Orell. *L.*

Ad balneas accessit] MSSti omnes *in balneas.* Et utique dicit etiam Cicero *accedere in Macedoniam, in provinciam, in fundum, in oppidum, in funus, in senatum.* Miror id Lambino non visum, qui hic alia notat in margine. Gronov. Erfurt. Pith. et alii MSS., quos Iac. Gronovius vidit et probavit, *in balneas accessit.* Vulgati *ad balneas accessit.* In Erfurtensi tamen est *in balneis accesit,* et in Cauch. *in balineis accessit.* Graev. In tribus Gryph. libris manuscr. *in balineis accessit ad hunc, postea dixit* Non male. Brut. In MSS. O. et Edd. est *in balneas;* nisi quod Leid. I. Voss. II. habeant *in balneis.* Oud. *In balneas.* AC.

Ad hunc postea dixit] Erf. *Ad hunc postea dicit.* Graev.

Postea dixit hic illi] Erf. *postea dicit hic illi.* Graev.

Post ille huic convicium facit] Delevi *huic,* quod nec in Erfurt. nec in Pith. nec in Cauch. nec in omnibus editis ante Lambinianam, quas vidi, legitur. Sane intrusum est ab iis, qui hic non intellexerunt, quid sit *convitium facere,* nimirum valde clamare ac vociferari. Plaut. in Bacchid. IV, 8. 33. *Vis tibi ducentos nummos iam promittier, ut nec clamorem hic facias nec convitium.* Sed quis nunc huius vocis vim nescit? In Pithoeano, *postea ille convitium facit.* In Erfurt. *post ille convicium facit.* Graev. Ed. Med. *postea.* In nullo nec MS. nec Ed. est *hinc,* quod bene delevit Graevius. Oud. *Postea ille* CD. *Huic* omm. ABC. *huic vitium* E. Tum *inliberalis est* A. *illiberalis* CDE. *Et liberalis iam est* B. omisso antea *iam.* Deinde B. *Puris et electis verbis componis orationem.* Etiam AD. *puris et electis v. L.*

Non enim adeptus est id, quod habet] Cauch. *non enim est id habet.* Graev.

nus orationis, et grave, et mediocre, et attenuatum, dignitate adficiunt exornationes, de quibus post loquemur: quae si rarae disponentur, distinctam, sicuti coloribus; si crebrae collocabuntur, oblitam reddunt orationem. Sed figuram in dicendo commutari oportet, ut gravem mediocris, mediocrem excipiat attenuata. Deinde identidem commutentur, ut facile satietas varietate vitetur.

CAP. XII. Quoniam, quibus in generibus elocutio
versari debeat, dictum est, videamus nunc, quas res de-
211 beat habere elocutio commoda, et perfecta. Quae ma-
xime admodum oratori adcommodata est, tres res in se
debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem.

Et grave, et mediocre, et attenuatum dignitate afficiunt] Margo Cratand. *Et gravem et mediocrem, et attentam dignitatem efficiunt.* In Erfurt. et Cauch. est, *dignitate efficiunt.* Sed alii stant a vulgatis. Graev. Voss. II. III. Leid. I. III. IV. *dignitatem.* in quo *gravem et mediocrem et adtenuatam.* In Leid. I. etiam *gravem et mediocrem et adtenuatam.* Oud. Tum *efficiunt* ABCDE. *L.*

Si rarae disponentur] Edd. nonnullae, *si rara disponentur.* Graev. Leid. II. *raro.* I. *disponantur.* Oud. *Disponuntur* A. *Disponentur* BCDE. *L.*

Si crebrae colloc.] Voss. III. Leid. II. *crebro.* Oud. *Crebro* etiam E. *L.*

Oblitam reddunt orationem] Tres libri manuscr. habent *obliquam;* mendose, opinor. Lambin. Al. *oblitam reddent orationem.* Erf. Pith. *obliquam reddunt orationem.* Sed *oblita oratio* est, fuco illita, seu fucata. Proprie Plautus in Mostell. I, 3. 100. *Quid cerussa opus est?* Ph. *Nam qui malas oblinam.* Graev. MSS. sex et Edd. pp. *obliquam r. o.* Voss. II. *oblicam r. o.* Oud. *Obliquam reddunt* ABCD. *L.*

Mediocrem excipiat attenuata] Al. *mediocrem recipiat attenuata.* Graev.

Satietas varietate vitetur] Duisb. *satietas vitetur.* Graev. Deest *varietate* Leid. IV. Oud. Paullo ante *idemptidem* BD. Sed haec particula ubique scribenda *intendidem.* Non enim potest composita esse nisi ex *item—idem.* Ut enim *itidem* ex *ita—idem,* sic illa ex *item—idem,* cui interpositum *d* euphonicum. *L.*

CAP. XII. *Quae maxime oratori accommodata est*] Cum animadvertissem, nonnullos libros vulgatos habere: *Quae maxime admodum oratoris accomm.* alios: *Quae maxime ad commodum oratoris accommodata;* ego sic restitui: *Quae maxime oratori accommodata est:* persuasum habens, illud *ad commodum,* natum esse ex ea voce, quae sequitur, *accommodata,* idque errore seu culpa librarii, qui unam vocem bis scripserit. Lamb. Leid. IV. *maxime admodum oratori accomm. e.* Deest *admodum* Leid. III. ut edidit Lambinus. *m. admodum oratoris* Voss. I. Leid. I. Ed. Med. *m. ad commodum oratoris* Voss. II. III. Leid. II. Ed. Omn. Offendit librarios coniunctio vocum *maxime admodum.* Sed synonymis aliquando non abstinuerunt etiam brevissimi scriptores. Oud.

Elegantia est, quae facit, ut unumquidque pure, et aperte dici videatur. Haec distribuitur in latinitatem, et explanationem. Latinitas est, quae sermonem purum conservat, ab omni vitio remotum. Vitia in sermone, quo minus is Latinus sit, duo possunt esse; Soloecismus, et Barbarismus. Soloecismus est, cum verbis pluribus consequens verbum superiori non adcommodatur. Barbarismus est, cum verbum aliquod vitiose effertur. Haec qua ratione vitare possimus, in arte Grammatica dilucide discemus. Explanatio est, quae reddit apertam et dilucidam orationem. Ea comparatur duabus rebus, usitatis verbis, et propriis. Usitata sunt ea, quae versantur in sermone,

---

M. ad hunc modum oratoris A. *m. ad commodum or.* BE. *m. ad modum or.* DT. Scripsit Sch. cum Iuntina: *ad officium or.* Vulgatam retinuit Orell., corruptam tamen significans. *L.*

Ut unumquidque pure et aperte] Erf. *ut unusquisque pure.* Graev. Scripsi auctoritate MSS. et Edd. pp. *ut unum quodque pure et aperte*, pro *unum quidque*. Addit verbum Ed. Omn. *pure et perfecte* Leid. II. Oud. *Unum quodque* ABCDET. Recte. *L.*

Vitia in sermone, quo minus] Erf. *vitia, quo minus.* Graev. Voss. III. *q. m. sermo illatinus sit.* Oud.

Cum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur] Duisb. *Verbum superiori non accommodabitur.* Cauch. *cum verbis pluribus consequens verbum superius non accommodatur.* Et superscriptum *superiori.* Unde coniicit Aul. Cauchius: *cum verbis pluribus consequens verbum superioribus non accommodatur.* Non male, sed excidit tum loco suo; scripsit enim, si haec coniectura, *cum verbis pluribus superioribus consequens verbum non accommodatur.* Si MSS. annuerent, delerem *superiori.* Sed quia illi refragantur, sic haec intelligenda sunt, cum verbis pluribus scilicet positis, aut inter verba plura consequens verbum superiori non respondet. Graev. MSS. sex et Ed. Med. *cum in verb. pl.* Verissime, sive ubi plura verba sunt posita. Leid. IV. *cum v.* etc. *accommodabitur.* Oud. *Cum in verbis pluribus, cons. v. superiori* ABCDET., atque ita dederunt Sch. et Orell. Recte. *L.*

Vitiose effertur] Voss. III. et Ed. Omnib. *Vitiose profertur.* Oud. *Effertur* ABCDE. *L.*

Dilucide discemus] Pall. tres *dicemus.* Exemplaria examinata Suffrido nostro, item Fabr. et Br. *dicimus.* Recte putabat emendari Gulielmius *discimus.* Gruter. *Dilucide docere, et dicere* recte Latini utuntur. Sed quid sit *dilucide discere* ignorant, pro quo *bene, recte discere* usurpant. Itaque probo, quod in Erfurt. et Cauchiano ego, et in aliis Gruterus reperit, *dilucide dicemus.* Graev. Voss. I. II. Leid. I. III. IV. et Ed. Omnib. *d. dicemus,* quod est reponendum. Oud. *Dicemus* CD. *Discemus* ABE. *Dilucide* omisit Sch., ut ex seqq. hic male assumptum. Ait Orell. ab uno Cod. omitti, quem Cod. vellem indicasset. *L.*

Comparatur duabus rebus] Margo Cratandri, *comparatur duobus modis.* Graev. Voss. III. *c. duobus modis.* Oud. *Duobus rebus* D. Reliqui omnes *duabus rebus. L.*

212 et consuetudine quotidiana. Propria, quae eius rei verba sunt, aut esse possunt, qua de loquemur. Compositio est verborum constructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas. Ea conservabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quae vastam atque hiantem orationem reddunt, ut hoc est: „Baccae aeneae amoenissimae impendebant." et si vitabimus eiusdem literae nimiam adsiduitatem: cui vitio versus hic erit exemplo: (nam hic nihil prohibet in vitiis, alienis exemplis uti.)

In sermone et consuetudine] Erf. *in sermone, consuetudine.* Graev.

Qua de loquimur] Al. *de qua loquimur.* Graev. Voss. III. Leid. II. III. *de qua loquemur*, vel *loquimur.* Oud. *Qua de loquimur* ABCD. *Qua de loquemur* E. *L.*

Compositio est verborum constructio] Ultimae voces *verb. constr.* exsulant a Voss. I. III. Leid. II. III. Ed. Med. Oud.

Constructio, quae facit omnes partes orationis aequaliter perpolitas] Erf. *constructio aequaliter perpolita.* Duisb. *constructio non nisi aequabiliter perpolita.* Edd. quaedam: *Constructio, quae facit omnes partes orationis aequaliter perpolitas.* Sed vetustiores omnes, quas ego vidi, ante Victorianam: *constructio aequabiliter perpolita.* Et sic MSS., meus quoque, in margine tamen vulgatiorem recentium scripturam ostentat. Graev. Voces *quae facit omn. part. oration.* desunt Leid. I. IV. Voss. II. Ed. Omn. Alterum abundat. Leid. IV. *non nisi aeq. perpolita.* Leid. III. *aequaliter perpolita.* Voss. II. item et Ed. Omn. *perpolita.* Oud. *Comp. verb. constructio equaliter perpolitas* (a m. s. *comp. v. est et insignae facit omnes partes orationis*) A. *Comp. est, quae facit omnes partes or. aequabiliter perpolitas.* C. *Comp. est quae f. omnis partes or. equabiliter perpositas* B. *Comp. est q. f. omn. p. or. aequabiles positas.* E. *C. e. q. f. o. p. or. aequabiliter praepositas* D. *Constructio aequabiliter perpolita* T. Scripsit Sch. *Comp. est verborum constructio aequabiliter perpolita.* Retinuit vulgatam Orell. *L.*

Ut hoc est] Erf. *ut haec est.* Graev. Voss. I. Ed. Omn. *ut haec est.* Oud. *Ut haec est* E. *ut hec est* C. Reliqui *ut hoc est. L.*

Bacae Eoae, amoenissimae] Sic restituit Io. Auratus. Per *bacas Eoas* autem uniones significantur orientales. Lamb. Erf. et Cauch. *Bachae aereae amoenissimae.* Graev. *Baccae Eoae*, ut uniones intelligantur, legit Io. Auratus, vir doctissimus, referente Lambino. *Bacchae aeneae* habent eodem modo tres Gryph. libri. *Vaccae aeneae* Leon. editio. Nos *Bacchae aeneae* edidimus. Hae enim, ut canephorae, cupidines, sileni, pristes, tritones, in scyphis et poculis caelabantur; quae eadem inter aedium ornamenta e marmore, antiquo opere atque artificio solita adhiberi, nemo non novit. Brut. Voss. I. Leid. II. *bacae.* Leid. IV. *bacae* cum Ed. Omn. *Bacchae* Ed. Med. *aereae* Voss. II. *impediebant* Voss. I. Oud. *Bacae* B. *Bache* C. *Bace* E. In voce *aeneae* consentiunt omnes Codd. Verum est *bacae aeneae. L.*

Nam hic nihil] Duisb. *nam hoc nihil.* Graev.

„O Tite, tute, Tati, tibi tanta tyranne tulisti. Et hic „eiusdem poëtae: Quidquam quisquam cuiquam quod conveniat, neget. Et, si eiusdem verbi adsiduitatem nimiam fugiemus. Ea est huiusmodi: Nam cuius rationis ratio non exstet, ei rationi ratio non est fidem habere. Et, si non utemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo: „Flentes, plorantes, lacrymantes, obtestantes.“ Et, si verborum transiectionem vitabimus, nisi quae erit concinna, qua de re posterius loquemur, quo in vitio est Lucilius adsiduus, ut hoc est in priore 213
libro: „Has res ad te scriptas, Luci, misimus, Aeli.“

Alienis exemplis uti] Duisb. *alienis uti.* GRAEV. Vid. Merul. ad Enn. p. 235. BURM.

O Tite, tute, Tati] Erf. *O Tite, Tati tute.* Duisb. *O Tite, tute tibi.* GRAEV. Deest *Tati* Leid. IV. Voss. II. OUD. Hic decantatissimus versus ab hoc auctore primo affertur. Tribuerunt posteriores Grammatici Ennio, neque est incredibile Ennii esse, quum qui sequitur versus, ab hoc auctore eiusdem esse dicitur, qui aperte scenicus est versus. *L.*

Et hic eiusdem poetae] Pith. et Duisb. *et hoc eiusdem poëtae.* GRAEV.

Quidquam quisquam cuiquam quod conveniat] Erf. et Pith. *quidquam quisquam quemquam quisque conveniet.* Duisb. *Quicquam quisquam quisque conveniat.* GRAEV. Cum Ed. Omn. Voss. I. Leid. II. IV. *q. q. quemque quisque.* II. *q. q. quemquam quemque.* III. *quisquam quisque quemque quisq.* Leid. I. *q. q. quaquam quisque.* III. *q. q. quemquam quis.* Ed. Med. *q. q. quemquam.* Leid. II. III. Ed. Med. *conveniet.* Leid. IV. *negetis.* OUD. Pro *quidquam* BE. *quicquam.* C. *quisquam.* A. *quod equam* (i. e. *quodquam*) A sed a m. s. *quicquam.* Pro *quisquam* D. *quispiam.* Pro *cuiquam* D. *quemquam.* Pro *quod conveniat* D. *quis cumveniat.* B. *quod quisque conveniat.* In B. *cuiquam* omissum est. Ceterum versus est trimeter iambicus. *L.*

Fugiemus; ea est huiusmodi] Erf. *fugiemus huiusmodi.* GRAEV. Voss. II. *huiusmodi* Leid. II. III. IV. *eiusmodi.* Ed. Med. *quae est eiusmodi.* Voss. III. *Ea est eiusm.* OUD. *Ea est* omm. BEDC. *eiusmodi* exhibent ACDE. *Huiusmodi* B. *L.*

Non est fidem habere] Pith. *non est fidem adhibere.* GRAEV. Voss. III. *f. adhibere.* OUD.

Flentes, plorantes] Versus est hexameter, spondiacus. LAMB.

Verborum transiectionem] Pith. *verborum traiectionem.* GRAEV.

Lucilius assiduus] Erf. et Pith. *Caelius assiduus.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. I. II. III. Ed. Med. *Cecilius.* Voss. II. Ed. Omn. *Celius.* Deest nomen una cum verbis *in vitio est* a Leid. IV. OUD. *Celius* A. *Cecilius* BCD. *Cecelius* E. *In libro primo* B. quod verum est. *L.*

In priore libro] Pith. *in primo libro.* GRAEV.

Has res ad te scriptas Luci misimus Aeli] Addit Duisb. *pro has res ad te misimus Lucili.* Scribe, *Luci Aeli.* GRAEV. Ed. Med. *Has ad te scriptas tibi.* Post *Aeli* additur in Leid. IV. *pro has res ad te misimus Lucili.* OUD. Vv. *ad te scriptas* bis le-

Item fugere oportet longam verborum continuationem, quae et auditoris aures, et oratoris spiritum laedit. His vitiis in compositione vitatis, reliquum operis consumendum est in dignitate.

CAP. XIII. Dignitas est, quae reddit ornatam orationem varietate distinguens. - Haec in verborum et sententiarum exornationem dividitur. Verborum exornatio est, quae ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio est, quae non in verbis, sed in ipsis rebus quamdam habet dignitatem. Repetitio est, cum continenter ab uno atque eodem verbo in rebus similibus et diversis principia sumuntur, hoc modo: Vobis istud attribuendum est, vobis gratia habenda, vobis res ista erit honori. Item: Scipio Numantiam sustulit, Scipio Karthaginem delevit, Scipio pacem peperit, Scipio civitatem servavit. Item: Tu in forum prodire, tu lucem conspicere, tu in horum conspectum venire conaris? Audes

---

guntur in B. *Pro Aeli* AB. *Heli.* D. *Eli.* Tum *Hiis vitiis* ABCDE.

Reliquum operis] Voss. I. Leid. I. II. Ed. Med. *r. operationis.* Leid. III. *r. opere.* Oud. *Rel. orationis* AC. Sed vulg. a m. s. *L.*

CAP. XIII. *Varietate distinguens*] Voss. I. Leid. II. *et var. distinguit.* Oud. *Oratione et varietate* C. *orationem et var.* B. *orationem in var.* D. *distinguit* BD. *dividens* A.

Haec in verborum et sententiarum] Vulgg. *Haec et in verborum et sententiarum.* Graevius. Lege: *haec in verborum et in sentent. exornationem* cum Voss. I. III. Leid. I. II. III. Ed. Med. in qua etiam *exornationes.* Leid. IV. Ed. Omn. *exornatione.* Vulgo secundo loco deest *in.* Oud. *Et hoc in verb.* A. *et in sentent.* B. *exornationes* ABC. *In* ante *sent.* admisit Sch. in maiore ed. Om. Orell. et Sch. in min. ed. Rectius retinetur. *L.*

Insignita continetur perpolitione] Lamb. ed. *insignita perpolitione continetur.* Erf. *insignitate continetur perpolitione.* Graev. *Continetur insignita perp.* C. *Insignita cont. perp.* D. *L.*

Quae non in verbis, sed in ipsis rebus] Erf. *quae non verbis, sed in ipsius rebus.* Graev.

Quandam habet dignitatem] Desunt Leid. II. sed pro iis exaratur *Liber V.* Oud. Post haec verba Sch. de Ern. sententia lacunae signa posuit, verba quaedam transitui inservientia excidisse putans, in hunc modum: *De verborum exornationibus primum dicemus.* Ad quae conferri iubet huius libri c. 34. extr. *L.*

In rebus similibus et diversis] Fortasse: *in rebus dissimilibus et diversis.* Lamb.

Vobis gratia est habenda] Sic Erf. Duisb. Cauch. et Lamb. ed., sed vulgg. *vobis gratia habenda.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. *v. gratia est h.* Oud. *Vobis gratia hab. v.* ABCDE. *L.*

Res ista erit h.] Voss. III. *ista res est h.* Oud. *Ista res erit h.* ABCDE. *L.*

verbum facere? audes quidquam ab istis petere? audes supplicium deprecari? Quid est, quod possis defendere? quid est, quod audeas postulare? quid est, quod tibi putes concedi oportere? Non iusiurandum contemsisti? non amicos prodidisti? non parenti manus intulisti? 214
non denique in omni dedecore volutatus es? Haec exornatio, cum multum venustatis habet, tum gravitatis et acrimoniae plurimum. Quare videtur esse adhibenda et ad ornandam et ad augendam orationem. Conversio est, per quam non, ut ante, primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter revertimur, hoc modo: Poe-

---

Audes quicquam ab istis petere] Pith. *audes quicquam petere.* GRAEV.

Quid est quod audeas postulare] Non sunt in Duisb. GRAEV. *Poscere* legitur in Gryph. exemplari B. BRUT. *Quid est, quod audeas postulare* desunt Leid. III. IV. OUD. *Postulare audeas* D. Ceterum verba ista retinent ABCDET. *L.*

Quod tibi putes concedi] Erf. *quod tibi concedi putes.* GRAEV. *Tibi concedi putes op.* ABCE. *concedi tibi putes op.* D. Coniecit Orell. *concredi. L.*

Non iusiurandum reliquisti?] Sic Vulgg. Dicant, qui Latine sciunt, quid sit *iusiurandum relinquere?* sine mora recepi scripturam codicis Erfurtensis, et mei, quam receperant iam olim Ascensius et Cratander: *non iusiurandum contemsisti?* hoc est peierasti. GRAEV. *Contempsisti*, quam agnoscit lectionem Lamb., legitur in uno Gryph. A. Ceteri, ut vulgati, habent *reliquisti.* BRUT. *Non iusiurandum contemsisti* diserte exaratum inveni in Voss. III. Leid. II. et Ed. Mediol., in ceteris *reliquisti* v. Graev. Leid. II. et in seqq. Leid. III. *num* etc. OUD. *Reliquisti* AT. *contempsisti* BCDE., quod Orellio e glossa ortum videtur. Non temere. *L.*

Volutatus es] MSS. tres *Voluptatus es.* OUD. Ita etiam B. *L.*

Ad ornandam et ad augendam] Ita Gruterus, quum ante *ad exornandam et ad augendam.* Et iuste quidem praepositionem ab eo verbo removit; sed quod penitus sustulit, vix dixerim, an laudari debeat, quum nullum viderim antiquum codicem, in quo non esset *ad ornandam et ad exaugendam*, ut notat quoque Lambinus; quam compositionem etsi ignoret Nizolius, quid tamen in ea est vel Cicerone indignum? Utique etiam cap. 24. *ut exaugeatur indignitas rei* MSS. duo. GRONOV. Lamb. ed. *ad exornandam et exaugendam.* Ed. Grut. et al. *ad ornandam et adaugendam.* Sed Erf., Cauch. et ed. Cratand. *ad ornandam et ad exaugendam.* GRAEV. *Exaugendam* habent tria manuscr. exemplaria, a quibus stat cum Leon. tum postrema Lamb. editio. BRUT. Voss. III. *et exaug. orat.* Leid. III. Ed. Med. *et ad exaggerandam.* Sed ceteri MSS. quinque et Ed. Omn. praebent *et ad exaugendam or.* Verissime. OUD. *Ad ornandum* C. *ad ornandam* BADET. Tum *ad exaugendam* ABC. *ad augendam* DE. *ad exaggerandam* T. *Ad ornandam et ad exaugendam* scripserunt Orell. et Sch., ille ablegans ad c. 24. quem locum iam Gron. comparavit. *L.*

Non ut ante] *Diximus* addit Voss. III. OUD.

nos populus Romanus iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Item: Ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, respublica sublata est. Item: C. Laelius homo novus erat, ingeniosus erat, doctus erat, bonis viris et studiosis amicus erat. Ergo in civitate primus erat. Item: Nam cum istos, ut absolvant te, rogas: ut peierent, rogas: ut existimationem negligant, rogas: ut leges populi Romani tuae libidini largiantur, rogas.

215 CAP. XIV. Complexio est, quae utramque complectitur exornationem, et hanc, et quam ante exposuimus, ut et repetatur idem primum verbum saepius, et crebro

---

Libertas sublata est] Desunt Leid. III. Ed. Omnib. Oud.

Fides sublata e., amicitia sublata est] Desunt Voss. II. Leid. III. Ed. Omnib. Oud.

Respublica sublata est] Desunt Voss. I. Leid. I. II. Ed. Med. Oud.

Homo novus erat] Sic omnes MSS. et edd. ante Lambinianam, qui primus ex ingenio refinxit *homo navus erat*; quem sequitur Gruterus, et quem ipse sequerer quoque, si accederet suffragium veteris codicis spectatae fidei. Longe accommodatior est ad hunc locum, quam vox *novus*. Sed verum tamen est, primum hunc Laelium ex sua familia pervenisse ad magistratus curules. Pater eius quaestor tantum fuerat, qui non habebat ius imaginem prodendi: dicebantur autem *homines novi*, qui primi ex sua gente extollebantur ad has dignitates, quibus licebat imaginem prodere. Duisb. *C. Laelius Cornelius homo novus erat*. Graev. Leid. I. Voss. II. *Cornelius* Leid. III. *Corbellius*. IV. *Gaius Lelius Cornelius*. In MSS. O. et Edd. pp. est *novus*. Oud. *Cornelius* (om. *Laelius*) A. *Gayus Lelius* CE. *Lelius* (om. *C.*) D. *Homo novus* ABCE. *novus homo* D. *Homo navus*, quod Lambinus de coni. dedit, nec in ullo tamen Cod. reperitur, receperunt Sch. Orell. Recte. *L.*

Ingeniosus erat] Desunt Voss. I. In Leid. II. haec et seqq. usque ad *Ergo in* non comparent. Oud. *Ergo in hac civitate* T. ut Pith. apud Graev. *L.*

Bonis viris et studiosis] Palat. quart. sext. item Br. et Fabr. *studiis*. Quam varietatem peperit insolentia verbi. Rarius enim *studiosum* pro bono et probo dici. Cicero pro Ligario: *Nisi tu eum studiosum et bonum virum iudicares*. Gruter. Duo MSS. *bonis viris et studiis amicus erat*. Graev.

In civitate primus erat] Pith. *in civitate amicus erat*. Graev.

Nam cum istos] Desunt *nam cum* Ed. Omn. *cum istos* non exstant in Voss. III. *N. cum custos* Leid. II. Oud.

Ut peierent] Leid. II. IV. *ut periurent*. Oud. *Ut peterent* B. *ut periurent* C. Haec duo vv. omisit E. *L.*

CAP. XIV. *Et hanc et quam*] Voss. I. *et hanc et illam, quam*. Oud.

Ut et repetatur idem verbum primum saepius] Erf. *ut repeta-*

ad idem postremum revertamur, hoc modo: Qui sunt, qui foedera saepe ruperunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformaverunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Karthaginienses. Videte ergo, quid conveniat eos impetrare. Item: Quem senatus damnarit, quem populus Romanus damnarit, quem omnium existimatio damnarit, eum vos sententiis vestris absolvetis? Traductio est, quae facit, ut cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum,

---

tur idem verbum saepius. Pith. *ut et repetatur idem verbum saepius.* Duisb. *ut cum repetatur idem verbum saepius.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. III. Edd. pp. *et ut r.* deest *et* Leid. I. Voss. II. *ut cum r.* Leid. IV. *primum* deest Voss. II. III. Leid. II. III. IV. Edd. pp. *superius* Ed. Med. Oud. *Primum* om. B. *L.*

Ad idem postremum revertamur] Leid. III. *ad idem verbum postremo.* Ceterum solus Leid. II. dat *revertamur*, reliqui MSS. et Edd. pp. *revertatur*, ut subintelligatur *verbum.* Oud. *Postremo* T. *Revertamur ad idem postremum* B. *Ad i. p. revertatur* AD. *Verbum* ante *postremum* omm. ABCDET. *L.*

Foedera s. ruperunt] Voss. I. Leid. II. Ed. Med. *f. s. reliquerunt.* Oud. *F. s. reliquerunt* BDE. *f. s. rumpunt* D. *f. saepe ruperunt* AT. *L.*

Crudele bellum in Italia gesserunt] Erf. et Duisb. *crudele bellum gesserunt.* Pith. *crudele bellum saepe gesserunt.* Graev. Voces *in Italia* in manuscriptis non exstant. Brut. Abest *crudele* a Voss. II. *in Italia* non comparent in Voss. I. II. Leid. III. IV. Immo cuncta *qui sunt* usque ad *gesserunt? Karthag.* non habent Leid. I. et Ed. Med. Ceterum in MSS. plerisque et Edd. pp. est *Carthaginienses.* Oud. *In Italia* om. B. *Carthag. Karthag. et Cartag.* fluctuat scriptura in ABCDE. plerumque *Cartag.* exaratum est. *L.*

Qui sibi postulant ignosci] Erf. *qui sibi postulent ignosci.* Graev. Leid. I. Voss. III, *q. s. postulent ign.* Oud.

Videte ergo quid conveniat eos impetrare] Quidam liber manuscript. habet: *quam conveniat eos veniam impetrare.* Lambin. Erf. *Videte ergo quam conveniat.* Graev. Voss. I. III. Leid. I. II. III. Ed. Med. *quam conveniat.* Recte. Oud. *Quam conveniat* ACT. *Quid conveniat* DE. *Quam rem conv.* B. *L.*

Cum vos c. v. absolvetis] MSS. tres *absolvitis.* Oud. *Absolutis* A. *absolvitis* E. *L.*

Ut cum idem verbum] Erf. *uti cum idem verbum.* Graev. Voss. I. Leid. I. II. *uti cum i. v.* Oud. *Uti cum* A. *uti quum* DC. *uti est idem v.* B. *L.*

Non modo non offendat animum] Monuerat iam diu P. Victorius in notis ad epistolas ad Atticum III, 15. duas priores voces in antiquioribus non esse. Non placuit posteris eum audire, quod excusare illos posse crediderim per alios scriptos codices, in quibus eas reperiebant. Id mihi indicium est non fuisse eis ad manum codices primae notae. Nam Longobardicus ille Medicaeus plane omittit has voces, quum duo minore aetate turbent, alio

sed etiam concinniorem orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere. Item: Eum tu hominem adpellas, qui si fuisset homo, numquam tam crudeliter vitam hominis petiisset. At erat inimicus. Ergo inimicum sic
216 ulcisci voluit, ut ipse sibi reperiretur inimicus? Item: Divitias sine divitum esse; tu vero virtutem praefer divitiis. Nam si voles divitias cum virtute comparare, vix satis idoneae tibi videbuntur divitiae, quae virtutis pedisequae sint.

Ex eodem genere exornationis est, cum idem verbum modo ponitur in hac, modo in altera re, hoc modo: Cur eam rem tam studiose curas, quae multas tibi dabit

---

exhibente *ut modo non*, cui primae voci τὸ *non* superscriptum est, alio erasae veteri lectioni inscriptum habente *dum modo non.* Gronov. Medic. *non offendat animum.* Nostri omnes vulgatam tuentur. Graev. *Non modo non* exhibent ABCDET. *L.*

In vita iucundius vita, is cum] Erf. *in vita iocundius vita, is cum.* Graev. *In vita iocundius in vita is qui virtutem* B. *Iocundius* ABCDE. *Convirtute* A. sed vulg. a m. s. *Cum virtute* CDE. *L.*

Vitam non potest colere] Lamb. ed. *vitam colere non potest.* Graev.

Eum tu hominem] Erf. et Dusb. *eum hominem appellas.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. carent τοῦ [voc.] *tu.* Ed. Omnib. *Hunc tu h. a.* Oud. *Tu* om. ABC. *L.*

Nunquam etc. vitam petisset] Sic cum Ed. Omn. exhibent MSS. O. non *petiisset.* Voss. III. *nequam*, fortasse pro *nequaquam.* Oud. *Hominis vitam* BDCT. *Petisset* ABDE. *Impetisset* C. *L.*

Divitias sine divitum esse, tu vero virtutem praefer] Adversativa *vero* abest ab Medic. Et hoc sufficit eam ab aliis interiectam ad connexionis commoditatem, ut videtur illis. Sed non sic antiquis. Quid enim aliud est? *Bella gerunt fortes, tu, Pari, semper ama.* Et Poeta alter, quum alias artes iuberet sinere aliarum gentium esse: *Tu regere imperio populos, Romane, memento.* 4, 5o. *Tu illo plures mittas oportet.* Scipio ad Hannibalem: *Quidnam tu diceres, si me vicisses*, apud Livium XXXV, 14. in quibus locis illud *vero* videretur quoque futurum valde commodum. Gronov. In Erf. super scriptum erat voci *divitias divitiis, et divitum, divites.* Cauch. *divitias sine divitis esse.* Graev.

Tu vero virtutem praefer.] Medic. *Tu virtutem praefer.* Erf. *Tu vero praefer virtutem.* Graev. Optime Ed. Mediol. non agnoscit voculam *vero.* V. Gron. Mox *sunt* in MSS. tribus. Oud. *Tu vero pr. virtutem* BCD. Ignorant *vero* AE. *Tu vero virtutem pr.* T. *Vero* eiecerunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Si velit divitias] Cauch. *si voles divitias.* Graev.

Satis idoneae tibi videbuntur] Al. *satis idoneae videbuntur.* Graev.

In altera re] Voss. III. *in alteram rem.* Oud.

curas? Item: Amari iucundum sit, si curetur, ne quid insit amari. Item: Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam. In his quatuor generibus exornationum, quae adhuc propositae sunt, non inopia verborum fit, ut ad idem verbum redeatur saepius; sed inest festivitas quaedam, quae facilius auribus diiudicari, quam verbis demonstrari potest.

CAP. XV. Contentio est, cum ex contrariis verbis, 217
aut rebus oratio conficitur, hoc pacto: Habet adsentatio iucunda principia, eadem exitus amarissimos adfert. Item:

Multas tibi dabit curas] Pith. *multas tibi curas dabit.* Cauch. *tibi dabit curas* absque *multas.* Graev.

Amari iucundum sit] Sic Pal. quart. et sext. alluditque Br. in quo *Amare iucundum sit.* Vulgo erat, *amari iucundum est:* minus efficaciter. Grut. Et tamen unice ac necessario ad constituendum carmen, quale videtur hoc fuisse; etsi in Medicaeo legatur: *nam amore iocundum est, si curetur nequid insit amare.* Gronov. Tres MSS. *Nam amari iucundum sit.* Vulgg. *amari iucundum est.* Pith. *Nam amari iucundum est.* Medic. *Nam amare iucundum est.* Cauch. *Amare iucundum est. Sit* adstruit Erf. *nam amari iucundum sit*, et Duisb. quamvis in illo *fit* scribatur pro *sit. Nam* etiam retinet Pithoeanus. Graev. MSS. et Edd. pp. *Nam amari.* In Leid. IV. *amare.* Voss. III. Leidd. tres et Edd. pp. *ioc. est.* Leid. IV. *ioc. fit.* Oud. *Nam a mari* ABCDT. Atque ita recte scr. Orell. *Iocundum est* BCDE. *Iucundum est* AT. *L.*

Si mihi senatus det veniam] Margo Cratand. *si mihi senatus donet veniam.* Graev.

Quae adhuc propositae sunt] Pith. *quae adhuc positae sunt.* Erf. *quae adhuc proposita sunt.* Graev.

Non inopia verborum fit] A Pith. abest *fit.* Graev. Vox *verborum* deest Voss. III. Oud.

Ut ad idem verbum redeatur saepius] In Duisb. non legitur *saepius.* Graev. *Saepius* abest a Leid. IV. Oud.

Inest festivitas quaedam] In nullo scripto reperi istud *quaedam.* Gronov. Erf. et al. MSS. *inest festivitas, quae.* Duisb. *inest facilitas quaedam, quae.* Graev. *Quaedam* in Gryph. tribus exemp. abest. Brut. *Inest festivitas* leg. auctoritate MSS. O. et Edd. pp. male adseruerunt *quaedam.* Leid. IV. *facilitas.* Oud. *Quaedam* omm. CD. Uncis inclusit Orell. *L.*

CAP. XV. *Ex contrariis verbis aut rebus*] Erf. et alii MSS. et quidam editi: *ex contrariis rebus.* Graev. *Cum ex contrariis rebus oratio conficitur* tres Gryph. libri. *cum ex contrariis verbis*, antiqua editio Leonic. Aldi, Victor. Lambinus utramque lectionem complexus unam efficit, *cum ex contrariis verbis, aut rebus.* Neutra certe vox salva lege praeceptionis potest desiderari. Brut. Leid. II. *cont. gravis est.* Ed. Med. *quae.* deest praepositio Voss. III. Voces *verbis aut* absunt MSS. O. et Ed. Med. *aut rebus* desunt Ed. Omn. Oud. Vv. *verbis aut* omm. ABCD. *L.*

Hoc pacto] Ed. Omn. *hoc modo.* Oud.

Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem] Duo libri ma-

Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes. Item: In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus. In re frigidissima cales, in ferventissima friges. Tacito cum opus est, clamas: ubi loqui convenit, obmutescis. Ades? abesse vis: abes? reverti cupis. In pace bellum quaeritas: in bello pacem desideras. In concione de virtute loqueris, in proelio prae ignavia tubae sonitum perferre non potes. Hoc genere si distinguemus orationem, et ornati et graves poterimus esse.

Exclamatio est, quae conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem, hoc modo: Te nunc adloquor, Africane, cuius mortui quoque nomen splendori ac decori est civitati. Tui clarissimi nepotes suo sanguine aluerunt inimicorum crudelitatem. Item:

---

nuscr. habent, *amicis implacabilem.* Lamb. Voss. I. Leid. II. *a. inplacabilem. Te* repetunt Voss. III. Leid. III. Oud. *Inplacabilem* BD. *L.*

In tumultu solus es otiosus] Abest ab Erfurtensi *solus.* Duisb. *in tumultu soles esse otiosus.* Non male quidem, sed rotundior est Erfurtensis scriptura, et oppositio venustior, si *solus* deleatur. Graev. Leid. III. caret τῷ [voc.] *in.* Idem cum Leid. I. et IV. non agnoscunt *solus.* Bene. Oud. *In tumultu solus es* B. *in tumultu tu solus es* D. *In tumultu est* C. *In tumultu es* A. *L.*

In re frigidissima] Voss. III. *in re frigida.* Oud. *In frigidissima re* B. Ceteri ut vulg. *L.*

In ferventissima friges] Medic. *in ferventissima frigescis.* Gronov.

Tacito cum opus est] Ed. Om. *Tacere c. o. e.* Leid. IV. *cito cum non est opus.* Oud.

Ubi loqui convenit] Erf. *Cum tibi loqui convenit.* Duisb. *ubi loqui obvenit.* Al. *cum loqui convenit.* Graev. Leid. I. III. Voss. I. *cum tibi l. c.* Leid. IV. *cum tibi l. obvenit.* Voss. II. *Tibi loqui cum c.* Oud. *Tibi loqui cum cuvenit* A. *cum tibi loqui convenit* CD. Ceterum quae inde a v. *Ades* sequuntur sententiolae, quae vulgo per interrogationem proferuntur, melius dempta illa scribuntur. Peius etiam Ern. illas, quae vv. *In pace bellum — non potes* continentur, interrogative effert. *L.*

Prae ignavia] Al. *per ignaviam.* Sed *prae ignavia* asserit Erfurt. Graev.

Per hominis cuiusdam] In Erf. non est *per.* Graev.

Rei cuiuspiam compellationem] Pith. *rei cuiuspiam appellationem.* Graev.

Africane] Voss. I. Leid. I. II. IV. *o Africane.* Oud.

Splendori ac decori est] Al. *splendori ac dedecori est.* Graev.

Tui clarissimi nepotes] Al. *Tui carissimi nepotes.* Graev.

Aluerunt inimicorum] Sic Erf. Cauch. et nonnulli alii MSS. Sed Edd. pleraeque: *abluerunt inimicorum.* Graev. Voss. I. Leid. I. II. Ed. Omn. *abluerunt in. o.* Voss. II. *alluerunt.* Oud. *Abluerunt* BD. *Aluerunt* ACE. *L.*

O perfidiosae Fregellae, quam facile scelere vestro contabuistis! ut, cuius nitor urbis Italiam nuper inlustravit, eius nunc vix fundamentorum reliquiae maneant. Item: Bonorum insidiatores latrocinio vitam innocentissimi cu- 218
iusque petistis: tantamne ex iniquitate iudiciorum vestris calumniis adsumitis facultatem? Hac exclamatione si loco utemur, et raro, et cum rei magnitudo postulare videbitur; ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus. Interrogatio non omnis gravis est, neque concinna, sed haec, quae, cum enumerata sunt ea, quae obsunt caussae adversariorum, confirmat superiorem orationem, hoc pacto: Cum igitur haec omnia faceres, diceres, administrares, utrum animos sociorum ab republica removebas, et alienabas, an non? et, utrumne aliquem

---

O perfidiosae Fregellae] *O* abest ab Erfurt. et Duisb. Graev. Abest *o* a Leid. III. IV. Ed. Med. MSS. quidam *Frag*. Oud. *O* omm. ABCD. *Si perf*. E. *L.*

Reliquiae maneant] Cauch. et Lamb. ed. *reliquiae remaneant.* Graev. Voss. II. *remaneant.* Oud. *Manerent* A. Reliqui omnes *maneant*. *L.*

Vitam innocentissimi] Erf. *viam innocentissimi.* Graev.

Innocentissimi cuiusque] Pith. *cuiusque innocentissimi.* Graev.

Calumniis assumitis facultatem?] Lamb. ed. *calumniis assumsistis facultatem?* Duisb. *calumniatoribus assumitis facultatem?* Graev. Leid. III. IV. *v. calumniatoribus.* Voss. I. III. Leid. I. II. Ed. Med. *adsumsistis.* Oud. *Assumpsistis* Oxonn. duo. Ita etiam BDE. et A a m. s. *L.*

Si loco utemur et raro] Tres MSS. Erf. Pith. Duisb. non agnoscunt copulam *et*. Ea sane non incommode abest. Sententia verborum *si loco utemur raro*, si suo loco, sive si opportune et commode utemur hac exclamatione. Nam *loco* et *in loco* saepe veteribus accipitur pro loco opportuno, seu opportune. Cic. ep. ad Q. Fratrem: *Quod et ampla erant et loco posita.* Horat.: *dulce est desipere in loco.* Nolo congerere exempla plura, quae in promtu sunt et ab aliis collecta. Graev. Copula deest Voss. II. III. Leid. II. III. IV. *ac raro* Ed. Med. Oud. *Et raro* CD. *L.* Deinde pro *obsunt* CT. *obsint*. *L.*

Confirmat superiorem] Pith. *et confirmat superiorem.* Graev.

Haec omnia diceres, faceres] Sic Erf. Sed edd. *Haec omnia faceres, diceres.* Graev. Deest *diceres* a Leid. I. Oud.

Utrum animos sociorum a republica removebas et alienabas an non?] Haec verba nec in Erfurt. nec in Duisb. leguntur, vitio librariorum propter verbum *utrum* bis positum. Graev. *Utrum animos etc. an non et.* Exsulant a Leid. I. a m. pr. item Leid. II. Oud. Leguntur in ABCDE. *L.*

Ab rep. removebas] Voss. III. *a rep. movebas.* Oud.

Et alienabas] Voss. I. III. Leid. II. III. *et abalienabas.* Bene. Oud. *Vel alienabas* D. *Et alienabas* ET. *Et abalienabas* ABC. quod Sch. et Orell. receperunt. *L.*

Utrumne aliquem exornari oportuit] Sic retinuerunt Lambi-

exornari oportuit, qui ista prohiberet, ac fieri non sineret, an non?

CAP. XVI. Ratiocinatio est, per quam ipsi a no-
219 bis rationem poscimus, quare quidque dicamus, et crebro nosmet a nobis petimus uniuscuiusque proppositionis explanationem. Ea est huiusmodi: Maiores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum convictam putabant, quo pacto? quoniam, quam impudicam iudicarant, eam veneficii quoque damnatam existimabant. Quid ita? quia necesse est, eam, quae suum corpus addixerit turpissimae cupiditati, timere permultos. Quos istos? virum, parentes, ceteros, ad

---

nus et Gruterus ex quibusdam anterioribus, quum Victorii Stephanica habeat *utrum aliquem*, quam lectionem in tribus MSS. observo. Et sane, cur modo dixit, *utrum animos . . removebas?* Itaque hoc restitui. Sed etiam Medicaeus *ista aut prohiberet.* An scripsit, *a vi prohiberet?* ut, *ab armatorum impetu virginem prohibere,* dixit de Claris Orat. in fine. Gronov. Victor. et Grut. edd. *et utrumne aliquem exornari.* Erf. Pith. Duisb. *Et utrum aliquem exorari.* Cratand. ed. *et utrum aliquem exhortari.* In omnibus, quas consului, ante Victorii editionem Venetam Antonii Iuntae 1536. est *utrum,* non *utrumne,* quod etiam Iac. Gronovius improbavit. *exornari oportuerit* in Erfurtensi. Graev. *Utrumne aliquem exornari* scriptum retinent eodem consensu vulgati omnes: ex manuscriptis quidam, ut Gryph. A., *exhortari* habent: alii, in his Gryph. B., *exorari,* quomodo etiam scriptum invenitur in Leon. libro. quomodo edidimus, et omnino videtur legendum. Brut. MSS. O. et Edd. pp. *utrum.* Bene. Tum *exorari* MSS. tres cum Edd. pp. *exortari* Leid. I. IV. Omnia usque ad finem capitis desunt Leid. II. Oud. *Utrum aliquem exortari* AC. *utrum aliquod exortari* D. *utrum aliquem exorari* B. *Exhortari* T. quod scr. Orell. *exornari* Sch. *L.*

Qui ista prohiberet] Medic. *qui ista aut prohiberet.* Duisb. *qui ista et prohiberet.* Graev. MSS. quatuor *qui ista et proh.* Voss. III. Leid. III. *qui istaec proh.* Bene. Voss. I. II. *et fieri.* Oud. *Ista* (*istec* a m. s.) *et proh.* A. *ista et pr.* C. *iste pr.* D. *istec proh.* B. *L.*

CAP. XVI. *Per quam nos ipsi a nobis*] Erf. *per quam ipsi a nobis.* Graev. *Ipsi a nobis* ABCDET. om. *nos.* *L.*

Multorum maleficiorum convictam] Pith. *multorum maleficiorum convinctam.* Graev.

Quoniam, quam] Deest prima vox Voss. III. Leid. III. Oud. *Quia qui* A. *L.*

Impudicam iudicarant] Al. *impudicam iudicabant.* Graev.

Veneficii quoque damnatam] Erf. *veneficam quoque damnabant.* Graev. Voss. I. Leid. II. *veneficam q. d.* Leid. I. *veneficio q. d.* Oud.

Timere permultos] Erf. Pith. Cauch. *timere multos.* Graev. Voss. II. III. Leid. III. *t. multos.* Oud.

Virum, parentes, ceteros] Lamb. ed. *Virum, parentes, fra-*

quos videt sui dedecoris infamiam pertinere. Quid postea? quos tantopere timeat, eos necesse est, ut, quoquo modo possit, veneficio petat. Cur? quia nulla potest honesta ratio retinere eam, quam magnitudo peccati facit timidam, intemperantia audacem, natura muliebris inconsideratam. Quid veneficii damnatam? quid? putabant impudicam quoque necessario. Quare? quia nulla facilius ad id maleficium caussa, quam turpis amor, et intemperans libido commovere potuit; cum, cuius animus mulieris esset corruptus, eius corpus castum esse non putaverunt. Quid

---

tres, ceteros. Sed unde hauserit *fratres*, tacet. Erfurtensis venustius: *virum, parentem, post ceteros. Post* est postea. Sed a vulgata non recedendum puto. Graev. *Parentes, fratres, c.* ediderat Lamb. consentit unus Oxonn. *L.*

Ad quos videt sui] Erf. *ad quos videtur sui.* Graev.

Cur? quia nulla potest] Erf. *quam nulla potest*, sine *cur.* Graev. Voss. I. Leid. II. *quare necesse est eam, quam n. p.* Oud. *Quare* a m. pr. A. *quare necesse est quoniam* B. *quare necesse est eam quam* E. *L.*

Retinere eam] Deest pronomen Voss. III. Ed. Med. Oud.

Intemperantia audacem] Voss. I. Leid. I. a m. pr. item Leid. II. *intemperantem, a.* Oud. *Intemperantem, aud.* ABE. *L.*

Natura muliebris inconsideratam] In duobus praestantissimis MSS. quaedam voces leguntur ab aliis neglectae, quae tamen non negligendae fuerunt, cum hanc exornationem reddunt acriorem. In Pith. vero sic legitur: *natura mulieris faciat necesse est inconsideratam.* Erf. *natura muliebris quare eam faciat necesse est inconsideratam.* Non temere haec in his libris adiecta sunt. Graev. Voss. O. Leid. I. II. Ed. Med. *n. m. faciat necesse est incons. mulieris* etiam Voss. I. Leid. I. II. III. *mulieribus* Ed. Med. Legendum puto totum locum hoc modo: *Cur? quia eam, quam nulla potest honesta ratio retinere, quam magn. p. f. timidam, intemperantia audacem, natura muliebris faciat necesse est incons.* Oud. *Natura mulieris* ACE. *Faciat necesse est incons.* AB. *L.*

Quid veneficii damnatam?] Erf. *quidquam veneficii damnatam putabant.* Fortasse, *quid nam veneficii damnatam? putabant.* Margo Cratand. *quam veneficii damnabant, putabant.* Graev. Leid. IV. *ven. caussa quam damn.* Ed. Med. *si quam ven. damnatam p.* Ed. Omn. *quam ven. damnatam p.* Oud. *Quam veneficii d.* C. *L.*

Quid? putabant] Erf. et Pith. non habent *quid.* Duisb. *quam putabunt.* Graev.

Nulla facilius ad id maleficium] Pith. *nulla facilius ad maleficium.* Graev.

Cum cuius animus mulieris] Erf. *cum cuius mulieris animus.* Graev. MSS. et Ed. Med. *cuius mulieris animus* non *cui. an. mul.* Oud. *Cuius mulieris animus.* ABCDET. *Eum cui.* BAC. *tunc cuius* D. *L.*

Corpus castum esse] Erf. *corpus cautum esse.* Graev.

Non putaverunt] Al. *non putarint.* Graev. *Non putaverunt* ABCDET. Solus Lamb. *putarint. L.*

in viris? idemne hoc observabant? minime. Quid ita? quia viros ad unumquodque maleficium singulae cupiditates impellunt; mulieres ad omnia maleficia cupiditas una ducit. Item: Bene maiores nostri hoc comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent. Quid ita? quia, quam nobis facultatem fortuna dedisset, iniquum erat in eorum supplicio consumere, quos eadem fortuna paullo ante in amplissimo statu collocarat. Quid quod exercitum contra duxit? desino meminisse. Quid ita? quia viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hostes putare; qui victi sunt, eos homines iudicare, ut possit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille, si vicisset, num idem fecisset? non profecto tam sapiens fuisset. Quid igitur ei parcis? quia talem stultitiam contemnere, non imitari consuevi.

Haec exornatio ad sermonem vehementer adcommodata est, et animum auditoris retinet attentum, tum venustate sermonis, tum rationum exspectatione.

Quid in viris? idemne hoc observabant? minime] Lamb. ed. *Quid in viris idem ne hoc observabant.* GRAEV. Deest *hoc* Voss. I. III. Leid. II. III. Ed. Med. OUD. *Hoc* abest ab ACET. *L.*

Cupiditas una ducit] *Deducit* Gryph. A. ceteri, ut impressi, *ducit.* BRUT. *Una deducit* CT. et Oxonn. duo. *L.*

Maiores nostri] Erf. *nostri maiores.* GRAEV. *Bene* deest Voss. I. *nostri* Voss. II. Leid. II. III. Ed. Med. Recte. OUD. *Bene maiores nostri* ACT. *bene nostri memores.* B. *L.*

Hoc compararunt] Desunt haec in Duisb. GRAEV.

Facultatem fortuna] Erf. *fortuna facultatem.* GRAEV.

In amplissimo statu collocarat] Pith. *in amplissimo statu collocaret.* GRAEV. Deest praepositio Leid. III. OUD.

Quod exercitum contra] Pith. *quod exercitus contra.* GRAEV.

Quia victi sunt] Nauci non est (monendum tamen, ut caveatur posthac) quod Gruteriana ex aliis, ex ista Londinensis et Basileensis admiserunt, hanc nempe lectionis ineptiam, quum alii habeant *qui victi*, quod est quoque in libris scriptis, et ipsa ratio postulat. GRONOV.

P. humanitas augere] Leid. III. *p. hum. adaugere.* OUD.

At ille si vicisset] Erf. et Pith. *et ille si vicisset.* Duisb. *et non ille, si vicisset.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *Et ille si v.* OUD.

Num idem fecisset?] MSS. plerique et Ed. Med. *non id f.* OUD.

Quid igitur ei parcis?] MSSti omnes nostri *cur igitur.* GRON. Erf. et al. MSS. *cur igitur ei parcis?* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *Cur i.* etc. Leid. IV. caret pronomine, non male. OUD. Vv. *quid igitur ei parcis* absunt a C. *Cur igitur et parcam* D. *Cur igitur ei parcis* AET. *Quid* solus Lamb. quem seq. Sch. *L.*

Animum auditoris retinet attentum] Ita plures Pall. et Br.; nam Fabr. *continet*; prius cusi *reddit.* GRUT. Non tantum hanc lectionem firmat Erfurtensis et alii MSS., sed praeterea pro vul-

CAP. XVII. Sententia est oratio sumta de vita, 221
quae aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit, hoc modo: Difficile est primum virtutes revereri, qui semper secunda fortuna sit usus. Item: Liber is est existimandus, qui nulli turpitudini servit. Item: Egens aeque est is, qui non satis habet, et is, cui nihil satis potest esse. Item: Optima vivendi ratio est eligenda; eam iucundam consuetudo reddet. Huiusmodi sententiae simplices non sunt improbandae, propterea quod habet brevis expositio, si rationis nullius indiget, magnam delectationem. Sed illud quoque probandum est genus sententiae, quod confirmatur subiectione rationis, hoc modo: Omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandae, propterea quod sola virtus in sua potestate est; omnia praeter eam subiecta sunt fortunae dominationi. Item:

---

gato *tum rationum exspectatione* in illo scribitur *tum ratione exspectationis*. GRAEV. *Retinet attentum* legas, ut et Lamb. emendat, et scriptum exstat in Gryphii manuscriptis; a' quibus vetusta Leonic. editio non dissentit. BRUT. Voss. I. Leid. I. *reddit adt.* OUD. *Redditatt attentum* C. Ceteri *retinet att.* *L.*

Tum venustate serm.] Voss. III. Leid. II. IV. Ed. Med. *cum v. s.* OUD. *Cum ven. s.* BT. Quod verum est. *L.*

CAP. XVII. *Breviter ostendit hoc modo*] Erf. et Pith. *breviter ostendit hoc pacto.* GRAEV. *Breviter est, hoc pacto.* Sic MSS. O. et Ed. Med. quod frustra mutarunt in *hoc modo.* OUD. *Hoc pacto* ABCDET. Receperunt Sch. et Orell. *L.*

Difficile est plurimum virtutem etc.] Sic restituit Ranconetus, coniectura ductus, cum in libris omnibus legatur, *primum.* LAMB. *Difficile est primum virtutes revereri.* Est hoc a Gulielmianis omnibus ac Pal. pr. tert. quint., antea cusi *virtutem;* nisi quod Lambinus adhaeserit coniecturae Ranconeti *plurimum virtutem.* Non necessario: nam *primum* notat hic *in primis, ante omnia.* GRUT. Lamb. ed. *plurimum virtutem revereri.* Pith. *Primum virtutes revereri illi.* Al. *primum virtutem revereri.* GRAEV. *Difficile est plurimum* legit Lambio. Ranconeti coniecturam sequutus. *Primum* manuscrip. et impressi tuentur. Equidem *plurimum* malim. BRUT. Voss. III. Ed. Med. *primum eum v. r.* Leid. III. *virtutem.* OUD. *Difficile ei primum* A. *primum* omnes Codd. *Difficile est primum virtutem* B. et Oxonn. duo. *Revereri virtutes* T. *Revereri eum qui* C. *L.*

Cui nihil satis potest] Erf. *cui satis nihil potest.* GRAEV.

Eam iucundam] Leid. III. *e. iocundissimam.* OUD. *Consuetudo iocundam reddet* A. *Iocundam* B. solenni modo. *L.*

Rationis hoc modo] *Hoc pacto* Gryph. tria exemplaria. *Hoc modo* excusi omnes. BRUT. Voss. O. Leid. I. Ed. Med. *subi. r. hoc pacto,* ut supra. OUD. *Hoc pacto* ABCDE et Oxonn. quatuor. *L.*

Omnia praeter eam]. Liber unus manuscrip. habet, *omnia praeterea.* LAMB. Pith. *Omnia enim praeter eam.* MS. *omnia praeterea.* GRAEV.

Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt,
222 hi, simul ac fortuna dilapsa est, devolant omnes. Cum enim recessit ea res, quae fuit consuetudinis caussa, nihil superest, quare possint in amicitia retineri. Sunt item sententiae, quae dupliciter efferuntur sine ratione, et cum ratione. Hoc modo sine ratione: Errant, qui in prosperis rebus omnes impetus fortunae se putant fugisse. Sa-

---

Subiecta sunt fortunae dominationi] Nihil moror, si sic priores invenerunt in scriptis; eademque constructio est IV, 40. Sed ex Medicaeo notatum inveniens *dominatione*, nec quidquam amplius, et ideo consulens alios, video in omnibus duobus *sub fortunae dominatione*. Forsan hoc maluit, qui supra cap. 8. dicere maluit: *ingenuis sub hostilem libidinem subiectis*. Adde Nizoliana: IV, 2. *unumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subiicere*. De Invent. I, 52. *Unum sub aspectum subiiciuntur*. Gronov. Erf. et duo alii MSS. quos Iac. Gronovius excussit: *subiecta sunt sub fortunae dominatione*. Sic et Pith. nisi quod *sub* in illo desideretur, et Cauch. *subiecta sunt sub fortunae dominationem*, quo modo et alibi Ciceronem locutum esse idem probat Gronov., quem vide. Graev. MSS. sex, Edd. pp. *Subi. s. sub fort. dominatione*. Voss. III. *sub f. dominationem*. Quod omnino auctori huic est restituendum. V. Comment. Oud. *Sub* om. D. *Fort. dominatione* ABCDE. *F. dominationem* T. Accusativum dederunt Sch. et Orell. *L.*

Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt] Erf. *qui inducti amicitiam fortunis alicuius consecuti sunt*. Graev.

Quare possint in amicitia retineri] Erf. Cauch. et Duisb. *quare possint in amicitia teneri*. Bene. Sic et *tenere* pro *retinere* ex optimo codice restitui Ciceroni in V. ad Fam. ep. 12. ubi vide meas notas. Graev. Voss. I. III. Leid. O. Edd. pp. *in am. teneri*. Verissime. Oud. *Amicitiam teneri* B. *amicitia tenere* D. *Teneri* CEAT. Hoc dederunt Sch. et Orell. *L.*

Quae dupliciter efferuntur sine ratione, et cum ratione] Verba isthaec addidi ex auctoritate Pal. pr. ac tertii. Reliquis exciderunt, ob repetitionem vocum similium. Gruter. Sic et ante Gruterum Lambini editio scribit. Al. Edd.: *quae duplices efferuntur, hoc modo sine ratione*. Graev. Mancam orationem, id quod nemo non videt, ut Lamb. emendat, in uno atque altero Gryphii exempl. expletam invenimus; ut nihil nobis morae fuerit, quin ita locum excudendum curaremus. *Sunt item sententiae, quae dupliciter efferuntur; cum ratione et sine ratione. Sine ratione, hoc modo*. Brut. *Sine ratione et cum ratione* desunt Voss. O. Leid. I. II. III. Edd. pp. Sed Voss. II. addita sunt m. recent. in Leid. III. *aut cum retione aut sine ratione*. Oud. *Sine ratione et cum ratione. Hoc modo sine ratione*. Ita Sch. et Orell. Sed verba: *sine rat. et cum ratione* desunt a Codd. ABCDET. Male, nam quod Orell. ait, quod ordo mox invertatur, id suspecta reddere ista verba, vereor ne nimium viderit. *L.*

Errant, qui in prosperis] Pith. *errant omnes, quae in prosperis*. Graev.

Omnes impetus fortunae se putant fugisse] Lamb. ed. *omnes*

pienter cogitant, qui temporbu secundis casus adversos reformidant.

Cum ratione, hoc pacto: Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur, propterea quod aetas illa non est impedimento bonis studiis. At hi sapienter faciunt, qui adolescentes maxime castigant, ut, quibus virtutibus omnem vitam tueri possunt, eas in aetate maturissima velint comparare. Sententias interponi raro convenit, ut rei actores, non vivendi praeceptores esse videamur: cum ita interponentur, multum adferent ornamenti. Nam necesse est animo eam comprobet tacitus auditor, cum ad caussam videat adcommodari rem certam, 223
ex vita et moribus sumtam.

---

impetus fortunae se putant effugisse. GRAEV. Leid. III. *s. p. effugisse.* OUD *S. p. effugisse* C. *Fugisse* ABDET. *L.*

Casus adversos reformidant] Erf. *causas adversas reformidant.* GRAEVIUS.

Ignosci putant oportere] Voss. III. *i. p. non oport.* OUD. *Non oportere* A. *L.*

Aetas illa non est impedimento] Particulam negativam, etsi agnoscant alii, non tamen video esse in optimo Medicaeo, et fortasse auctor non addidit, quoniam in his videntur illi constituere causam, cur putent oportere ignosci, scilicet, quia aetas illa attendere bonis exercitiis et liberali meditationi nequit, et ipsius aetatis vitium obstat disciplinis, ut sic sine ipsorum adolescentum culpa fiat, quod non discant, et quod peccent. GRONOV.

Vitam tueri possunt] Erf. *vitam tueri possint.* GRAEV. *Possint* MSS. et Edd. pp. praeter Voss. III. et Leid. II. in quibus male *possunt.* OUD. *Possint* ABCDET. *L.*

Rei actores] MSS. quatuor *r. auctores.* OUD. *Auctores* BE. *Autores* D. *L.*

Praeceptores esse videamur] Erf. *praeceptores videamur esse.* GRAEV.

Nam necesse est animo eam comprobet tacitus auditor] Mirum, si ita invenerint in scriptis codicibus viri docti. Certe ex Medicaeo notatum video primam voculam in eo non esse. Praeterea duo MSSti *Necesse est enim probet eam*, qui ordo quoque est in Medicaeo, servante tamen compositum, et hanc veram scripturam censeo, maxime quum et *tacitus* et *animo facère* toties in Cicerone occurrant, sed nunquam iuncta. In lege Manilia: *qui a diis tot et tantas res tacitus auderet optare.* Et alterutrum sufficit. Quod ut pateat, ecce egregia verba Livii XXXIV, 31. *Tacitus eventum fortunae meae exspectassem. Nunc imperare animo meo nequivi.* GRONOV. Pith. *Necesse est animo.* Erf. *et necesse est animo.* GRAEV. Voss. II. *nam et n. e. ut an.* etc. Voss. III. Ed. Omn. *necesse est enim* etc. Leid. II. IV. carent τοῦ [v.] *nam.* Ed. Med. *necesse enim est eam anima c. animo* deest Voss. I. Leid. II. IV. Ed. Omn. recte. Ex voculis *enim* et *eam* alii excuderunt *animo.* OUD. *Nam necesse est.* A. sed a m. s.: *necesse est enim.* *Nam et necesse est* B. *necesse* om. D. *Necesse est enim* CE. Tum

CAP. XVIII. Contrarium, idem fere est, quod contentio. Contrarium est, quod ex rebus diversis duabus alteram breviter et facile confirmat, hoc pacto: Nam, qui suis rationibus inimicus fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicum fore speres? Item: Nam, quem in amicitia perfidiosum cognoveris, eum quare putes inimicitias cum fide habere posse? Et: Qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum, et sui cognoscentem videre in potestate quis speret? Et: Qui in ser-

---

animo comprobet eam ABD. *probet eam* E. *Et necesse est animo comprobet eam aud. tacitus.* T. *L.*

Ex vita et moribus] Ed. Med. *ex v. et ex m.* Oud. *Ex vita et moribus* ACDE. Vv. *certam ex* omittit Cod. B. *L.*

CAP. XVIII. *Alteram breviter et facile*] Voss. III. *alteram rem et breviter facile.* Oud. Vv. a quibus incipit cap. XVIII. *Contrarium idem fere est, quod contentio* omm. in Cod. Lips. omisit Sch. uncis inclusit Orell. *Contrarium id fere est quod contentio* AE. *Contr. idem fere est, quod contentio* B. *Idem fere contrarium est quod* enotarunt ex Cod. B. Mss. Vratisl. vel cui illi negotium dederunt. Sed Cod. B. ut statim notatum est. Igitur alia sigla opus erat, fortasse *D. L.*

Confirmet hoc pacto] Pith. *confirmet hoc modo.* Graev. Voss. III. Leid. III. *h. modo.* Oud. *Hoc modo* B. *L.*

Suis rationibus inimicus] Voss. I. *S. fautoribus in.* Oud. Deinde *fore speras* D. Tum *Et item nam* Ern. Sch. Orell. Sed omittunt *et* Oudendorpii omnes et ABCDE. *L.*

Et item] In nullo codice est copulativa. Gronov. Cum Erfurtensi delevi copulam *et*, quam et Iac. Gronovius in nullo codice vidit. Graev.

Perfidiosum cognoris] Al. *perfidiosum esse cognoveris.* Graev.

Quare putes inimicitias cum fide habere posse] Erf. *quare putas inimicitias cum fide retinere posse.* Graev. *Cum fide tenere* unus Gryph. B. in eodem paullo post, ubi in aliis *videri, fore* legitur, quomodo Lamb. edidit. Brut. Leid. III. IV. *quare putas.* Oud. *Quare putas* BD. *c. fide tenere* B. *L.*

Et: qui privatus] Erf. et Pith. *Aut qui privatus.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. *aut q. pr.* Ed. Omn. *et aut q. p.* Oud. *Aut qui pr.* BCD. *L.*

Intolerabili superbia fuerit] Erf. *Intolerabilis superbia fuerit.* Graev.

Et sui cognoscentem videre in potestate quis speret] In MS. uno *quid speres*, alter *qui speres*, quae videtur integrior lectio, etsi Medicaeus hic singularis, *videre poteris in potestate;* quasi illud *poteris* notaret, speres fore ut unquam posses. Idem mox habet *verum non dixerit unquam*, quod sane videntur velle et alii, et *credas.* Gronov. Erf. et Cauch. *Sui cognoscentem fore in potestate qui speres.* Medic. *Et sui cognoscentem videre poteris in potestate.* Al. MS. *Et sui cognoscentem videre in potestate quid speres.* In Cauchiano his verbis *fore in potestate*, superscripta erant haec tanquam emendatiora, *se poteris videre.* At *qui speres* est in solo Erfurtensi, quod tamen Iac. etiam Gronovius in qui-

monibus et conventu amicorum verum dixerit numquam, eum sibi in concionibus credis a mendacio temperaturum? Item: Quos ex collibus deiecimus, cum iis in campo metuimus dimicare? Qui cum plures erant, paucis nobis exaequari non poterant; hi postquam pauciores sunt, metuimus, ne sint superiores?

Hoc exornationis genus, breviter et continuatis ver- 224 bis perfectum esse debet, et cum commodum est auditu,

---

busdam MSS. legit, et margo Cratandri ostentat. Sed *fore in potestate*, pro *videre in potestate* in Lambiniana quoque comparet. GRAEV. Leid. I. *eum quomodo cognoscentem se.* In Leid. IV. etiam *se.* Voss. I. III. Leid. II. III. Ed. Med. *fore in p.* Voss. II. *scire in p.* Leid. I. IV. *videre poteris in p.* ab Ed. Omn. abest *in.* Dein *qui speres* elegantissime praebent Voss. I. III. Leid. II. III. Ed. Mediol. desunt Voss. II. OUD. *Eum incommodum* B. *Et cognoscentem sui* ABCDE. *Fonte* pro *videre* B. *ferme* D. *fore* A (in marg.) CE. *Qui speres in pot.* B. *qui* om. E. *Quid speras* D. *Qui speres* ACE. Dudum rescriptum est: *fore in potestate qui speres.* Recte. *L.*

In sermonibus et conventu] Vide Gronov. supra ad lib. III. cap. 13. *Et in conventu* non monito lectore scripsit Sch., quod non est necessarium. *L.*

Verum dixerit nunquam] Medic. *verum non dixerit unquam.* Pith. *verum non dixerit*, sine *nunquam*, aut *unquam.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *verum non dixerit.* Voss. III. *umquam* deest Leid. I. II. alii Codd. *numquam* iungunt sequentibus. In Leid. II. et Ed. Omn. *numquid.* Verissime. OUD. *Non dixerit unquam* BD. *Non dixerit nunquam* E. Veram puto Oudendorpii sententiam. *L.*

Credis a mendacio temperaturum] Erf. *a mendacio credis temperaturum.* Pith. *credis adiumentum.* GRAEV. Voss. III. Leid. III. *credas.* Bene. *putes* Leid. II. IV. Ed. Med. OUD. *Emendatio credis* B. *Credis* om. A. *credis a mendaciis* C. Tum *e collibus* BE. *de collibus* solus Lambinus. Deinde *cum his* ABCD. *cum hiis* E. *L.*

Paucis nobis exaequari] Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *pares nobis esse.* Quod verius puto. OUD. *Pares* CEA. *Plures* D. *Nobis exequari* A. sed *esse* a m. s. *nobis esse* CE. *Paucis nobis exequari* B. Mihi *pares esse* e glossa videtur. *L.*

Hoc exornationis] Erf. et Pith. et margo Cratand. *hoc orationis genus.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *hoc orationis genus.* OUD. *Hoc orationis genus* ABCDE. *L.*

Brevibus et continuatis verbis] Brevia admodum esse haec verba nullus video, quum tot sint, quot ad sententiae integritatem requiruntur. Sane multum praefero, quod est in scriptis tribus *breviter.* GRONOV. *Breviter et continuatis* reposui ex meis quatuor libris, quod et Iac. Gronovius in suis probat. Vulgo *brevibus et continuatis.* GRAEV. Voss. III. et Edd. pp. *brevibus* etc. OUD. *Brevibus genus et cont. verbis* hoc ordine B. *Brevibus et continuatis membris* scripsit de EIN. suspicione Sch. Sed *verbis* omnes Codd. *Breviter* ACDE., quod recte recepit Orell. qui recte vidit, si scribas *breviter*, nulla mutatione opus esse. *L.*

propter brevem et absolutam conclusionem; tum vero vehementer, id quod opus est oratori, comprobat contraria re, et ex eo, quod dubium non est, expedit illud, quod dubium est, ut aut dilui non possit, aut multo difficillime possit.

CAP. XIX. Membrum orationis adpellatur res breviter absoluta sine totius sententiae demonstratione, quae denuo alio membro orationis excipitur, hoc modo: Et inimico proderas. Id est unum, quod adpellatur membrum: deinde hoc excipiatur oportet ab altero: Et amicum laedebas. Ex duobus membris haec exornatio potest constare: sed commodissima et absolutissima est, quae ex tribus constat, hoc pacto: Et inimico proderas, et amicum laedebas, et tibi ipsi non consulebas. Item: Nec

---

Perfectum esse debet] Erf. *perfectum debet esse.* GRAEV.

Et cum commodum] Pith. et Erf. *et tum commodum.* GRAEV. Voss. III. *rerum c.* etc. Leid. III. *tum c.* MSS. reliqui *ut cum comm.* Ed. Med. *quod cum c.* Ed. Omn. *et ut cum comm.* OUD. *Et tum commodum* B. *ut cum côm.* D. *ut quod com.* C. *L.*

Comprobat contraria re] Erf. *comprobat contrarias res.* Pith. *comprobat contrarias.* GRAEV. Leid. II. IV. Voss. II. *comprobet.* Voss. I. III. Leid. I. II. III. Ed. Med. *contrarias res.* OUD. *Contrarias res* AB. *Contraria res* E. *contrariam rem* D. *Contraria ex re.* C. *Comprobat* ABCDE. *L.*

Expedit illud, quod dubium est] Pith. *expedit illud quod est,* ut *dubium* ἀπὸ κοινοῦ repetatur. GRAEV. Voss. III. *exp. id.* OUD. Deinde *quod est dubium.* ABCD. *L.*

CAP. XIX. *Quae denuo alio membr. o.*] Voss. III. *quod uno altero m. o.* Leid. IV. *quod d.* Ed. Med. *q. de uno.* OUD. *Quae de uno alieno* D. *Quae denuno alio* A. a m. s. *L.*

Quod appellatur membrum] Duisb. *quod appellamus membrum.* GRAEV.

Ex duobus membris haec exornatio] Sic posteriores, quum priores haberent editum vel *membris his*, vel *membris solis*, ut Stephanica Victorii. Sed in omnibus tribus scriptis invenio *ex duobus membris suis haec.* Quod cur mutetur, non intelligo, quum sit percommodum et elegans: *duobus membris*, quae sunt ei propria et naturalia, quae habere minimum semper solet. Mox Medicaeus *tibi non consulebas*, sine τῷ [v.] *ipsi.* GRONOV. Al. *ex duobus membris solis haec exornatio.* Al. *Ex duobus membris his exornatio.* Erfurtensis, Pith. ac Duisb. aeque ac tres libri, quos Gronovius evolvit: *ex duobus membris suis haec exornatio.* Sic et prima, et Mediol. quod tuetur idem Gronovius, et explicat, *ex duobus membris*, quae sunt ei propria et naturalia, quae habere minimum semper solet. GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *ex duobus membris suis.* Male *suis* dein eiecerunt. OUD. *Membris suis* ABCDET. *L.*

Et amicum laedebas] Voss. III. *et am. male l.* OUD.

Et tibi ipsi non consulebas] Sic Lamb. ed. procul dubio ex MSS. Erf. et Duisb. *et tibi non consulebas.* Al. ed. *tibi ipsi non*

reipublicae consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti. 225
Articulus dicitur, cum singula verba intervallis distinguuntur caesa oratione, hoc modo: Acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti. Item: inimicos invidia, iniuriis, potentia, perfidia sustulisti. Inter huius generis, et illius superioris vehementiam hoc interest, illud tardius et rarius venit, hoc crebrius et celerius pervenit. Itaque in illo genere, ex remotione brachii, et contortione dexterae gladius ad corpus adferri; in hoc autem crebro et celeri vulnere corpus consauciari videtur.

Continuatio est densa et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum. Ea utemur commodissime tripertito: in sententia, in contrario, in conclusione. In sententia, hoc pacto: Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quam in

---

consulebat. GRAEV. Ed. Omn. *quod tibi ips.* etc. *ipsi* deest Leid. I. III. IV. OUD. *Ipsi* recte retinuerunt Editores. *L.*

Intervallis distinguuntur] Duisb. *intervallis distinguentur.* GRAEV. Voss. I. Leid. IV. Ed. Med. *distinguentur.* OUD. *Distinguentur* AE. *Distinguitur.* B. *distinguuntur* D. *L.*

Iniuriis] Leid. I. *coniuria.* Voss. II. *iniuria.* OUD. *Iniuris* D. *iniuria* B. *L.*

Illius superioris] Deest prima vox Leid. II. *istius* Voss. I. OUD. Paullo ante pro *huius generis* B. *huius modi.* *L.*

Hoc interest, illud tardius] Erfurtensis codicis fide delevi *quod.* Sic enim vulgati: *Hoc interest, quod illud tardius.* Sed rotundior est locus hic, si Erfurt. sequamur. Paullo post idem Erfurtensis, *ex contentione brachii*, pro quo legitur in editis *ex contortione brachii.* GRAEV. *Illud tardius* Leid. III. IV. Ed. Mediol. In ceteris *quod illud t.* OUD.

Contortione dexterae] Ita in solo Leid. IV. et Ed. Omnib. *contorsione* Leid. II. cum Var. Lect. Voss. I. atque Ed. Mediol. in reliquis est *contentione d.* Quod probo. Ab arcu desumpta metaphora. OUD. *Et contentione* A. sed *contortione* a m. s. *et contorsione* BC. *et concursione* D. *et contortione* E. Verum est *contortione*, quod qui non intelligerent, *contentione* scripserant. *Contentione* tamen etiam T. *Dexterae* habent omnes, excepto D., qui *dentre.* *L.*

Gladius ad corpus afferri] Erf. *gladium ad corpus afferri.* Pith. *gladius ad corpus afferri videbitur.* GRAEV.

Vulnere corpus consauciari] Erf. *corpus vulnere consauciari.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *corpus vulnere* dant, non *vulnere corpus.* OUD. *Corpus vulnere* ADT. *L.*

Et continens freq.] Desunt *et continens* a Leid. II. IV. Voss. II. ac Leid. pr. a m. pr. OUD.

Commodissime tripertito] Lamb. ed. *commodissime tripartito.* GRAEV.

Qui sibi firmius] Pith. *qui firmius.* Commode *sibi* potest abesse. GRAEV.

casu, praesidium collocavit. In contrario, hoc modo: Nam si quis spei non multum collocarit in casu, quid est, quod ei magnopere casus obesse possit? In conclusione, hoc pacto: Quod si in eos plurimum fortuna potest, qui suas rationes omnes in casum contulerunt; non sunt omnia committenda fortunae, ne magnam nimis in nos habeat dominationem. In his tribus generibus ad continuationis vim adeo frequentatio est necessaria, ut infirma facultas
226 oratoris videatur, nisi sententiam, et contrarium, et conclusionem frequentibus efferat verbis. Sed et alias quoque nonnumquam non alienum est, tametsi necesse non est, eloqui res aliquas per huiuscemodi continuationes.

CAP. XX. Compar adpellatur, quod habet in se membra orationis, de quibus ante diximus, quae constant ex pari fere numero syllabarum. Hoc non de enu-

---

Si quis spei non multum] Erf. *si qui spei non multum.* GRAEV.

In casum contulerunt] MSS. meliores quinque cum Ed. Omn. *in c. intulerunt* vel *intulerint.* Ed. Med. *tulerint.* OUD. *Tulerunt* D. *contulerint* BC. *intulerint* E. *intulerunt* T. *L.*

Committenda fortunae] Pith. *in modanda fortunae.* GRAEV.

Habeat dominationem.] Ed. Omnib. *h. potestatem.* OUD. *Dampnationem* B. *et minationem in nos. In.* A. Paullo ante *nimis magnam* Lamb. *L.*

Frequentatio est necessaria] Erf. *frequentatio necessario est.* GRAEVIUS.

Ut infirma facultas oratoris videatur] Erf. et Duisb. *Ut infirma facultas orationis*, quod non damno. GRAEV. Voss. III. Leid. II. IV. *f. orationis.* OUD. *Facultas orationis* A. sed *oratoris* a m. s. *L.*

Frequentibus efferat verbis] Alii ediderunt *afferat.* Sed Medicaeus cum alio *offerat.* GRONOV. Erf. et Medic. *frequentibus offerat verbis.* Edd. *frequentibus afferat verbis.* GRAEV. In solo Voss. III. *efferat* in Leid. IV. et Ed. Mediol. *afferat.* In caeteris et Ed. Omnib. *offerat.* OUD. *Offerant* A. *effert* D.

Sed et alias quoque] Erf. *sed alias quoque.* GRAEV. Exsulat τὸ [v.] *sed* a MSS. quinque, a Voss. II. et Leid. IV. Ed. Med. τὸ [v.] *et.* Mox MSS. O. et Ed. Med. *huiusmodi.* OUD. *Sed alias* A. (*sed et al.* a m. s.) *Sed alias* BCE. *et alias* omisso *sed* D. Omnia ista: *Sed — — — continuationes* pro spuriis habet Sch.; leguntur in omnibus Codd. Pro *tametsi* B. *tamen etsi.* Pro *huiuscemodi* ABCD. *huius modi. L.*

CAP. XX. *Habet in se membra orationis*] A Duisb. abest *orationis.* GRAEV.

Quae constant ex pari] Erf. et nonnullae edd. *quae constent ex pari.* GRAEV. Leid. II. Ed. Med. *quae constat.* Voss. O. Leid. I. III. *quae constent.* OUD. *Constat* D. *constant* B. *Quae constent* ACT. quod receperunt Sch. Orell. *L.*

Hoc non dinumeratione nostra] Sic restituimus, a veteri codice admoniti, in quo est, *denumeratione.* LAMBIN. Erfurt. *hoc*

meratione nostra fiet: (nam id quidem puerile est,) sed tantum adfert usus et exercitatio facultatis, ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus, hoc modo: In proelio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat; haec omnia graves casus administrabant. Item: Alii fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparavit.

In hoc genere saepe fieri potest, ut non plane par sit numerus syllabarum, et tamen esse videatur, si una

---

non de numeratione nostra. GRAEV. *Denumeratione,* unico verbo in Gryph. duobus manuscr. habetur. Ut optima ratione innixus, *dinumeratione,* videatur Lamb. edidisse. BRUT. MSS. O. *denumeratione,* nisi quod in Voss. II. sit *dinum.* In Ed. Med. *de nostra enum.* OUD. *Hoc non denumeratione fiet nostra* A. *Hoc n. de enumeratione f. nostra* B. *non de nostra numeratione fiet* C. *n. de num. nostra fiet* D. *Hoc non dinumeratione fiet nostra* E. V. *nostra* delevit Sch. retinuit Orellius. *Dinumeratione* recte Lamb. *Nostra* puto ortum ex seq. *nam;* simili enim compendio scribitur utrumque. *L.*

Puerile est, sed tantum] Duisb. *puerile, sed tantum.* GRAEV. Exsulat verbum *est* a Leid. IV. OUD. Exhibent *est* ABCE. delevit Sch. retinuit Orell. *L.*

Sed tantum affert usus] Erf. et Cauch. *tantum afferet usus.* Bene. GRAEV. Voss. I. II. Leid. I. II. III. Ed. Mediol. *afferet usus.* Quod male mutarunt. OUD. *Afferet* ABCDET. Deinde *sensu compar membrum* B. *L.*

Mortem pater oppetebat] Erf. et al. MSS. *mortem parens oppetebat.* GRAEV. Voss. III. Leid. IV. *parens.* OUD. *Parens* BD. *L.*

Haec omnia graves casus] Erf. *haec omnia gravis casus.* Lamb. ed. *Haec omnia gravis casus administrabat.* GRAEV.

Administrabant] Leid. IV. *demonstrabant.* OUD. *Aministrabant* A. *administrabat* B. *L.*

Alii fortuna felicitatem] Haud aliter Pal. sec. quart. quin. sextus, et Bruil.; hactenus impressi *illi fortuna.* GRUTER. *Alii fortuna felicitatem dedit* Erf. et alii MSS. vulgo: *illi fortuna felicitatem.* Pith. *illi fortuna facilitatem dedit,* quod non temere damnandum. Nam *facilitas* pro felicitate nonnumquam accipitur, ut *facilitas imperii* apud Tacit. in Agric. saepe quoque ab interpolatoribus et sciolis vox *facilitas* in *felicitas* non bene fuit immutata. Vide quae I. Fr. Gronovius notavit ad Liv. lib. XXIII. cap. 31. GRAEV. Voss. I. Leid. II. cum Edd. pp. *illi.* Voss. III. Leid. IV. *aliis.* In Voss. III. vitiose *fecilitatem.* Vid. Graev. mox pro *huic* est *hic* in Leid. III. OUD. *Illi felicitatem fort. dedit* AE. *illi facultatem f. d.* C. *alii fort. d. felicitatem* B. Igitur D. cum Sch. *facilitatem.* Sch. enim e Cod. Pith. *facilitatem,* quod non secutus recte fecit Orell. qui ostendit, mox quoque *felicitatem virtuti* opponi. *L.*

Par sit numerus syllabarum] Erf. *par numerus sit syllabarum.* GRAEV. *Numerus sit* ABDE. *L.*

Si una aut etiam altera syllaba est alterum brevius] Non litem moveo huic scriptioni. Erfurtensis tamen, cuius varietas aem-

227 aut etiam altera syllaba est alterum brevius: aut si, cum in altero plures sunt, in altero longior, aut longiores, plenior, aut pleniores syllabae erunt: ut longitudo, aut plenitudo harum, multitudinem alterius adsequatur et exaequet. Similiter cadens exornatio dicitur, cum in eadem constructione verborum, duo aut plura sunt verba, quae similiter iisdem casibus efferuntur, hoc modo: Hominem laudas egentem virtutis, abundantem felicitatis. Item: Cuius omnis in pecunia spes est, eius a sapientia est animus remotus. Diligentia comparat divitias, negligentia corrumpit animum: et tamen cum ita vivit, neminem prae se ducit hominem. Similiter desinens est, cum, tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt, hoc pacto: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Vivis invidiose, delinquis studiose, loqueris odiose.

---

per est observanda: *si una aut etiam altera syllaba est alterutrum brevis.* Existimo veram manum esse: *si una aut etiam altera syllaba est alterutrum brevius. Alterutrum* nimirum membrum. Graev. Voss. III. *alterum membrum brevius sit.* Ed. Omnib. *e. alt. altero brev.* Optime dant Leid. I. III. *e. alterutrum brevius,* ut coniecerat Graevius. Oud. *Sillaba alterutrum* (*alterum utrum* a m. s.) *brev.* A. *syll. est alterutr. membrum brev.* B. *altera brevior est, aut si cum* D. *altero* E. *L.*

Exornatio dicitur] Erf. et Pith. *exornatio appellatur.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. *ex. appellatur.* Cur hoc mutarunt? Oud. *Appellatur* ABCDET. Scripserunt ita Ern. Sch. Orell. *L.*

Iisdem casibus efferuntur] Erf. *iisdem casibus efferuntur.* Pith. *iisdem casibus afferuntur.* Graev. Voss. I. III. *affer.* Leid. I. II. *efferantur.* Oud. *Efferantur* ABCD. *Efferuntur* ET. *L.*

Cuius omnis in pecunia spes est, eius a sapientia est animus remotus] Tres MSS. Erfurt. Duisb. Cauch. *Huic omnis in pecunia spes est, a sapientia est animus remotus.* Sic et quartus Pith. nisi quod retineat *eius.* Lamb. ed. *Cuius omnis in pecunia est, eius a sapientia animus est remotus.* Sed pro *cuius* iidem habet *Huic.* Credo τὸ [v.] *est* semel abundare, et auctorem scripsisse: *Huic omnis in pecunia spes est, a sapientia animus remotus.* Graev. Voss. II. III. Leid. II. IV. Ed. Med. *huic* Ed. Omn. *huius.* Vox *eius* abest a MSS. O. nisi quod in Leid. III. ponatur post *animus,* neque agnoscunt Edd. pp. Verbum *est* deest item Voss. III. in aliis loco variat. Adi Graev. Oud. *Item huic est omnis* A. *Item huic omnis* E. *Spes est, a sapientia* ABCDE. *est* ante v. *animus* deest in C. Ergo *eius* abest ab omnibus Codd. etiam a T. Retinuerunt tamen Sch. et Orell. *L.*

Insunt in verbis] Leid. I. Voss. III. *n. sunt.* Voss. I. II. Leid. II. III. Ed. Med. *n. insunt verbis.* Oud. *Casus similes* (*non* a m. s. loco v. *similes*) *insunt verbis* A. *casus non insunt verbis* CE. *Exitus sunt hoc pacto* (*similes* a m. s.) A. *similes s. hoc p. exitus* B. vv. *exitus sunt* absunt ab E. *L.*

Audacter territus] Erf. *audaciter territas.* Graev. Leid. III.

Item: Audacter territas, humiliter placas. Haec duo genera, quorum alterum in exitus, alterum in casus similitudine versatur, inter se vehementer conveniunt: et ea re, qui his bene utuntur, plerumque simul ea collocant in iisdem partibus orationis. Id hoc pacto facere oportet: Perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere; diligere formam, negligere famam. Hic et ea verba, quae casus habent, 228
ad casus similes; et illa, quae non habent, ad similes exitus veniunt.

CAP. XXI. Adnominatio est, cum ad idem verbum et idem nomen acceditur commutatione unius literae aut

---

IV. *audaciter.* Voss. III. *dampnas.* Oud. Paullo ante *relinquis* pro *delinquis* in Ed. Sch. ex errore typographi, quem iam notavit Orell. *L.*

Alterum in exitus, alterum in casus] Erf. *alterum in exitu, alterum in casus.* Graev. MSS. quinque Ed. Med. *in exitu.* Leid. III. *casuum s. versantur.* Oud. *In exitu* AD. *Exitus in* C. *L.*

Ea re, qui his bene utuntur] Erf. *et ea re, quibus bene utuntur.* Pith. *qui his bene utitur.* Graev. Voss. I. *his qui b. u.* recte. Oud. *Et ea re qui his* ABDT. *e. e. r. qui hiis* C. *L.*

In iisdem partibus orationis] Idem *in eiusdem partibus orationis.* Graev.

Id hoc pacto] MSS. quidam, *id hoc modo.* Graev. MSS. O. et Ed. Med. *h. modo.* Oud. *Hoc modo* ABC. *L.*

Hic et ea verba] Duisb. *Hic dein ea verba.* Graev.

CAP. XXI. *Annominatio est*] Duisb. et Cauch. *Adnominatio est.* Graev. *Agnominatio* C. *angnominatio* D. *adnominatio* B. *annominatio* A. *L.*

Et idem nomen] Duisb. *et nomen.* Graev. Vid. Gronov. ad Lib. II. cap. 6. Burm. In nullo MS. neque Ed. pr. inveni secundo loco *idem.* Voss. II. *aut n.* Oud. *Et ad idem nomen* Ern. Sch. Orell. e codd., quibuscum faciunt TB. *Aut nomen* AE. *et nomen* CD. *L.*

Commutatione unius litterae aut litterarum] Erfurt. *Commutatione vel adiectione unius litterae, aut litterarum.* Duisb. et Lamb. ed. *commutatione vel additione unius litterae, aut litterarum.* Edd. tamen prima et Mediol. vulgatae accedunt. Alii aliter. Sed *additione* aut *adiectione* non debuit omitti, quod et in Pithoei MS. et Ascens. ac Cratand. edd. legitur, qui tamen addunt *vocum*, scribentes, *aut commutatione vocum, vel additione unius litterae.* Quod nec ipsum spernendum. Graev. Hic verba *vel additione* addidimus, quae non insunt in vulgatis, ex duobus Gryph. exemplar. et Leoniceni. Id autem eo fecimus libentius, quo eam lectionem animadvertimus Lambino probari. Brut. Voss. I. *cum additione vocum vel unius litterae aut litterarum vel syllabarum.* II. *cum mutatione vel aditione* (suprascr. *demptione*) *unius litterae aut litterarum.* III. *commutatione vocum vel litterarum.* In III. et IV. cum Ed. Omnib. *commutatione vel additione unius litterae aut litterarum* absunt quoque *syllabae aut syllabarum* a Leid. I. In II. *commutatione vocum unius litterae aut syllabarum.* In Ed. Med. simplicissime legas *comutatione*, ceteris omissis. Fors. scripsit auctor *commutatione vel additione un. litt.*

literarum, syllabae aut syllabarum; aut ad res dissimiles similia verba adcommodantur. Ea multis et variis rationibus conficitur. Adtenuatione, aut complexione eiusdem litterae, sic: Hic, qui se magnifice iactat atque ostentat,

---

aut litterarum. Certe *syllabae* etc. sunt spuria. Oud. *Commutatione aut additione unius l. a. l. sillabe aut sillabarum* A. *cum mutacione vel addicione unius litt. vel litterarum sillabe vel sillabarum* D. *commut. u. l. a. l. vel sillabarum unius acceditur* (omisso v. *acceditur* ante v. *commut.*) B. *c. u. l. a. l. vel additione* C. *c. u. l. a. l. vel sillabarum* E. Vv. *vel additione* etiam in T. post v. *commut.*, qui tamen om. vv. *syllabae aut syllabarum. L.*

Syllabae aut syllabarum] Haec verba nec in Erfurt. nec Duisb. leguntur. Cratand. ed. *aut syllabae, aut syllabarum.* Graev.

Attenuatione aut complexione] Pith. *Aut attenuatione aut complexione.* Graev. *Aut adten. aut c.* Voss. I. III. Leid. I. *aut tenuat.* Leid. II. *adtenuationibus* Voss. II. Oud. *Aut atten.* C. *ut att.* D. *aut tenuatione* E. Deinde pro *eiusdem*, quod hic non aptum iudicat, Sch. *cuiusdam.* Sed *eiusdem* ABCDE. *unius* T. *L.*

Iactat atque ostentat] Voss. III. *ostentat et iactat.* Ed. Omnib. caret τοῖς [vv.] *atque ostentat.* Oud. *Magnifice iactat atque ostentat* ABCDE. *L.*

Veniit a te ante quam Romam venit] Erfurt. *venit te ante quam Romam venit.* Duisb. *venit ante quam Romam venit*, quae dubio procul genuina est scriptura, nisi quod pro *venit ante* recte alii *veniit ante:* quam etiam Lambinus complexus est. *A te* natum est ex *ante.* Hinc et non comparet in Duisb., in Erfurtensi autem *a* non legitur. *Veniit ante*, venditus est, *ante quam Romam venit.* Praecedentia verba, *hic qui se magnifice iactat, atque ostentat*, sic leguntur in margine Cratandri: *Hic qui se magnificat, iactat, ostentat.* Si ex MSS. hausta sunt, ut credibile est, quia nulli librario posteriorum temporum haec commutatio potuisset occurrere, praeferrem vulgato. Nam *magnifico* est optimis scriptoribus idem, quod magni facio, magni aestimo. Terent. Hecyr. *Quem ego intellexi illam haut minus quam se ipsum magnificare.* Plin. XVII, 9. *M. Varro principatum dat turdorum fimo, ex aviariis, quod etiam pabulo boum suumque magnificat.* Hoc est, laudat etiam propterea, quod ad pascendos boves et sues sit utilis. Hinc *magnificus* est saepe magniloquus, qui se Thrasonice ipse effert dictis factisque. Plauto Bacchid. IV, 9. *Miles magnificus.*

Postea cum magnifico milite, urbes verbis qui inermus capit. et apud eundem *magnifica verba*, quae Ovidio dicuntur non raro *magna verba*, hoc est arrogantia, et ostentationis plena, cum quis se iactat insolenter. Huius vocis *magnificare* notio cum librariis ignoraretur, mutata ea vox fuit in notius et tritius *magnifice iactat.* Vereor ne *iactat* et *ostentat*, quod margo Cratandri prae se fert, sint interpretationes τοῦ *magnificat*, quae in contextum irrepserunt. Graev. MSS. quatuor *ad te.* recte desunt illa Leid. IV. in quo *R. veni.* III. *R. ivit.* Oud. *Venit ad te antequam* A. *ad te veniit a, q.* B. *venit a te ante quam* CDE. Obscurum habet scripturae compendium T. teste Orell., qui putat in illis *a te* latere locum, ubi venierit, v. c. *Athenis.* Non credo.

veniit a te ante, quam Romam venit. Ex contrario: Hic, 229
quos homines alea vicit, eos ferro statim vincit. Productione eiusdem literae, hoc modo: Hunc avium dulcedo ducit ad avium. Brevitate eiusdem literae, hoc modo: Hic tametsi videtur esse honoris cupidus, tamen non tantum curiam diligit, quantum Curiam. Addendis literis, hoc pacto: Hic sibi posset temperare, nisi amori mallet obtemperare. Demendis literis, sic: Si lenones, tam-

---

ate ortum ex repetito compendio, quod pro *ante* scriptum inveniebant librarii. *A te* om. Sch. Recte. *L.*

Ex contrario] MSS. quinque et Ed. Med. *et ex c.* desunt Leid. III. Oud. *Et ex contr.* AE. *et e contr.* CB. *L.*

Hic quos homines alea vincit, eos ferro statim vinciit] Sic legitur in exemplis Manutianis: neque video, quomodo aliter legi possit, si modo facere volumus, ut exempla praeceptionibus respondeant. Neque tamen *vinciit* potest a verbo *vincio* usitate, quod sciam, flecti, sed *vinxit* potius; nisi dicamus a verbo *vincio* etiam praeteritum *vincivi* esse usitatum, ut a *sancio*, *sancivi* et *sanxi*. Lambin. Sequor Pall. et Bru. ac Fabr. in quibus, *quos homines alea vicit*. Nam vulgati, *vincit*. Gruter. Manut. et Lamb. edd. *quos homines alea vincit, eos ferro statim vincit.* Vulgg. *Hic quos homines alea vincit, eos ferre statim vincit.* Gruterianis adstipulantur Pith. Duisb. Cauch. Graev. Voss. I. III. cum Leidd. tribus et Edd. pp. *alea vicit.* Oud. *Alea vicit* ABCDET. Antea pro *Hic quos* BCD. *Sic quos.* Oxonn. duo *sic: hic quos*, i. q. recte dedit Orellius. *Vincit* autem, ut recte notat Sch., est a *vincire*, et *ferro vincire* est *compede ligare*, *in vincula dare*. *L.*

Prod. ei. litt. hoc modo] Voss. II. *pr. ei. l. sic.* Oud. *Pr. sic eiusdem lit.* B. *Pr. e. litt. sic* D. *L.*

Avium dulcedo ducit ad avium] Erf. *avium dulcedo ducit ad damnum.* Graev. *Hunc avium* etc. usque ad *hic tamen* exsulant a MSS. quatuor vel quinque. *Ducit ad dampnum* inepte Leid. II. Oud. *Hunc avium — hoc modo.* Haec et interposita omm. BD. *Hunc avium — avium* om. E. *ad avium dampnum* C. *L.*

Brevitate eiusdem litterae hoc modo] Erf. *brevitate eiusdem litterae sic.* Haec verba cum praecedentibus *avium dulcedo ad avium* in Duisburgensi non leguntur. Graev.

Hic tametsi videtur honoris esse cupidus] Pith. *hic tamen etsi videtur honoris esse cupidus.* In Erfurt. *esse* non extat. Graev. Abest verbum *esse* a Leid. II. Bene. Oud. *Videtur honoris* (*esse* m. s. add.) *cupidus* A. abest *esse* a C. *honoris cupidus videtur* B. *L.*

Non tantum curiam diligit, quantum Curiam] Pith. *non tam curiam diligit, quam Curiam meretricem.* Ultima vox haeret etiam in Erfurt. sed tamen a magistro fuit adiecta. Graev. Addunt e glossa *meretricem* Voss. I. Leid. I. In Ed. Med. *non tam curam, quam curiam diligit.* Oud. Glossam *meretricem* add. m. s. in A. *L.*

Demendis litteris, sic] Pith. *demendis nunc litteris sic.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. IV. *dem. nunc litt.* Oud. *Demendis autem litt.* D. *dem. nunc litt.* E. *L.*

quam leones vitasset, vitae se tradidisset. Transferendis literis, sic: Videte, iudices, utrum homini navo, an vano credere malitis. Item: Nolo esse laudator, ne videar adulator. Commutandis, hoc modo: Deligere oportet, quem velis diligere. Hae sunt adnominationes, quae in literarum brevi commutatione, aut productione, aut translatione, aut aliquo huiusmodi genere versantur.

Tanquam leones vitasset] Erf. *vitasset tanquam leoes.* GRAEV. MSS. plerique cum Ed. Med. *vitasset t. l.* in Ed. Omn. *quemadmodum l. v.* OUD. *Vitasset tanq. leones* hoc ordine BCDE. *vivitasset* C. Atque receperunt hunc ordinem Sch. Orell. *L.*

Utrum homini navo an vano credere] Erf. *utrum homini ignavo credere.* Pith. *utrum homini nano an vano credere.* GRAEV. *Gnavo* DE. In E. a m. s. *ignavo.* *Gnaro* A. *Vano an nano concedere m.* B. *Gnavo credere m. an vano* D. *L.*

Item: nolo esse laudator, ne videar adulator] Haec neque sunt in Erfurtensi, nec in Duisb. GRAEV. Vocula *item* deest Voss. I. Omnia haec *Item* etc. usque ad *adulator* exulant a ceteris MSS. et Edd. pp. OUD. Vv. *Item — adulator* cum interpositis absunt ab ABCD. Deinde pro *commutandis* Sch. suspicatus est *permutandis.* Permutationem enim (Vertauschung) hic requiri; commutationem autem (Veränderung) fieri in omni genere annominationis. *Commutandis* tamen omnes Codd., nisi quod A. *cum mutandis. L.*

Deligere oportet, quem velis diligere] Liber manuscr. longe optimus habet, *Dilegere oportet* etc. nam a verbo *dilego* fit *dilectus*, ex quo *dilectus militum.* LAMB. Si vim et originem vocis spectes, *deligere* et *diligere* idem notant. Hinc *diligenter scribere* Cic. est uti verborum dilectu, et *diligenter dare* eidem est cum dilectu, non promiscue cuivis. Hinc et *dilectus* et *delectus* militum. GRAEV.

Quem velis diligere] Pith. *a quo velis diligere.* Al. *quae velis diligere.* GRAEV.

Brevi commutatione aut productione] Revocavi scripturam editionum antiquatarum Pall. confirmatam libris, item Br. et Fabr. nam Victorius maluerat, *commutatione, brevitate, aut productione.* GRUTER. Grut. Lamb. et aliae, *quae in litteratura, commutatione, brevitate aut productione.* In Pith. non est *in.* *Brevi commutatione aut productione* firmatur Erfurtensis et aliorum librorum auctoritate. Sed et praecedentia verba *in litteratura* recepta sunt primum a Lambino, nulla mentione facta ullius libri aut caussae mutationis. In omnibus editionibus ante Lambinianam et Gruterianam et tribus MSS. quae vidi, est: *quae in litterarum brevi commutatione aut productione.* Verissime, quod non erat interpolandum. In Erfurt. pro *translatione* est *traiectione*, non male. GRAEV. In tribus Gryph. manuscr. et Leonicen. *quae in litterarum brevi commutatione, productione;* quam lectionem agnoscit Lambin. Infra autem lege, *transiectione*, praeter Leonic. qui a vulgatis non dissentit, iisdem pariter eandem lectionem approbantibus. *Translatione* excusi habent. BRUT. *In litterarum br. commut.* Sic MSS. O. et Edd. pp. Rescribe *aut transiectione* e MSS. O. et Ed. Med. *traiectione* Leid. IV. dein *huiuscemodi* Voss. III.

CAP. XXII. Sunt autem aliae, quae non habent tam propinquam in verbis similitudinem, et tamen dissimiles non sunt; quibus de generibus unum est huiusmodi: Quid veniam, qui sim, quare veniam, quem insimulem, cui prosim, quem postulem, brevi cognoscetis. Nam hic est in quibusdam verbis quaedam similitudo non tam adfectanda, quam illae superiores, sed tamen adhibenda nonnumquam. Alterum genus huiusmodi: Demus operam, Quirites, ne omnino Patres Conscripti circumscripti putentur. Haec adnominatio accedit magis ad similitudinem, quam superior: sed minus, quam illae superiores: propterea quod non solum additae, sed uno tempore demtae quoque literae sunt. Tertium genus est, quod versatur in casuum commutatione, aut unius, aut plurium nominum.

Unius nominis, hoc modo: Alexander Macedo summo labore animum ad virtutem a pueritia confirmavit. Ale-

---

OUD. *In litterarum brevi commutatione aut prod. aut transiectione*. A. *In lit. brevi c. a. pr. a. transi.* ECB. *In lit. brevi commutacione a. prodoctore aut transiectore* D. *Traiectione* B. *In lit. commutatione*, *brevitate* Oxon. unus, Victor. dedit Sch. *Transiectione* etiam T. Legendum suspicatur Orell. *in litterarum in breve commutatione*; retinet idem *translatione*, quod supra est: *transferendis litteris*, quae tamen nulla est causa, quum Codd. fere omnes *transiectione*. *L.*

CAP. XXII. *Propinquam in verbis*] Erf. *propinquam verbis*. Pith. ed. prim. et Mediol. *propinquam verbi*. Duisb. *propinquam cum verbis*. GRAEV. Praepositione carent Voss. I. II. *cum verbis* Leid. IV. *verbi* Leid. III. cum Ed. Omn. OUD. *In verbis* BCDE. *Tam propinqui verbi* A. *L.*

Quid veniam] Pith. *quo veniam*. GRAEV. *Quis sim* B. Tum *insimilem* ABC. *in similem* D. *L.*

Quem postulem] Erf. et Pith. *quas postulem*. GRAEV. *Quae postulem* A. Deinde *Alterum genus est huiusmodi* ACDE. *L.*

Circumscripti putentur] Pith. *circumscripti videantur*. GRAEV.

Quam illa superior] Erf. et Lamb. ed. *quam superior*. GRAEV. Paullo ante *magis accedit* ABCDE. *Quam illa superior* AE. *Illa* omittunt BCD. omiseruntque Sch. Orell. *L.*

Tertium genus est, quod] Erf. *tertium genus, quod*. GRAEV.

Ad virtutes a pueritia confirmavit] Legendum fortasse est, *conformavit*; immo sic esse legendum contendo. LAMB. Erf. et Pith. *ad virtutem a pueritia confirmavit*. Verissime Lambinus *ad virtutem a pueritia conformavit*. Et sic Duisburgensis, ex quo etiam et Erfurtensi ac Pithoeano rescripsi, *virtutem*. *Conformare animum ad virtutem* Latinis recte dicitur, pro animum erudire ad virtutem, munire sapientiae praeceptis ad virtutem exercendam. Cic. I. de Off. 3. *Quod positum est in praeceptis*, *quibus in omnes partes usus vitae conformari potest*. Sic et ibi recte Lambinus, cum in vulgatis ait *confirmari*. GRAEV. MSS. O. *ad virtu-*

231 xandri virtutes per orbem terrae cum laude et gloria sunt. Alexandrum omnes, ut maxime metuerunt, item plurimum dilexerunt. Alexandro si vita longior data esset, Oceanum manus Macedonum transvolasset. Varie hic

---

tem a p. confirmavit, nisi quod in uno alteroque sit *virtutes*. Cum Graevio malim *conformavit*. Oud. *Ad virtutem* ABCDET. *Confirmavit* ABCET. *Conferatur* D. Recte dederunt *conformavit* Sch. et Orell. *L.*

Cum laude et gloria sunt] Libuit sequi auctoritatem Pal. quarti ac sexti, confirmatam fide Gemblacensis libri et Bruilerensis. Vulgata habebat amplius, *gloria vulgatae sunt;* quae vox in quatuor illis nulla est. Gruter. Edd. et MSS. *cum laude et gloria sunt vulgatae*. Gruteri codices firmat Erfurtensis, sed ceteri tres approbant vulgatam scripturam. Graev. Voss. I. III. Leidd. omnes, Edd. pp. *et gl. vulgatae sunt*. Voss. II. *sunt pervulgatae*. Non male. Oud. *Gloria et laude vulgatae s.* B. *gloria volgatae s.* C. *gloria vulgatae sunt* D. *laude et gloria pervulgatae sunt* EA. *laude et gloria vulgatae sunt* T. Sch. scripsit: *L. et gl. sunt pervulgatae*. Orellius Gruterum est secutus. *L.*

Alexandrum omnes, ut maxime] Particulam *ut*, quae desiderabatur, reposui. Lamb. Edd. praeter Lambinianam et Cratandri, *Alexandrum omnes ut maxime metuerunt, item*. Erfurt. *Alexandrum omnes maxime metuerunt, idem*. Lambini emendationem confirmant Erfurtens. Duisb. et Cratandri editio. Graev. Nos vocem, *item*, sustulimus, quae elegantius abest in manuscriptis, quam adest in vulgatis. Lambin. post verbum *omnes*, *ut* apponit; ut sit, cui vox *item* respondeat; omnino melius, quam in impressis. Brut. In nullo meorum, nec Ed. veteri est *ut*. Deleatur. Tunc enim non *item*, sed *ita* sequi deberet. Abest et ea vox a Leid. III. Ceterum recte sequens exemplum *Alexandro* etc. praeponitur in MSS. aliquot et Ed. Mediol. Casuum enim ordinem secutus videtur auctor. Oud. *Alexandrum omnes maxime metuerant Item pl. dil. Alexandro si vita data longior esset transvolasset occeanum Macedonium* A. *Alexandrum omnes maxime — Macedonicum* C. *Alexandrorum omnes maxime metuerunt i. pl. d. Alexandrum sibi vita d. l. esset occeanum gloria Macedonum* D. *Alexandrum maxime omnes metuebant Item plurimum dil. Alexandro si vita data longior esset oceanum macedonicum transvolasset*. B. Etiam in T. exemplum illud, in quo est Dativus, sequenti postponitur. Recte. *Manus Macedonum* ex Gruteri emendatione scripserunt post eum omnes Editores. Vere. Sequens enim nomen antecedens absorbuit. *L.*

Oceanum manus Macedonum transvolasset] Et hoc nostrum est facinus; ad quod induxit Palatinorum senio, quorum pr. quart. sextus tantum repraesentabant: *Oceanum Macedonum transvolasset*, quintus vero *Oceanum fama Macedonum trans.* sec. vero ac tert. servabant illud *manus;* vere. Legatur modo Suasoria I. Senecae patris. Retro cusi habebant, *Oceanum Macedonum gloria transvolasset*, inficete prorsus, et falso; utique si verum dixit prius: *gloria ac laude implesse orbem Alexandri virtutes*. Grut. Erf. *Trans Oceanum Macedonum transvolasset*. Duisb. *Hoc Oceanum manus Macedonum transvolasset*. Edd. *Oceanum Macedo-*

unum nomen in commutatione casuum volutatum est. Plura nomina casibus commutatis, hoc modo faciunt adnominationem: Ti. Gracchum rempublicam administrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari. C. Graccho occisio oblata est, quae virum reipublicae aman- 232
tissimum subito de sinu civitatis eripuit. Saturninum fide

---

num gloria transvolasset. GRAEV. Interpolatus maxime per librarios virosque eruditos hic est locus. Plerisque et antiquiores MSS. dant *Oceanum Macedonum transvolasset*, vel *trans Oceanum M. transv.* vel *transvolasset Oc. Macedonum* aut *Macedonicum*, ut habet Leid. I. sed Voss. III. addit *fama.* Leid. IV. *manus.* Ed. Omnib. *nomen.* Ed. Mediol. *terras atque Oceanum fama M.* quia scilicet in nonnullis est *trans Oc. M. transvolasset.* Mihi simpliciter videtur ab auctore scriptum fuisse *Oceanum Macedo transvolasset.* OUD. Cf. notam antec. Reliquae varietates hoc loco notantur: *metuerant* etiam C. *data longior* ABCDE. *Manus* ignorant omnes, *gloria* D. *Transv. ocean. Macedon.* E. Reliquae huius loci varietates iam supra enotatae. Totum exemplum accusativi omisit E. *L.*

Varie hic unum nomen] Duisb. *varie hoc unum nomen.* GRAEV. Leid. IV. Ed. Omn. *hoc u. n.* OUD. *Hic nomen unum* A. *hoc nomen unum* C. om. *nomen* B. om. *unum* E. *L.*

Hoc modo faciunt] Duisb. *hoc modo facient.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *facient adnominationem* vulgo *faciunt.* OUD. Hoc idem *facient* habent ABCDET. *L.*

Indigna prohibuit nex diutius in ea commorari] Erf. *prohibuit M. Galliciolus indignam et diutius in eo commorari.* Margo Cratandri, *Prohibuit Mulliciolus indigne nex diutius in ea commorari.* GRAEV. *Prohibuit Marcus Malliciolus* (haec duo vv. punctis suppositis notata) *indigna* (*indigne* corr.) *nex* (a m. s.) *d. in ea comm.* A. *proh. M. Malliciolus indigne diut. in ea comm.* C. *p. M. m. indigne diutius in ea comorari* E. *prohibui nex d. in ea comm.* D. *M. maliciosus indigne diutius in ea comm. passus est.* B. Ascripserat aliquis glossam *maliciosa* ad vv. *indigna nex*, ex quo istae turbae ortae. *L.*

C. Graccho similiter occisio oblata est, quae virum reipub. amantissimum etc.] Ita quidem nonnulli e Pall. sed plerique tamen oggerunt, *occiso, ablata est reipubl. quae virtutis amantissimum.* Aldus nepos expressit, *occasio oblata est, quae virum etc.* nec omnino displicet. GROT. Al. *C. Graccho occiso ablata est resp. quae virtutis amantissimum.* Aldi Manutii nepotis *occasio.* ed. *C. Graccho similiter oblata est, quae virum reip. amantissimum.* Erfurtensis fide delevi *similiter*, in ceteris consentit Palatinis, ut et editiones antiquiores. GRAEV. Voss. I. a m. II. *occasio.* In ceteris *occiso.* Et in Leid. III. IV. Ed. Med. *similiter occiso.* Dein *ablate est resp. qui* in Voss. II. Leid. I. III. OUD. *Similiter occisi oblata est.* A. *Sim. occiso obl. e. RP.* B. *Sim. occiso ablata est respubl.* C. *sim. occiso est ablata resp.* D. *L.*

Quae virum reipub. amantissimum subito de sinu civitatis eripuit] Pith. *quae virtutis reip. amantissimum subito dominatu sinu civitatis eripuit.* GRAEV. Voss. II. Leid. I. III. *virtutis amant.* pro *reip.* in Ed. Med. *populi Ro.* MSS. quatuor *dominatum* vel *domi-*

captum malorum, perfidiae scelus vita privavit. Tuus, o Druse, sanguis domesticos parietes, et vultum parentis adspersit. Sulpicium, cui paullo ante omnia concedebant, eum brevi spatio non modo vivere, sed etiam sepeliri prohibuerunt.

Haec tria genera proxima exornationum, quorum unum in similiter cadentibus, alterum in similiter desinentibus verbis, tertium in adnominationibus positum est, perraro sumenda sunt, cum in veritate dicemus: propter-

---

natu c. prave. Oud. *Virtutis* om. *reip.* CD. *vel quae utrum r. p.* B. *L.*

Maiorum perfidia] Secutus sum libros duos manuscrip. et nonnullos vulgatos. Nam alii vulgati partim habent, *malorum perfidia:* partim, *maiorum natu perfidia.* Et ita unus etiam antiquus. Lamb. *Fide captum malorum, perfidiae scelus vita* etc. placuit Gulielmio, ex Bruil., et sic quoque reperi in Pal. quarto et sexto. Nam ceteri subscribebant vulgato, *fide captum, malorum perfidia per scelus vita* etc. Grut. Lamb. *Fide captum maiorum perfidia per scelus.* Cratand. ed. *Saturnium fide captum maiorum natu perfidia per scelus.* Graev. Voss. O. Leid. II. Edd. pp. *perfidia per scelus.* Leid. III. IV. *perfidia scelus.* Oud. Scr. Sch. *malorum perfidia et scelus.* Orell. *malorum perfidia per scelus.* In C. est: *maiorum natu perfidia et scelus.* In D. *maiore nutu pervidia per scelos.* In A. *malorum perfidia scelus* (*per* a m. s.) In B. *malorum perfidia per scelus.* In T. *maiorum natu perfidia et per scelus.* Equidem cum Sch. faciendum puto. Recte autem monet Orell. *maiores* non nisi cum laude memorari solere. *L.*

Domesticos parietes] Leid. II. *d. parares.* An *penates?* Oud. *Penates* in maiore Ed. Sch. Oudendorpium secutus dederat. Sed nullus Cod. addicit. *L.*

Et vultum parentis] Cratand. ed. *et multum parentis.* Graev.

Sulpicium, cui paulo ante omnia concedebant, eum brevi spatio] Sic edunt, et sic solere Latinos agnosco, et alibi alios, qui adhuc ignorantur, sic loquutos monstrabo. Sed nunc MSSti tres omnes concordes legunt, *Sulpicio cui.* Sic fluctuat formula Varronis ab Gellio XII. servata. *M. Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unam ovem mulctam dico,* ut habet illic bona pars veterum librorum. Sunt tamen qui praeferunt *Terentius.* Gronov. MSS. *Sulpicio, cui paullo ante.* Erf. *Supplicio, qui paullo ante.* Graev. *Sulpicium* lege, non *Sulpicio,* ut in omnibus vulgatis legitur. Locum recte ita emendavit Lambinus. Brut. MSS. O. et Ed. Omnib. *Sulpicio.* Dein Voss. II. *cedebant.* Oud. *Sulpicio* CE. *Solpicium* D. *Sulpicium* AB. Tum *ante* om. B. *Concedebant* ABCDE. *L.*

Eum brevi spatio] Erf. *cum brevi spatio.* Graev.

Sepeliri prohibuerunt] Erf. *sepelire prohibuerunt.* Graev. Voss. III. *sepelire.* Oud. *Sepelire* B. *L.*

Cum in veritate dicemus] Erf. *cum in veritate dicimus.* Graevius.

Propterea quod non haec videntur reperiri] Pith. *quod haec non videntur reperiri.* Graev.

ea quod non haec videntur reperiri posse sine elaboratione et consumtione operae.

CAP. XXIII. Eiusmodi autem studia ad delectatio-
nem, quam ad veritatem videntur adcommodatiora. Quare 233
fides, et gravitas, et severitas oratoria minuitur his ex-
ornationibus frequenter collocatis: et non modo tollitur
auctoritas dicendi, sed offenditur quoque in eiusmodi

Sine elaboratione] Duisb. *sine labore*. Graev. Leid. IV. *labore*. Oud. *Labore* A. sed *elaboratione* a m. s. *laboratione* B, *L*.

Et consumtione operae] Pith. *et assumtione operae*. Erf. *et operae sumtione*. Graev. Voss. I. Leid. III. *et suspicione op*. Voss. III. *op. assumptione*. Leid. II. III. *et sumptione op*. Ed. Med. *operis assumptione*. Oud. *Sumptione* C. *cum sumpcione* D. *L*.

CAP. XXIII. *Studia ad delectationem, quam ad veritatem videntur accommodatiora*] Pith. *studia exornationum magis ad delectationem, quam ad veritatem videntur accommodatiora*. Erf. *Studia exornationem magis ad delectationem quam ad veritatem accommodata*. Graev. Leid. III. *magis accommodari*. Oud. *Accommodatiora* BCDE, *accomodatiore* A. *Quare*, quod statim sequitur in Omnibus Codd. est. *Quippe* dedit Sch. de Ern. suspicione. Recte, puto. Nam *quare* ortum ex male intellecto compendio *qpe*, quod pro *qre* legerunt. *L*.

Minuitur his exornationibus] Pith. *minuitur exornationibus*. Graevius.

Freq. collocatis] Leidd. III. IV. *fr. collatis*. Non male. Oud. *Collatis* D.

Non modo tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur quoque in eiusmodi oratione auditor] Quum sic praeferant omnes, quas novi aut vidi, editiones, et sententia sit perfecta, plane non haererem, nisi comperirem vocem postremam ab nullo nostrorum MSStorum confirmari. Id fieri non potuit, si non etiam ab aliis vetustis codicibus abesset, quod ab ullo indicatum non memini. Sed quid si nos dicamus adiectam esse ab illis, qui constare sententiam non putarunt, nisi ea inserta vel adnexa? plane ut in uno MS. superscriptum video *supple*, *animus auditoris*. Nam *offenditur* refero ad eam quae praecessit *auctoritas dicendi*; tum quae ante appellavit *fides et gravitas et severitas oratoria*. Quam expositionem ab ipso auctore mihi porrectam offero ex cap. 31. *Si commode quis eo utatur et raro, non modo non offendet novitate, sed exornabit etiam orationem*. Cur enim et hic non interposuerunt *auditorem*? sed offenditur et ipsa oratio, et in hac auctoritas dicendi. Gronov. Erfurt. *non modo tolletur auctoritas dicendi*. Duisb. *non modo tollitur auctoritas dicentis*. Graev.

Offenditur quoque in eiusmodi oratione auditor] Erf. et al. MSS. *offenditur quoque in eiusmodi oratione*. Duisb. *Offenditur quoque eiusmodi oratione*, non enim agnoscunt vocem *auditor*, quam lectionem in suis etiam libris reperit Gronovius, et probavit. A Duisb. abest etiam *in*. Pithoei et Cauchii tuentur vulgatam. Graev. *Auditor*, abest a manuscriptis tribus; quam vocem si quis malit expungere, non pugnabo. Nos vulgatam lectionem retinuimus. Brut. Apage vocem *auditor*, quae in nullo MSSto

oratione auditor; propterea quod est in his lepos et festivitas, non dignitas, neque pulchritudo. Quare quae sunt ampla et pulchra, diu placere possunt: quae lepida et concinna, cito satietate adficiunt aurium sensum fastidiosissimum. Quo modo igitur, si crebro his generibus utemur, puerili videbimur elocutione delectari: ita si raro has interseremus exornationes, et in caussa tota varie dispergemus, commode luminibus distinctis illustrabimus orationem.

Subiectio est, cum interrogamus adversarios, aut quaerimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit: deinde subiicimus id, quod dici oportet, aut quod non
234 oportet, aut nobis adiumento futurum sit, aut obfuturum illis e contrario, hoc modo: Quaero igitur, unde iste

---

compareт. Oud. *In* exhibent ABCDE. *Auditor* abest in ABDT. legitur in CE. uncis inclusit Orell. *L.*

Ampla et pulchra] Tres MSS. *ampla atque pulchra.* Graev. MSS. sex et Ed. Mediol. *ampla atque pulchra.* Vulgo *et p.* Oud. *Atque* exhibent ABCDT. *L.*

Lepida et concinna] Duisb. *lepida atque concinna.* Graev. *Lepida et concinna.* ABCDE. *L.*

Cito satietate afficiunt] Recte Bruilerianus liber *cita satietate.* Gruter. Unus MS. *cita satietate.* Graev.

Raro has interseremus] Erf. *raro interseremus has.* Graev. MSS. et Edd. pp. *interseremus has exorn.* Oud. *Interseremus exornationes has* ACE. *int. has ex.* D. *int. has rationes.* B. *L.*

Quod dici oportet, aut quod non oportet] Secundum *quod* in nullo mihi occurrit codice. Gronov. Edd. primae: *quod dici oportet, aut quod dici non potest.* Vulgatae recentiores: *Quod dici oportet, aut quod dici non oportet.* Erf. Duisb. Cauch. et codices Gronoviani: *quod dici oportet aut non oportet.* Sic et edit. Hervag. nisi quod *potest* in contextu legit, pro *oportet,* quod extat in margine, ut et in prima editione, in qua tamen est *quod.* Graev. Omnibus libris MSS. et Ed. Med. deest *quod.* Dein MSS. quatuor et Ed. Omn. *non potest.* Leid. III. *quod oporteat d. aut non oporteat.* Oud. Omnis hic locus ita exhibetur in B. *aut quaerimus ipsi quid ab ipsis aut quid contra nos dici oportet. Deinde subicimus id quod oportet aut non potest aut.* In A. est: *id quod* (m. s. add: *dici*) *oportet, aut nobis* (m. s. *aut non potest*). In CD. *id quod oportet dici aut non oportet.* Ita etiam E. nisi quod is *dici* omittit. *Quod* omittit etiam T. omiseruntque recte Sch. Orell. *L.*

Aut offuturum illis e contrario] Erf. *aut offuturum idem contrario.* Pith. *aut offuturum adversario.* Duisb. *aut offuturum e contrario.* Lamb. ed. *aut illis offuturum e contrario.* Graev. Pronomine carent MSS. quinque et Ed. Omnib. Oud. Pronomen *illis* deest in TB. In reliquis: *aut illis.* In B. tamen *aut vel e contr. obf.* Verba *illis e contrario* omm. duo Codd. Oxonn. *L.*

Tam pecuniosus sit factus] Hervag. et al. edd. antiquiores: *tam perniciosus sit factus.* Graev.

tam pecuniosus sit factus. Amplum patrimonium relictum est? at patris bona venierunt. Hereditas aliqua obvenit? non potest dici, sed etiam a necessariis omnibus exheredatus est. Praemium aliquod ex lite aut iudicio cepit? non modo id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione victus est. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis; aut isti domi nascitur aurum, aut, unde licitum non est, pecunias accepit.

CAP. XXIV. Item: Saepe, iudices, animadverti, multos aliqua ex honesta re, quam ne inimici quidem 235

Hereditas aliqua obvenit] Erf. et Duisb. veram huius loci lectionem servarunt, in quibus est *hereditas aliqua venit.* Sic enim Cicero loquitur, pro quo vulgus dicit hodie, *obvenit.* Cic. pro Caecina 26: *Maior hereditas venit unicuique vestrum in iisdem bonis a iure et legibus.* Id. pro Flacco 34: *Quid? ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt.* Ibid. *Maximas autem tibi hereditates venisse.* Inferius in hoc libro c. 29. *Aut hereditate tibi venisse.* Et, *hereditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit.* Graev. Leidd. tres *venit.* Verissime. Sed et in Leid. I. *alia,* in Voss. II. *aliqua venit* suprascripto *obliqua.* Oud. *Hereditas aliqua venit, non potest dici, sed iam nec.* B. *Obvenit* D. *H. a. venit non p. d. sed etiam a nec.* reliqui omnes, etiam T. Scripsit Sch. e coni. *H. a. venit? At etiam a n. L.*

Non potest dici] Sic hunc locum olim edendum curavi: *Non modo hoc non potest dici, sed etiam* etc. qui mihi antea mutilatus et laceratus videbatur, cum existimassem, omissas esse a librario has tres voces, *modo hoc non.* Nunc autem vulgatam et receptam lectionem, cum qua congruit antiqua, tueor, ac retineo. Sic enim solebant loqui interdum veteres; *sed etiam* autem in tali genere pro *quin etiam* ponitur. Lamb. Pith. codicem si sequamur, difficultas, quae movetur, minuetur: In illo sic scribitur: *Hereditas aliqua obvenit? potest dici, sed a necessariis omnibus exheredatus est.* Pro *potest dici* aliter dicitur *Audio.* Possunt, qui illum tuentur, hoc forte praetextu uti. Sed non est credibile, quia a necessariis omnibus est exheredatus. Unde ergo illa luculenta venit hereditas? Graev.

Grandi sponsione victus est] Sic legendum arbitror, et ita habent plerique libri vulgati, et manuscr. nonnulli, *vinctus est.* quam lectionem reieci probata altera. Nam et in oratione pro Caecina ita locutus est, *sponsione vincere.* Lamb. Edd. quaedam: *grandi sponsione vinctus est,* cui in veteri codice Pithoei adscribitur, *obligatus est.* Graev. In solo Leid. IV. *sponsione victus.* Reliqui MSS. et Edd. dant *vinctus.* Oud. *Vinctus* ABCDT. Paullo ante *non modo id non cepit* scr. Sch. e coniectura non necessaria. *L.*

Unde licitum non est] Erf. et Pith. *unde non est licitum.* Graev. MSS., praeter Leid. IV., et Edd. *non est licitum.* Oud. Ita etiam ABCDE. *L.*

Pecunias accepit] Leid. I. III. Voss. III. *pec. cepit.* In Ed. Omn. simpliciter *capit* scil. *aurum.* Oud. *Pec. cepit.* DT. *L.*

CAP. XXIV. *Quam ne inimici quidem criminari*] Duisb.

criminari possint, sibi praesidium petere: quorum nihil potest adversarius facere. Nam utrum ad patris virtutem confugiet? at eum vos iurati capite damnastis. An ad suam revertetur antiquam vitam, alicubi honeste tractatam? Nam hic quidem ante oculos vestros quomodo vixerit, scitis omnes. An cognatos suos enumerabit, quibus vos conveniat commoveri? at hi quidem nulli sunt. Amicos proferet? at nemo est, qui sibi non putet turpe,

---

quam ne inimici criminari. Graev. Leid. IV. non habet voc. *quidem.* Oud. *Quidem* om. etiam D. *L.*

Nam utrum ad patris eius virtutem confugiet?] Erf. *Nam utrum ad patris eius vestigium confugisset?* Pith. et Duisb. *nam utrum ad patris eius virtutes confugiet.* Graev. MSS. O. et Ed. Omn. *ad patris eius.* Leid. IV. *virtutes.* Oud. *Ad patris eius virtutes* B. *ad patris eius virtutem* ACDE. *L.*

Eum vos iurati] Al. *Eum iurati vos.* Graev.

Capite damnastis] Auctior est Voss. I. *legibus cap. d.* nec male. Oud. *Legibus* ignorant ACDEBT. E glossa putat esse Orell. Sch. recepit. *L.*

An ad suam revertetur antiquam vitam, alibi honeste tractatam] Sic restitui, cum reperissem scriptum in lib. manuscr. partim *alicui*, partim *aliui*. *Aliui* enim a librario scriptum esse pro *alibi* facile intelliget, qui versatus est in lectione membranarum antiquarum. Lambin. MS. *An ad suam revertetur antiquam vitam alicui honeste tractatam.* Pith. MS. *An ad suam revertetur antiquam vitam alicubi honeste tractatam.* Erfurtensis, *An ad suam revertetur quam vitam aut ubi honeste tractatam?* Ex huius optimi codicis vestigiis legendum videtur: *An ad suam revertetur vitam? quam? aut ubi honeste tractatam?* Quam tu vitam dicis, inquit adversarius, aut ubi usquam gentium honeste is vitam egit? Est qui velit pro *tractatam* legere *traductam*. Cave audias. Lucret. lib. V. [929]:

Multaque per coelum solis volventia lustra
Volgivago vitam tractabant more ferarum.

hoc est agebant, traducebant. Graev. *Vitam alicubi honeste tractatam* ABCDET. nisi quod D. *allicubi.* Graevium secutus Sch. edidit: *Vitam? quam? aut ubi honeste tractatam?* Vulgatam retinuit Orell. revocato *At* in seqq. pro v. *Nam.* *L.*

At hic quidem ante oculos vestros] Cur haec lectio placuerit posterioribus prae illa, quam habebant editiones aliae, *nam hic quidem*, vix decerno. Certe quum illud *nam* exstare deprehendam in tribus meis MSStis, et vis voculae sit aptissima, ego hoc praetulerim merito. Gronov. Lambin. et Grut. edd. *At hic quidem.* *Nam hic quidem* rescripsi optimorum codicum et meorum et Gronovii, ac omnium editionum antiquiorum ante Lambinianam fide. Graev. Voss. I. *Non. Nam hic q.* Leid. II. *non equidem.* Oud. *Nam hic quidem* ABCDE. nisi quod C, *quidem* om. *At hic quidem* revocavit Orell. *L.*

Quidem nulli] Pith. *Nam hic quidem nulli.* Graev.

Qui sibi non putet turpe] Erf. *qui sibi non turpe putet.* Graev. MSS. et Ed. Med. *non turpe putet.* Vulgo *non p. turpe.* Oud. *Non turpe putet* ABCDT. *L.*

istius amicum nominari. Item: Credo, inimicum, quem nocentem putabas, in iudicium adduxisti: non; indemnatum necasti. Leges, quae id facere prohibent, veritus 236 es? at ne scriptas quidem indicasti. Cum ipse te veteris amicitiae commonefaceret, commotus es? at nihilo minus, sed etiam studiosius occidisti. Quid? cum tibi pueri ad pedes volutarentur, misericordia motus es? at eorum patrem crudelissime sepultura quoque prohibuisti.

Multum inest acrimoniae, et gravitatis in hac exornatione, propterea quod, cum quaesitum est, quid oporteat, subiicitur id non esse factum. Quare facillime fit, ut augeatur indignitas negotii. Ex eodem genere, ut ad

---

Inimicum, quem nocentem putabas] Erf. *inimicum, nocentem putabas*. Pith. *inimicum, in quem nocentem putabas*. Duisb. *Inimicum in nocentem putabas*. Graev. *Quem nocentem putabas*. Sic in solo Leid. II. In ceteris *innocentem*. Hinc Ed. Omn. *amicum quem innoc.* a MSS. tribus abest τὸ [v.] *quem*. Oud. *Credo qm.* (m. s. *quem*) *inim. innocentem* A. *credo quod inimic. quem innocentem* D. *credo quem inim. noc.* EB. *L.*

Nam indemnatum necasti] Pith. *indemnatum vocasti*. Lamb. ed. *Eum indemnatum necasti*. Sicut ante reposui *nam* perperam immutatum, sic hic auctoritate codicis Erfurtensis *nam* deleo. Commode enim potest abesse, et illa particula deleta rotundior erit oratio. Graev. MSS. quinque et Edd. pp. *non. Nam ind. nec.* Leid. I. *non. nam eum ind. n.* II. *non. Eum enim ind. nec.* Oud. *Non nam eum ind.* ACDT. *Non nam ind.* E. *Non nam ind. quidem* B. *L.*

Leges, quae id facere prohibent, veritus es?] Duisb. *Num leges, quae id facere prohibent, veritus es.* In Erfurt. non habetur *es.* Graev. Leid. IV. *num leges, quae* etc. Oud. *Num ignoratur* ab ABCDET. *L.*

At ne scriptas quidem] Pith. *at ne scripturas quidem*. Graev.

Commonefaceret, commotus es?] Pith. *commemorem faceret motus es?* Lamb. ed. *commonefaceret, misericordia commotus es?* Graev. Ignorant v. *misericordia* h. l. omnes Codd. *L.*

At eorum patrem] Voss. I. *Non. at e. p.* Contra deest *at* Leid. I. Oud.

Cum quaesitum est] Leid. II. *cum inquisitum est*. Oud.

Quid oporteat] Erf. *quod oporteat*. Graev.

Ut exaugeatur indignitas negocii] Haec est scriptura Erfurtensis, Pith. et Duisburgensis. Vulgatae: *ut augeatur indignitas negocii*. Iam *exaugere* pro *augere* non semel ante usus est horum Rhetoricorum parens. Graev. Vid. Gronov. supra ad cap. 13. Burm. MSS. O. et Edd. pp. *ut exaugeatur*. Verissime. Adi Graev. Oud. *Exaugeatur* ACDET. Omne hoc enunciatum *quare — negotii* om. B. *L.*

Ut ad nostram quoque personam referamus subiectionem, sic] Liber unus manuscr. habet, *fit sic*. Lamb. Hoc etiam inveni non modo in Pith. et Cauch., sed in antiquioribus Victoriana editionibus, in quibus tamen *sic fit*. Sed in prima et Mediolan. *sic faciamus*. Edd. Ascens. Hervag. *subiectionem, sic fit: Nam:* Edd.

nostram quoque personam referamus, subiectionem, sic: Nam quid me facere conveniret, cum a tanta Gallorum multitudine circumsederer? an dimicarem? at cum parva
137 manu cum prodiremus, locum quoque inimicissimum habebamus. Sederem in castris? at neque subsidium, quod exspectarem, habebamus, neque erat, quo vitam produceremus. Castra relinquerem? at obsidebamur. Vitam militum negligerem? at ea videbar eos accepisse condi-

---

prim. *subiectionem, sic faciamus: Nam.* Victor. et vulgg. *subiectionem, sic: Nam.* Graev. Voss. I. III. *subi. fit sic. Nam quid.* Leid. II. III. *subi. sic fit N. q.* Leid. I. *subi. facimus sic. N. q.* Voss. II. cum Ed. Omnib. *subi. sic facimus. N. q.* Ed. Med. *subi. sic faciemus. N. q.* Oud. *Subi. sic facimus* AE. *subiectionem sic fit* C. *S. sic faciamus* B. *Nam* habent omnes, praeter B. qui *num.* *L.*

Quid me facere convenit] Sic Erfurt. et Lamb. ed. Al. *quid me facere conveniret.* Graev. *Me facere convenit.* Sic MSS. O. et Edd. pp. excepto Voss. II. In quo vulgatum *conveniret.* Oud. *Convenit* omnes praeter B. qui omittit. *L.*

A tanta Gallorum multitudine] Erf. *a tanta multitudine Gallo.* Graev.

Circumsederer] Lamb. ed. *circumsideret.* Graev.

An dimicarem] Lamb. ed. *dimicarem.* Erf. *ac dimicarem.* Graevius.

At cum parva manu, tum] Legendum fortasse est, *at cum parva manu cum prodiremus,* etc. Lamb. Edd. *at cum parva manu tum prodiremus.* Ut legendum censuit Lambinus, legitur in Duisburgensi. Sed Pith. *At cum parva manu tum prodirem.* Erf. et Cauch. *at cum parva manu tam prodiremus.* Forte [fortasse] *at cum tam parva manu tum prodiremus.* Graev. *Cum prodiremus.* Sic Leid. IV. et Ed. Mediol. In ceteris *tum.* Sed addit Voss. I. *castra relinquerem?* Oud. *At cum parva manu tum prodiremus.* Ita omnes, nisi quod E. *actum* pro *at cum*, C. *tunc* pro *tum*, quod plane om. D. *perderemus* A. a pr. m. *prodirem* T. *L.*

Locum quoque inimicissimum] Liber unus manuscript. habet *locum quoque immunitissimum;* et supra, ubi est *conveniret,* libri manuscripti habent, *convenit.* Lamb. Pith. *locum quoque inimicissimum habeamus.* Duisb. *locum quoque munimicissimum tunc habebamus.* Al. *locum quoque immunitissimum habebamus.* Ut Lamb. in margine notavit idem legendum forte *iniquissimum.* Graev. Leid. IV. *munitissimum tunc h.* Oud.

Neque erat, quo vitam produceremus] In uno inveni *qui,* quod et doctius opinor, quam ut ab sciolo potuerit exsistere, et vulgatum est mera eius interpretatio. Ad Attic. XI, 11. *ut sit qui utamur.* Gronov. MSS. *nec erat quo vitam producerem.* Pith. *nec erat, quo vitam militum producerem.* MS. unus Gronov. *nec erat qui vitam produceremus.* Graev. *Qui vitam produceremus.* Ita dant MSS. sex et Edd. pp. Omnino rectius pro *quo.* Tum *producerem* in MSS. quatuor et Ed. Omn. Oud. *Qui vitam* ABC. (E. ante corr.) T. *Qui* recte scripsit Sch. Orell. *L.*

Castra relinquerem] Voss. I. II. Leid. I. *an c. r.* Oud. *An castra r.* ABC. *L.*

tione, ut, quoad possem, incolumes patriae et parentibus conservarem. Hostium conditionem repudiarem? at salus antiquior est militum, quam impedimentorum. Huiusmodi consequuntur identidem subiectiones, ut ex omnibus ostendi videatur, nihil potius, quam, quod factum sit, faciendum fuisse.

CAP. XXV. Gradatio est, in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est, hoc modo: Nam quae reliqua spes manet libertatis, si illis, et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis molestum non est? Item: Non sensi hoc et non suasi; neque suasi, et non ipse statim facere 238

Ea videbar eos accepisse conditione, ut quod possem] MSS. omnes repetunt pronomen, *ut eos quoad possem.* Gron. Venustius Erfurtensis et Lambini editio: *at eos videbar ea accepisse conditione, ut quoad possim.* Sed *eos* repetunt etiam Erfurtensis, Pithoeanus, meus, et Gronovii MSS. quod non putavi omittendum. Graev. *At eos vid. ea acc. cond. ut eos, quoad p.* etc. Sic vidi in MSS. O. et Edd. pp. Vulgo *ea vid. eos a. c. ut, quoad p.* etc. Oud. *Ut eos quoad* ABCET. *Eos* omisit Sch. uncis inclusit Orell. *L.*

Incolumes patriae et parentibus conservarem] Duisb. *incolumes patriae conservarem.* Non male. Graev. Leid. IV. *patriae et conserv.* Hinc in Duisb. omissum quoque *et.* Oud. *Patriae et parentibus* ABCDE. *L.*

Huiusmodi consequuntur] Erf. et Lamb. ed. *Eiusmodi consequuntur.* Graev. MSS. quinque cum Ed. Omnib. *Eiusm. c.* Ed. Med. *et eiusm. c.* Oud.

Ex omnibus ostendi videatur] Erf. *ex omnibus ostendi videantur.* Graev.

Faciendum fuisse] Vide Gronov. supr. ad cap. L. Voss. I. Leid. II. Ed. Med. *factum est.* Tum *faciundum f.* Voss. I. Ed. Omn. *f. fore* Voss. III. Oud.

CAP. XXV. *Ad superius conscensum est*] Erf. *ad superiores conscensum est.* Pith. *superius conscensum est,* sine *ad.* Lamb. ed. *ad superius adscensum est.* Graev. *Conscensum est.* Sic Leid. I. IV. In ceteris MSS. *adscensum.* In Voss. III. Leid. III. Ed. Med. *sit.* Oud. *Conscensum est* ACT. *Ascensum est* BDE. *L.*

Nam quae reliqua spes manes libertatis] Lamb. ed. *Nam quae spes reliqua libertatis manet.* Graev.

Vobis molestum non est]. Pith. *nobis molestum non est.* Graev.

Neque sensi hoc, et non suasi etc.] Videntur haec ex Demosthenis oratione pro Ctesiphonte [pag. 539. adde Aquil. Rom. c. 40. ibique Ruhnken.] expressa: *Οὐ γὰρ εἴρηκα μὲν, ἀλλ' οὐκ ἔγραψα, οὐδ' ἔγραψα μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐπρεσβευσάμην.* etc. id est, *non enim dixi quidem, sed non decrevi: neque decrevi quidem, sed non obii legationem,* etc. Lamb. Erf. *non sensi hoc et non.* Lamb. ed. *neque sensi hoc et non.* Graev.

Non suasi: Neque suasi, et non ipse statim facere coepi, ne-

coepi; neque facere coepi, et non perfeci; neque perfeci, et non probavi. Item: Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria aemulos comparavit. Item: Imperium Graeciae fuit apud Athenienses, Atheniensium potiti sunt Spartiatae, Spartiatas superavere Thebani, Thebanos Macedones vicerunt, qui ad imperium Graeciae brevi tempore adiunxerunt Asiam bello subactam.

Habet in se quemdam leporem superioris cuiusque crebra repetitio verbi, quae propria est huius exornationis. Definitio est, quae rei alicuius proprias amplectitur potestates breviter et absolute, hoc modo: Maiestas reipublicae est, in qua continetur dignitas et amplitudo civitatis. Item: Iniuriae sunt, quae aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam violant. Item: Non est ista diligentia, sed avaritia; ideo quod diligentia est adcurata conservatio suorum: avaritia, iniuriosa adpetitio alienorum. Item: Non est ista fortitudo, sed temeritas; propterea quod fortitudo est contemtio laboris et periculi, cum ratione utilitatis, et compensatione commodorum: temeritas est cum inconsiderata laborum perpessione gladiatoria periculorum susceptio.

---

que facere coepi] Pith. *Non suasi et facere coepi, et perfeci.* GRAEV. Exsulat *statim* a Voss. III. Leid. II. III. Ed. Omn. OUD. *Statim* A. om. Ceterum cf. Cic. pro Milone c. 31. *L.*

Industria virtutem] Erf. *virtutem industria.* GRAEV.

Imperium Graeciae fuit apud Athenienses] Medicaeus cum alio: *fuit penes Athen.* quod et notum Lambino ex aliis. GRONOV. Erf. et nonnulli alii MSS. *Imperium Graeciae fuit penes Athenienses.* GRAEV. *Penes Athenienses.* Sic lego auctoritate Voss. O. et Leidd. I. II. atque Edd. pp. vulgo *apud At.* OUD. *Apud* BT. *L.*

Atheniensium potiti sunt] Voss. I. Leid. II. *Atheniensibus p. s.* Addunt *imperio* Voss. III. Leid. IV. et Leid. I. a m. II. male. OUD. *Atheniensibus* BCD. *L.*

Habet in se quendam leporem superioris cuiusque] Erf. *habet is in se quendam leporem superiorem cuiusque.* GRAEV.

Vitam cuiuspiam violant] Duisb. *vita cuiuspiam violatur.* GRAEV. Leid. IV. *vita c. violatur.* OUD.

Et compensatione comm.] Voss. I. *et cum contemplatione c.* OUD. *Compensione* A. sed corr. a m. s. *L.*

Inconsiderata laborum perpessione] Quidam libri habent, *dolorum perpessione.* Sed parum refert; nam etiam apud Graecos πόνος utrumque significat, *dolorem* et *laborem.* LAMB. Adstipulatur his Lambini libris etiam Duisburgensis. GRAEV. *Laborum perpessione.* Sic in solo Leid. III. In ceteris et Edd. pp. *dolorum p.* Bene. praecessit *contemtio laboris.* OUD. *Dolorum p.* BCD. *L.*

Haec ideo commoda] Al. *haec ergo commoda.* GRAEV.

Haec ideo commoda putatur exornatio, quod omnem rei cuiuspiam vim et potestatem ita dilucide proponit, et bre- 239
viter explicat, ut neque pluribus verbis oportuisse dici videatur, neque lucidius potuisse dici putetur.

CAP. XXVI. Transitio vocatur, quae cum ostendit breviter, quid dictum sit, proponit item brevi quid sequatur, hoc modo: In patriam cuiusmodi fuerit, habetis: nunc in parentes qualis exstiterit, considerate. Item: Mea in istum beneficia cognoscitis: nunc, quomodo iste mihi gratiam retulerit, accipite. Proficit haec aliquantum exornatio ad duas res. Nam et quid dixerit commonet, et ad reliquum comparat auditorem.

Correctio est, quae tollit id, quod dictum est, et pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit, hoc

---

Lucidius potuisse] Erf. *brevius potuisse*. GRAEV. Leid. III. IV. *brevius*. Item *posse* Leid. III. OUD. Scripsit Sch.: *Ut neque pluribus verbis oportuisse, neque lucidius potuisse dici videatur*. Sed in EB. *ut neque — oportuisse dici videatur, neque — potuisse dici putetur*. In D. *oportuisse fieri videatur, n. l. p. d. putetur*. In A. *op. dici vid. neque brevius d. p. putetur*. In C. *op. dici vid. neque brevius p. d. put*. Orell. scripsit cum Cod. T. *ut neque pluribus verbis oportuisse dici videatur, neque lucidius potuisse dici putetur*; Cod. tamen *dilucidius*. *L.*

CAP. XXVI. *Breviter quid dictum*] Al. *breviter quod dictum*. GRAEV.

Proponit idem brevi] Pith. *proponit idem breviter*. GRAEV. Leid. IV. *prop. ratione br.* Edd. pp. *breviter*. OUD.

Quid sequatur] Al. *quod sequatur*. Duisb. *quid consequatur*. GRAEV. *Quid sequatur*. Sic Leid. II. et Ed. Med. In reliquis *q. consequatur*. OUD. *Quid ideo sequatur* C. *id quod consequitur* D. *quid consequatur* AE. atque ita scripsit Orell. *L.*

In patriam cuiusmodi etc.] Si libros nostros MSS. sequimur, vox addenda est una, altera transponenda. Pall. enim omnes et Bruil. *hoc pacto: Modo in patriam* etc. GRUTER. Cum Palatinis consentiunt Erfurtensis et Pithoei. Cur praestantissimos libros negligamus, quamvis vulgatam possimus tueri? GRAEV. MSS. *hoc pacto. Modo*, nisi quod in Leid. II. sit *hoc modo. Modo*, et in Voss. III. *hoc modo pacto*. Placet mihi *hoc pacto. Modo in* etc. Ei voci opponitur *nunc*. Dein *in patrem* Leid. I. III. IV. OUD. *Hoc pacto modo in p.* ABCDE. *Hoc modo in p.* T. *Hoc modo: In p.* scripsit Sch. *Hoc pacto: In p.* dedit Orell. *L.*

Nunc in parentes qualis extiterit] Erf. *nunc parens qualis extiterit*. GRAEV. Voss. II. *in patres*. Leid. I. IV. *parens*. OUD. Paullo post pro *cognoscitis* Orell. coniecit *cognovistis*. Non est opus. *L.*

Nunc quomodo iste] Lamb. ed. *Nunc quam iste*. GRAEV.

Proficit haec aliquantum] Pith. *proficit haec aliquantulum*. GRAEV. *Aliquantum* deest Leid. III. In Voss. II. III. Leid. IV. Edd. pp. *aliquantulum*. OUD. *Aliquantum* ACT. *Aliquantulum* BDE. atque ita scripserunt Sch. Orell. *L.*

pacto: Quod si iste suos hospites rogasset, immo innuisset modo; hoc facile perfici posset. Item; Nam post-
240 quam isti vicerunt, atque adeo victi sunt, eam quomodo victoriam adpellem, quae victoribus plus calamitatis, quam boni dederit? O virtutis comes invidia, quae bonos insequeris plerumque, atque adeo insectaris! Commovetur hoc genere animus auditoris. Res enim communi verbo elata, tantummodo dicta videtur: ast ea post ipsius ora-

---

Reponit hoc pacto] Pith. *reponit hoc modo.* GRAEV.

Immo innuisset modo] Fatue editi a Lambino *si invenisset.* Stultius adhuc, nescio quis Caepola, emendat, *si invenisset modum.* Nostrum haeret in plerisque impressis, firmantque Palatt. nisi quod nonnulli, *imo annuisset modo.* Nihilo peius. GRUTER. Mediceus cum alio *annuisset.* GRONOV. Lamb. ed. *Immo innuisset modo. Annuisset* non legit tantum Gronovius in Medicaeo, sed ipse quoque inveni in Erfurt. et Cauchiano. Nec longe abit Pithoei, in quo est, *immo admonuisset modo.* GRAEV. Leid. IV. *annuisset.* Voss. I. *inn. hoc.* OUD.

Hoc facile perfici posset] Verbum *perfici* abest a nonnullis libris manuscr. LAMB. Duisb. *facile perfici possit.* Mallem *potuisset.* Lambinus notat in nonnullis non legi *perfici:* at in Cauchiano non habetur, *Hoc facile.* GRAEV. *Facile hoc perf.* Is MSStorum ordo, non *hoc fac.* OUD. *Facile hoc* ACD. *hoc pacto facile* B. *Facile hoc* scr. Orell. *L.*

Nam postquam isti vicerunt, atque adeo victi sunt, eam quomodo] Lamb. ed. *Postquam isti, vicerunt atque adeo victi sunt. Nam quomodo victoriam.* GRAEV. Leid. III. IV. *immo adeo v. s.* OUD. *Nam postquam isti* AED. *dam postq. isti* C. *Item* ante *Nam* omittunt AE. *Item postq. isti* B. Tum *immo adeo* C. et A (a m. s.). Deinde *eam quomodo* ABCD. *nam quomodo* E. *Item: Postquam — nam* Sch. *Item:* [*Nam*] *p. — nam* Orell. *L.*

Eam quomodo] Vid. Perizon. ad Valer. Max. III. 5. ext. 4. BURM. Deinde *O virtutis* Sch. e coniectura *Item: o virtutis;* quae coniectura firmatur a Cod. D. qui exhibet: *Item o virtutes.* Rectissime. Est enim aliud exemplum, quod sequitur; atque nova exempla ubique in hoc libro per part. *item* introducuntur. *L.*

Bonos insequeris] Voss. I. Leid. II. IV. *b. sequeris* OUD. *Bonos sequeris.* B. *L.*

Plerumque atque adeo insectaris] Erf. *plerumque, atque insectaris.* Pith. *plerumque, imo adeo insectaris.* Et sic margo Cratandri. GRAEV. MSS. tres Ed. Med. *immo adeo i.* Voss. III. *atque imo ins.* deest *adeo.* Voss. I. OUD. *Atque* om. AE. *immo adeo* C. *L.*

Ast ea post ipsius etc.] Reposui illud *ast* volente Palat. sec. ac sexto, item Gembl. et Liliensi. Nam Pal. tert. ac quint. *at ea.* Lambinus non contentus, nihil addere auctori, detraxit ei adhuc voculam *ea.* GRUTER. Sed *at* tuentur Pithoei, et alii codd. et iis proxime accedens Erfortensis, in quo est *es.* Sed Lamb. ed. plane delet *at ea.* In multis editionibus vetustioribus nec *ast* nec *at* reperitur. GRAEV. Voss. III. Leid. II. non habent *ast.* In Voss. I. *at.* In Ed. Med. *at ea res.* OUD. *Ast ea post i.* DC. *Ast* om. ABE. Vv. *Ast ea* om. Sch. uncis incl. Orell. *L.*

toris correctionem magis idonea fit pronuntiatione. Non igitur satius esset, dicet aliquis, ab initio, praesertim cum scribas, ad optimum, et electissimum verbum devenire? Est, cum non est satius, si commutatio verbi id erit demonstratura, eiusmodi rem esse, ut, cum eam communi verbo adpellaris, levius dixisse videaris: cum ad electius verbum accedas, insigniorem rem facias. Quod si continuo venisses ad id verbum; nec rei, nec verbi gratia animadversa esset.

CAP. XXVII. Occupatio est, cum dicimus, nos praeterire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus, hoc modo: Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiae addixisti, dicerem, si 241
hoc tempus idoneum putarem; nunc consulto relinquo. Et illud praetereo, quod te tribuni rei militaris infre-

Idonea fit pronuntiatione] Duisb. et Erfurt. *idonea fit pronunciatio.* GRAEV. Voss. II. Leid. III. IV. *pronunciatio.* OUD. Scripsit Sch. *insignis idonea fit pronunciatione.* V. *insignis* ignorant omnes. *Pronunciatio* AT. Non specie caret Sch. emendatio, quum paullo post legatur: *insigniorem rem facias. L.*

Non igitur satius esset, dicit aliquis] Erf. *non igitur satius esse dicet aliquis.* GRAEV. *Satius est* de Ern. sententia Sch. *Satius esset* ACT. *satis* (corr. *satius*) *esset* E. *satis esse* B. *sacramus esse* D. *L.*

Electissimum verbum] Duisb. et Lamb. ed. *lectissimum verbum.* GRAEV. Voss. III. Leid. II. IV. *lectiss. v.* Ed. Med. *ad lect. v.* Voss. I. *elegantissimum v.* OUD. *Lectissimum* A. *L.*

Est cum non est satius] Duisb. *est tum est satius.* GRAEV.

Id erit demonstratura] Erf. *id erit demonstratur.* GRAEV.

Cum ad electius verbum accedas] Notabile est, quod in Medicaeo legatur: *cum affectantius verbum accedas.* GRONOV. Erf. *cum affectis verbum accedat.* Cauch. *cum affectantis verbum accedat.* Duisb. *Cum ad electius verbum accedas.* Medicaeus, notante Gronovio, *cum affectantius verbum accedas.* Cauchius coniiciebat, *cum affectatius verbum accedat.* Sed affectata verba hodie norunt Itali, sed non veteres Romani. A vulgata non recedo. GRAEV. Leid. I. a m. I. *cum adfectantis verbum accedat*, suprascr. *ad.* Hinc in Leid. IV. *cum ad adfectantis v. accedat.* Leid. III. *ad adfectatius v. accedat.* Voss. II. *ad elegantius v.* OUD. *Cum verbo ad electius verbum a.* D. *Rem* paullo post (*insigniorem rem*) om. T. et Lamb. in margine. *L.*

Insigniorem rem facias] Erf. *insigniores res facias.* GRAEV.

Nec verbi gratia animadversa esset] Erf. *nec verbi gratia nostri adversa esset.* GRAEV. *Nec v. gracia sic animadv.* D. *L.*

CAP. XXVII. *Occupatio*] Ita omnes libri. Sed Spald. ad Quinctil. IX, 3, 98. emendavit *Occultatio*, valde probabiliter. Eum secutus est Sch. *L.*

Consulto] Voss. III. *ex consulto.* OUD. *Nunc inconsulto* A. *N. ex cons.* C. *N. id cons.* D. *L.*

Et illud praetereo, quod te rei militari infrequentem tradi-

quentem tradiderunt. Deinde quod iniuriarum satisfecisti L. Labeoni, nihil ad hanc rem pertinere puto. Horum nihil dico: revertor ad illud, de quo iudicium est. Item: Non dico te ab sociis pecunias accepisse: non sum in eo occupatus, quod civitates, regna, domos omnium depeculatus es: furta, rapinas tuas omnes omitto. Haec utilis est exornatio, si aut rem, quam non pertineat aliis

---

disti] Liber MS. unus habet, *quod te tribuni infrequentem rei militaris tradiderunt*, quae fortasse recta scriptura est. Lamb. Emendatio huius loci nata e Pal. pr. alludantque fere ceteri: sed totidem literis ita quoque concepta est isthaec lectio in Br. in Gembl. Lil., item Fabr. et Persini in hunc diem legimus, *quod rei militaris te infrequentem reddidisti.* Grut. Erf. *et illud praeterea, quod et rei militaris infrequentem tradiderunt.* Pith. *illud praetereo, quod a re militari te infrequentem tradidisti.* Edd. *Et illud praetereo, quod rei militaris te infrequentem reddidisti.* Al. *Et illud praetereo, quod te rei militari infrequentem tradidisti.* Graev. Nos hic verbum unum reposuimus ex duobus Gryph. libris manuscriptis; quo planissima lectio redditur. *quod tribunis rei militaris te infr. reddid.* Ita autem se legisse in manuscripto Lamb. testatur. Brut. Leid. I. a m. I. *et rei m. te infreq. tradidisti.* cui consentit Ed. Omnib. omisso *et*. Leid. III. *Te tribuno rei familiaris infreq. tradidisti.* Pro *te* in Voss. II. *et*. Oud. *Quod et rei milit. te infrequen* (— *tem* m. s.) A. *quod te tribunum rei mil. infrequentem* C. *quod et rei mil. te infr.* D. *quod et rei mil. infr.* E. *quod te tribuni rei militaris infrequentem* B. Tum *tradidisti* ACD. *tradiderunt* BE. *quod te rei militari infrequentem tradidisti.* T. *L.*

Nihil ad hanc rem pertinere] Ex Erfurt. Pith. et meo codice adieci *hanc.* Al. *Nihil ad rem pertinere.* Graev. *Ad hanc rem pertinere.* Sic cum Edd. pp. dant MSS. O. excepto Leid. III. cui deest *hanc.* Oud. *Ad hanc rem* ABCDE. *ad rem* scripserunt Sch. Orell. *L.*

Revertor ad ill. de quo i. e.] Voss. I. *revertor ad ill. unde i. e.* A Leid. IV. abest *quo.* Ed. Med. *sed rev.* Ed. Omn. *iudicatum.* Oud. *Revertar* BD. Pro *de quo* B. *unde. L.*

Ab sociis pecunias accepisse] Erf. et Cauch. *ab sociis pecunias cepisse.* Pith. *a sociis pecunias accepisse.* Graev. *Pecunias accepisse.* Sic in impressis fere omnibus legitur: *cepisse* habent duo Gryph. manuscripti. Brut. Leid. III. *pecuniam.* Voss. II. *cepisse.* Oud. Non *ab sociis*, sed *a sociis* exhibent ABCE. *L.*

Domos omnium depeculatus es] Voss. I. Leid. I. *domus o.* Ed. Med. *depopulatus*, e Glossa. Oud. *Civitatis — domus* a pr. m. A. *Depopulatus es* C. *depec. est.* B. *L.*

Rapinas omnes tuas om.] Hic ordo in MSS. O. et Edd. pp. nisi quod *omnes* non compareat in Voss. I. Oud. *Omnes tuas* DT. *tuas omnes* ACE. *omnes* om. B. Scripserunt *omnes tuas* Sch. Orell. *L.*

Haec utilis est exornatio] Pith. *haec ideo utilis est exornatio.* Graevius.

Si aut rem, quam non pertineat aliis ostendere, occulte] Erf. *Si aut ad rem, quam non pertinet alii ostendere, quod oc-*

ostendere, occulte admonuisse prodest, aut si longum est, aut ignobile, aut planum, aut non potest fieri, aut facile potest reprehendi; ut utilius sit occulte fecisse suspicionem, quam huiusmodi intendisse orationem, quae redarguatur. Disiunctio est, cum eorum, de quibus dicimus, aut utrumque, aut unumquodque certo concludi- 242
tur verbo, sic: Populus Romanus Numantiam delevit, Karthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas evertit. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatae sunt; nihil Karthaginiensibus scientia rei militaris adiumento fuit; nihil Corinthiis erudita calliditas praesidii tulit; nihil Fregellanis morum et sermonis societas opitulata est. Item: Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. Hic utrumque, et in superiore exemplo unamquamque rem certo verbo concludi videmus.

---

culte. Graev. Lamb. *quam non attineat*, multo magis ex usu et ratione Latini sermonis. Brut. *Si aut rem quam non pertineat* ABCDT. *Si aut rem quod non p.* E. Sch. scripsit: *si aut ad rem quod non pertineat.* Orell. tenuit vulgatam. Recte mihi fecisse videtur Sch. *L.*

Aut si longum est, aut ignobile] Pith. *aut longum est, aut ignobile.* Erf. *aut longum est, aut nobile.* Graev.

Aut planum, aut non potest fieri] Secundam coniunctionem non invenio ullibi in MSS. quae satis bene hinc potest abesse. Gronov. Non est *aut* in Erf. Pith. Cauch. et MSS. quos Gronovius evolvit. Graev. *Aut planum non potest fieri.* Ita corrigendum, MSS. O. et Edd. pp. auctoribus. Prave inseruerunt alterum *aut.* Oud. *Aut planum non* T. In supp. pro vv. *aut si longum est* A. *quod aut l. est.* *Si* om. B. *L.*

Ut utilius sit] Ab Erfurt. abest *ut.* Graev.

Occulte fecisse suspicionem] Reclamantibus libris omnibus, *iecisse suspicionem*, legendum puto. Quamquam *facere suspicionem* usurpavit in oratione pro Flacco, nisi etiam locus ille mendosus est. Lamb.

Huiusmodi intendisse orationem] Erf. *eiusmodi intendisse orationem.* Lamb. ed. *huiusmodi intendisse accusationem.* Margo Cratandri, *huiusmodi intendisse actionem.* Graev. MSS. quatuor et Ed. Med. *eiusm.* Oud. *Eiusmodi* ABC. *eius rei* D. Paullo post *actionem* T. quam lectionem Orell. recepit. Recte, opinor. *orationem.* ABCDE. *L.*

Disiunctio est] Erf. et Duisb. *disiunctum est.* Graev. MSS. quatuor Ed. Med. *disiunctum.* Oud. *Disiunctum* D. et A. a m. pr. *Defunctio* (i. e. *deiunctio*) B. *L.*

De quibus dicimus] Voss. III. *de q. agimus.* Oud.

Corinthum disiecit] Voss. I. Leid. II. *C. deiecit.* Oud. *Cor. deiecit.* DB. *L.*

Corinthiis erudita calliditas] Erf. *Corinthiis calliditas.* Graev.

Nihil Fregellanis] Erf. *nihil Fragellanis.* Graev.

Utrumque et in superiore] Erf. et Duisb. *utrumque in supe-*

Coniunctio est, cum interpositione verbi et superiores orationis partes comprehenduntur, et inferiores, hoc modo: Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. Adiunctio est, cum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum, aut postremum collocamus. Primum, hoc pacto: Deflorescit formae dignitas aut morbo, aut vetustate. Postremum sic: Aut morbo, aut vetustate formae dignitas deflorescit. Ad festivitatem disiunctio est adposita; quare rarius utemur ea, ne satietatem pariat: ad brevitatem coniunctio; quare saepius adhibenda est.

CAP. XXVIII. Hae tres exornationes de simplici
243 genere manant. Conduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut miserationis, eiusdem unius, aut plurium verborum iteratio, hoc modo: Tumultus C. Gracchi, tu-

---

riore. Graev. Deest copula MSS. quatuor. Oud. *In superiori* omissa *et* copula D. *et in superiori* CB. *et in superiore* A. *L.*

Interpositione verbi] *Per interpositionem* unus Gryph. liber. Burm. *Interpositione* ABCDE. *L.*

Sed aut primum] Voss. I. *sed hoc a. p.* Oud.

Postremum sic] MSS. quinque *postremo sic.* Oud. *Postremo sic* BA. *L.*

Rarius utemur ea, ne] Erf. *rarius utemur, ne.* Graev.

Ad brevitatem coniunctio] Repete ἀπὸ κοινοῦ, *est apposita.* Mendosi autem sunt hoc loco vetusti aliquot Codices, in quibus scriptum est, ut in vulgatis, *brevitatem parit coniunctio.* Mendum autem natum est ex eo, quod, cum ab aliquo librario ita scriptum esset, *ne satietatem pariat, at brevitatem:* alius librarius postea, cum hunc librum describeret, *at* posterius, sive prudens, putans esse supervacaneum, sive imprudens, duarum syllabarum similitudine in errorem inductus, omisit: postremo semidoctus aliquis, cum videret aliquid deesse, addidit verbum, *parit.* Lamb. Voss. I. III. Ed. Omn. *Brevitatem parit c.* Leid. II. *at brevitatem pariat coni.* Leid. I. III. Voss. II. Ed. Med. *ad br. coni. est adposita.* Frustra. Oud. *Brevitatem parit coni.* B. *ad brevitatem apposita est coni.* C. *ad brev. c. est apposita* AT. Recte vv. *est apposita* pro glossa habita sunt. Deinde vv. *Hae tres — manant* a Sch. ut spuria eiecta, ab Orell reducta in O. Codd. leguntur. *adornationes* B. *L.*

CAP. XXVIII. *Aut commiserationis*] Haec absunt a duobus Codd. MSS. quare vel delenda putant quidam, vel legendum, *aut commorationis.* Ego nihil muto. Lamb. Recte Erfurt. et Pith. *aut miserationis.* Vulgo *aut commiserationis.* Ignorarunt scioli, idem esse *miseratio*, quod communius dicitur *commiseratio.* Sic in Oratore Tullius dixit *miseratione iudices permovere.* Mox idem Erfurt. *plurimorum verborum iteratio.* Sed Pith. *plurium verborum iteratio fit.* Graev. Antiquiores libri Voss. I. III. Leid. I. II. Edd. pp. dant *aut commiserationis.* Oud. *Commiserationis* ABCDE. *miserationis* T. Hoc Sch. in maiori Ed. scripserat; illud reduxit in minore, retinuit Orell. *L.*

multus domesticos et intestinos comparat. Item: Commotus non es, cum tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus? Item: Nunc etiam audes in horum conspectum venire, proditor patriae, proditor, inquam, patriae, venire audes in horum conspectum? Vehementer auditorem commovet eiusdem redintegratio verbi, et vulnus maius efficit in contrario caussae; quasi aliquod telum saepius perveniat in eamdem partem corporis. Interpretatio est, quae non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat, hoc modo: Rempublicam radicitus evertisti, civitatem funditus deiecisti. Item: Patrem nefarie verberasti, parenti manus scelerate intulisti. Necesse est eius,

---

Tumultus C. Gracchi, tumultus domesticos et intestinos comparat] Erfurt. *tumultus Gracchi, Gracchi tumultus domesticos et intestinos comparat.* rectius et magis ad hanc figuram apposite repetitur *Gracchi*, sed Pith. pro *Gracchi* scribit *Gracchus.* Mihi videtur reliquisse horum commentariorum scriptor: *Tumultus Gracchi, Gracchi tumultus domesticos et intestinos comparant.* Iuvenalis: *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes.* Vulgata tamen retineri potest, si deleas distinctionem post *Gracchi*, quae est in omnibus editionibus. Vis sane huius exempli non tam in iteratione vocis *tumultus*, quam *Gracchi* posita est. Graev. Leid. I. *C. Gracchus.* III. *Gracchus Gracchus.* Leid. I. Voss. II. *t. et dom. et int.* Leid. III. *et int. et dom.* Voss. I. *t. domesticos hostes et int.* Oud. *Grai Gracci* A. *Gai Gracci* B. *Gay Gracci* CD. E corr. *Gaius Graccus* E. *C. Gracchus* T. Pro *tumultus* D. *hostes.* Sed B. *tumultus domesticos hostes et,* Locum e Graeviis coniectura exhibuit Sch.; mihi tutissimum videtur, cum Orellio scribere: *Tumultus C. Gracchus, tumultus — comparat.* L.

Intestinos comparat] Lamb. ed. *intestinos comparavit.* Graev. Voss. I. et Leid. III. *Comparavit.* Leid. I. *compararat.* Oud. *Comparat* TABCD et e corr. E. L.

Cum tibi mater pedes] Pith. *cum mater tibi pedes.* Graev.

Non es commotus] Pith. *commotus non es.* Graev.

Auditorem commovet] Pith. *auditores commovet.* Graev.

Eiusdem redintegratio verbi] Pith. *eiusdem integratio verbi.* Graev.

In contrario causae] Fortasse legendum: *in contraria causa.* Lamb. *In contrario* hic accipitur, ut vulgatius *e contrario*, aut *contra*, pro quo pessime multi *e contra*, quod nescit Latium. *Vulnus maius efficit causae*, est, magis vulnerat causam, et deteriorem efficit. Graev. *In contrario causae* ABCDET. L.

Quod positum est, alio] Pith. *quod positum est verbum, alio.* Graev.

C. funditus deiecisti] Leid. IV. *c. f. disiecisti.* Oud. *Deiecisti* ABCDE. *Item,* quod sequitur, abest in B. punctis ut spurium notatum in A. L.

Manus scelerate intulisti] Erf. et Cauch.: *manus scelerate attulisti.* Graev.

244 qui audit, animum commoveri, cum gravitas prioris dicti renovatur interpretatione verborum.

Commutatio est, cum duae sententiae inter se discrepantes ex transiectione ita efferuntur, ut a priore posterior, contraria priori, proficiscatur, hoc modo: Esse oportet, ut vivas; non vivere, ut edas. Item: Ea re poëmata non facio, quia cuiusmodi volo non possum; cuiusmodi possum nolo. Item: Quae de illo dicuntur, dici non possunt; quae dici possunt, non dicuntur. Item: Si poëma loquens pictura est; pictura tacitum poëma debet esse. Item: Quia stultus es, ea re taces; non tamen, quia taces, ea re stultus es. Non potest dici, quin commode fiat, cum contrariae sententiae translatione, verba quoque convertantur. Plura subiecimus exempla, ut, quoniam difficile est hoc genus exornationis inventu, dilucidum esset, ut, cum bene esset intellectum, facilius in dicendo inveniretur.

Si poëma loquens pictura est, pictura tacitum poëma debet esse] Pith. *poëma loquens pictura est, tacitum poema debet esse.* Erf. *poëma loquens dictum tacitum poëma.* Idem. v. Victor. Lib. XXII. Var. Lect. c. 24. Burm. Ab MSS. O. et Ed. Omn. abest τὸ [v.] *si.* Exemplum hoc exsulat ab Leid. IV. Ed. Med. Leid. III. *mutum p.* Oud. Exemplum totum abest a BE. *L.*

Quia stultus es, ea re taces: non tamen, quia taces, ea re stultus es] Pith. et Cauch. *si stultus es, ea re taces, non tamen, si taces, ea re stultus es.* Monstrosa est scriptura libri Erfurtensis: *Stultus es, ea re taces: sapiens tamen et tacens ea re stultus es.* Graev. MSS. O et Edd. pp. *si stultus es.* Leid. IV. *sapiens tamen et tacens* Desunt *non tamen quia* in Voss. II. In ceteris rursus et Edd. pp. *si taces.* Oud. *Item si st. es* ABCDET. *Si taces* BCD. Ern. suspicatus erat: *Si quia stultus es — taces. L.*

Quin commode fiat] Voss. I. Leid. III. *quam c. f.* Ed. Omn. *qui c. f.* Oud. *Quin comm. fiat* ABC. *Quam comm.* T. quod recte scripserunt Sch. Orell. *L.*

Cum contrariae sententiae translatione] Erf. *cum contrariae sententiae relatione.* Lamb. ed. *cum in contrariae sententiae relatione.* Graev. Voss. I. Leid. I. *in contr.* Leid. III. *ex contr.* Voss. II. III. Leid. III. IV. *relatione.* Oud. *Relatione* CT. quod recepit Orell. *L.*

Plura subiecimus exempla] Lamb. ed. *plura hic subiecimus exempla.* a Duisb. abest *exempla.* Graev. Voss. I. Leid. I. III. *pl. hic s. e.* deest *exempla* Leid. IV. Oud. *Plura haec subiiciemus e.* C. Verba, quae paulo post leguntur: *dilucidum esset, ut,* ut insititia delevit Sch. Ea leguntur in omnibus libris, nisi quod *ut* a quibusdam, veluti AB. Oxon. un. abest, et pro *dilucidum* quidam habent *lucidum*, veluti D. Pro *ut* Ern. suspicatus est *et*, quod non absimile est vero. *L.*

Hoc genus exornationis inventu]. Pith. *hoc genus exornationis inventum.* Graev.

CAP. XXIX. Permissio est, cum ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere et concedere alicuius voluntati, sic: Quoniam omnibus rebus ereptis, superest animus et corpus, haec ipsa, quae mihi de multis sola relicta sunt, vobis et vestrae condono potestati. 245
Vos me vestro, quo pacto vobis videbitur, utamini atque abutamini licebit impune: in me, quidquid libet, statuite,

---

CAP. XXIX. *Cum ostendimus*] Erf. *cum ostendemus*. GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. IV. Ed. Omn. *cum ostendemus*. OUD. *Ostendemus* ACD. *L.*

Omnibus ereptis, superest etc.] Secutus sum Palat. quart. et sext., quibus secundas faciebat Bruil. additum hactenus, *omnibus ereptis solum mihi superest*. plane superflue. GRUT. Pith. *Ereptis solum modo superest*. Vulgg. *Ereptis mihi superest*. GRAEV. *Superest animus*. Sic Leid. I. In ceteris et Edd. pp. praefiguntur *solum mihi*. Voss. II. *anima*. OUD. *Solus mihi superest* E. *Solum mihi superest* ABCD. *Solus superest* Ern. Sch. Orell. *L.*

Vos me, quo pacto vobis videbitur, utamini] Medicaeus cum altero *vos me vestro, quo*. Id mihi videtur vere antiquum, h. e. qui iam velut per deditionem vester sum factus. Plane ut Campani ad Patres Conscriptos: *Quandoquidem nostra tueri iusta vi non vultis, vestra certe defendetis. Itaque populum .. divina humanaque omnia in vestram populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri*, apud Livium VII, 31. Ovidius VII. Metam. 507.:

Ne petite auxilium, sed sumite, dixit, Athenae,
Nec dubie vires, quas haec habet insula, vestras

Ducite. GRONOV. Erf. Pith. Duisb. *Vos me vestro, quo pacto vobis videbitur, utamini*, quod et Iac. Gronovius in duobus vidit MSS., et probavit. Edd. vulgg. *Vos me, quo pacto*. GRAEV. *Vos me vestro*. Sic MSS. quinque, verissime; v. Gronov. et Graev. *vos me vero* Voss. II. Ed. Med. OUD. Omm. *vestro* CD. *Vos me vero quo* BT. Exhibent *vestro* AE. *L.*

Vobis videbitur] Al. *vobis videtur*. GRAEV.

Abutamini licebit impune] Palat. quart. sext. Bruil. habent *impunite*. GRUT. Nonnulli MSS. *licebit impunite*. Edd. vetustiores: *Licebit: impune in me*. Margo Cratandri *licebit, imponite*. GRAEV. Voss. I. et Leid. I. a m. II. *impunite*. Leid. II. Voss. III. *imponite*. OUD. *Inpunite* AB. *imponi te* D. *L.*

Quicquid libet statuite, edicite: obtemperabo] Vulgg. sic habent: *statuite, dicite: atque obtemperabo*. Ego *edicite*, quod reperi in duobus libris MSS., reponendum curavi. Copulationem *atque* in uno codice antiquo non reperi. Licet tamen retinere: olet enim nescio quam Latini sermonis consuetudinem, antiquitatis plenam. LAMB. Erf. *quidlibet* (quod etiam est in Canoh. Duisb. *quodlibet*.) *statuite, dicite, atque huc parebo*. Lamb. ed. *quicquid libet, statuite, edicite, atque obtemperabo*. Alia eiusdem editio: *quicquid libet, statuite, edicite, obtemperabo*. Sane τὸ [v.] *atque* non est delendum. Veteribus enim, Comicis praesertim, saepissime est, statim, confestim, illico, ut multis exemplis viri docti

dicite; atque obtemperabo. Hoc genus tametsi alias quoque nonnumquam tractandum est, tamen ad misericordiam commovendam vehementissime est adcommodatum.

Dubitatio est, cum quaerere videtur orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimum dicat, hoc modo: Obfuit eo tempore plurimum reipublicae consulum sive stultitiam, sive malitiam dicere oportet, sive utrumque. Item: Tu istud ausus es dicere, homo om-
246 nium mortalium? Quaero, quonam te digno moribus tuis adpellem nomine. Expeditio est, cum rationibus compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, ceterae tolluntur, una relinquitur, quam nos intendimus, hoc modo: Necesse est, cum

---

ostenderunt ad Plautum. Virg. I. Georg. [v. 202.]:

— Si brachia forte remisit,
Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

Graev. Lamb. vocem, *atque*, non habet. Forte [fortasse] non male legi possit, *aeque obtemperabo*. Nam *atque* ferri non potest, quae vulgata lectio est. Brut. Voss. I I. *quis quid quilibet*. Leid. IV. *quodlibet*. Ed. Omn. *quid libet*. Oud. *Quicquid libet — atque obt*. ABCDE. *Atque* om. Cod. T. Male. De qua part. vide quae Sch. dixit doctr. part. 135. Adde quae exposui ad Plaut. Capt. II, 2, 105. Capt. III, 1, 19. *L.*

Vehementissime est] Pith. *vehementer est*. Graev.

Cum quaerere videtur orator] Erf. *cum quaerere videatur orator*. Graev. MSS. quatuor et Edd. pp. *videatur*. Oud. *Videatur* A. (m. s.) et B. *L.*

Obfuit eo tempore] Erf. *Offuit eo tempore*. Graev. *Offuit* C. *affuit* D. *L.*

Tu istud ausus es dicere] Pith. *tu istud audes dicere*. Erf. *tu ista audes dicere*. Graev. Voss. I. Leid. II. *illud*. Voss. III. *audes*. Voss. II. *Tu istud tu ausus es*. Quod placet. Oud. *Item istud tu* A. *L.*

Quaero, quonam te digno etc.] Palat. quartus: *quaero iam quo te digno etc.* sed magis placet quod inveni in sec. et tertio: *homo omnium mortalium? nam quo te digno* etc. sine voce *quaero*. Grut. MS. *quaero iam quo te digno;* duo al. MSS. non agnoscunt *quaero*. et rectius poterat abesse sine detrimento sententiae, quin brevior et efficacior sic erit sententia. Duisb. *quaero nam quo te digno*. Erf. *Quaero nam te digno moribus tuis*. Graev. Voss. I. III. Leid. I. II. III. IV. *q. nam quo te*. Voss. II. *q. namque quo te*. Sed egregie iam Ed. Mediol. dedit *nam quo te*, omisso verbo *quaero*, quod languidam reddit sententiam. V. Graev. Oud. *Quero nam quo te* DCB. *quaero nam quo te* A. Vocem *nequissimus* post v. *mortalium* interserit D. Utramque vocem et *nequissimus* et *quaero* recte omm. ET. omiseruntque Sch. Orell. Recte. *L.*

Rationibus compluribus] Voss. I. *r. quam pluribus*. Leid. III. *quam plurimis*. Voss. III. *plurimis*. Oud. *Complurimis* B. *L.*

Aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit] Erf. *aliqua res fieri potuerit*. Pith. *aliqua res fieri, aut non fieri potuerit*. Graev.

constet istum nostrum fundum fuisse, ostendas, te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse, aut emisse, aut hereditate tibi venisse. Vacuum, cum ego adessem, possidere non potuisti. Tuum usu fecisse etiamnum non potes; emtio nulla profertur. Hereditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit. Relinquitur ergo, ut me vi de meo fundo deieceris. Haec exornatio plurimum iuvabit coniecturales argumentationes. Sed non erit, tamquam in plerisque, ut, cum velimus, ea possimus uti. Nam facere id non poterimus, nisi nobis ipsa negotii natura dabit facultatem.

CAP. XXX. Dissolutio est, quae coniunctionibus verborum e medio sublatis, partibus separatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus. Item: Descende in in- 247
tegram defensionem, noli quidquam recusare, da servos in quaestionem, stude verum invenire. Hoc genus et acrimoniam habet in se, et vehementissimum est, et ad brevitatem adcommodatum. Praecisio est, cum, dictis

---

Istum nostrum fundum] Pith. *illum nostrum fundum.* GRAEV. *Istum fundum nostrum* ABCDET. scripseruntque ita Ern. Sch. Orell. *L.*

Tuum usu fecisse] Erf. *tuum fecisse.* GRAEV.

Etiamnum non potes] Pith. et Lamb. ed. *etiam nunc non potes.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *Tuum etiam nunc u. f. non p.* Bene. OUD. *Tuum etiam usu fuisse n. p.* A. *tuum etiam nunc usu fecisse n. p.* BC. *tuum eciamnunc usu fecisti non petes.* D. *Etiamnunc* scripsit recte Orell. *etiamnum* Sch. De discrimine inter *etiamnum* et *etiamnunc* exposui in diss. de Adv. Lat. spec. I. pag. 14. *L.*

De meo fundo dejeceris] Al. *de meo fundo eieceris.* GRAEV. Voss. I. *de m. f. eieceris.* OUD. *Eieceris* C. *Deieceris* ABDE. *L.*

Nam facere id non poterimus] Erf. *Haec facere non poterimus.* Duisb. *Num facere non poterimus.* GRAEV. *Id* omm. etiam A (a m. pr.) et E. *L.*

Nisi nobis ipsa negotii natura] Erf. *nisi negotii natura.* GRAEV.

CAP. XXX. *Dissolutio est, quae*] Erf. Cauch. Duisb. *dissolutum est quod.* Sed in Cauch. et Duisb. est tamen *quae*, non *quod.* Sic superius c. 27. in MSS. *disiunctum est*, pro quo in editis *disiunctio est.* GRAEV. Leid. I. III. IV. Voss. II. *dissolutum est, quod.* OUD. *Dissolutum est* ADET. *quod* ADT. *L.*

Partibus separatis] Al. *separatis partibus.* GRAEV. *Separatis partibus* BCDET. *superatis partibus* (a m. s. *seperatis*) A. *L.*

Obtempera leg.] Additur in Voss. I. *item: Ferte citi flammas date tela, impellite remos.* OUD.

Da servos in quaestionem] Erf. *de servo in quaestionem.* GRAEV.

Cum dictis quibusdam reliquum] Pith. *cum dictis aliquibus reliquum.* GRAEV. *Aliquibus* DT. *L.*

quibusdam, reliquum, quod coeptum est dici, relinquitur in audientium iudicio, sic: Mihi tecum praecertatio non est, ideo quod populus Romanus, me nolo dicere, ne cui forte arrogans videar, te autem saepe ignominia dignum putavit. Item: Tu ista nunc audes dicere, qui nuper alienae domui? non ausim dicere, ne, cum te digna dixero, me indignum quidpiam dixisse videar. Hic atrocior tacita suspicio, quam diserta explanatio facta est. Conclusio est, quae brevi argumentatione ex iis, quae ante dicta sunt, aut facta, conficit id, quod necessario consequatur, hoc modo: Quod si Danais datum erat oraculum, non posse capi Troiam sine Philoctetae sagittis, hae autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum perculerunt: hunc extinguere, id nimirum capi fuit Troiam.

Relinquitur in audientium iudicio, sic: mihi] Quidam liber manuscr. habet: *relinquitur inchoatum in audientium*, quae scriptura magnopere mihi placet. Lamb. Pall. aliquot, item Tosanus Br. Fabr. *relinquitur inchoatum*, *sic mihi tecum*. Non probem. Grut. Erf. *relinquitur inchoatum iudicium sic* Duisb. et nonnullae edd. *relinquitur in audientium iudicium sic*. Graev. Voss. I. Ed. Omn. *r. inchoatum*. Voss. III. *r. incoactum*. II Leid. IV. Ed. Med. *r. in a. iudicium*. Oud. In supp. *quod inceptum* A. *cum inceptum* B. *quod conceptum* CD. Tum scr. Sch. et Orell. *relinq. inchoatum in aud. iudicio;* atque ita Cod. D. Male. Scribendum, quod exhibent BC. *relinquitur audientium iudicio*. Nam quid sit *inchoatum in aud. iudicio* non intelligo. *L.*

Praecertatio non est] Erf. *praecertatione est*. Lamb. ed. *mihi tecum par certatio non est*. Graev. *Decertatio* C. *L.*

Ne cui forte arrogans videar] Absunt a Duisb. Graev.

Tu ista nunc audes] Lamb. ed. *tu istud nunc audes*. Graev.

Alienae domui] Erf. *alienae domi*. Graev. Leid. II. IV. Ed. Med. *al. domi*. Oud. *Domi* ABCE. *L.*

Cum te digna dixero] Erf. *cum te digna dixerim*. Pith. *cum te dignum dixero*. Graev. *Dicerem* AE. *dixerim* CF. *L.*

Indignum quippiam] Voss. I. *ind. cuipiam*. Oud. *Quippiam*, hac scriptura, habent ABC. Paullo post pro *facta est* Orell. coni. *facti est*. *L.*

Conficit id, quod necessario] Erf. Pith. et Duisb. *conficit quid necessario*. Graev. Deest τὸ [v.] *id* Leidd. I. II. IV. Voss. III. Ed. Omn. Oud. *Id* om. B. *L.*

Datum erat oraculum] Al. *editum erat oraculum*. Graev.

Nihil aliud fecerunt] vid. Gronov. supra ad Lib. I. c. 4. Leid. III. *hae vero nihil fec.* Oud.

Nisi Alex.] Ed. Med. *nisi quod Al.* Oud.

Hunc exstinguere] Voss. III. *hunc igitur ext.* Ed. Med. *ergo h. exst.* Oud.

Id nimirum capi fuit Troiam] Malim sic legi: *id nimirum capere Troiam fuit*. Lamb. *Capere* Lambini coni., quam Sch. dedit, confirmare videtur Cod. D. *Fuit capi* AC. *capi fuit* BE. *L.*

CAP. XXXI. Restant etiam decem exornationes verborum, quas idcirco non vage dispersimus, sed a supe- 248
rioribus separavimus, quod omnes in uno genere positae sunt. Nam earum omnium hoc proprium est, ut ab usitata verborum potestate recedatur, atque in aliam rationem cum quadam venustate oratio conferatur. De quibus exornationibus nominatio est prima, quae nos admonet, ut, cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis caussa. Imitationis, hoc modo, ut maiores rudere, et vagire, et mugire, et murmurare, et sibilare adpellaverunt. Significandae rei caussa, sic: Postquam iste in rempublicam fecit impetum, fragor civitatis imprimis est auditus. Hoc genere raro utendum est, ne novi verbi adsiduitas odium pariat: sed si com-

---

CAP. XXXI. *Sed a superioribus*] Duisb. *sed superioribus.* GRAEV. Caret praepositione Leid. IV. OUD.

In uno genere positae sunt] Erf. *omnes in uno genere sunt positae.* GRAEV. *Sunt positae* MSS. O. et Edd. pp. OUD.

Nam earum omnium] Erf. *Nam eorum omnium.* GRAEV. MSS. tres Ed. Omn. *eorum o.* OUD. *Eorum o.* D. *L.*

Quae nos admonet] Erf. *quae nosmet admonet.* GRAEV.

Cui rei nomen aut non sit] MSS. tres *cuius rei* GRON. Erf. et al. MSS. *cuius rei nomen* GRAEV. MSS. O. Ed. Med. *cuius rei n.* OUD. *Cuius rei* ABCDEF. *L.*

Satis idoneum non sit] Pith. *satis idonee non sit.* GRAEV.

Aut imitationis, aut significationis causa.] Duisb. *aut imitationis verbo vel causa, aut significationis.* GRAEV. Voss. I. *aut imit. causa aut sign.* Voss. II. *aut imit. causa aut s. c.* Leid. IV. *aut imit. verbo vel causa aut sign.* OUD. *Aut significationis* supra scr. in A. *aut mutationis aut imitationis causa* D. *aut significationis* a m. s. in marg. E. *L.*

Imitationis, hoc modo] Lamb. ed. *mitationis causa hoc modo.* GRAEV. *Causa* subdunt Voss. I. et Ed. Med. OUD. Hoc loco v. *imitationis* supra scr. in A. om. plane DE. *L.*

Ut maiores rudere, et vagire, et mugire.] Erf. *ut maiores audere, et mugire.* GRAEV. Voss. I. *rudire et mugire.* II. *vagire aut mugire.* III. *rudere vagire, aut mugire.* Leid. I. *rudere et mugire.* III. *nostri rudere, vagire, mugire, m.* IV. *fortassis et mugire.* Ed. Omn. *rudere vagire.* OUD. *Rudere, vagire et magire* C. *mai. nostri rudire, mugire, vagire* D. *L.*

Sibilare appellarunt] Sic Erf. Alii: *sibilare appellaverunt.* GRAEV.

Imprimis est auditus. Hoc] Erf. *inprimis. Hoc.* GRAEV. Orellii quidam amicus emendabat: *in rimis est auditus*, ut sit *fragor in rimis* i. e. in partibus putribus atque corruptis. Sane satis incommodum hoc loco *imprimis*, quare non absurda videtur illa coniectura. *L.*

Si commode quis eo utatur, non] Erf. Pith. *si commode quis ea utatur et raro, non.* Duisb. *sic commode proferat quis.* GRAEV. Leid. IV. *si c. proferat quis.* OUD. *Si c. quis proferat* T. *L.*

modo quis eo utatur et raro, non modo non offendet novitate, sed exornabit etiam orationem. Pronominatio est, quae sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine adpellari non potest: ut, si quis, cum loquatur de Gracchis, At non Africani. nepotes, inquiet,
249 istiusmodi fuerunt. Item si quis de adversario dicat: Videte nunc, inquit, iudices, quemadmodum me Plagiosippus iste tractarit. Hoc pacto non inornate poterimus et

---

Exornabit etiam orationem] Erf. *exornat etiam oratione.* Duisb. *exornet etiam orationem.* Lamb. ed. *sed etiam exornabit orationem.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. *exornat.* II. Leid. IV. *exornet.* OUD. In supp. *ostendit novitatem* B. Tum *etiam exornat* ABT. *etiam exornabit* CDE. *L.*

Pronominatio est] Erf. *pronunciatio est.* GRAEV. Leid. IV. *pronunciatio.* OUD. *Pronunciatio* C. *L.*

Quod suo nomine adpellari non potest] Cauch. *quod suo nomine non potest appellari.* GRAEV. Sch. scripsit de suo: *appellari non placet*, vulgatum *potest* ineptum censens. At *non potest* h. l. non aliud est nisi *non licet.* *L.*

At non Africani nepotes] Erf. *An non Africani nepotes.* GRAEV. *At non Afr. nep.* Sic Voss. I. Ed. Omn. In ceteris *an non* etc. OUD. *Annum* B. *annon* CD. *At non* AE. Paullo post *inquiat* scr. Orell. utroque in loco. *At non* et *inquit* optimi Codd. apud Prisc. X, 1. apud quem tamen altero loco octo Codd. *inquis.* *L.*

Si quis de adversario dicat] MSSti tres eodem modo nunc procedunt, quo ante: *si quis, de adversario cum dicat, videte nunc, inquit*, ut etiam notat Lambinus. GRON. *Si quis de adversario cum dicat*, Erfurtensis, Duisb., tres Gronoviani, et Lambini editio; in vulgatis *cum* omittitur perperam. Nam in praecedentibus eodem modo, quod et Gronovius annotavit, loquitur. GRAEV. *De adversario cum dicat.* Sic Voss. O. et Leid. II. IV. Bene. Vulgo deest *cum.* OUD. *Cum* omm. ABDE. exhibet C. Scripserunt ita Sch. Orell. *L.*

Quemadmodum me Plagiosippus iste tractarit] Adr. Turnebus legendum putat: *Plagioxiphus.* Ego: *Philoxiphus.* Philippum significari puto. LAMB. *Plagiosippus iste.* Ita maxima pars Pall. quippe unus atque alter *Plagioxyppus*, quomodo Br. et Petreiani, sed unico *p.* Fabr. *Plagioxiphus*, quod placuisse Turnebo, refert quidem hic Lambinus, sed tacet ipsemet lib. XX. Adversariorum cap. 25. ubi alias potius coniecturas suas producit. GRUT. Erf. Cauch. *Plagioxyppus* Al. *Plagioxiphus. Plagiosippus.* acerbissime dictum diu arbitratus sum in Philippum oratorem, qui pro fure et plagiario et impio mordetur acriter: plagium igitur furtumque ei obiici censebam, ut et lib. 2. de Oratore in iocis. Nunc scribendum censeo *plagosus fuste*, aut *plagosus iste*, quod quidem omnium maxime mihi probatur. Nam de adversario loquitur, a quo vapulavit, qui sensus et e priore emendatione efficitur. Turnebus d. l. GRAEV. Priscian. in Gramm. p. 379. *plagioxippus* legit. BURM. MSS. plerique *plagioxippus.* supr. in Voss. I. *flagioxippus.* OUD. *Plagioxippus iste* A. *Iste plaxiopus me* B. *Pelagiorum ippus iste* D. *Plagioxyppus iste* T. Prisc. X, 1. *Plagioxippus*, atque ita omnes

in laudando, et in laedendo, aut in corpore, aut animo, aut in extraneis rebus dicere, sicuti cognomen, quod pro certo nomine collocemus.

CAP. XXXII. Denominatio est, quae a propinquis et finitimis rebus trahit orationem, qua possit intelligi res, quae non suo vocabulo sit adpellata. Id aut ab inventore conficitur, ut si quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet: aut ab invento, ut si quis pro Li-

---

Prisciani Codd. praeter Heidelb. qui *Plagiuxippus*. Sed verum est *Plaxippus*. *L.*

In laedendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus] Erf. *in laedendo corpore, aut animo aut extraneis rebus*. Optime sane. Particulam *in* omisit etiam in editione sua Lambinus, et primum *aut* Duisburgensis. Mox ex eodem Erf. et Cauch. rescripsi *collocemus*, cum in editis sit *collocamus*. GRAEV. Primum *aut* abest a MSS. O. et Edd. pp. *in* recte etiam deest plerisque libris. *et animo*. Leid. IV. *vel in animo* Voss. III. aut in *anima* Leid. II. Rursus *in* deest ante *extraneis* Leid. I. III. IV. Voss. II. Ed. Omn. Verissime in Leid. I. *laedendo corpore aut animo aut extr.* v. Graev. *Collocemus*. Sic Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. cum Graev. vulgo *collocamus*. OUD. *Ledendo in corpore aut in animo aut in extr.* A. *laedendo corpore aut in animo aut in extremis* B. *Laedendo aut in animo aut in corp. aut in extr.* C. *ledendo in corpore alicuius aut in an. aut in extr.* D. *l. in corpore aut in an. aut in extr.* E. *in laedendo aut corpore aut animo aut extr.* T., quod recepit Orell. Sch. Recte. *L.*

Sicuti cognomen] Edd. vett. *sicuti pronomen*. GRAEV. *Sicubi sit cognomen* probabilem Sch. coniecturam secutus dedit Orell. *L.*

CAP. XXXII. *Quae a propinquis et finitimis rebus*] Erf. *quae ab propinquis et in finitimis rebus*. Cauch. *quae ab rebus propinquis et finitimis*. GRAEV. *Quae ab rebus prop. et finit.* Sic legunt Voss. I. II. Leid. I. II. III. IV. Ed. Med. vulgo *a pr. et fin. rebus*. Deest praepositio Voss. III. OUD. *Quae ab rebus propinquis et fortunis* (*finitimis* m. s.) A. *quae ab rebus pr. et f.* BC. *q. a rebus pr. et f.* DE. *L.*

Id aut ab inventore] Erf. *ita ut inventorum*. Duisb. *ita ab inventore*. GRAEV.

Ab inventore conficitur] Pith. *ab inventore colligitur*. Cratand. ed. *id aut ab invento colligitur, aut ab inventore conficitur*. GRAEV. Leid. I. III. IV. Ed. Omn. *ista ab inv.* Voss. I. III. *id aut ab invento colligitur aut ab inventore conficitur*. II. *ista aut ab invento aut ab inventore sit. ab inventore conficitur*. Leid. II. *id aut ab invento aut ab inventore conficitur*. OUD. *Ista aut ab inv. conf.* (*id — colligitur* m. s.) A. *Id a. a. i. coll. aut. ab inv. conficitur* B. *id autem invento colligit ea aut ab inv. conf.* D. *ista aut ab inv. conficitur* E. *L.*

De Tarpeio loquens, cum Capitolinum nom.] Leid. I. *Tarpeium, loquens de Capitolio nom.* Abest *cum* a Leid. III. OUD. *Si quis Tarpeium* (*de Tarpeio* m. s.) A. *Si quis de Tarpeyo* CD. *Loquens de capitolium* (*eum cap.* m. s.) A. *Eum* omm. CD. *Capitolium* omnes. *L.*

Aut ab invento, ut si quis] Pith. *aut ab inventore conficitur, ut si quis*. Erf. *aut invento, ut si quis*. GRAEV.

bero vinum, pro Cerere frugem adpellet; aut ab instrumento dominum, ut si quis Macedonas adpellarit, hoc modo: Non tam cito sarissae Graecia potitae sunt; aut idem Gallos significans dicat: Nec tam facile ex Italia materis Transalpina depulsa est; aut id, quod fit, ab eo, qui facit, ut, si quis cum bello velit ostendere aliquid quempiam fecisse, dicat: Mars istud te facerè necessario coëgit; aut si, quod facit, ab eo, quod fit, ut, cum desidiosam artem dicemus, quia desidiosos facit; et frigus pigrum, quia pigros facit. Ab eo, quod continet, id,

---

Pro Cerere frugem] Erf. *pro Cerere fruges.* Graev.

Ab instrumento dominum] Leid. III. *instrumentum pro domino.* Leid. IV. *in instr.* Oud. *Aut instrumentum pro domino* T. *aut instrumento dominum* A. a m. pr. *Aut ab instrumento dominum* C. *aut ab instr. dominium* D. *L.*

Si quis Macedonas adpellarit hoc modo] Pith. *si quis Macedones appellet hoc modo.* In Erf. est etiam *Macedones*, et in Duisb. *appellet.* Graev. Voss. I. Leid. II. IV. *Macedones.* Voss. II. III. Leid. IV. *adpellet.* dein Voss. I. *adpellarit Sarissas.* Non male. Oud. *Macedones* ABCDE. *appellavit* B. *appellaret* D. *Sarissas hoc modo* B. Recte. *L.*

Non tam cito sarissae Graecia] Erf. *Non tam cito ratis egregie.* Graev.

Gallos significans dicat: Nec tam] Erf. Pith. Duisb. *Gallos significans, nec tam.* Graev. Verbum abest a MSS. O. et Ed. Med. Oud. *Dicat* omm. ACD. *L.*

Nec tam facile ex Italia materis Transalpina] Sic legendum, et ita edidit Paullus Manutius. Est autem *materis* genus teli Gallici. Sisenna: *Gallia materibus, Suevi lanceis configunt.* Lamb. Erf. *nec tam eius faciles ex Italia materis.* Ed. Cratand. *nec tam facile ex Italia armatura.* Annotavit hic P. Pithoeus: *materis:* sic in vet. Sed in margine emendatum erat *Armatum*, sicut et in altero diserte legebatur, sed male. Vide Nonium cap. de genere armorum, et Turneb. Advers. IX. 7. Materes erant arma Gallica. Graev. vid. ad Liv. VII. c. 24. Burm. Leid. IV. *ab Italia.* Deest *materis* Voss. II. *armatura* Voss. I. III. Leid. II. III. cum Edd. pp. *acies* Leid. IV. *matrix* Leid. I. Oud. *Matrix* (*armatura* m. s.) A. *armatura* BCDE. *matrix* T. *L.*

Mars istud te facere] Erf. *Mea vis istuc te facere.* Pith. *Mars et istud te facere.* Graev.

Aut si, quod facit, ab eo] Erf. Duisb. Canch. *Aut si qui facit, ab eo.* Graev. *Aut si qui facit, ab eo.* Sic MSS. O. vere. Vulgo *quod.* Oud. *Ut si quid id facit* BA. *s. quid facit* D. *s. quis facit* E. *Si qui facit* dedit Sch. *L.*

Cum desidiosam artem dicemus, quia] Erf. *cum desidiosam Martem dicimus, quod.* Graev.

Desidiosos facit] Leid. II. *desidiam f.* Oud.

Quia pigros facit] Erf. et Lamb. ed. *quia pigros efficit.* Sed in Erf. est etiam *quod* pro *quia.* Graev. *Pigros facit.* Sic in solo Voss. III. Ceteri dant *p. efficit.* Concinnius. *Homines* addunt Edd. pp. Oud. *Efficit* BCD. *L.*

quod continetur, hoc modo denominabitur: Armis Italia non potest vinci, nec Graecia disciplinis. Nam hic pro Graecis et Italis, quae continent, notata sunt. Ab eo, quod continetur, id, quod continet, ut, si quis aurum, vel argentum, aut ebur nominet, cum divitias velit nominare. Harum omnium denominationum magis in praecipiendo divisio, quam in quaerendo difficilis inventio est, ideo quod plena consuetudo est non modo poëtarum 251
et oratorum, sed etiam quotidiani sermonis, huiusmodi denominationum. Circuitio est oratio, rem simplicem adsumtam circumscribens elocutione, hoc pacto: Scipionis providentia Karthaginis opes fregit. Nam hic, nisi ornandi ratio quaedam esset habita, Scipio potuit et Karthago simpliciter adpellari.

Transgressio est, quae verborum perturbat ordinem aut perversione, aut transiectione. Perversione sic: Hoc vobis deos immortales arbitror dedisse pietate pro vestra.

Nam hic pro Graecis, et Italis] Erf. *Nam id pro Graecis talis.* Pith. *Nam id pro Graecis .t pro Italicis.* GRAEV.

Id quod continet] Non leguntur in Duisb. GRAEV. *Id quod continet.* Desunt Leid. I. III. IV. Voss. II. III. OUD. *Id quod continet* om. EA. *L.*

Vel argentum] Erf. *aut argentum.* Pith. *et argentum.* GRAEV. MSS. quinque Ed. Med. *aut a.* OUD. *aut a.* AD. *et arg.* BE. *L.*

Aut ebur] Lamb. ed. *vel ebur.* GRAEV.

In quaerendo difficilis] Erf. *inquirendo difficilis.* GRAEV. Voss. I. *in inquirendo.* II. Leid. I. III. *inquirendo.* OUD. *Q. inquirendo* ABDE. *L.*

Non modo poëtarum et oratorum] Erf. *non modo poetarum mer oratorum.* GRAEV.

Huiusmodi denominatorum] Erf. *Huiusmodi nominationum.* IDEM.

Rem simplicem assumtam circumscribens elocutione] Tres MSS. Erf. Cauch. Duisb. rectius scribunt *assumta.* Nam res simplex non assumitur, sed elocutio, sive, ut in Erfurt. legitur, oratio, qua rem simplicem circumscribimus, assumitur. In solo autem Erf. est *oratione.* In sequentibus *aut perversione* recepi ex Pith. *aut,* quod in vulgatis desideratur. IDEM. MSS. quinque *assumta.* vere. OUD. *Assumpta* ABDET. Atque ita recte scripserunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Hoc pacto] MSS. quatuor *hoc modo.* OUD.

Karthaginis opes] Leid. IV. *Carthaginiensium.* Voss. I. *opem.* OUD.

Aut perversione] Sic Ed. Med. deest *aut* MSS. O. et Ed. Omn. vel legitur *transiect. aut perv.* Ed. Omn. *et perv.* OUD.

Dedisse pietate pro vestra] Sic Pal. pr. et sec., neque aliter Fabr. aut libri Suffridi. Frequens id verbum apud Comicos. Vulgo erat *virtute pro vestra.* GRUT. Firmat hanc scripturam Erfurtensis. GRAEV. Voss. II. Leid. tres *virtute p. v.* Tum *nostra* et supra *nobis* in Ed. Med. OUD. *Virtute* ACE. *pietate* BDT. *L.*

Transiectione hoc modo: Instabilis in istum plurimum fortuna valuit. Item: Omnes invidiose eripuit tibi bene vivendi casus facultates. Huiusmodi transiectio, quae rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes, de quibus ante dictum est: in quibus oportet verba, sicut a poëtis, in quemdam exstruere numerum, ut perfecte et perpolitissime possint esse absolutae.

252 CAP. XXXIII. Superlatio est oratio superans veritatem, alicuius augendi, minuendive caussa. Haec sumitur separatim, aut cum comparatione. Separatim sic: Quod si concordiam retinebimus, imperii magnitudinem solis ortu atque occasu metiemur. Cum comparatione, aut a similitudine, aut a praestantia superlatio sumitur. A si-

---

Plurimum fortuna valet] Erf. *plurimum fortuna valuit*. Graev.

Item, omnes invidiose] In Erfurt. et Pith. non extat *item*, in Lambini ed. non legitur *invidiose*. Idem.

Eripuit tibi] Duisb. *eripuisti tibi*. Graev. Leid. I. a m. pr. III. IV. *eripuisti*. Voss. II. *eripuisti tibi*. Oud.

Bene vivendi casus facultates] Pith. *bene vivendi causa facultates*. Erf. *bene vivendi causas facultates*. Graev. *Casus* deest Leid. III. IV. *caussa* Voss. II. Leid. I. Oud. *Casus* deest in C. *Casus b. viv. fac.* AE. Vulgatum ordinem recte tuentur BDT. *L.*

Ad continuationes] Voss. I. *ad c. verborum*. Oud.

Oportet verba, sicut a poëtis, in quemdam exstruere numerum] Gulielmius malebat cum Lambino, *sicut ad poëticum;* et vero in Pal. sec. et Fabr. erat: *sint ad poëticum quendam exstructa numerum*, quod maluerim; si modo quid venit mutandum. Grut. Mei non recedunt ab editis, nisi quod in Erf. legatur *sic* pro *sicut*, hoc modo: *oportet verba sic a poëtis in quemdam exstruere numerum*. Lamb. ed. *oportet verba sicuti ad poëticum quemdam exstructa numerum*. Verissimam tamen censeo lectionem esse Palatini secundi et Fabriciani. Graev. Nullus [non] dubito, quin rescribi debeat e Voss. I. Leid. II. Edd. Med. Omn. *sint ad poëticum quemdam exstructa n.* Vide Graev. Oud. Huic meliori lectioni accedunt Codd. BCD. Vulgatum sequuntur AET. Graevio iam obsecutus est Ern. secutique sunt Sch. et Orell. Recte. *L.*

Ut perfecte et perpolitissime] Lamb. ed. *ut perfecte et perpolite*. Graev. *Perpolite*, quod Lambinum secutus dedit Sch., esse videtur in Cod. D. *Politissime* B. Vulgatam sequuntur ACET. *L.*

CAP. XXXIII. *Concordiam retinebimus*] Libri publicati adiiciunt, *in civitate:* quod exclusi, quod abesset Pal. quart. sexto, item Br. ac Fab. Gruter. Recte Gruterus. Eius libris adstipulantur Erf. et Duisb. Graev. Addunt *in civitate* Voss. I. III. Leid. II. IV. Edd. pp. *retinebitis* Ed. Omn. Oud. *In civitate* add. m. s. in A. Idem addit C. *L.*

Solis ortu atque occasu] Duisb. *solis ortu et occasu*. Non inepte Pith. *solis ortu ab occasu*. Graev. Voss. III. Leid. IV. *et occ.* Oud. *Et occ.* ABC. *L.*

Aut a praestantia superlatio] Erf. et margo Cratand. *aut a praesentia superlatio*. Graev. MSS. O. *a praesentia* vel *a ptia*.

militudine sic: Corpore niveum candorem, adspectu igneum ardorem adsequebatur. A praestantia hoc modo: Cuius ore sermo melle dulcior profluebat. Eodem genere hoc est: Tantus erat in armis splendor, ut solis fulgor obscurior videretur. Intellectio est, cum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars. De parte totum sic intelligitur: Non illae te nuptiales tibiae eius matrimonii commonebant? Nam hic omnis sanctimonia nuptiarum uno signo tibiarum intelligitur. De toto pars, ut si quis ei, qui vestitum aut ornatum sumtuosum ostentet, dicat: Ostentas mihi divitias, et locupletes copias iactas.

Ab uno plura intelliguntur, hoc modo: Poeno fuit 253

Et mox quoque. Oud. *A praesentia* AE. Verba: *superlatio sumitur* uncis inclusit Ern., delevit Sch., cum uncis reduxit Orell. Leguntur in omnibus MSS. atque Editionibus. *L.*

Corpore niveum candorem] Erf. *corpore niveum ardorem.* Graev. Leid. III. *c. niveo c.* Oud.

Adspectu igneum ardorem] Desunt Voss. II. *adspectu* abest Leid. I. a m. I. In Leid. III. simpliciter *nivis.* Oud. Verba: *aspectum* (sic) *igneum ardorem* in marg. scr. A, *L.*

Cuius ore sermo] Erf. *cum ore sermo.* Lamb. ed. *cuius ex ore sermo.* Graev.

Ex eodem genere] Vulgg. et MSS. *eodem genere.* Duisb. et Lamb. ed. *Ex eodem genere est.* Graev. Leid. II. Ed. Omn. *Ex eod. gen.* III. *Eodem in gen.* Oud. *Ex* om. ACE. *In eodem g.* C. *L.*

Obscurior videretur] Erf. et Cauch. *obscurius videretur.* Graev. In iis quae paullo post sequuntur post verba *aut de toto pars,* haec adiecit Sch. de coniectura: *aut ab uno plura, aut a pluribus unum;* quae ignorantur ab omnibus MSS. et Edd. Putat Sch. necessario inserenda esse, ne manca sit partium, quae deinde tractantur enumeratio. Sed hoc mihi videtur, corrigere scriptorem, non restituere genuinam eius manum. *L.*

Non illae te nuptiales tibiae] Quidam putant hic legendum: *nuptiales tedae.* Sed cum in tribus codicib. manuscript. Memmianis, et in Nicotiano, et in ceteris reperiam scriptum *tibiae*, nihil censeo mutandum; et tamen *tedae* valde probarem, si quis liber vetus comprobaret. Lamb. Pith. *non illae nuptiales te tibiae.* In Pithoei libro magister interpretatur *tibiae* cantilenae. Hymenaei et Fescennina carmina canebantur ad tibias. Vid. Casp. Bartholini de tibiis veterum lib. II. cap. 12. Graev.

Nam hic omnis sanctimonia] Erf. *Nam his omnis sanctimonia.* Graev.

Vestitum aut ornatum] Voss. III. Leid. III. *vestimentum.* Leid. III. *ornamentum.* Oud. *Vestimentum* AC. *L.*

Ab uno plura intelliguntur, hoc modo] Erf. *ab uno plura hoc modo intelliguntur.* Duisb. *ab uno plura intelligantur hoc modo.* Graev. Leid. II. IV. Voss. I. *hoc modo intelligentur.* In tribus et Ed. Med. *hoc modo* praecedunt. Ed. Omn. caret verbo. Forsan verius. Oud. *Hoc modo intelligentur* ACDE. *L.*

Hispanus auxilio, fuit immanis ille Transalpinus: in Italia quoque idem non nemo togatus sensit. A pluribus unum sic intelligitur: Atrox calamitas pectora moerore pulsabat. Itaque anhelans ex imis pulmonibus prae cura spiritus ducebatur. Nam in superioribus plures Hispani, et Galli, et togati, hic unum pectus, et unus pulmo intelligitur, et erit illic deminutus numerus festivitatis, hic adauctus gravitatis gratia. Abusio est, quae verbo simili et propinquo, pro certo et proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breves sunt, aut parva statura, aut longum in homine consilium, aut oratio magna, aut uti pauco sermone. Nam hic facile est intellectu, finitima verba rerum dissimilium ratione abusionis esse traducta.

CAP. XXXIV. Translatio est, cum verbum in quamdam rem transfertur ex alia re, quod propter simi-

---

Immanis ille Transalpinus] Pith. *immanis et ille Transalpinus.* GRAEV.

Idem non nemo togatus sensit] Erf. *non nemo sensit idem togatus.* GRAEV. MSS. et Edd. pp. *non nemo sensit* (Leid. II. *sentit*) *idem togatus.* OUD.

Unum sic intelligitur] Duisb. *unum sic intelligatur.* GRAEV. Deest verbum Voss. III. *Intelligetur* Leid. IV. OUD. *Intelligetur* A. *intelligitur* BCDE. Verbum delevit Sch. *L.*

Itaque anhelans ex imis pulmonibus] Probarem prae his Duisburgensis scripturam: *Atque anhelans ex imis pulmonibus,* si plures libri annuerent. GRAEV. Leid. IV. *atque an.* OUD.

Prae cura spiritus ducebatur] Erf. *prae cura spiritum ducebat.* GRAEV.

Hic unum pectus] Duisb. *et hic unum pectus.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *et hic u. p. F. at.* OUD.

Et unus p.] Deest *et* Voss. III. OUD.

Deminutus numerus] Sic Erf. Vulg. *diminutus numerus.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *dim. n.* OUD. *Deminutus* nullus Cod. praeter Erf., sed scripsit Orellius. *L.*

Festivitatis, hic adauctus] Lamb. ed. *festivitatis causa, hic adauctus.* GRAEV.

Quae verbo simili etc. abutitur] Duisb. *qua verbo simili etc. abutimur.* GRAEV. Voss. III. Leid. IV. *qua abutimur.* OUD. In seqq. pro *parva statura* an legendum sit *prava stat.* quaerit Sch. Minime vero. Scilicet usitatius est *brevis statura*, sed per abusionem *parva st.* dici, scriptor voluit. In A. a m. est *longa st.* *L.*

Longum in homine consilium] Erf. *longum in hominem consilium.* Pith. *longum consilium.* GRAEV.

Uti pauco sermone] Duisb. *uti parvo sermone.* GRAEV. Leid. IV. *parvo s.* OUD.

litudinem recte videtur posse transferri. Ea utimur rei ante oculos ponendae caussa, sic: Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito. Brevitatis caussa, sic: Recens adventus exercitus subito civitatem extinxit. Obscoenitatis vitandae caussa, sic: Cuius mater quotidianis 254
nuptiis delectatur. Augendi caussa, sic: Nullius moeror et calamitas istius explere inimicitias, et nefariam saturare crudelitatem potuit. Minuendi caussa, sic: Magno se praedicat auxilio fuisse, quia paullulum in rebus difficillimis adspiravit. Ornandi caussa, sic: Aliquando reipublicae rationes, quae malitia nocentium exaruerant, virtute optimatium reviruere. Translationem dicunt pu-

---

CAP. XXXIV. *Recte videtur posse transferri*] Erf. et Duisb. *recte videbatur posse transferri.* GRAEV. *Recte videbitur.* Sic MSS. sex et Ed. Med. *videbatur* Voss. III. *videtur* vulgo. OUD. *Videbitur* ET. Receperunt Sch. Orell. *L.*

Ea utimur rei] Pith. *ea sumitur rei.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. *Ea igitur sumitur.* In MSS. quatuor *Ea igitur,* et mox Leid. I. *fit sic.* Sed correctum *sumitur.* OUD.

Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito] Erf. *Hic in Italia tumultus expergefecit errore subito.* GRAEV. Deest *hic* Leid. I. *in Italia* IV. OUD.

Subito civitatem] MS. *civitatem subito.* GRAEV.

Nuptiis delectatur] Erf. *nuptiis delectetur.* IDEM.

Nullius moeror et calamitas] Erf. *nullius hunc fors et calamitas.* Cauch. *nullius iniae, fors et calamitas.* Lamb. ed. *nullus urbis moeror et calamitas.* Margo Cratand. *nullius urbis calamitas.* GRAEV. Nos ut Lambin. *Nullus verbis maeror* edidimus: huic lectioni duobus Gryph. exemplaribus et Leoniceni suffragantibus. BRUT. Voss. III. Leid. III. *verbi cal.* Leid. I. IV. Voss. II. Ed. Omn. *urbis c.* Ed. Med. *urbis moeror et c.* Fors. *nullius orbi m. et cal.* OUD. *N. verbis maior* B. *n. verbum moeror.* C. *n. meror urbis* D. *moeror urbis* E. *Nullius maeror et calamitas* dederunt Sch. Orell. *L.*

Paullulum in rebus difficillimis] Liber manuscriptus habet *facillimis* pro *difficillimis,* et ita videtur aptius huic loco. F. URSIN.

Ornandi caussa sic] Erf. *Gravandi causa sic.* GRAEV. Leid. I. III. IV. interponunt *gravandi c. Nam cum canes* etc. quae deinde absunt. OUD.

Aliquando reipublicae rationes] Erf. Pith. et margo Cratandri: *aliquando reipublicae vires.* GRAEV. Praemittit Leid. IV. *enim* Voss. O. Leid. II. Ed. Med. *r. vires.* Ed. Omn. *populi Ro. vires.* OUD.

Malitia nocentium exaruerant] Edd. *malitia nocentum exaruerunt.* BURM.

Revirescunt] Duo libri manuscripti habent, *revirescent.* LAMB.

Exaruerant, virtute optimatium reviruere] Est a Pal. quart. et sexto: neque recedit Br. quam quod is *reviruerunt.* GRUT. Pith. quoque *exaruerant,* sed et idem *revirescent.* Al. *virtute optimatum reviruerunt.* Edd. *virtute optimatum revirescunt.* In Erfurtensi hic est notatu digna traiectio. Hic enim in illo est ordo: *Difficillimis adspiravit. gravandi causa sic. Nam cum canes fun-*

dentem esse oportere, ut cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temere et cupide videatur in dissimilem transcurrisse.

Permutatio est oratio, aliud verbis, aliud sententia demonstrans. Ea dividitur in tres partes, similitudinem, argumentum, contrarium. Per similitudinem sumitur, cum translationes, una, aut plures, frequenter ponuntur a simplici ratione ductae, sic: Nam cum canes funguntur
255 officiis luporum, cui praesidio pecua credemus? Per argumentum tractatur, cum a persona, aut a loco, aut a re aliqua, similitudo, augendi aut minuendi caussa, du-

---

gantur officiis luporum, cuinam praesidio pecuaria credemus? Per argumentum tractatur ornandi caussa, sic: Aliquando reipublicae rationes quae malitia etc. usque, *cum translationes una aut plures frequenter ponuntur a simplici ratione ductae, cum a persona aut loco.* Graev. MSS. O. Ed. Med. *exaruerunt.* Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. *revirescent.* In ceteris *revirescunt.* Oud. *Exaruerunt* ET. Tum *optimatum* BCD. *Obtimatum* A. Deinde *reviridesceret* (*revirescent* m. s.) A. *revirescent* BET. *Exaruerunt* et *revirescent* scripserunt Sch. Orell. Bene. *L.*

Ne sine delectu] Erf. *ne sine delicto.* Graev. Suspicatur Orellius: *nec sine delectu.* Non opus est. *L.*

Aliud sententia demonstrans] Erf. *aliud sententiis demonstrans.* Graev.

Translationes una aut plures frequenter] Pith. et Erf. *Translationes frequenter,* Graev. Voces *una aut* absunt Voss. O. Leid. II. IV. *aut una aut pl.* Ed. Med. Oud.

A simplici ratione ductae] Pith. *a simili oratione ductae.* Erf. *a simplici oratione ductae.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. *a simili.* MSS. O. Ed. Omn. *oratione.* Oud.

Cum canes funguntur officiis] Edd. *cum canes fungantur officiis.* MS. *cum canes fungerentur officiis.* Graev.

Pecuaria credemus] Legendum putant quidam: *pecua credemus,* seu *pecuda,* quia veteres, inquiunt, teste Nonio, dicebant *pecua* et *pecuda,* et in singulari *pecu,* ut *genu,* seu *pecuum,* unde *pecuarius, a, um,* ut *res pecuaria.* Ego nihil muto. Lamb. *Cui praesidio pecua credemus.* Ita aperte Pal. quartus, nisi quod is addit *quo praesidio.* sext. habet *peculia.* reliqui *pecuaria,* ut vulgata. Scripsi etiam *funguntur,* fide quarti et primi. nam sextus *fungerentur.* Bruil. *fungentur;* non, ut editi prius: *fungantur.* Grut. MSS. nostri *pecua* quoque tuentur; nam Erf. et quidam MSS. alii: *quonam praesidio pecua credemus.* al. *quo praesidio pecua credemus.* al. *cui nam praesidio pecuaria credemus.* Graev. Leid. I. *quorum praesidio.* III. *quorum iam.* IV. *quo iam.* Sed Voss. O. et Leid. II. *cuinam pr.* Verissime, atque sic Edd. Med. et Omn. praebent. *pecora* Leid. I. III. *per tuta* IV. *pecuria* Voss. II. In ceteris *pecuaria* cum Edd. Vett. An *pecua tute vel rite*? Oud.

Aut a loco, aut a re] Bis deest praepositio MSS. sex. *aut re* Ed. Omn. *aut ab re* Med. Oud.

citur: ut si quis Drusum, Gracchum nitorem obsoletum dicat. Ex contrario ducitur sic: ut si quis hominem prodigum, et luxuriosum inludens, parcum et diligentem adpellet. Et in hoc postremo, quod ex contrario sumitur, et in illo primo, quod a similitudine ducitur, per

---

Ut, si quis Drusum, Gracchum, Numitorem, etc.] Adr. Turnebus lib. XX. cap. XXV. Advers. legendum censet, *ut siquis Drusum, Gracchum, Munitoremque obsoletum dicat.* Ego sic, *ut siquis Drusum, Numitorem obsoletum dicat.* Nam vocem *Gracchum* ex annotatione natam esse arbitror. LAMB. Repraesentavi quod repereram in Pal. quarto, restabatque item in Bruilerensi. Quippe Pal. sext. *mitorem. Nitor obsoletus* dicitur, quemadmodum: *Est honesta turpitudo pro bona caussa mori* apud P. Syrum. Turnebus lib. XX. cap. 25. legendum credidit, *munitoremque obsoletum.* Recepta lectio, *Numitorem obsoletum.* GRUTER. Erf. et al. MSS. *Drusum, Gracchum, Numitorem obsoletum.* Al. *Drusum Gracchum Numitoremque obsoletum.* Al. *Drusum Gracchum munitoremque obsoletum.* Al. *Drusum, Gracchum minitorem obsoletum. Numitorem* de homine seditioso dictum accipio ex eo, quod Numitor cum suo nepote coortus in Amulium, regno ipsum exturbavit. Ego tamen hic quoque potius veteres libros secutus legendum crediderim: *Ut si quis Drusum, Gracchum, munitoremque obsoletum dicat.* Nam Gracchum constat, ut Plutarchus in eius vita scribit, e viarum munitione plebis Romanae gratiam emeritum fuisse. Ita Turnebus. Sed cur Gracchus aut Drusus dicatur *nitor obsoletus*, caussam nullam video. Nihil etiam huc facit *honesta turpitudo* Publii. Est locus perditissimus, qui sine ope melioris codicis, quam adhuc visus est a doctis, non potest corrigi, et explicari. Pith. in uno MS. invenit: *munitoremque obsoletum*, in alio *minitorem obsoletum.* Addit utrique MS. adscriptum fuisse, sed primo alia manu, *locum foetidum sicut olicetum.* GRAEV. *Nitorem obsoletum.* Sic Leid. I. a m. I. Sed corr. *numitorem*, ut est in reliquis, vel *numitoremque* cum Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. OUD. Scripsit Sch. *ut si quis Drusum, Gracchi nitorem obsoletum.* At omnes Codd. in vulgata lectione conspirant, nisi quod *Graccum* exhibent ABCDE. *nitore* A. *Numitoremque* B. *minutoremque* CE. *inimicoremque* D. Meliores Codd. *nitorem*; recte. Ceterum verum vidisse videtur Orellius, qui *Gracchorum* legendum suasit. Bene, sed retinendum *Gracchum* et pro genitivo habendum. *L.*

Obsoletum dicat] In Erf. non est *dicat.* GRAEV.

Luxuriosum illudens] Erf. *luxuriosum imprudens.* GRAEV. *Inludens* deest Leid. IV. *inpudentemque* Leid. III. OUD.

Parcum et diligentem appellet] Erf. *parcum et diligentem appellasset.* GRAEV. MSS. quatuor et Ed. Med. *d. adpellasses.* OUD.

Et illo primo] Erf. *et in illo primo.* GRAEV.

Quod a similitudine ducitur] Pith. *quod ad similitudinem ducitur.* GRAEV. Tum pro vv. *per translationem argumento poterimus uti* Sch. de coniectura dedit: *permutations per argumentum*, hanc mutationem necessario a sensu postulari dicens. Sed recte ostendit Orellius, *argumentum* h. l. significare personam vel fabulam e tragoedia vel comoedia desumtam. *L.*

translationem argumento poterimus uti. Per similitudi-
256 nem, sic: Quid ait hic rex, atque Agamemnon noster, sive, ut crudelitas est, potius Atreus? Ex contrario, si quem impium, qui patrem verberaverit, Aeneam vocemus: intemperantem et adulterum, Hippolytum nominemus. Haec sunt fere, quae dicenda videbantur de verborum exornationibus. Nunc res ipsa monet, ut deinceps ad sententiarum exornationes transeamus.

CAP. XXXV. Distributio est, cum in plures res, aut personas certas negotia quaedam dispertiuntur, hoc modo: Qui vestrum, iudices, nomen senatus diligit, hunc oderit necesse est; petulantissime enim semper iste obpugnavit senatum. Qui equestrem locum, splendidissimum cupit esse in civitate, is oportet istum maxi-

---

Quid ait hic Rex] Erf. *quid agit hic Rex.* Graev. Voss. O. *q. agit h. r.* Oud. *Ait* ABDE. *An* C. *L.*

Sive, ut crudelitas est, potius Atreus] Lamb. ed. *sive potius, ut crudelitas est, Atreus.* Crataud. ed. *sive, ut crudelis est, potius Atreus.* Graev. Exsulat *ut* a Voss. II. *credulitas* Leid. I. IV. Voss. II. Oud.

Si quem impium, qui patrem verberaverit] Erf. et Duisb. *si quempiam, qui patrem verberavit.* Pith. *aut si quem impium, qui patrem verberaverit.* Cauch. *aut si quem impium, qui patrem verberavit.* In Duisb. est etiam *verberavit.* Graev. *Ut si quem impium.* Sic MSS. O. et Ed. Med. *sic ut si q.* MSS, duo; vulgo *ut* deest. *Si quempiam* Leid. IV. *Verberarit.* Ita Voss. I. Leid. I. III. IV. *verberavit* Voss. II. Ed. Med. vulgo *verberaverit.* Oud.

Intemperantem et adulterum] Erf. *item intemperantem et adulterum.* Graev.

Hippolytum] Erf. *Yppolitum.* Graev.

Haec sunt fere] Pith. *Haec sunt ferme.* Graev.

Ad sententiarum exornationes] Erf. *ad sententiarum exornationem.* Graev. MSS. quinque meliores *s. exornationem.* Oud.

CAP. XXXV. *Distributio est, cum in plures res, aut*] Erfurt. *distributionem, cum per plures aut personas.* Duisb. *distributio est, cum per plures res aut personas.* Graev. Leid. IV. *per pl. r.* Oud.

Personas certas negotia quaedam dispertiuntur] Erfurt. et edd. quaedam *personas negotia quaedam certa dispertiuntur.* Duisb. et alii libri ac editiones, rectius, quam vulgatae *personas certa negotia quaedam dispertiuntur.* Graev. MSS. O. et ed. Omn. *pers. negotia quaedam certa;* sed abest *certa* ab Ed. Med. Oud. *Quaedam certa* AC. *quaedam certa disperguntur* B. *quaedam ita disp.* D. *L.*

Qui vestrum, iudices] Voss. II. III. *quicumque.* Voss. I. II. *o iudices.* Abest *iud.* a Leid I. III. Oud.

Senatus nomen] Voss. I. *senatusque.* Oud.

Iste oppugnavit senatum] A Duisb. abest *iste.* Graev. Deest pronomen Leid. IV. Oud. *Iste* om. C. *L.*

Is oportet istum maximas poenas dedisse velit] Vox *velit*

mas poenas dedisse velit, ne iste sua turpitudine ordini honestissimo maculae atque dedecori sit. Qui parentes habetis, ostendite istius supplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt, statuite exemplum, 257
quantae poenae in civitate sint hominibus huiusmodi comparatae. Item: Senatus officium est, consilio civitatem iuvare. Magistratus officium est, opera et diligentia consequi voluntatem senatus. Populi officium est, res optimas, et homines idoneos maxime suis sententiis eligere et probare. Accusatoris officium est, inferre crimina. Defensoris, diluere et propulsare. Testis est, dicere, quae sciat, aut audierit. Quaesitoris est, unumquemque horum in officio suo continere. Quare, L. Cassi, si te-

---

non est in Pal. quarto aut sexto, mutatque *oportet* in *optet*: neque secus Bruil., forsan melius. GRUT. Erf. *is oportet ut optet istum maximas poenas dedisse, ne iste.* Non male. Al. MSS. *is optet istum maximas poenas dedisse.* GRAEV. Leid. III. IV. carent τῷ *velit.* In IV. *maxime poene.* OUD. *Is optet* sine v. *velit* T. *Oportet* omisso *velit* AE. Tum *ne iste sua* ABCDET. *Iste* om. Sch. reduxit Orell. *L.*

Qui parentes habetis] Erf. *qui parentis habetis.* GRAEV.

Impios non placere] Erf. *impios non placare.* GRAEV.

Quibus liberi sunt, statuite exemplum] Erf. *quibus liberum constat vitae exemplum.* GRAEV. Leid. I. III. IV. *q. libertas constat, vitae.* Pro *statuite* in Voss. II. *ite.* OUD.

In civitate sint hominibus huiusmodi] Erf. *sint in civitate hominibus istiusmodi.* In Cauch. quoque MS. et ed. Lamb. est *istiusmodi.* GRAEV. Prave Omnibonus mutavit, quod inveni in MSS. O. et Ed. Mediol. *h. istiusmodi.* OUD. *Istiusmodi* T. et ABCDE. ut videtur. Nam Codd. signa non enotata sunt. *L.*

Senatus officium est] Erf. *senatus est officium.* GRAEV.

Magistratus officium est] Erf. *Magistratus est officium.* GRAEV.

Opera et diligentia consequi] Duisb. *honore et diligentia consequi* GRAEV. Leid. III. Ed. Omn. *opere.* IV. *honore.* OUD.

Idoneos maxime] Lamb. ed. *maxime idoneos.* GRAEV.

Sententiis eligere] Erf. Pith. et margo Cratand. *sententiis diligere.* Cauch. *sententiis deligere.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. s. s. *diligere*, vel *deligere.* Vere. OUD. *Diligere* ABDE. *deligere* C. *Deligere* scripserunt Sch. Orell. *L.*

Defensoris, diluere] Duisb. *defensoris est, diluere.* GRAEV.

Testis est, dicere] Erf. et Duisb. *testis dicere.* GRAEV. Deest verbum substantivum Voss. II. III. Leid. I. III. IV. OUD.

Quae scierit aut audierit] Immo *sciat*, ut est in omnibus scriptis. GRONOV. Erfurt. Pith. et alii MSS. *quae sciat, aut audierit.* Vulgati, *quae scierit, aut audierit.* GRAEV. *Scierit* in solis Voss. III. Leid. IV. *sciat* recte iam expressum fuit in Edd. Med. Omn. OUD. *Sciat* ABCDET. Atque ita scripserunt Sch. Orell. *L.*

In officio suo continere] Erf. *in officio continere.* GRAEV. Non agnoscitur τὸ [v.] *suo* a Leid. IV. OUD.

stem, praeterquam quod sciat, aut audierit, argumentari, et coniectura prosequi patieris; ius accusatoris cum iure testimonii commiscebis, testis improbi cupiditatem confirmabis, reo duplicem defensionem parabis. Est haec exornatio copiosa. Comprehendit enim brevi multa, et suum cuique tribuens officium, separatim res dividit plures.

258 CAP. XXXVI. Licentia est, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos ii diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur, hoc modo: Miramini, Quirites, quod ab om-

---

Quare, L. Cassi, si testem] Erf. *quare caussi si testem.* Pithoeus notaverat. Primum scriptum erat, uti liber excusus habet, deinde emendatum est *lege Cassii.* Adnotatum in margine al. legi *Legi ticia.* Alterum exemplar habet, *quare si me testem.* GRAEV. In quibusdam manuscriptis: *Qua re L. caussis*, corrupte legitur; ex quo Lambin. *in caussis* efficit, nomine tamen non abiecto, quod mansit in impressis, et manuscriptis aliis. Nam in Leoniceni editione integra lectio tota exstat, *Quare L. Cassi*, *si in caussis* etc. quo modo excudi curavimus. BRUT. Leid. IV. *in causis.* OUD. *In causis si* A. *Luci Crasse si* D. *L. Cassi in causis si* BCE. *L.*

Quod sciat aut audierit] Leid. II. *scierit.* OUD. *Sciat* etiam h. l. ABCDET. dederuntque Sch. Orell. *L.*

Prosequi patieris] Leid. III. *consequi.* II. IV. Ed. Omn. *patiaris.* OUD. *Patiaris* A. Sed *patieris* a m. s. *L.*

Reo duplicem] Erf. *eo duplicem.* GRAEV.

Est haec exornatio] Pith. *Haec est exornatio.* GRAEV.

Suum cuique tribuens officium, separatim res etc.] Est a Pall. iisdem et Br. quibus accessit et Pal. quintus, hactenus impressi *separat et res etc.* GRUTER. Firmant Erf. Pith. Duisb. margo Cratandri. In Erfurtensi est etiam *unicuique.* GRAEV. Deest copula *et* Voss. II. III. Leid. III. IV. *unicuique* Ed. Med. OUD.

Separatim res dividit plures] Edd. *separat et res dividit.* Duisb. *et separatim dividit plures.* Lamb. ed. *separat et in res dividit plures.* GRAEVIUS. *Et separatim* Voss. II. Leid. I. III. IV. Ed. Med. *separat et* Voss. I. III. Leid. II. *et separat et* Ed. Omn. OUD.

CAP. XXXVI. *Quod eos minime offendat, aut quos ii diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur*] Cauch. *quod eos, aut quos ii diligunt aliquod in errato vere reprehendere videantur.* Puncta supposita in vocibus *quod* et *aliquod* notant ultimam litteram esse delendam. Erfurtensis consentit vulgatis, nisi quod in his *cum in aliquo errato*, *cum* in illo non reperitur. Non inepte Cauchianus, et Duisburg., *aut quos ii diligunt aliquo in errore vere reprehendere videamur.* Sed in Duisb. adiicitur *cum* in Cauchiano praetermissum. GRAEV. Voces *minime offendat* exsulant a Voss. II. Leid. I. III. IV. in quo est *quo* a m. II. uti dant Leid. I. III. Voss. II. Abest *cum* a Leid. I. III. IV. *aliquo in errato* MSS. quatuor. Bene. *Iure* Leid. II. *reprehendere videamur* Leid. I. III. IV. Abest etiam *posse* ab Ed. Med. Unde

nibus vestrae rationes deserantur? quod caussam vestram nemo suscipiat? quod se nemo vestri defensorem profiteatur? id tribuite vestrae culpae, atque desinite mirari. Quid enim est, quare non omnes istam rem fugere ac vitare debeant? Recordamini, quos habueritis defensores; studia eorum vobis ante oculos ponite; deinde exitus omnium considerate: tum vobis veniet in mentem, ut vere dicam, negligentia vestra, sive ignavia potius illos omnes ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum vestris suffragiis in amplissimum locum pervenisse. Item: Nam quid fuit, iudices, quare in sententiis ferendis dubitaveritis, aut istum hominem nefarium ampliaveritis? non apertissimae res erant crimini datae? non omnes hae testibus comprobatae? non contra tenuiter et nugatorie responsum? Hic vos veriti estis, si primo coetu condemnassetis, ne crudeles existimaremini? Dum eam vita- 259

---

commode legi posset *quo eos, aut q. ii d., aliquo in errato vere reprehendere videamur.* Nil tamen mutatum velim. Oud.

Id tribuite] Voss. III. Leid. IV. *id adtribuite* cum Ed. Med. Oud.

Desinite mirari] Al. *desinite illud mirari.* Graev. Deest copula *atque* bene Voss. II. Leid. I. III. Ed. Omnib. *atque istud d. m.* Voss. I. Leid. II. Ed. Med. *et istud d. m.* Voss. III. *atque id d. m.* Leid. IV. *desinite istud m.* Ed. Omn. Oud. *Culpe* (*atque istud* m. s.) *desinite* A. *Culpae atque istud des.* BCET. *Istud* om. Sch. Orell. Statim post *Quid est enim* recte scripsit Orell. ex suo optimo Turic. contra Beierum ad Cic. Off. I., pag. 305. Cf. Orellium ad hunc locum. *Quid est enim* exhibent etiam AC. *L.*

Quid enim est] Duisb. *quid id est.* Graev.

Fugere ac vitare] Erf. *fugere a civitate.* Graev.

Eorum vobis ante oculos ponite] Duisb. *eorum ante oculos proponite.* Sic et quaedam edd. Graev. *Ante oculos ponite.* Sic est in solo Leid. III. sed Voss. I. *praeponite.* In ceteris *proponite.* Ed. Med. *vestros ponite.* Oud. *Proponite* ABE. *Ponite* C. *Praeponite* D.

Exitus omnium] Lamb. ed. *omnium exitus.* Graev.

Vobis veniet in mentem] Erf. *vobis veniat in mentem.* Graev.

Inimicos eorum vestris] Erf. *inimicos vestris.* Graev.

In amplissimum locum pervenisse] Pith. *in amplissimum locum devenisse.* Graev.

In sententiis ferendis] Sic Voss. I. Leid. I. II. Ed. Omn. Oud. Ita etiam AT. quod praeferendum fuit. *L.*

Testibus comprobatae] Duisb. *Testibus confirmatae.* Graev. Leid. III. IV. *t. confirmatae.* Oud.

Si primo coetu] Id est *si primo conventu*, et *coitu*, quod valet, si prima actione condemnassetis. Atque ita hunc locum declarat Adr. Turneb. lib. XX. Advers. cap. 25. Lamb. Bene interpretatur Turnebus lib. XX. Advers. cap. 25. qui adeatur. Gruter.

Ne crudeles existimaremini] Alii cum interrogatione, *ne crudeles existimaremini?* Graev.

stis vituperationem, quae longe a vobis erat afutura, eam invenistis, ut timidi atque ignavi pularemini. Maximas, et privatas, et publicas calamitates accepistis: cum etiam maiores impendere videantur, sedetis, et oscitamini. Luce noctem, nocte lucem exspectatis. Aliquid quotidie acerbi atque incommodi nuntiatur, et eum, cuius opera vobis haec accidunt, remoramini diutius, et alitis; ac reipublicae perniciem retinetis, quoad potestis, in civitate.

CAP. XXXVII. Eiusmodi licentia si nimium videbitur acrimoniae habere, multis mitigationibus lenietur. Nam continuo aliquid huiusmodi licebit inferre. Hic ego virtutem vestram quaero, sapientiam desidero, veterem consuetudinem requiro; ut quod erit commotum licentia,

---

Eam vetastis vituperationem] Erf. *eam vitatis operationem.* Graevius.

Quae longe a vobis erat afutura, eam invenistis] Vulgo *abfuturam.* Argute Erfurtensis, *quae longe a vobis aberat, afuturam eam invenistis.* Delendum videtur *eam.* Vitastis vituperationem, quae longe a vobis aberat, afuturam, hoc est, in quam numquam fuissetis incursuri, contraxistis. Graev. MSS. quinque et pp. Edd. *a vobis aberat.* Dein *afutura eam invenistis,* desunt Leid. I. III. Voss. II. *afutura* deest Ed. Omn. Sed in Voss. I. III. Leid. IV. Ed. Med. *afuturam eam inv.* Puto vere coniecisse Graevium, *quae l. a vobis aberat, afuturam inv.* Oud.

Ut timidi atque ignavi] Ab Erf. abest *ut timidi.* Pith. *ut timidi ac ignavi.* Forte scripsit auctor huius libri, *timidi atque ignavi putamini.* Graev. Mire variat Leid. III. habens *dum eam v., q. l. a. v. aberat, vitup., nonne timidi atque ignavi existimati estis?* Oud.

Maximas et privatas et publicas calamitates] Erf. *Maximis privatis et publicis calamitatis.* Pith. *maximas privatas et publicas calamitates.* Graev.

Luce noctem, nocte lucem exspectatis] Erf. *noctem, non lucem expectatis.* Cauch. *luci noctem, nocte lucem expectatis.* Graev. MSS. quatuor *noctem, non lucem.* Oud.

Et eum, cuius opera] Copula abest ab Erfurt. Graev.

Vobis haec accidunt] Erf. *Vobis hae accidunt res.* Graev. Voss. I. III. Leid. I. II. Ed. Omn. *nobis*, et in iisdem cum Voss. II. IV. Ed. Med. *vos rem.* Quod probo. Oud.

Ac reipublicae perniciem retinetis] Libri illi nostri tres, *ad reipublicae perniciem*, quod satisfaciebat Gulielmio. Grut. Sic et Erf. et Duisb. Verissime Lambiniana, *ac ad reip. perniciem retinetis,* nisi quod pro *ac* scribat *atque.* Non nescio vulgatam posse defendi, sed quia repugnant libri, his malui obsequi. Graev. Voss. I. Leid. II. III. IV. *ad reip. pern.* Leid. I. Voss. II. *ad r. perniciem, et retinetis.* Voss. III. Ed. Med. *et ad r. pernitiem retin.* Ed. Omn. *atque reip. pern. ret.* Lege *atque ad r. p. retinetis.* Oud.

CAP. XXXVII. *Hic ego virtutem*] Pith. et edd. quaedam, *hic ergo virtutem.* Graev.

id laude mitigetur, ut altera res ab iracundia et molestia 260
removeat, altera ab errato deterreat. Haec res, sicut in amicitia, ita in dicendo, si loco fit, maxime facit, ut et illi, qui audiunt, a culpa absint, et nos, qui dicimus,

---

Ut quod erit commotum licentia, id laude mitigetur] Non damno. Sed adeone inops verborum auctor iste fuit, ut ab illo *mitigare* non potuerit discedere? Certe ita habent codices scripti; sed inter eos excellens iste Medicaeus quantum abit? *Quod erit commotum licentia, id comprimitur laude.* Haec non videntur ab tenui homine venisse, sibi optime respondentia, quum *aspera mitigari* infra dicat, et ante ponit *acrimoniam mitigatione leniendam.* GRONOV. Medicaeus, notante Gronovio, *ut quod erit commotum licentia, id comprimitur laude.* Scribe, *comprimatur laude.* Aut delendum est *ut* cum Erfurtensi et Duisburg. Pro *erit*, in Pith. et nonnullis edd. *erat*, ut scriptum fuerit olim: *Quod erat commotum licentia, id comprimitur laude.* GRAEV. In duobus manuscriptis Gryphii sic legitur: *quod erit commotum licentia, id laude constituetur;* quae non mala lectio est. Contrarium enim *constituere* est verbo *commovere:* sumpta similitudine ab aqua, cum, sedata tempestate, nescio quo pacto constituta quiescere videtur. Id est Graecis συνιστάναι, ni fallor. BRUT. Abest *ut* a Leid. IV. et I. a m. 1. MSS. quinque Ed. Med. *erat.* Leid. I. *mitigabitur.* Sed Voss. II. III. Leid. III. *id comprimatur laude.* Lego: *Quod erat commotum l., id comprimatur laude.* Abest *licentia* a Leid. II. OUD. *Id mitigabitur* AE. *id mitigetur* CD. *id laude comprimatur* T. Totum locum ita exhibuit Sch.: *Requiro: et quod erit commotum licentia, id comprimetur laude, ut.* Sed vulgo legitur: *Requiro: ut quod — id laude mitigetur, ut* cet. *Et* post *requiro* plane ignorat A. *ut* exhibent BCDT. Tum *erat commotum* ABCDE. *Comprimetur*, ut Sch. voluit, exhibent Oxonn. duo. Deinde pro vv. *laude ut* exhibent *laude ita ut* ACDE et Oxonn. duo. *L.*

Mitigetur, ut altera res] Pith. *id laude mitigetur, ita ut altera res.* GRAEV.

Res ab iracundia et molestia] Lamb. ed. *res ab iracundiae molestia.* GRAEV. Voss. I. Leid. I. II. *Iracundiae mol.* Superius *ita ut alt.* Ed. Med. OUD.

Altera ab errato] Sic solus Leid. III. Ceteri MSS. cum Edd. pp. repetunt *altera res ab er.* OUD. *Sicut in amicitia, ita in dicendo*] Erf. *sicut in amicitiam, item in dicendo.* GRAEV.

Ut et illi qui etc. *dicimus, amici eorum et veritatis esse videamur*] Suffridus ait exstare in Erfurdiensi *veritatis adsertores esse videamur;* quod et a manu recenti in Pal. sexto. Prius enim scriptum in illo: *ut et illi qui* etc. *dicimus, tamen tam sententia eorum qui dicunt, quam de quib. dicitur, vera habeatur;* quomodo item restat in quarto et Bruil. qui ultimus superscriptum habet: *tamen tam ipsos veriti esse videamur, quam* etc. GRUT. Lamb. et Grut. edd. *ut et illi qui audiunt.* MSS. et edd. *amici eorum et veritatis esse videamur.* Duisb. *tum etiam reverti videamur.* Margo Cratand. *et ipsos reveriti videamur.* Quam varie legatur in MSS., vid. in notis Gruteri. Falsum est in Erfurtensi, quem ipse tractavi, legi, *veritatis assertores*, quod in alio libro procul dubio invenit Suffridus. Nam in Erfurtensi sic pulchre legitur: *ut et illi, qui audient, a culpa absint, et nos, qui di-*

amici eorum et veritatis esse videamur. Est autem quoddam genus licentiae in dicendo, quod astutiore ratione comparatur: cum aut ita obiurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt obiurgari: aut id, quod scimus facile omnes audituros, dicimus nos timere, quomodo accipiant; sed tamen veritate commoveri, ut nihilo secius dicamus. Horum amborum generum exempla subiiciemus. Prioris, huiusmodi: Nimium, Quirites, animis estis simplicibus et mansuetis, nimium creditis unicuique. Exi-
261 stimatis unumquemque eniti, ut perficiat, quae vobis pollicitus sit: erratis, et frustra falsa spe iam diu detinemini: stultitia vestra est, qui, quod erat in vestra pote-

---

cimus, tam et ipsorum, quam et veritatis amici videamur. Cui codici lubens subscribo. Graev. MSS. O. et Edd. pp. *audient.* Voss. II. *tamen et am. e.* etc. Voss. I. Leid. II. *a. ipsorum* etc. Voss. III. *ipsorum et veritatis videamur amici.* Sed Leid. I. a m. pr. et III. dant *et nos tamen, q. d. et ipsos reveriti et veritatis assertores e. v.* Leid. IV. *e. n. q. d. tum ipsos reveriti esse vid.* Ed. Med. *e. n. q. d. amici cum ipsorum, tum veritatis e. v.* Lego *e. n. q. d. tamen et amici ipsorum, et veritatis e. v.* Si quis e Leid. I. *adsertores* inserere velit, per me licet. Oud. *Tamen et ipsos reveriti* (in quorum loco m. s. *amici ipsorum*) *et veritatis assertores esse vid.* A. *Eorum amici et assertores verit. esse v.* B. *et ipsos reveriti et veritatis assertores esse v.* C. *amici ipsorum et ver. esse v.* D. *tamen et ipsos reverti et ver. assertores esse vid.* E. *Amici eorum et veritatis esse vid.* T. *Amici ipsorum et veritatis esse vid.* e Codd. Ern.. *Tam ipsorum quam veritatis esse vid.* Sch. secundum Cod. Erf. Orell. Ernestium secutus est. *L.*

In dicendo] Voss. I. Leid. I. *in dicundo.* Oud.

Astutiore ratione] Erf. *astuti operatione.* Graev. Leid. III. IV. *astuta operatione.* Voss. II. *ast. licentia erat.* Ed. Omn. *astuta comparatione.* Oud.

Ipsi se cupiunt] In Duisb. non est *ipsi.* Graev. Deest *ipsi* Leid. IV. *se* Leid. *sese* in Ed. Med. Oud.

Dicimus nos timere quomodo] Abest ab Erfurt. *dicimus.* Graev. *Facile omnes audituros, dicimus.* Exsulant a Leid. IV. *dicimus* abest a Leid. III. Oud.

Veritate commoveri] Erf. *veritati commoveri.* Graev.

Exempla subiiciemus] Erf. *exempla subiicient.* Graev. Leid. II. *subiecimus.* Ed. Med. *subiiciamus.* Oud.

Prioris huiusmodi] Erf. *Prius est huiusmodi.* Duisb. *Prioris est huiusmodi.* Graev. Leid. IV. *prioris est h.* Oud.

Animis estis simplicibus] Leid. II. *an. estis omissis, simplicibus.* Quod eruditius est, quam ut a librario proficisci potuerit. Adi I. F. Gron. Observ. L. III. C. 7. Oud. *Suplicibus* A. *Et mansuetis* ABCDET. Recte censet Orellius, si illi Leidensi fidendum, scribendum esse: *animis estis omissis et mansuetis.* Apparet enim, *mansuetis* non esse glossema; contra *simplicibus* addititium esse. *L.*

state, ab aliis petere, quam ipsi sumere maluistis. Posterioris licentiae hoc erit exemplum: Mihi cum isto, iudices, fuit amicitia, sed ista tamen amicitia, tametsi

Stultitia vestra est qui, quod erat in vestra pot. etc.] Ita Pall. aliquot, et Bruil. vulgata enim, *quia quod.* GRUT. Erfurt. *Stultitia vestra. Quid quod erat in vestra potestate ab aliis petere, quam ipsi sumere maluistis?* Sic longe haec erunt acriora. *Stultitia vestra* pertinet ad praecedentia, ut totus locus sic sit legendus: *erratis, et frustra falsa spe iam diu detinemini stultitia vestra. Quid? quod erat in potestate vestra ab aliis petere, quam ipsi sumere maluistis?* Accedit ad huius vestigia Pithoei codex, in quo scribitur, *stultitia vestrà id, quod erat* etc. *sumere maluistis.* Quod nec ipsum est insipidum. τὸ *est* quod vulgatas obsidet, *stultitia vestra est*, in tribus meis MSS. non extat. Duo sunt reprehensionis capita, unum quod inani spe tam diu sua stultitia passi sint sibi illudi, alterum quod ab aliis petierint, quod ipsi potuerint per se consequi. Itaque merito distinctio codicis optimi Erfurtensis recipitur. GRAEV. Apage τὸ [v.] *est*, quod in nullo meorum comparet Codice, nec Ed. Omn. praeter Leid. III. in quo *est quia, quod.* In Ed. Omnib. etiam *quia.* In Med. *quia id quod.* Sed bene Voss. I. III. et Leid. II. *stultitiá vestrá id quod.* Malim autem sic, quam cum Graevio *detinemini stultitia vestra, qui* vel *quid?* OUD. *Detinemini stultitia vestra est quia* A. *Det. stultitia est vestra et id.* B. *Det. stultitia vestra est quia.* C. *Det. stultitia vestra est id.* D. *Det. stult. vestra id.* E. *Det. stultitia vestra est quia quod* T. Sch. scripsit: *det. qui id quod.* Orellius, Ernestium secutus: *detinemini. Stultitia vestra, id quod* cet. L.

Quam ipsi sumere] Lamb. ed. *quam vos ipsi sumere.* GRAEV.

Ista tamen amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis, vos me privastis] Et cur hinc expelli meruit, quod est in quondam editis et omnibus certe tribus nostris scriptis, *tamen dicam*, notavitque Lambinus? An repetitio τοῦ *tamen* potest efficere, ut non sit perfectissima haec ῥῆσις? *Ista tamen amicitia (tametsi vereor quomodo accepturi sitis, tamen dicam) vos me privastis.* Illud *dicam* non potest abesse, ut quod solet adiicere auctor. Hoc lib. cap. 3. *Non ausim dicere, sed tamen vereor ne qua in re laudem modestiae venentur, in ea ipsa re sint impudentes.* Poterat ibi tertium verbum omisisse, ut intelligeretur *suspectos agere*, aut simile. Pro Plancio, *Timide dico, sed tamen dicendum.* Porro illud *tametsi* cum sequente *tamen* non potest ab hoc auctore abigi, ut quod et in Cicerone passim legitur, tum ab nostro adhibetur supra cap. 20. et 21. et denuo mox seq. cap. et 51. GRONOV. Grut. et edd. recentiores: *tametsi vereor, quomodo accepturi sitis, tamen dicam, vos me.* In duobus tamen MSS. Pith. et Duisb. non habetur *tamen dicam.* Sed Erfurt. et Cauch. *ista tamen amicitia, tametsi vereor, quomodo accepturi sitis, tamen dicam, vos me privastis.* Quod et in Cratandri aliisque vetustioribus, nec non in Lambiniana, reperitur, quod Gronovius etiam observavit, et adstruxit. Haec verba *tamen dicam* primus delevit P. Victorius. Pro *vos me privastis* Erfurt. *vos privatis.* Est et in nonnullis vetustioribus editionibus *privatis*, nisi quod *me* retineant. GRAEV. Hic duo verba adiecimus, *tamen dicam*, quae in vulgatis fere omnibus absunt, et leguntur in duobus Gryph. ma-

vereor, quomodo accepturi sitis, tamen dicam, vos me privastis. Quid ita? quia ut vobis essem probatus, eum, qui vos obpugnabat, inimicum, quam amicum habere malui.

262 Ergo haec exornatio, cui licentiae nomen est, sicuti demonstravimus, duplici ratione tractabitur; acrimonia, quae si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude; et adsimulatione, de qua posterius diximus, quae non indiget mitigationis, propterea quod imitatur licentiam, et sua sponte ad animum auditoris se accommodat.

CAP. XXXVIII. Deminutio est, cum aliquid esse

---

nuscr. et Leon. editione. Eodem autem modo et Lamb. edidit. Brut. *Tamen dicam* MSS. O. et Edd. pp. Oud. *Sed isti* (*ista* m. s.) *tamen amic.* A. *tamen amicitia* om. B. *Sed ista tamen amicitia* CDE. *Sed ista am.* T. Tum pro *sitis* B. *estis.* Deinde *tamen dicam* ABCDET. Lecum Ern. ita scribit: *Sed ista am.— sitis — dicam tamen*, eumque secutus est Sch. Orellius, Codd. secutus: *Sed ista am. — sitis, tamen dicam* hoc ordine, idque rectius. *L.*

Habere malui] Leid. II. *h. volui.* Oud. Pro *malui* B. *malum*, vitiose. Quod est in Leid. II. *volui*, minime contemnendum est. Plura ille Cod. habet singularia. *L.*

Cui licentiae nomen] Leid. III. *cui licentia n.* Oud.

Acrimonia, quae] Erf. *acrimoniam, quae.* Graev.

Mitigabitur laude et assimilatione] Erf. *mitigabit laus et assimilatio.* Al. *mitigabitur laude. Et assimulatio est.* Graev. Leid. III. *mitigabit.* IV. *mitigabit laus.* Oud. *Mitigabit* (*—ur* m. s.) *laus* (*laude* m. s.) A. *mitigabit laus* E. *L.*

De qua posterius] Sic legendum, non ut in vulgatis, *superius.* Nam posteriore loco de eo licentiae genere praecepit, quod assimulatio, seu assimulatione, et astutia quadam constat: priore loco de ea licentia, quae per acrimoniam tractatur. Lamb. Duisb. *quam posterius diximus.* Edd. multae: *de qua superius diximus.* *Posterius* asserunt etiam tres nostri MSS. Graev. Ed. Omn. male *superius d.* Oud. *Superius* ADET. *Posterius* BC. idque dederunt Sch. Orell. *L.*

Ad animum auditoris se accommodat] Erf. et Cauch. *Ad animum auditoris sit accommodata.* Wechel. ed. *ad animum auditoris se commodat.* Al. *se ad animum auditoris accommodat.* Graev. Leid. I. III. IV. Voss. II. *sit adcommodata.* Oud. Paullo ante pro *licentiam* Sch. de coniectura dedit: *insinuationem.* Sed recte monuit Orell. vim sententiae esse in v. *imitatur*, idque esse: *imitatur tantummodo, non continet in se veram licentiam.* Tum quae sequuntur ita exhibent AB. *et sua sponte sit ad — accommodata. L.*

CAP. XXXVIII. *Deminutio est*] Duisb. et edd. *diminutio est.* Graev. *Deminutio.* Ita hoc loco, et *Deminuitur* paullo post atque alibi semper legitur in duobus Gryph. exemplaribus vetustioribus: quemadmodum veteres grammatici docent legendum. Brut. *Deminutio* Leid. I. In ceteris et Edd. pp. *dim.* Oud. *Diminutio* ABCDE. *L.*

Cum aliquid esse nobis aut in iis] Nulli humaniori et qui

in nobis, aut in iis, quos defendimus, aut natura, aut fortuna, aut industria dicemus egregium: quod, ne qua significetur arrogans ostentatio, deminuitur, et adtenuatur oratione, hoc modo: Nam hoc pro meo iure, iudices, dico, me labore et industria curasse, ut disciplinam militarem non in postremis tenerem. Hic si quis dixisset, ut optime tenerem; tametsi vere dixisset, tamen arrogans visus esset. Nunc et ad invidiam vitandam, et ad laudem comparandam satis dictum est. Item: Utrum 263
igitur avaritiae caussa an egestatis accessit ad maleficium? Avaritiae? at largissimus fuit in amicos, quod signum liberalitatis est, quae contraria avaritiae est. Egestatis? at

---

paulum intentiore doctrina hos libros legit, placere potest haec nescio cuius sic mutantis *χαχεξία*, quam sequutus tamen est Gruterus, quum anteriores editi haberent *esse in nobis aut in iis*, quod ipsum firmant bene multi codices scripti, firmant ea quae de geminari solita praepositione in hoc auctore ostendi. Quid quod praeterea insignis ille Medicaeus (ut in marginem coniecit Lambinus) *aliquid inesse in nobis aut in iis*, ut II, 33. et 40. Itaque unum saltem restitui. GRON. Erf. *qua aliquid n̄ esse in nobis.* Duisb. et Medic. teste Gronovio, *cum aliquid inesse in nobis.* Et sic Lambini editio. Grut. ed. *cum aliquid esse nobis.* Credo librarii negligentia *in* omissum esse. GRAEV. Voss. I. II. Leidd. O. Ed. Med. *inesse nobis.* Voss. I. Leid. II. Ed. Med. *aut his.* OUD. *Aut is* (m. s. *iis*) A. *aut in his* B. *aut in hiis* C. *aut in his* DE. Paulo post pr. vv. *aut fortuna* Sch. *aut forma*, propagato Ed. Ern. errore typographi. *Dicemus* ABCDE. et Ern. Sch. Orell. *L.*

Dicamus egregium] Lamb. ed. *egregium dicemus.* GRAEV.

Deminuitur et attenuatur] Duisb. *et deminuitur et attenuatur.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *dim.* OUD. *Diminuitur* ABCD. *dem.* E. *L.*

Nunc et ad invidiam vitandam et ad laudem comparandam] Duisb. *Nunc ad invidiam vitandam et laudem comparandam;* rotundius, quam vulgatae. GRAEV. Prius *et* deest Leid. IV. Ed. Med. Secundo loco *ad* bene deest MSS. O. et Edd. pp. excepto Leid. IV. OUD. Prius *et* om. AB. alterum *ad* ignorant ABCDE. *Et ad — et ad* dederunt Ern. Sch. Or. *L.*

Avaritiae causa an egestatis] Erf. *avaritia egestatis.* GRAEV. *Avaritiae caussa, an egestatis.* Sic Voss. III. In ceteris et Edd. pp. male *aut eg.* OUD.

Accessit ad maleficium] Erf. *accessit ad maleficiam.* GRAEV. Paullo post vv. *quod signum — avaritiae est* ut turpissimum emblema eiecit Sch. Erravit Orellius, qui putabat haec tantum: *quae contraria avaritiae est* a Sch. eiecta esse, quare uncos non ultra ista quatuor verba extendit. Ceterum veram indico Sch. sententiam. *Hic in amicos* CET. Cetera omnes ut vulgata. Sed Cod. A. omnia ista: *avaritiae? aut l. f. in am. quod sign. lib. est, quae contr. est av. egestatis*, sic scripta, in margine habet a m. s. *L.*

Egestatis? at huic quidem] Erf. *Egestatis, huic quidem.* GRAEVIUS.

huic quidem pater, (nolo nimium dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit. Hic quoque vitatum est, ne magnum aut maximum diceretur. Hoc igitur in nostris, aut eorum, quos defendemus, egregiis commodis proferendis observabimus. Nam eiusmodi res et invidiam contrahunt in vita, et odium in oratione, si inconsiderate tractes. Quare quemadmodum ratione in vivendo fugitur invidia, sic in dicendo, consilio vitatur odium.

CAP. XXXIX. Descriptio nominatur, quae rerum consequentium continet perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem, hoc modo: Quod si istum, iudices, vestris sententiis liberaveritis, statim sicut e cavea

---

Hic quoque vitatum est] Pith. *hic quoque vitandum est.* Graev. Leid. II. *vitandum e.* Oud.

Quos defendemus] Duisb. *quos defendimus.* Graev. MSS. quinque cum Ed. Med. *q. defendimus.* Oud.

Comm. proferendis] Voss. I. Leid. I. *c. proferundis.* Oud.

Quemadmodum ratione vivendi fugitur invidia] Istud malui cum Pal. pr. ac sec. quam quod erat in ceteris, *in ratione vivendi*, aut, *ratione in vivendo.* Vulgata, *ratione in vivendo.* Gruter. Non invideo hoc aliis. Sed quod expressum invenio in sola D. Gothofredi ann. 1594. *quemadmodum ratione in vivendo fug.*, mihi unica et verissima videtur manus doctissimi huius scriptoris; non tantum ideo, quod sic reperiam in tribus meis codicibus, et quod ratio in vivendo sic recte opponatur consilio in dicendo, sed etiam quod illud *ratione* elegantius est, quam ut corruptum videri queat aut debeat. Ut 3, 11. *ratione comparatus.* 4. 17. *indiget rationis*, quod alias solet augere et dicere *ratione quadam.* Gronov. Erf. *ratione in vivendo fulcitur invidia.* Grut. et al. edd. *ratione vivendi fugitur invidia.* Lamb. ed. *in vivendo ratione fugitur.* MSS. *in ratione vivendi. Ratione in vivendo* asserit Erfurtensis, Cratandri, aliaeque plures editiones, quod merito cum Iac. Gronovio amplector. Graev. Voss. I. II. Leid. II. Ed. Med. *in ratione vivendi.* V. Gronov. Oud. *Ratione minuendo* (*minuendi* m. 1.) A. *in ratione vivendi* BD. *ratione vivendo* CE. *ratione in vivendo* T. atque ita etiam Ern. e MSS. restituerat, quem secuti sunt Sch. Orell. *L.*

In dicendo] Voss. I. Leid. I. *in dicundo.* Oud.

CAP. XXXIX. *Sicut e cavea leo emissus*] Sic scripsi, Erfortensem, Duisburgensem, et Lambinianam editionem secutus. Vulgo *leo missus.* Graev. *Leo Phoenissus* habent duo Gryph. B. C. quod a me hoc loco non eo annotatum est, quod lectionem vulgatam haud probem; sed quod hanc temere non esse abiiciendam putem. Hoc mihi certe constitutum est, nihil nisi plane ineptum et contemnendum, in quo varient vetera exemplaria a vulgatis, non cum fide repraesentare. Brut. Voss. I. Ed. Med. *ex.* II. *et.* Leid. III. *a. inmissus.* Voss. I. *missus* Voss. III. Leid. II. Ed. Omn. Sed in Leid. I. *semissus.* Voss. II. *fenissus.* Oud. *Leo missus* BCDET. atque ita scripserunt Sch. Orell. *foenissus* A. sed a m. 2. *missus.* *L.*

leo emissus, aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis, volitabit, et vagabitur in foro, acuens dentes multos in cuiusque fortunas, in omnes amicos atque inimicos, notos 264
atque ignotos incursans; aliorum famam depeculans, aliorum caput obpugnans, aliorum domum atque omnem familiam perfringens, rempublicam funditus labefactans. Quare, iudices, eiicite eum de civitate; liberate omnes formidine; vobis denique ipsis consulite. Nam si istum impunitum dimiseritis, in vosmet ipsos, mihi credite, feram et truculentam bestiam, iudices, immiseritis. Item: Nam si de hoc, iudices, gravem sententiam tuleritis, uno iudicio simul multos iugulaveritis. Grandis natu parens, cuius spes senectutis omnis in huius adolescentia posita est, quare velit in vita manere, non habebit: filii parvi, privati patris auxilio, ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi: tota domus huius indigna concidet calamitate: at inimici statim sanguinolenta palma, crudelissima victoria potiti, insultabunt in horum mise-

---

Acuens dentes multos] Gembl. Tos. Liliensis Bruil. *habens dentes multos*, quod forsan melius; neque aliter est in Pal. quarto aut sexto. Posset tamen retineri vulgatum, dummodo *multos* reformaretur in *inultos*. Grut. In multis MSS. est *habens*. Erf. et Pith. itidem *habens* prae se ferunt. Pithoeus quoque coniecit scribendum esse *inultos*. Lambinus plane delevit *multos* in editione sua. Graev. Vid. Toll. ad Longin. pag. 241. Lambin. vocem *multos* tollit, tamquam redundantem. In duobus Gryph. *habens dentes multos* legitur. Brut. Leidd. I. a m. I. item III. IV. *habens*. Dein *multas* Leid. I. a m. I. *inultos* iam Editio Mediol. expressit. Oud. Vocem *multos* ABCDE. exhibent, recte delevit Sch. uncis inclusit Orell. recte hoc additamentum ortum iudicans ex prava lectione *habens* pro *acuens*. *L.*

Aliorum caput oppugnans] Cauch. *a. c. obpugnans*. Ed. Cratand. *aliorum caput depugnans*. Graev.

Atque omnem familiam] Voss. I. Leid. IV. Ed. Omn. *at omnem f.* Leid. I. *ac familiam*. Voss. III. *et o. f.* Leid. II. *ac familiam omnem*. Vere. Oud.

Rempublicam funditus labefactans] Erf. et Duisb. non agnoscant *labefactans*. Sed Duisb. legit *funditusque labefactans*. Graev. Desunt duae primae voces Leid. I. *Remp.* abest Voss. II. Leid. III. IV. Sed in duobus ultimis *funditusque*. Oud.

Vobis denique ipsis consulite] Al. *vobisque ipsis consulite*. Graevius.

Bestiam, iudices, immis.] Voss. III. Leid. II. III. Ed. Med. carent τῷ [v.] *iudices* melius. Oud. *Iudices* retinent BCDT. om. E. et A. a m. s. Deleverunt Ern. Sch, reduxit Orell. *L.*

Cui spes senectutis] Sic Erf. Vulgg. *cuius spes senectutis*. Graev.

Sanguinolenta palma, crudelissima] Erf. *Sanguinolentam palmam, crudelissima*. Graev.

rias, et superbi re simul, et verbis invehentur. Item: Nam neminem nostrum fugit, Quirites, capta urbe, quae miseriae consequi soleant: arma qui contra tulerunt, statim crudelissime trucidantur: ceteri, qui possunt per ae-

---

Et superbi re simul et verbis] Ita libri nostri meliores. Vulgata sine copula, *superbia re etc.* GRUTER. Vulgg. *superbia re simul et verbis invehentur.* Erf. et Duisb. *et superbia simul et verbis invehentur.* Margo Cratand. *et superbi re simul et verbis invenientur.* Lamb. ed. *et superbis factis simul et verbis invehentur.* Unde hanc lectionem hauserit, equidem ignoro. Mox ex Erfurtensi et Cauch. recepi, *arma qui contra tulerunt*, cum in editis sit *arma qui contra tulerint.* Sequentia hunc modum desiderant. GRAEV. *Et superbi re simul, et verbis invehentur.* Ita legitur in libro uno Gryphii et Leoniceni editione. Alius Gryphii in postremo verbo modo variat, et *invenientur* habet. Alii ita, *et superbia simul, et verbis invehentur.* Secus legit Lambin. ex usitata latini sermonis ratione, *et superbis factis simul et verbis invehentur.* Vix enim haec solent disiuncta efferri, in superbi hominis fastidio, et insolentia augenda. Itaque aut, *re et verbis;* aut *factis et verbis* videtur legendum. BRUT. Voss. O. Leid. II. III. IV. *superbia simul* etc. Ed. Med. *superbi rebus s.* Leid. I. *invenientur.* OUD. *Et superbire* (*superbia* m. s.) *s. et verb.* A. *Et superbia s. et v.* BDT. *et superbi re s. et v.* CE. quod iam Gruterus rescripsit secutique sunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Neminem vestrum fugit] Sic MSS. O. et Edd. pp. vulgo male *nostrum.* OUD. *Vestrum* exh. BCDET. *Utrum* A. sed *vestrum* a m. s. Paullo post *urbe capta*, hoc ordine, ABCDE. quem admittendum non putaverim. Contra si legeretur *urbe capta, agris devastatis, villis incensis* vel tale quid oppositi, obsecundandum esset istis Codd. *L.*

Cr. trucidantur] Voss. I. Leid. I. III. *cr. trucidabuntur.* OUD.

Per aetatem et vires laborem ferre] Bruil. et Pal. quart. *per aetatem, heri laborem.* Vix admiserim. GRUT. Hi quum sint in collatione Gruteriana non plane infimi, est utique operae pretium adhaerere iis paululum, praesertim quum et Medicaeus *Per aetatem herium laborem*, adeo ut vix dubitare queam, quin et plures apud Gruterum abierint ab vulgato, quod est recentiorum codicum, qui iure suo et more id confecerunt, quum prave spectarent illud vetus, in quo latere opinor *qui per aetatem servum laborem*, qui scilicet omnino est gravissimus ac minime tolerabilis, ut in tertia Agraria dixit, *praedia libera vel serva*, et *servas urbes* Livius. GRONOV. Tres Grut. *per aetatem heri laborem ferre.* Medic. *per aetatem herium laborem ferre.* Tres MSS. Erf. Pith. Duisb. tuentur vulgatam, nisi quod in Pith. *per aetatem et vires laborem referre.* Sed Cauch. habet *heri* pro *et vires.* GRAEV. Leid. I. *per aet. herilem l. f.* Voss. II. *per aet. dominorum l. f.* Leid. III. *per aet. aevi l. f.* Ed. Med. *p. aet. et vires laborem dominorum f.* Videtur excidisse *herilem.* Sic *herile imperium, praeceptum,* etc. *labor herilis* ab hero imponi solitus. Adi comment. OUD. *Per aetatem* (*et per vires* m. s.) *dominorum* (delet hoc m. s.) *laborum* (— *re* m. s.) A. *Per aetatem et vires dominorum laborem* E. Vera est scriptura Leid. primi. *L.*

tatem et vires laborem ferre, rapiuntur in servitutem: qui non possunt, vita privantur: uno denique atque eodem tempore domus hostili flagrabit incendio, et quos natura, aut voluntas necessitudine, aut benivolentia coniunxit, distrahuntur: liberi partim e gremiis parentum diripiuntur, partim in sinu iugulantur, partim ante pedes constuprantur. Nemo, iudices, est, qui possit satis rem

---

Domus hostili flagrabit incendio] Erf. *domus hostilis flagrabat incendio.* Edd. *domus hostili flagrat incendio.* Ed. Lamb. *domus hostili flagrant incendio.* GRAEV. *Flagrabit* ABCDET. quo loco notat Orellius, Codicem Turic. per omnem hunc locum futura exhibere, sic: *tulerint, — trucidabuntur — rapientur — privabuntur — flagrabit — coniunxerit — distrahentur — deripientur — iugulabuntur — constuprabuntur;* a qua lectione plus minusve recedunt reliqui Codd. sic: *tulerunt* BC. *trucidantur* ABCDE. *Rapiuntur* ABCDE. *Privantur* iidem praeter E. *Flagrabit* iidem omnes, pro Sch. scripsit *flagrant*, Lambin. secutus. *Coniunxit, distrahuntur* iidem praeter C. *Diripiuntur* BC. pro quo *rapiuntur* AE. *deripiuntur* D. *Iugulantur* iidem omnes. *Constuprantur* ADC. In his qui notati non sunt, futura exhibent. Quae si admittuntur, certum aliquod factum demonstrabitur, quod haud dubie eventurum sit. *L.*

Necessitudine aut benevolentia coniunxit] Erf. *necessitudine benevolentia coniunxit.* Pith. *necessitudine et benevolentia coniunxerit.* Plerique editi etiam habent *coniunxerit*, sed male. GRAEV. Leid. II. *necessitate et b.* in Voss. I. Leid. I. quoque *et b.* in Voss. III. *ac b.* deest copula Ed. Omn. OUD.

E gremiis p.] Leid. III. *e gremio p.* OUD.

Deripiuntur] Sic legendum potius, quam, ut est in vulgatis, *diripiuntur.* Est enim *deripere*, de aliquo loco rapere; *diripere* autem in diversas partes rapere et discerpere, seu dilacerare. LAMB. Insulse hic Lambinus, *deripiuntur.* Alterum enim hic proprium est, ut exemplis aliquot palam fecimus ante viginti aliquot annos, in animadversionibus ad Senecam. GRUT. Pith. *rapiuntur in servitutem.* Ed. Lamb. *in servitutem deripiuntur.* Vere utique Lambinus, quamvis renuant MSS. Aliud longe est *diripi*, aliud *deripi*, quamvis saepe librarii eas voces confuderint ac corruperint, ut multis exemplis docet Vir summus Nicolaus Heinsius ad Ovidium. GRAEV.

In sinu iugulantur] Erf. *in sinum iugulantur.* GRAEV. Leid. III. *in sinuo i.* OUD.

Partim ante pedes constuprantur] Iidem videntur velle *ante aedes*, quod esset *in publico.* Sed praeferendum vulgatum. GRUT. In Medicaeo nullum vestigium vel huius vel illius vocis, et forsan debet universa abesse, quum ferocia et violentia hostilis huc quoque accedat, ut antequam indulgere mortem velit, ludibriis quibuscunque et inter haec stupris quoque prius illudat. GRONOV. Erf. Duisb. et nonnulli Gruteriani, *ante aedes constuprantur.* Medicaeus, notante Gronovio, *ante constuprantur.* GRAEV. Leid. II. *ante patres.* Leid. III. IV. Ed. Omn. *ante aedes* Med. *a. p. parentum.* Forsan scripsit auctor *ante Lares* vel *Penates.* OUD.

Nemo iudices est] Erf. *Nemo iudicum est.* GRAEV.

consequi verbis, nec referre oratione magnitudinem cala-
266 mitatis. Hoc genere exornationis vel indignatio, vel misericordia potest commoveri, cum res consequentes comprehensae universae perspicua breviter exprimuntur oratione.

Divisio est, quae rem semovens a re, utramque absolvit, ratione subiecta; hoc modo:

CAP. XL. Cur ego nunc tibi quidquam obiiciam? si probus es, non meruisti: sin improbus, non commoveris. Item: Quid nunc ego de meis propriis meritis praedicem? si meministis, obtundam: sin obliti estis, cum re nihil egerim, quid est, quod verbis proficere possim? Item: Duae res sunt, quae possunt homines ad turpe compendium commovere, inopia atque avaritia. Te avarum in fraterna divisione cognovimus: inopem atque egentem nunc videmus. Qui potes igitur ostendere

---

Referre oratione] Voss. I. Leid. II. *efferre o.* Non male. *ferre* Leid. III. Oud.

Hoc genere exornationis] Erf. *Hoc de genere exornationis.* Graevius.

Quae rem semovens a re utramque absolvit] Erf. *quae rem semovens ab re utraque absolvito.* Graev. MSS. quatuor *ab re.* Leid. III. *removens.* Oud. *Ab re* ABCDE. Ita scripsit Sch. et Orell. *L.*

CAP. XL. *Cur ego nunc tibi*] Duisb. *Cur igitur nunc tibi.* Graevius.

Sin improbus, non commoveris] Legendum fortasse est, *non commoveberis.* Lamb. Erf. et Duisb. *si improbus, non commovere.* Pith. *sin improbus, non commoveres.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *si.* Dein *commoveris* in solo Leid. III. *commovearis* Voss. II. In caeteris et Edd. pp. *commovere.* Non male Lamb. *Commoveberis.* Oud. *Commovere* A. *commovebere* C. quod verum est. Saltem Cicero sibi temperavit ab usu formarum passivarum in — *ris*, et ubique videtur praetulisse eas, quae in — *re* terminantur. *L.*

De meis promeritis praedicem?] Edd. *de meis propriis meritis praedicem? Mea propria merita* non probant caste et emendate loquentes. Sapit idiotismum linguarum huius aetatis. Optime hic quoque Erfurtensis: *quid nunc ego de meis promeritis praedicem?* qua voce Cicero etiam alibi utitur; in Orat. post reditum ad Quirites: *quare hoc maius est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismetipsis reddidistis.* Sed cum eam vocem ignorarent aut librarii, aut scioli, mutarunt *promeritis* in *propriis meritis.* Graev. Deest *meis* Leid. III. IV. Bene; nisi quod malim cum Graevio *de meis promeritis.* Oud. *Propriis meritis meis* A. *meis propriis meritis* BCDT. *meis probis* (e corr. *propriis*) m. E. *De meis meritis* scripsit Sch. *de meis promeritis* Orell. Vox *promeritis* non est Ciceroniana, sed illius tamen aetatis. Cf. Wolf. ad quatuor Oratt. suspectas. pag. 10. *L.*

Sin obliti] MSS. O. Edd. pp. *si o.* Oud.

caussam maleficii non fuisse? Inter hanc divisionem, et illam, quae de partibus orationis tertia est, de qua in libro primo diximus secundum narrationem, hoc interest: Illa dividit per enumerationem, aut per expositionem, quibus de rebus in tota oratione disputatio futura sit: haec se statim explicat, et brevi duabus, aut pluribus partibus subiiciens rationes, exornat orationem. 267
Frequentatio est, cum res in tota caussa dispersae coguntur in unum, quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit, hoc pacto: A quo tandem abest iste vitio? quid est, iudices, cur velitis eum liberare? Suae pudicitiae proditor est, insidiator alienae; cupidus, intemperans, petulans, superbus; impius in parentes, ingratus in amicos, infestus cognatis, in superiores contumax, in aequos

---

De partibus orationis] Voss. O. Leid. II. *in part.* Ed. Med. *de p. Rhetoricae.* Oud.

In libro primo diximus secundum narrationem] Erf. *In libro primo dum narrationem demonstravimus.* Graev.

Hoc interest: Illa dividit] Lamb. ed. *Hoc interest, quod illa dividit.* Graev. Voss. I. Leid. II. *quod illa d.* Ed. Med. *quia illa d.* Oud.

In tota oratione] Erf. *In totam orationem.* Graev. *In totam orationem* ACDET. Suspicatus Orellius verum esse: *per totam orationem*, idque exhibet Cod. B. Ita igitur scribendum fuerit. *L.*

Et brevi duabus] Al. *et breviter duabus.* Graev.

Aut pluribus partibus subiiciens] Duisb. *aut pluribus subiiciens.* Graev.

Res in tota causa] Duisb. et Erf. *res tota causa.* Graev. Deest praepositio Leid. IV. Sed Leid. III. *tota in c.* Oud.

Coguntur in unum] Praetuli istud, inventum in Pal. quarto, quinto, Br. publicati, *unum in locum.* Grut. Multi MSS. et edd. *coguntur unum in locum.* Subscribunt Gruterianis Pith. et Erfurt. Graev. *Coguntur in unum.* Sic solus Leid. III. ceteri et Edd. pp. addunt *locum.* Leid. II. cum Ed. Omn. bene *c. unum in locum.* Vide ad Caes. L. II. B. G. c. 5. *copias in unum locum coactas.* Cic. L. XV. ad F. Ep. 4. *coactoque in unum locum exercitu.* Immo mox: *Suspiciones unum in locum coactae.* C. 41. *his in unum locum collatis.* Oud. *In unum locum* ABCDE, ex quo fecit Sch. *unum in locum.* Male. Cod. Tur. cum aliis bonis codd. verum exhibet *in unum*, idque retinendum est, retinuitque Orellius. *L.*

Quid est, iudices, cur velitis eum liberare] Erf. *quid est, cur iudicio velit eum liberare?* Duisb. *quid est cur iudicio velitis eum liberare.* Graev. MSS. plerique *quid est cur i.* Leid. I. IV. Voss. II. Ed. Omn. *iudicio.* Leid. II. *quid est quod i.* Oud. *Quid est cur vicio* (m. s. delet *vicio* et corr. *iudices*) A. *Q. e. cur iud.* BCD. *quid est cur iudicio* E. *q. e. c. indicio* T. *L.*

Infestus in cognatos] Sic tamen in nullo meorum trium reperio; qui omnes *infestus cognatis*, ut in margine Lambinus.

et pares fastidiosus, in inferiores crudelis, denique in omnes intolerabilis.

Eiusdem generis est illa frequentatio, quae plurimum coniecturalibus caussis opitulatur, cum suspiciones, quae separatim dictae, minutae et infirmae erant, unum in locum coactae rem videntur perspicuam facere, non suspiciosam, hoc pacto: Nolite igitur, nolite, iudices, ea, quae dixi, separatim spectare: sed omnia colligite, et conferte in unum.

CAP. XLI. Si et commodum ad istum ex illius morte veniebat, et vita hominis est turpissima, animus
268 avarissimus, fortuna familiaris rei adtenuatissima, et res

---

Gron. Erf. et Duisb. ut et edd. vett. *infestus cognatis*, quod Gronovius etiam in suis vidit. Al. *Infestus in cognatos.* Graev. Quemadmodum edidit Lambin. habent vetera exemplaria manuscripta, a quibus ratio stat et usus latinae linguae. Brut. Voss. III. Edd. pp. *inf. in cognatos.* Oud. *Infestus cognatis* ABCDET. Scripsit Sch. *inf. cognatis.* Orell. *inf. in cognatos*, illud e correctione originem duxisse putans. *L.*

In omnes intolerabilis] Erf. *in omnibus intolerabilis.* Graev.

Illa frequentatio] Deest ultima vox Leid. II. Oud.

Quae separatim dictae] Lamb. ed. *quae separatim iactae.* Graevius.

Rem videntur perspicuam] Erf. et Duisb. *rem viderentur perspicuam.* Graev. Leid. IV. *r. viderentur* Oud. Paullo ante in *unum locum* AE. *unum in locum* BCD. *L.*

Nolite igitur, nolite, iudices, ea quae dixi] Duisb. *nolite igitur, nolite ea quae dixi.* Lamb. ed. *nolite igitur, iudices, nolite.* Graev. Leid. IV. deest *iudices.* Oud. *Nolite igitur, nolite, iudices* ABCDE. *L.*

Conferte in unum] Pith. *conferte in unum locum.* Graev. Addunt rursus *locum* Leid. II. Voss. III. cum Ed. Omn. Oud. *Ferte unum in locum* B. *conferte in unum locum* CD. *in unum conferte* E. Sch. et Orell. vulgatam recte tuiti sunt. *L.*

CAP. XLI. *Ex illius morte*] Erf. *ex morte illius.* Graev.

Animus avarissimus] Duisb. *avimus avarissimus.* Graev. Leid. IV. *a amarissimus.* Oud. *Amarissimus* BC. *L.*

Fortuna familiaris rei attenuatissima] MSS. omnes *fortunae*, et duo *fortunae familiares attenuatissimae*, ut Lambinus in ora. Sed videtur fuisse *fortunae familiaris rei attenuatissimae*, ut cap. 43. *reipublicae fortunis.* Mox Medicaeus *spatium conveniendi largissimum.* Tum *partim quaestionibus, partim argumentis.* Gronov. Duisb. *fortuna familiares attenuatissime.* MSS. duo et Lamb. ed. *fortunae familiares attenuatissimae.* Graev. *Fortuna familiaris rei attenuatissima.* Ita legitur in uno Gryphii manuscript. recentiore, et in Aldi, et Victorii editione. Alii numero multitudinis, *fortunae familiaris rei atque attenuatissimae* legunt. Duo alii Gryphii manuscript. et Leoniceu. *fortunae familiares attenuatissimae:* quam lectionem probat Lambinus. Brut. Voss. O. Leid. II. Ed. Omn. *fortunae familiares adtenuatissimae.* Leid. IV. *fortuna, familia, res attenuatissime.* Ed. Med. *fortunae attenua-*

ista bono nemini praeter istum fuit: neque alius quisquam aeque commode, neque iste aliis commodioribus rationibus facere potuit: neque praeteritum quidquam est ab isto, quod opus fuerit ad maleficium: neque factum, quod opus non fuerit: et cum locus idoneus maxime quaesitus, tum occasio adgrediendi commoda, tempus adeundi opportunissimum, spatium conficiendi longissimum sumtum est, non sine maxima occultandi et perficiendi maleficii spe: et praeterea ante quam occisus homo is est, iste visus est in eo loco, in quo est occisio facta, solus: paullo post in ipso maleficio, vox illius, qui occidebatur, audita est: deinde post occisionem, istum multa nocte domum rediisse constat; postera die titubanter et inconstan-

---

tissimae. Vera videtur Gronovii correctio *fortunae familiaris rei.* Leid. I. *tenuissima.* OUD. *Fortunae familiares atentissime* B. *fortuna familiaris rei attenuatissima* C. *Fortunae familiares attenuatissimae* ADE. Atque ita dederunt Sch. Orell. Pluralis numerus *familiares* suspectus Ernestio. *L.*

Neque factum, quod opus non fuerit] Haec verba non extant in Erfurt. et Duisb. praeterea in Erfurt. non reperitur quoque quod praecedit haec verba, *ad maleficium.* GRAEV. *Ad maleficium* usque ad *fuerit* desunt Leid. III. IV. OUD. Verba: *neque factum quod opus non fuit* inter versus scripta in Cod. A. *neque f. quod non oportuerit* E. *aut factum quod opus non fuerit* F. Eadem verba om. Oxonn. unus, omisitque Sch. *L.*

Longissimum sumtum est, non sine maxima occultandi et perficiendi] Haec verba non sunt in Pithoei codice. GRAEV.

Occultandi et perficiendi maleficii spe] Erf. *occultandi et perficiundi maleficii spe.* Duisb. *occultandi maleficii spe.* Lamb. ed. *perficiendi et occultandi maleficii spe.* GRAEV. A Leid. I. III. IV. Voss. II. exsulant *et perficiendi.* A Leid. II. et IV. abest *maleficii.* OUD. *Spe occultandi maleficii* (omissis: *et perficiendi*) A. *occ. et perf. spe maleficii* B. *occ. et perf. mal. spe* CD. Vv. *et perficiendi* om. ET. delevit Sch. uncis inclusit Orell. *L.*

Visus est in eo loco] Al. *visus est in loco.* GRAEV.

In ipso maleficio] Necesse habui istud admittere, ob consensum omnium Pall. et Br. nam alioqui non absurde impressi, *in ipso loco maleficii.* GRUT. Edd. pleraeque, *in ipso loco maleficii.* Gruterianis adstipulantur Erfurt. et Duisb. GRAEV. Voss. II. *in ipso maleficii loco, in quo.* Leid. III. *in i. loco maleficii.* OUD. *In ipso maleficio vox il.* AE. *In ipso loco maleficii v. i.* BDT. *in ipso maleficii illius vox* C. Scripsit Sch. *in ipso vox illius;* contra Orell. *in ipso loco maleficii vox illius.* Paullo ante *is homo occisus est*, hoc ordine, e Cod. T. scripsit Orell. *Occisus is homo est* ACD. *L.*

Audita est] In Erfurt. et Duisb. non habetur *est.* GRAEV. Verbum deest Voss. O. Leid. II. IV. Bene. OUD. *Audita est* ACDE. *est aud.* B. omiserunt *est* Sch. Orell. *L.*

Redisse constat] Sic MSS. O. non *rediisse.* OUD.

Postera die] Erf. Duisb. et Lamb. ed. *postero die.* In verbis

ter de occisione illius locutum: haec partim testimoniis, partim quaestionibus, et argumentis omnia comprobantur, et rumore populi, quem ex argumentis natum, necesse est
269 esse verum: vestrum est, iudices, his in unum locum collatis, certam sumere scientiam, non suspicionem maleficii. Nam unum aliquid, aut alterum potest in istum casu cecidisse suspiciose: ut omnia inter se a primo ad

---

praecedentibus Duisb. *redisse* pro vulgato *rediisse*. Graev. MSS. quinque meliores *postero d.* Oud.

De occisione illius locutum] Erf. Duisb. *de occisione filium locutum*. Cauch. *de occisione filiis locutum*. Graev. Leid. III. *d. o. eius*. IV. *d. o. filiis*. Oud.

Partim quaestionibus et argumentis omnia comprobantur] Erf. *partim quaestionibus argumentatis comprobata*. Graev. *Partim quaestionibus argumentis* E. *partim quaest. partim argum.* C. *partim q. partim argumentationibus* Oxon. unus. Vv. *et argumentis* om. T. quapropter Orell. uncis inclusit. *L.*

Et rumore populi] Erf. *et rumorem populi*. Graev.

Necesse est esse verum] Duisb. *necesse est verum*. Graev. Deest infinitivus Leid. IV. Oud.

Vestrum est, iudices, his in unum locum collatis] Erfurt. *vestrum, iudices erit, ex his in unum collatis*. Nec longe abit Duisb. *vestrum iudices, ex his in unum collatis*. Cauch. *vestrum est, iudices, ex his in unum collatis*. *Ex* sane non est negligendum. Graev. Voss. III. *V. quapropter est i.* Leid. IV. *V. ind. ex his*. Leid. II. *his omnibus* etc. bene. *Locum* deest Ed. Med. *collocatis* MSS. quatuor cum Ed. Omn. Oud. *Unum in locum collocatis* ACD. *in unum collatis locum* B. V. *locum* uncis inclusit Orell. *L.*

Certam sumere scientiam]. Liber unus manuscriptus habet, *sumere sententiam;* non probo. Lamb. Passim omnes edd. *Certam sumere scientiam*. At enim MSS. nostri persistunt in *sumere sententiam*. Grut. Nonnulli MSS. *certam sumere sententiam*. *Scientiam* probant tres codices optimi Erfurt. Duisb. et Cauch. Graev. Voss. I. II. Leid. III. Ed. Omn. *s. sententiam*. Oud.

Nam unum aliquid aut alterum] Erf. et Lamb. ed. *nam unum aliquod aut alterum*. Graev.

Potest in istum casu cecidisse] Erf. et Cauch. *potest in istum casum cecidisse*. Sed in Cauch. *m.* suppositum habet punctum, quod est nota, litteram istam esse delendam. Graev. MSS. quatuor *casum* cum Ed. Omn. Oud.

A primo ad postremum conveniant maleficia] Duisb. *a primo ad postremum conveniant maleficio*. Lamb. ed. *a primo ad postremum conveniant, necesse*. Graev. Tollit Lambinus vocem *maleficia*, ut ineptam et incommodam huic loco, manuscriptis quidem et vulgatis omnibus reclamantibus, sed approbante ratione: quam et ipsi potiorem tanto consensu veterum exemplarium habuimus. Brut. Voss. III. *nec. e. c. maleficium n. p. f.* Oud. *Conveniant maleficia*. ABCE. *Convenient maleficia* D. Vocem *maleficia* uncis incl. Ern. Orell. delevit Sch. *L.*

Casu non posse fieri] Erf. *casu non potest fieri*. Graevius. Leid. II. *potest*. Oud.

postremum conveniant maleficia, necesse est casu non posse fieri. Vehemens est haec exornatio, et in coniecturali constitutione caussae ferme semper necessaria, et in ceteris generibus caussarum, et in omni oratione adhibenda nonnumquam.

CAP. XLII. Expolitio est, cum in eodem loco manemus, et aliud atque aliud dicere videmur. Ea dupliciter fit, si aut eamdem plane dicimus rem, aut de eadem re. Eamdem rem dicemus, non eodem modo (nam id obtundere auditorem est, non rem expolire) sed commutate. Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, 270

Vehemens est haec exornatio] Erf. *vehemens haec est exornatio.* GRAEV. *Vehemens haec est.* Sic MSS. excepto Leid. III. in quo *v. est haec.* OUD. *Est haec* CDE. *haec est* AB. *L.*

CAP. XLII. *Ea autem dupliciter fit*] Canch. et Lamb. ed. *ea dupliciter fit.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *Ea autem d. f.* Ed. Omn. *dupl. autem f.* OUD.

Si aut eandem plane] Duisb. *si* non agnoscit. GRAEV. Leid. IV. non agnoscit *si.* OUD.

Eandem plane dicimus rem] Erf. *eandem plane dicemus rem.* GRAEV. MSS. O. Edd. pp. *dicemus*, recte. OUD.

Eandem rem dicemus] Ab Erf. abest *eandem rem.* GRAEV.

Non eodem modo] Sequitur infra, *sed commutate*, id est, commutata ratione dicendi: idque tripliciter, ut mox subiicit, ibi, *Commutabimus tripliciter, etc. commutabimus autem*, nempe modum dicendi. Mendose autem legitur in libris vulgatis, *sed commutare*, cum libri scripti habeant, *sed commutate. Commutabimus triplicites etc.* LAMB.

Nam id obtundere auditorem] Erf. *nam id optinere auditorem.* Vulgati *nam id quidem obtundere auditorem.* Delevi autem *quidem* volentibus Pithoeano et Duisburgensi. GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *nam id quidem ob.* Leid. IV. *n. id obtinere alias obt.* OUD.

Sed commutate: commutabimus tripliciter] Ex libri manuscripti auctoritate legendum est, *sed commutare debemus. Commutabimus autem tripliciter* etc. F. URSIN.

Sed commutate] Ita quoque praeter Lambinianos noster quartus. Et sic omnino legendum, non *commutare*, cuivis patet ex nostra distinctione. GRUT. Al. *sed commutare.* Al. *sed commutando.* GRAEV. *Sed commutate* legas, ut Lambin. recte ex manuscriptis emendat; a quibus stant nostri, et ratio adeo, quam sequimur. BRUT. *Sed commutate.* Sic Voss. II. in ceteris *sed commutare;* unde Omnib. addidit *debemus.* Ed. Med. *sed commutatione.* OUD. Paullo post vocem *tractando* in *traducendo* Sch. commutaverat in priore Editione. In altera scripsit quidem *tractando*, suspicatur tamen legendum esse *traducendo.* Sed si genuinum est, inquit, *tractando*, quod et hic et duobus aliis qui seqq. locis codd. agnoscunt, significat, quod bene monuit I. C. T. ERN. in lexico Technol. Lat. Rhet., idem quod Quinctil. dixit: *mutatione figurare orationem. L.*

Commutabimus triplicisiciter] Pith. *commutabimus rem tripli-*

tractando. Verbis commutabimus, cum, re semel dicta, iterum, aut saepius aliis verbis, quae idem valeant, eadem res proferetur, hoc modo: Nullum tantum est periculum, quod sapiens pro salute patriae vitandum arbitretur. Cum agetur incolumitas perpetua civitatis; qui bonis erit rationibus praeditus, profecto nullum vitae discrimen sibi pro fortunis reipublicae fugiendum putabit: et erit in ea sententia semper, ut pro patria studiose quamvis in magnam descendat vitae dimicationem. Pronuntiando commutabimus, si tum in sermone, tum in acrimonia, tum in alio atque alio genere vocis, atque

---

citer. Graev. Voss. I. Leid. I. *c. rem tripl.* Leid. II. Voss. III. Ed. Med. *commutatio fit tripl.* Oud.

Cum, re semel dicta, iterum] Erf. *cum res semel dicta, iterum.* Lamb. ed. *si, cum res semel dicta sit, iterum.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *si cum res semel d. est.* Voss. II. Leid. III. Ed. Omn. *res.* Oud.

Res proferetur] Duisb. *res profertur.* Graev. Desunt *ead. res* in Leid. III. *profertur* Voss. II. Leid. IV. *proferatur* Ed. Med. Oud.

Cum agetur incolumitas] Sic restitui fretus auctoritate duorum librorum manuscrip. reiecta vulgata lectione, *cum augetur:* quae nata est ex ignoratione Latini sermonis. Nam ita loquuntur Latini, *agitur salus reip., agitur vita bonorum omnium, agitur caput:* non *de salute, de vita, de capite:* quod alibi docui pluribus verbis. Lamb. Ita quoque noster quartus, non *augetur*, quod in vulgatis posterioribus, et pleiisque MSS. Grut. Multi MSS. et edd. *cum augetur incolumitas.* Lambino accedit Erfurtens. Duisb. et Cauch. Graev. *Cum agetur* edidimus, hanc lectionem tribus nostris manuscriptis tuentibus; et Lambini editione. *Cum augetur* habet Aldi editio, Victorii, Leoniceni, omnibus antiquior, sed male, ut ratio docet. Brut. Vitiose Voss. II. Leid. III. Edd. pp. *cum augetur.* Leid. I. in marg. *adaugetur.* Oud. V. *perpetua* delevit Sch. auctore Ern. Sedes eius vaga est in MSS.; nam in E. legitur: *augetur perpetua;* in aliis *incolumitas perpetua. L.*

Qui bonis erit rationibus praeditus, perfecto] Duisb. *qui bonis erat rationibus, profecto.* Graev. Leid. II. IV. *erat.* Deest *praeditus* a Leid. IV. Oud.

Fugiendum putabit] Duisb. *fugiendum putavit.* Graev.

Ut pro patria studiose quamvis, etc.] Lectionem vulgatam retinui, praesertim auctoritate aliquot librorum manuscript. confirmatam; quam non intelligentes quidam indocti, inculcarunt verbum, *pugnet*, iudicantes ita legendum, *ut pro patria studiose pugnet.* Sed non viderunt, adverbium *studiose* pertinere ad verbum *descendat*, nec, *quamvis* positum pro *quamtumvis:* ut sit, descendat studiose in quamtumvis magnam vitae dimicationem. Lamb. Haud aliter omnes nostri. Ii tamen, quos contulit Suffridus noster, addunt vocem, *studiose laboret*, *quamvis etc.* non necessario. Grut. Suffridus *laboret* hausit ex Erfurtensi. Graev.

Vitae dimicationem] Erf. *vitae diminutionem.* Graev.

Si tum in sermone] Erf. et Duisb. *si cum in sermone.* Graev. Leid. I. IV. Ed. Med. *cum in s.* Oud.

gestus, eadem verbis commutando, pronuntiatione quoque vehementius immutabimus. Hoc neque commodissime scribi 271
potest, neque parum est apertum. Quare non eget exempli.

Tertium genus est commutationis, quod tractando conficitur, si sententiam traiiciemus aut ad sermocinationem, aut ad exsuscitationem.

CAP. XLIII. Sermocinatio est, (de qua planius paullo post suo loco dicemus, nunc breviter ad hanc rem, quod satis sit, adtingemus) in qua constituetur alicuius personae oratio adcommodata ad dignitatem, hoc modo, ut, quo facilius res cognosci possit, ne ab eadem sententia recedamus: Sapiens, qui omnia reipublicae caussa suscipienda pericula putabit, saepe ipse secum loquitur: Non mihi soli, sed etiam, atque adeo multo potius, natus sum patriae: vita, quae fato debetur, saluti patriae potissimum solvatur. Aluit haec me: tute atque honeste produxit usque ad hanc aetatem: muniit meas rationes

---

Vehementius immutabimus] Erf. et Duisb. *vehementius immutaverimus.* GRAEV. Voss. O. Leid. III. Ed. Med. *pronuntiationem.* Probo. Tum *immutarimus* Voss. II. *immutaverimus.* Ed. Omn. *commutaverimus.* OUD.

Neque commodissime scribi] Leid. III. Voss. II. *commode.* Leid. II. *quoque c. s. non.* OUD.

Non eget exempli] Lamb. ed. *non eget exemplo.* GRAEV.

Aut ad exsuscitationem] Erf. et Duisb. *aut exsuscitationem.* GRAEV. Deest praepositio MSS. quatuor. *Aut excusationem* Ed. Omn. OUD.

CAP. XLIII. *Sermocinatio est, de qua*] Erf. *sermocinatione de qua.* GRAEV. Leid. III. IV. *quam* etc. OUD.

Paullo post suo loco dicemus] Erf. et Duisb. *paullo post dicemus.* GRAEV. Voss. II. *quam paulo praedicemus.* Voss. III. *plenius.* Deest *paulo* Leid. II. *suo loco* caret Leid. IV. OUD.

Breviter ad hanc rem, quod satis sit] Pith. *Breviter quod ad hanc rem satis sit.* Lambinus in margine, fortasse: *breviter quoad satis sit.* GRAEV. MSS. quinque Edd. pp. *quod ad hanc rem satis sit.* Voss. I. *quod hanc ad rem s. s.* OUD.

Hoc modo ut quo] Duisb. *hoc modo, quo.* GRAEV.

Sapiens qui omnia etc.] Pal. quartus excludit pronomen *qui;* forsan recte. GRUT. Erf. et Duisb. *sapiens omnia reip. causa.* GRAEV. Pronomen non agnoscunt Leid. IV. et Ed. Omnib. OUD.

Saepe ipse secum loquitur] Lamb. ed. *saepe ipse secum ita loquitur.* GRAEV. *Saepe ipse secum sic loquetur* de Ern. coni. Sch. Orell. *L.*

Sed etiam, atque adeo multis] Pith. *sed etiam atque etiam adeo multis.* GRAEV.

Produxit usque ad hanc aetatem] Fortasse legendum, *perduxit.* LAMB. Equidem in Pithoei libro est *perduxit.* GRAEV. Ed. Med. *perduxit.* Cave sequaris, et consule comment. ad Suetonii Claud. c. IV: *per gradus producendus.* OUD.

bonis legibus, optimis moribus, honestissimis disciplinis. Quid est, quod a me satis ei persolvi possit, unde haec accepta sunt? Quia haec loquitur secum sapiens, saepe
272 ego in periculis reipublicae nullum ipse periculum fugi.
Item mutatur res tractando, si traducitur ad exsuscitationem, cum et nos commoti dicere videamur, et auditoris animum commovemus, sic: Quis est tam tenui cogitatione praeditus, cuius animus tantis angustiis invidiae continetur, qui non hunc hominem studiosissime laudet, et sapientissimum iudicet, qui pro salute patriae, pro incolumitate civitatis, pro reipublicae fortunis, quamvis magnum atque atrox periculum studiose suscipiat, et libenter subeat? Equidem hunc hominem magis cupio satis laudare,

---

Munit meas rationes] Erf. *monuit meas rationes.* Graev. MSS. quatuor *monuit* vel *monivit.* Voss. I. *munivit me ad r.* Leid. III. *monuit me has r.* Leid. II. Ed. Med. *munivit meas r.* Oud.

Unde haec accepta sunt?] Erf. *unde haec accipies.* Graev. Leid. III. *haec accipies.* Oud.

Quia haec loquitur] In duobus legitur *quare haec.* Ut appareat hunc locum haesisse in varietate. Sed Medicaeus *in haec loquitur.* Gron. Erf. *Quare loquitur secum sapiens.* Pith. *quare loquitur sapiens.* Duisb. *Inde haec loquetur secum sapiens.* Medic. *In haec loquitur sapiens.* Graev. *In haec loquitur secum sapiens*, habent duo manuscr. exemplaria. *Quare haec loquitur secum sapiens* in altero legitur. Leoniceni editio ita habet: *Haec loquetur secum sapiens.* Lambino convenit cum Aldi et Victorii editione: *Quia haec loquitur secum sapiens.* Quam lectionem et ipsi retinuimus, non tamen dissimulantes, nobis nullam ex his probari. Brut. Leid. II. Voss. III. Ed. Med. *quare h. l.* Voss. I. Leid. I. *Item h. l.* Leid. IV. *Inde haec loquetur.* Voss. II. *In haec loquatur.* Desunt Leid. III. *Haec loquetur s. s.* Oud. *Et haec l. sapiens sec. s. e. in — fugi* A. *haec* (om. *quia*) *h. l. sap. sec. s. e. i. p. r. p. n. ego p. fugi.* B. *quare h. l. sap. s. saepe ego — fugi.* CD. *quia* (om. *sapiens*) cet. ut vulg. E. *Item haec* cet. ut vulg. T. Recte delevit ista omnia Sch. ut ridiculam interpolationem, probante Orellio. *L.*

Traducitur ad exsuscitationem] Erf. *traducitur ad suscitationem.* Graev.

Studiose suscipiat] MSS. duo habere video *studiosissime.* Et nescio an non captet eandem in hac voce rationem, qua modo praemisit *studiosissime laudet.* Sic certe iterat supra cap. 2. *Qui haec omnia intelligit, et idonea maxime eligit, et omnia in arte maxime scribenda redigit etc.* Lib. 1. Orat. 34. *ut aut versibus propositis quam maxime gravibus aut oratione etc. verbis aliis quam maxime possem lectis pronunciarem.* Infra cap. 45. *Hac uti maxime convenit, et id est oratoris boni maxime proprium.* Gronov. Pith. et quidam alii MSS. *studiosissime suscipiat.* Graev. Voss. I. III. Leid. I. II. Ed. Med. *studiosissime susc.* Oud.

Et libenter subeat] Non leguntur in Erfurt. Graev.

quam possum: idemque hoc certo scio vobis omnibus usu venire.

Eadem res igitur his tribus in dicendo commutabitur rebus, verbis, pronuntiando, tractando: sed tractando dupliciter, sermocinatione, et exsuscitatione. Sed de eadem re cum dicemus, pluribus utemur commutationibus. Nam cum rem simpliciter pronuntiaverimus, rationem poterimus subiicere: Deinde duplicem, vel sine rationibus vel cum rationibus pronunciare sententiam: Deinde ad- 273
ferre contrarium; de quibus omnibus diximus in verborum exornationibus: Deinde simile, et exemplum, de quo suo loco plura dicemus:

CAP. XLIV. Deinde conclusionem, de qua in secundo libro, quae opus fuerunt, diximus, demonstrantes, argumentationem quemadmodum concludere oporteat. In

---

Quam possim] Erf. et Lamb. ed. *quam possum*. Graev. Voss. II. *q. possim*. Oud.

Idemque hoc certo scio] Leid. I. *Idque h. c. s.* MSS. quatuor *certe*. Oud.

His tribus in dicendo commutabitur modis] Haec lectio quum nescio unde in Gruterianam invasisset, secutae sunt eam et prima huius urbis, tum Londinensis, tum Basileensis editiones, et haud dubie processura foret, nisi tempus iuberet nunc intercedere, et restituere vocem *rebus* in fine, quam agnoscunt non editi modo omnes, sed etiam tres scripti nostri: sed et ipsa sic eleganter usurpari solet. Gronov. MSS. et edd. *commutabitur rebus*, excepta Gruteriana, quae *commutabitur modis*. Graev. Vv. *Eadem res igitur — exsuscitatione* suspecta sunt et a glossatore adiecta videntur Sch. immerito. *L.*

Pluribus utemur] Duisb. et Pith. *plurimis utemur*. Graevius. Leid. I. II. IV. Voss. II. *plurimis u. c.* Oud.

Deinde duplicem, vel sine rationibus, vel cum rationibus pronunciare sententiam] Meliores libri, ut Erf. et alii, ut Cauchius notavit, rectius scribunt *dupliciter* ut in praecedentibus *simpliciter*, et non agnoscunt *sententiam*. Sic enim in illis legitur: *deinde dupliciter vel sine rationibus, vel cum rationibus pronunciare*, sc. rem poterimus. Sic optime respondent haec iis, quae praecedunt: *Cum rem simpliciter pronunciaverimus*. Plane vox *sententiam* aliena est ab hoc loco. Graev. Ultima vox non comparet in ullo MS. nec Ed. Med. Bene, si legas *dupliciter*. Adi Graev. Oud. *Duplicem* ABCD. *Dupliciter* ET. *Sententiam* omittunt ABCT. *pronunciare sent.* om. E. *Dupliciter* scribendum et v. *sententiam* om. videtur Orellio. Vere. *L.*

Vel sine rationibus] Absunt ab Erfurt. Graev.

Vel cum rationibus] Erf. *vel cum rationibus, vel cum actionibus*. Graev.

Pronunciare sententiam: Deinde] Erf. et Pith. Cauch. *pronunciare. Deinde*. Graev.

Simile, et exemplum] Copula deest Voss. I. II. Oud.

CAP. XLIV. *Demonstrantes argumentationem quemadmo-*

hoc libro docuimus, cuiusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est. Ergo huiusmodi vehementer ornata poterit esse expolitio, quae constabit ex frequentibus verborum exornationibus et sententiarum. Hoc modo igitur septem partibus tractabitur; sed ab eiusdem sententiae non recedamus exemplo, ut scire possis, quam facile praeceptione rhetorica res simplex multiplici ratione tractetur.

Sapiens nullum pro republica periculum vitabit; id-
274 eo quod saepe fit, ut, cum pro republica perire noluerit, necessario cum republica pereat. Et quoniam

---

dum] Erf. *demonstrantes argumentatione quemadmodum.* Graev. MSS. quinque Ed. Med. *argumentationes q.* Oud.

In hoc libro docuimus, cuiusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est] Haec omnia Lambini editio omisit. Duisb. *exornatio verborum.* Erf. *exornatio verbis*, scilicet, quae fit verbis. Graev. Leid. II. *et hoc in libro.* Voss. II. I. Ed. Med. *et in hoc l.* Leid. IV. *ex. verborum.* Leid. II. *conclusio.* Voss. II. *nom. conclusionis.* Oud. Verba: *In hoc libro — nomen est* de Lambini sententia delevit, Orell. uncis inclusit. Recte. *L.*

Ergo huiusmodi] Inter haec verba, et ea, quae antecedunt, interiecta fuerant haec, quae reperiuntur in libris omnibus et vulgatis et manuscriptis: *In hoc libro docuimus, cuiusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est:* ea ego funditus delevi, ut supervacanea, et temere vel a librariis, vel ab indoctis hominibus inculcata. Lamb.

Poterit esse expolitio] Erf. *poterit esse politio.* Graev.

Hoc modo igitur] In Duisb. non est *hoc modo.* Graev. In Leid. IV. non sunt *hoc modo.* Oud.

Septem partibus tractabitur] Erf. *septem partibus tractatur.* Graevius.

Sed ab eiusdem sententiae non recedamus exemplo] Bene Duisb. *sed ab eiusdem sententiae non recedemus exemplo.* Quamvis pro *sed* tam in Duisb. quam Erfurt. legatur *et.* Graev. *Ut ab eiusdem* Lambin. cui lectioni suffragantur duo manuscripti Gryphii; alter, ut vulgati, *sed ab eiusdem*, habet. Brut. Leid. I. III. IV. *et ab ei. s. n. recedemus ex.* Ed. Med. quoque *recedemus:* Bene. Voss. II. *ut* etc. Oud.

Praeceptione rhetorica] Erf. *praeceptione rhetoricae.* Duisb. *quam facili perceptione rhetorice.* Graev. Leid. IV. *facili perceptione Rhetorice.* Ultimum dant MSS. exceptis Voss. II. Leid. III. item Edd. primae, seu *Rhetoricae.* Oud. *Rhetorice* ADB. *rhetoricae* C. *L.*

Res simplex multiplici ratione tractetur] Pith. *res simpliciter multiplici ratione tractetur.* Erf. *res simplex multiplici ratione tractatur.* Graev. Leid. I. III. Voss. II. *tractatur.* Leid. IV. *tr. hoc modo.* Oud. *Tractur, hoc modo* T. *L.*

Saepe fit, ut, cum pro rep. perire noluerit] Erf. *saepe fit, cum propter R. P. perire voluerit.* Graev. Leid. III. *cum ipse.* Leid. I. Voss. II. *saepe cum.* Leid. IV. *Saepe fit, cum.* Oud.

Necessario cum rep. pereat] Duisb. *necesse est cum rep. per-*

sunt omnia commoda a patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est. Ergo qui fugiunt id periculum, quod pro republica subeundum est, stulte faciunt. Nam neque effugere incommoda possunt, et ingrati in civitatem reperiuntur. At, qui patriae pericula suo periculo excipiunt, hi sapientes putandi sunt, cum et eum, quem debent, honorem reipublicae reddunt, et pro multis perire malunt, quam cum multis. Etenim vehementer est iniquum, vitam, quam a natura acceptam propter patriam conservaris, naturae, cum cogat, reddere: patriae, cum roget, non dare: et quum possis cum summa virtute et honore pro patria interire, malle per dedecus et ignaviam vivere: et, cum pro amicis et parentibus et ceteris necessariis adire periculum velis, pro

---

est. Graev. Voss. I. II. Leid. III. *necesse erit, c. r. p.* Leid. IV. *necesse est, c. r. p.* Leid. I. *necessario erit c. r. p.* Oud.

Et quoniam sunt omnia] Pith. *At quoniam sunt omnia.* Graev.

Nam neque effugere incommoda] Erfurt. *Namque effugere incommoda.* Duisb. *Nam neque effugere id possunt.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. IV. *eff. id.* Accedit Ed. Omnib. Oud.

Ingrati in civitatem] Erf. *ingrati in civitate.* Graev. MSS. O. Edd. pp. *ing. in civitate.* Oud. *In civitate* ABCDT, more Salustiano, ut ait Orell. *L.*

Qui patriae pericula suo periculo excipiunt] Edd. et MSS. *qui patriae pericula suo periculo expetunt.* Non hoc est sapientis et fortis civis *periculum reip. expetere suo periculo*, sed hominis temerarii. Hunc quoque locum restitui ex Duisburgensi: *qui patriae pericula suo periculo excipiunt*, qui suo periculo patriae pericula subeunt et avertunt, si possint. In Orat. de Provinc. Consular.: *Ardeo incredibili quodam amore patriae, qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis maximis, cum dimicatione capitis, et rursum cum omnia undique esse intenta in patriam viderem, subire coëgit atque excipere unum pro universis.* Sic et alibi dixit *excipere offensionem, iniurias.* Graev. MSS. O. Edd. pp. *expetunt;* non actionibus, sed votis suis. Quare forsan nihil mutandum fuerat. Oud.

Conservaveris] Medic. *Conservaris.* Mox idem et alius *et haec*, scilicet nomina amicorum, parentum et necessariorum. Puto enim id praeferendum, non *hoc.* Gronov. Vulgg. *propter patriam conservaveris.* Graev. *Conservaris.* Sic etiam Leid. III. Voss. II. Oud. *Conservaveris* ABCDE. Atque ita recte scripsit Sch. Orellius cum Cod. T. *conservaris. L.*

Malle per dedecus et ignaviam vivere: et cum pro amicis] Erf. *malle per dedecus et ignaviam pro amicis.* Duisb. *malle per dedecus et ignaviam vivere, pro amicis.* Graev. Vide Gronov. supra ad lib. III. c. 13. Voss. I. III. Leid. II. *per d. et per ign.* Oud. Alterum *per* om. E. omisitque cum vulgata Orell. *et per ignaviam* scripsit Sch. assentiebanturque ABCD. *L.*

Et ceteris necessariis adire periculum velis, pro] Erf. ne-

republica, in qua et haec, et illud sanctissimum nomen patriae continetur, nolle in discrimen venire. Itaque uti contemnendus est, qui in navigando se, quam navim, mavult incolumem: ita vituperandus, qui in reipublicae discrimine suae plus, quam communi saluti, consulit. Nave enim fracta, multi incolumes evaserunt: ex naufragio patriae salvus nemo potest enatare. Quod mihi bene videtur Decius intellexisse, qui se devovisse dicitur, et pro legionibus in hostes immisisse medios. Unde ami-

---

cessariis adire velis, pro. Duisb. *et ceteris necessariis adire periculum*, pro. Graev.

In qua et haec et illud] Sic Medic. et alius Gronovio laudante, et ex meis Erfurt. et Duisb., at vulgg. *in qua et hoc et illud.* Graev.

Itaque uti contemnendus est] Erf. *ita uti contemnendus est.* Duisb. *ita uti contemnendus est is.* Graev.

Qui in navigando se quam navim] Erf. et Duisb. *qui in navigio se, quam navim.* Sed in Erfurt. est quoque *qui in navigio navim quam se.* Graev. Leid. IV. *is qui in navigio navim quam se.* Leid. I. III. quoque *navigio et navim* vel *navem quam se* perverse MSS. O. excepto Leid. III. Ed. Med. *qui in naufragio navium quam se.* Omnib. *iste qui in naufragio navem, quam se.* Oud. *Ignavia* (in cuius locum manus sec. *in navigando*) *navim quam se mavult* A. *In navigando navim quam se mav.* B. *in navigio navim quam se mav.* C. *in navigando navem, reliq. qua se mav.* D. *navigio navim quam se mav.* E. In cod. D. vocabulum *reliq.* compendium additum habetur, quod typis exprimi nequit, certo explicari minus etiam. Cod. T. *in navigio.* Ceterum Orell. iubet conferri Oud. ad Cic. de Inv. 1, 34. *L.*

Ita vituperandus] Duisb. et Erf. *ita vituperandus est.* Graevius. MSS. O. et Ed. Med. *vit. est.* Oud.

Suae plus quam communi saluti] Erf. *suae saluti plus quam communi.* Graev.

Nave enim fracta] Erf. et Duisb. *navi enim fracta.* Graev. *Navi enim fracta.* Sic MSS. O. et Ed. Mediol. Oud. *Navi* ABCD. *Nave* E. *L.*

Incolumes evaserunt] Pith. et Duisb. *incolumes fuerunt.* Graev. Leid. I. IV. Voss. II. Ed. Omn. *inc. fuerunt.* Leid. III. *inc. effugerunt.* Ed. Med. *evadere; sed naufr.* Oud. *Inc. fuerunt* AE. *L.*

In hostes immisisse medios. amisit] Erf. Cratand. Rob. Steph. ac Lamb. edd. *in hostes immisisse medios. unde amisit.* In Erf. est pro *medios*, *medius.* Cratand. ed. etiam pro *immisisse* scribit *misisse*, sed margo *immiscuisse.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. *dicitur pro legionibus et se.* Addit *se* etiam cum pp. Edd. Leid. I. in quo et Leid. III. *misisse.* Sed Leid. II. habet *intulisse*, probe. Oud. *Misisse* A. *Inmisisse* BD. *immisisse* CE. *Intulisse* recepit Sch. Non probo. *L.*

Unde amisit vitam] In Gruteri et aliis *unde* omittitur, quod tamen Rob. Stephanus et Lambinus retinuit, et ego id adieci ex Erfurt. et aliis antiquis codicibus et Edd. vett. Graevius. *Unde*

sit vitam, at non perdidit; re enim vilissima et parva certam et maximam redemit. Dedit vitam, accepit patriam: amisit animam, potitus est gloria, quae cum summa laude prodita vetustate quotidie magis enitescit. Quod si pro republica debere accedere ad periculum et ratione demonstratum est, et exemplo comprobatum, ii sapientes sunt existimandi, qui nullum pro salute patriae pericu- 276
lum vitant.

In his igitur generibus expolitio versatur, de qua

---

amisit vitam. Sic Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. Aliis deest *unde.* OUD. *Unde* in margine scriptum habet A. omisit ET. *L.*

Re enim vilissima et perparva] Vocem postremam ita extenuatam nullibi in scriptis reperi, qui tantum *et parva*, unus etiam *re enim vilissima certam et parva.* GRONOV. MSS. mei et edd. vett. *re enim vilissima et parva maximam redemit.* Sed rescripsi ex Erfurt. et Pith. *re enim vilissima et parva certam et maximam redemit.* Ad quam scripturam proxime accedit unus Gronov. et Cratandri editio: *Re enim vilissima certam, et parva maximam redemit.* Recentiores: *re enim vilissima et perparva maximam redemit.* GRAEV. Voss. I. Leid. II. *re enim vil. certam et parvam.* Bene. Ed. Med. *pro re en. v. et p. certam et m.* Ceteris abest *certam.* OUD. *Pro vilissima et parva* AC. *Pro vilissima caram, pro parva* B. *Pro vilissima certam et p. et* D. *Vilissima et parva* E. *Vilissima et parva certam et m.* Oxonn. duo. Sch. dedit: *Re enim vanissima certam et parva maximam;* perire enim in vulgata vim oppositionis. Legendum ad Cod. B. *Re en. vilissima c a r a m, parva maximam. L.*

Dedit vitam] Al. *vitam dedit.* GRAEV.

Prodita vetustate] Erf. et Duisb. *prodita venustate.* GRAEV. Leid. III. *pr. vel venustate.* IV. *pr. venustate.* OUD.

Pro republica debere accedere ad periculum] Lambinus *debere accedi ad per.* Sed praeter MSS. qui mirifice hic variant, Br. servat *decere*, quod placuit Gulielmio. Pal. pr. habet *pro rep. debere suscipere periculum.* Sec. *pro rep. deberemus accedere, suscipere periculum.* Tert. *pro rep. dixerit suscipere periculum. Prope debere accedere ad periculum;* quod et fuit initio in sexto, sed mutatum ad faciem vulgatae. Quintus *pro rep. debere vel suscipere vel adire periculum.* GRUTER. Erfurt. et Duisb. augent librorum varias scripturas, in notis Gruteri exhibitas. In illis enim est, *pro rep. decere accedere periculo.* GRAEV. Aut, ut Lamb. edidit, *debere accedi*, legendum est, aut, ut nos, *decere;* quod scriptum exstat in duob. manuscr. Gryph. vetustioribus. BRUT. Voss. I. Leid. II. *decere suscipere periculum.* Voss. III. *debere suscipere peric.* Voss. II. Leid. I. a m. II. *decet accedere peric.* Ed. Med. *decere adire peric.* mihi rectius videtur *decere suscipere.* OUD. *Pro re debere acc. ad p.* A. *pro r. p. decere suscipere peric.* B. *pro r. p. debere suscipere p.* CD. *pro r. p. debere acc. ad p.* E. Scripsit Sch. *decere pro r. p. acc. ad p.* ubi ordo arbitrarius est. Recte Orell. *pro r. p. decere acc.* Codd. T. *debere accedere. L.*

De qua producti sumus] Fortasse legendum, *provecti sumus,*

producti sumus, ut plura diceremus, quod non modo, cum caussam dicimus, adiuvat et exornat orationem, sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Quare conveniet extra caussam in exercendo rationes adhibere expolitionis, in dicendo uti, cum exornabimus argumentationem, de qua diximus in libro secundo.

CAP. XLV. Commoratio est, cum in loco firmissimo, quo tota caussa continetur, manetur diutius, et eodem saepius reditur. Hac uti maxime convenit, et id est oratoris boni maxime proprium. Non enim datur auditori potestas animum de re firmissima dimovendi. Huic exemplum satis idoneum subiici non potuit, propterea quod hic locus non est a tota caussa separatus, sic ut membrum aliquod, sed tamquam sanguis perfusus est per totum corpus orationis. Contentio est, per quam contraria referuntur. Ea est in verborum exornationibus, ut ante docuimus, eiusmodi: Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes. In sententiarum, huiusmodi: Vos huius incommodis lugetis, iste reipublicae calamitate lae-

---

ut supra lib. I. sed neque hic, neque illic quidquam mutandum censeo. LAMB.

Conveniet extra causam] Pith. *conveniet etiam extra causam.* GRAEVIUS.

Cum exornabimus argumentationem, de qua diximus] Scripti nostri omnes *de qua re diximus*, et hoc probandum existimo. GRONOV. Duisb. *cum exornationibus argumentationem, de qua re diximus.* Erf. *cum exornabimus argumentatione, de qua diximus.* Est et in Cauch. et Pith. *de qua re.* GRAEV. Leid. III. IV. *cum exornationibus argumentatione.* Leid. I. *cum exornationibus et argumentatione.* Voss. II. *cum argumentatione.* Pendet enim a verbo *uti. De qua re diximus.* Sic MSS. O. et Edd. pp. vulgo exsulat *re.* OUD. Vv. *Quare conveniet — in libro secundo* ut spuria uncis inclusit Sch. Pro *quare* D. *contra.* Tum *cum exornationibus* ACE. *De qua re* ABCD. V. *libro* om. B. *in sec. libro* ACD. *L.*

CAP. XLV. *De re firmissima dimovendi*] *Demovendi* scriptum est in Gryphii libris duobus. Certe ut nullius auctoritas sit; postulat ratio, et locus ut ita legatur. BRUT. *Dimovendi* ABCDE. *L.*

Sic ut membrum aliquod] Erf. *sic uti membrum aliquod.* GRAEVIUS.

Sanguis perfusus est] Erf. *sanguis profusus est.* GRAEV.

Contraria referuntur] Erf. *contraria referentur.* GRAEV. *Contraria contrariis referuntur* dedit Sch. de coniectura, qua nihil opus esse indicat Orell. ablegans ad c. XXVIII. et ad ea, quae mox leguntur: *verbis relatis. L.*

Ut ante docuimus eiusmodi] Leid. II. *diximus.* MSS. O. et Edd. Med. *huiusmodi*, in qua superius *s. profusus.* OUD. *Diximus* ABCD. *Huiusmodi* ABCD. *hoc modo* E. *L.*

Huius incommodis lugetis] Erf. *huius incommodum lugetis.* GRAEV.

tatur. Vos vestris fortunis diffiditis, iste solus suis eo magis confidit. Inter haec duo contentionum genera hoc 277
interest: illud ex verbis celeriter relatis constat; hic sententiae contrariae ex comparatione referantur oportet.

Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur aut ornandi caussa, aut probandi, aut apertius dicendi, aut ante oculos ponendi. Quomodo igitur quatuor de caussis sumitur, ita quatuor modis dicitur; per contrarium, per negationem, per brevitatem, per collationem. Ad unamquamque sumendae caussam similitudinis adcommodabimus singulos modos pronuntiandi.

CAP. XLVI. Ornandi caussa sumitur per contrarium, sic: Non enim, quamadmodum in palaestra qui taedas candentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille, qui tradit; ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Hoc sine simili satis plane, et perspicue, et probabiliter dici potuit, hoc modo: Dici-

---

Solus suis eo magis] Pith. *solus eo magis*. Graev.

Interest: illud ex verbis] Pith. *interest, quod illud ex verbis*. Graev.

Aut ornandi] Erf. *aut exornandi*. Graev.

Quomodo igitur quatuor de causis sumitur, ita quatuor] Erf. *quomodo quatuor de causis sumitur, item quatuor*. Graev. Leid. I. II. Voss. I. III. Ed. Med. *Et quomodo q. de*. Bene Leid. III. *quae-quomodo de q.* Abest *igitur* etiam a Leid. IV. et Voss. II. Ed. Omnib. Oud.

Per brevitatem, per collationem] Al. *per collationem, per brevitatem*. Graev.

Sumendae causam] Erf. *sumendae causa*. Graev. Voss. I. III. Leid. II. *sumendam*. Leid. IV. *sumendi*. Oud.

CAP. XLVI. *Sumitur*] Voss. II. *sumeritur*. Oud.

Per contrariam sic] Voss. I. Leid. I. II. *et per contrarium dicitur sic*. Voss. III. *quod per contrar. sic dicitur*. Oud.

Quemadmodum in palaestra, qui taedas] Erf. et Duisb. *quemadmodum in palaestra est, qui taedas*. Graev.

Qui taedas candentes accipit] Lambini *ardentes* exstat in Pall. aliquot, sed alii retinent item alterum. Quintus praeterea ac Bruil. praeferunt *cadentes*, quod rectum esse posse annotavit Gulielmius. Gruter. Erf. *qui taedas cadentes accipit*. Cratand. et Lamb. edd. *qui taedas ardentes accipit*. Graev. Voss. I. a m. I. *cadentes*. supr. *ardentes*, ut in II. et Edd. pp. *candentes* Leid. I. Deest participium Voss. III. Oud. *Calentes* A. *Ardentes* BCDE. Paullo post Sch. v. *continuo* reiecit, in seqq. scribens: *ita continuo melior*, ut *continuo* sit adv. Nullus codicum addicit. Sed Cod. T. voc. *continuo* omisit, quapropter uncis inclusit Orell. *L.*

Ita melior imperator] Erfurt. *item melior imperator*. Graev.

tur, minus bonos imperatores a melioribus exercitum accipere solere, sed ornandi caussa simile sumtum est, ut
278 orationi dignitas quaedam comparetur. Dictum est autem per contrarium. Nam tunc similitudo sumitur per contrarium, cum ei rei, quam nos probamus, aliquam rem negamus esse similem, ut paullo ante, cum de cursoribus disserebamus. Per negationem dicetur probandi caussa hoc modo: Nec equus quidem indomitus, quamvis natura bene compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates, quae desiderantur ab equo, neque homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem potest pervenire. Hoc probabilius factum est, quod magis est verosimile, non

---

Dicitur, minus bonos] Vox *dicitur* abest Br. item Pal. quarto et sexto; meo animo recte. GRUT. Tres Grut. non agnoscunt *dicitur*. GRAEV. Verbum *dicitur* deest Voss. II. *dicere* Ed. Omn. OUD.

Exercitum accipere] Erf. *exercitus accipere*. GRAEV. MSS. O. *exercitus ac.* vulgo *exercitum*. OUD.

Orationi dignitas quaedam] Erf. *orationi quaedam dignitas*. GRAEVIUS.

Nam tunc similitudo] Erf. *Nam tum similitudo*. GRAEV.

Cum de cursoribus disserebamus] Hoc praeter libros nostros est, qui habent vel *asserebatur*, ut Medicaeus, vel *asserebamus*, ut duo alii, quodcunque sit. Certe sic et Stephanica Victorii, et mutavit Lambinus. GRONOV. Omnes mei et Gronoviani, *cum de cursoribus asserebatur*. Meus MS. nec non Medicaeus, notante Gronovio, ed. prima Mediol. Cratandri, Asceus. Rob. Steph. *cum de cursoribus asserebamus*. Sed tamen P. Victorii Veneta, Iuntina, Hervagiana, C. Steph. Paul. Manutii, Lamb. edd. cum vulgatis recentioribus *disserebamus*, a quibus non discedo. GRAEV. Voss. I. II. Leid. II. cum Edd. pp. *asserebamus*. Leid. I. III. IV. *asserebatur*. In Voss. III. *diferebamus*. OUD. Vv. *ut paullo ante quum de cursoribus disserebamus* Sch., ut magistelli alicuius notationem, eiecit. *Ut — asserebatur* A. *ut — ante quum — asserebatur* E. *asserebamus* BCD. *Asserebatur* T. Locum uncis inclusit Orell. *L.*

Nec equus quidem indomitus] Erf. et edd. nonnullae, *ne equus quidem indomitus*, GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *neque eq. indom.* Quod restituendum est auctori. OUD.

Natura bene compositus] Erf. *bene natura compositus*. GRAEV.

Idoneus ad eas utilitates et aptus quae etc.] Has duas voces, *et aptus*, non reperi in libris manuscriptis duobus. Omnino etiam si in eis reperirentur, delendas tamen putarem, ut supervacaneas, et inanes. LAMB. Delevi duas voculas, *et aptus*, repertas tantum in uno Palatino, cum haberemus sex. Sed neque exstabat in Bruil. GRUT. Edd. vetustiores, *idoneus ad eas utilitates et aptus, quae*. Grutero subscribunt nostri codices quatuor. GRAEV. Voss. I. *et idoneus et aptus ad illas ut*. III. et Ed. Med. *aptus et idoneus esse p.* etc. Leid. II. et Ed. Omn. *idoneus p. e. ad e. ut. et aptus*. OUD.

Quod minus est verisimile] Sic est legendum, libris omnibus

posse virtutem sine doctrina comparari, quoniam ne equus quidem indomitus, idoneus possit esse. Ergo sumtum est probandi caussa.

Dictum est autem per negationem: id enim perspicuum est de primo similitudinis verbo.

CAP. XLVII. Sumetur et apertius dicendi caussa 279
similitudo per brevitatem, hoc modo: in amicitia gerenda,

---

invitis. Sed velim supra etiam legi, *Hic probabilius*, etc. Sententia autem haec est, id quod minus est verisimile, nempe hominem quantumvis sollertem et ingeniosum, sine doctrina virtutem consequi non posse, factum est probabile eo simili, quod sumtum est ab equo, qui, si sit indomitus, quantumvis sit generosus natura, equiti utilis esse non potest. LAMB. Lambinus libris omnibus reclamantibus supposuit *minus*, non necessario. Gulielmius rectius putabat scripturam a Suffrido erutam, *ac magis* etc. GRUTER. Lamb. ed. invitis libris omnibus, *quod minus est verosimile.* GRAEV. *Verisimile.* Sic MSS. O. et Edd. pp. non *verosimile.* OUD. In vv. *quod magis* omnes consentiunt Codd. praeter B., qui *ac magis.* Orell. dedit *quo magis*, ut *hoc*, quod antecedit, sit ablativus: *Hoc probabilius — quo magis.* Cod. unus apud Orell. *ac magis*, quae est illa Suffridi scriptura. *L.*

Quoniam ne equus] Voss. I. Leid. I. *quandoquidem nec e.* Leid. II. *quemadmodum nec eq.* In ceteris etiam *nec.* Ed. Med. *quamquam eq.* OUD.

Dictum est autem] Erfurt. *dictum autem.* Duisb. *deinde autem.* GRAEV. Leid. I. II. IV. Ed. Omnib. carent verbo. Leid. III. *d. est hoc.* OUD.

Id enim perspicuum] Erf. *id cum perspicuum.* GRAEV. In duobus Gryphii libris invenitur: *Id cum perspicuum est, de primo similitudinis verbo sumetur.* Mox alterius est clausulae principium: *Apertius dicendi caussa*, etc. Lambin. non discedens a lectione vulgata, principio periodi, quae mox sequitur, verbum *sumitur* annectit, ita, *Sumitur apertius* etc. Certe in editione Ald. Victor. aliorum, vox *sumitur* abest, quae legitur in omnibus manuscript. et in Leon. exemplari. BRUT.

CAP. XLVII. *Sumetur et apertius dicendi causa similitudo per* etc.] Secutus sum Pall. omnes Br. Lil. et Persini Codd. GRUT. Erfurt. et Lamb. ed.: *sumetur et apertius dicendi causa simile.* Duisb.: *sumetur et apertius dicendi causa simile dicitur.* In plerisque edd. non habetur *sumetur.* GRAEV., Leid. I. III. carent τοῖς [vv.] *sumetur et.* OUD. *Sumetur et* ABCDE. Omittit haec T. *L.*

Similitudo per brevitatem] Ed. Med. *simile p. br.* Leid. I. III. *sim. dicitur p. br.* Voss. III. Leid. IV. *simile dicitur p. b.* Voss. I. II. Leid. II. Ed. Omn. *simile dicitur autem p. br.* OUD. *Simile dicitur* CE et A a m. s. *Simile* omisso *dicitur* D. Locum suspectum reddit vocula *et* dicta pro *etiam.* Propterea cum Lambino faciendum censeo, qui vv. *Sumetur et* omittit et tum *dicitur* e Codd. interponit. *L.*

In amicitia gerenda] Voss. I. Leid. I. III. *in am. gerunda.* OUD. *Gerunda* A. Tum: *non, sicut — ita conv.* suspicatur Orell. *L.*

Ut, quoad necesse sit, pervenire possis] Cauch. Erfurt. Pith.

sicut in certamine currendi, non ita convenit exerceri, ut, quoad necesse sit, pervenire possis: sed ut productus studio, et viribus, ultra facile procurras. Nam hoc simile est, ut apertius intelligatur, mala ratione facere, qui reprehendant eos, qui, verbi caussa, post mortem amici liberos eius custodiant, propterea quod in cursore tantae velocitatis esse oporteat, ut efferatur ultra finem: in amico tantum benivolentiae, ut ultra, quam amicus sentire possit, procurrat amicitiae studio. Dictum autem simile est per brevitatem. Non enim ita, ut in ceteris rebus, res ab re separata est, sed utraque res coniuncte

---

ut quoad necesse sit, venire possis. GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. *venire p.* OUD.

Sed ut productus studio] Cratand. ed. et al. *sed ut productius studio.* GRAEV. Leid. II. Ed. Med. *producto st.* OUD.

Ultra facile] Erf. Pith. et Cauch. *ultro facile.* GRAEV. Voss. III. Leid. IV. Ed. Omn. *ultro.* Leid. II. *percurras.* OUD. Statim post Sch. de suo dedit: *Non hoc simile sumptum est, ut — intelligeretur.* V. *Sumtum* ignorant Codd. omnes, iidem *intelligatur;* quod recte retinuit expulso *sumtum* Orell. *L.*

Mala ratione facere, qui reprehendant eos] Cratand. ed. et Lamb. *mala ratione facere eum, qui reprehendat eos.* GRAEVIUS. Voss. I. III. Leid. II. Edd. Med. *eum qui reprehendat eos.* OUD.

In cursore tantae velocitatis] Erf. *in cursorem tantae velocitatis.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. I. II. *quod et in c.* Dein *incursione* Voss. I. MSS. O. et Edd. pp. *tantum velocitatis.* Vulgo *tantae veloc.* vitiose. OUD.

Ut efferatur ultra finem] Et ἐπεναν δάποσις et MSS. hanc lectionem rectam esse docent. Sic enim Erfurt. et Duisb. sed vulgati, *ut efferatur usque finem.* Non esset tum vera similitudo, si *usque* legatur; sequentia verba *ultra* flagitant. GRAEV. Leid. I. II. IV. Voss. II. *usque ad f.* cum Edd. pp. OUD.

Tantum benivolentiae, ut ultra, quam amicus sentire possit, procurrat amicitiae studio] Rescidi *studium*, quod aliis positum post *benevolentiae*, praeeuntibus Pal. pr. ac sec.; si tamen sequimur Pal. quart. et sext. nec non Br. tunc rescribendum erit, *tamen benivolentiae studium, ut efferatur ultra finem,* ceteris omissis omnibus, neque displicet. GRUTER. Edd. multae: *in amico tantum benevolentiae studium.* Pith. *ut ultra, quam quod amicus sentire possit, procurrat benevolentiae studio.* Quidam MSS. Grut. *tamen benivolentiae studium, ut efferatur ultra finem.* Duisb. *tantum benevolentiae ut efferatur ultra finem.* Erf. *in amico tantum benevolentiae studio.* Reliqua omnia in illo desunt. GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *et in amico.* Leid. III. *in amicitia.* Voss. III. Leid. III. IV. Edd. pp. *t. b. studium.* Voss. III. Leid. II. Ed. Omn. *ut ultra quam quod am.* etc. Leid. I. III. IV. Voss. II. *ut efferatur ultra finem.* OUD.

Dictum autem simile est] Lamb. ed. *dictum est autem simile.* GRAEV.

Non enim ita, ut in ceteris rebus] Pith. *non enim ut in ceteris rebus.* GRAEV.

et confuse comparata. Ante oculos ponendi negotii caussa, 280
sumetur similitudo per collationem, sic: Uti citharoedus, cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea, coloribus variis intexta, et cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro et ebore distinctam, ipse praeterea forma et specie sit et statura adposita ad dignitatem; si, cum magnam populo commoverit his rebus exspectationem, repente silentio facto, vocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu; quo me-

---

Et confuse comparata.] Sic Pal. quart., sextus, Bruil.; nam prius cusi, *utraeque et confuse pronunciatae.* GRUT. Edd. multae: *ut utraeque res coniuncte et confuse pronunciatae.* Lambin. ed. addit *sunt.* Edd. Vett. *ut utraeque res coniunctae et confusae pronuntiatae sunt.* Duisb. et Cauch. stabiliunt scripturam, quam Gruterus asseruit. Sed Erfurt. *ut utraque res coniuncte et confuse pronunciata.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *sed utraeque res.* Dein *pronunciatae* vel *pronunciatae sunt* Voss. I. III. Leid. II. Ed. Omn. *comparata est* Leid. III. At praeferendus est numerus pluralis. OUD.

Ante oculos ponendi negotii causa, sumetur similitudo per collationem etc.] Tres codices optimi, Erfurt. Duisb. et Pith., et Lamb. ed. duabus vocibus sunt auctiores: *Ante oculos ponendi negotii caussa sumetur similitudo, cum dicetur per collationem sic.* Dudum etiam hanc lectionem in suis reperit, et in editione sua recepit. GRAEV. *Cum dicetur per collationem.* Sic rescribendum e MSS. sex et Edd. pp. Vulgo et a Leid. III. absunt *cum dicetur.* OUD.

Per collationem sic: uti citharoedus] Pith. *per collationem, sicuti citharoedus.* GRAEV.

Cum prodierit] Voss. III. c. *producitur.* OUD. Tum pro v. *optime* olim suspicatus est Christius *opime. L.*

Palla inaurata indutus] Erf. *palla inaurata induitur.* GRAEV. Voss. II. *pallam inauratam ind.* OUD. *Palma* a pr. m. A. *L.*

Coloribus variis intexta] Erf. *coloribus variis corporis intexta.* GRAEVIUS.

Cum coronà aurea] Deest *aurea* Leid. I. III. IV. Voss. II. OUD.

Magnis fulgentibus gemmis etc.] Pall. iidem et Bruil. *magna.* Forsan bene. Vox ea non visitur in Pal. tert. nimisque petulans Lambinus, qui obtrusit lectori, *magni fulgoris gemmis ill.* GRUT. Duisb. *corona magna, magnis fulgentibus gemmis.* Al. *corona aurea magna, fulgentibus gemmis.* Lamb. ed. et MS. *corona aurea magni fulgoris gemmis.* Sic et in MS. uno se reperisse testatur Pithoeus. GRAEV. Leid. I. III. IV. Voss. II. *magna f.* desunt *fulg. gemmis* a Leid. I. OUD.

Vocem emittat acerbissimam] Erf. *vocem mittat acerbissimam.* Duisb. *vocem emittit acerbissimam.* GRAEV.

Quo melius ornatus et magis fuerit expectatus] Lamb. ed. *quo melius ornatus sit, et magis fuerit expectatus.* GRAEVIUS.

lius ornatus et magis fuerit exspectatus, eo magis derisus et contemtus eiicitur: ita si quis in excelso loco, et in magnis ac locupletibus copiis collocatus, fortunae muneribus, et naturae commodis omnibus abundabit; si virtu-
281 tis, et artium, quae virtutis magistrae sunt, egebit; quo magis ceteris rebus erit copiosus, et illustris, et exspectatus, eo vehementius derisus et contemtus, ex omni conventu bonorum eiicietur. Hoc simile exornatione utri-

---

Voss. I. *sit ornatus.* Leid. II. Ed. Med. *ornatus sit.* Voss. III. Ed. Omn. *exornatus sit.* Oud.

Ita si quis] Erf. *item si quis.* Graev. Leid. I. II. IV. Voss. III. *item si q.* Oud.

Commodis omnibus abundabit] Bene Duisb. *commodis abundabit.* Erf. *commodis omnibus abundavit.* Graev. Vox *omnibus* non agnoscitur a Leid. III. ac IV. Oud.

Erit copiosus, et illustris, et exspectatus] Pith. *copiosus et industris,* al. *copiosus et industrius. Industrius* huic loco et sententiae non convenit. Erfurt. et Cauch. *erit copiosus et industrus exceptatus, qualis evaderet, eo vehementius.* Edd. prima, Mediol. Ascens. Cratand. Victorii Iuntina, Manut., imo vetustiores omnes cum Lambino praeferunt *copiosus et illustris et expectatus, eo vehementius.* Et id ego quoque recepi. *Illustris aliqua re est*, ut norunt tirones, qui in aliqua re excellit et conspicuus est, ut hominum in se converteret oculos. *Exspectatus* aegre quoque hic potest ferri, quamvis explices, quo plura de homine, tantis fortunae et naturae muneribus instructo, sibi omnes spoponderant. Quod additur in Erfurt. et Cauch. *Qualis evaderet*, additum fuit a magistro, qui quid sibi velit *expectatus*, nisi quid aliud adiiceretur, ignorabat. Vereor sane ne *expectatus*, ex praecedentibus his verbis, *quo melius ornatus et magis fuerit expectatus*, huc irrepserit. Graev. Leid. IV. *industrius.* Voss. I. a m. I. et III. Leid. I. *industris.* Abest copula a Voss. II. Leid. I. IV. Ed. Omn. bene; sed eiiciendum simul τὸ [v.] *exspectatus*, quod male e superioribus irrepsit. Oud. *Industrius exceptatus* (*et illustris et exspectatus* m. s.) A. *Ill. et expectatus* B. *ill. et acceptatus* C. *ill. et exspectatus* D. *industrius expectatus* E. *industrius* habet etiam T. Ernestius verba: *et exsp.* uncis inclusit, quem secutus est Orell. Plane removit Sch. *L.*

Derisus et contemtus eiicitur] Lamb. ed. *derisus et contemtus eiiciatur.* Graev.

Hoc simile exornatione utriusque rei] Erfurt. *Hac simile exornatione.* Duisb. *Hoc simile exornationem utriusque rei.* Lamb. ed. *Hoc simile per collationem utriusque rei.* Graev.

Exornatione utriusque rei, et alterius inscitia artificii, alterius stultitia etc.] Hunc locum ope veterum codicum felicissime restitui, ut intelligent, qui vulgatam lectionem cum ea, quam reposuimus, comparabunt. Lamb. *Et alterius inertiae artificis, alterius stultitiae* etc. est lectio Pal. quarti, quinti, sexti, item Bruil. quorum duo cum habeant *artificis scilicet* et punctis notarit Bruil. illud *scilicet*, suspicor adhuc abiiciendum alterum *artificis*, ut locus sit perpurgatus; quem mire corruperat de suo Lambinus.

usque rei, et alterius inertiae artificia, alterius stultitiae simili ratione collata, sub adspectum omnium rem subiicit.

Dictum autem est per collationem, propterea quod proposita similitudine, paria sunt omnia relata.

CAP. XLVIII. In similibus observare oportebit di- 282
ligenter: ut, cum rem adferamus similem, cuius rei caussa similitudinem adtulerimus, verba quoque ad similitudinem habeamus adcommodata. Id est huiusmodi: Ita

---

Inertia hic est ἀτεχνία. Supra etiam rescripsi: et *industrius*, ubi antea erat *et illustris*, iisdem codicibus volentibus. GRUT. *Inertiae artificis* comprobant Cauch. et Pith. Erf. *Et alterius inscientia artificii.* Nonnullae edd. *et alterius inscitiu artificii*, *alterius stultitia*, ut reposuit Lambinus. Duisb. *alterius inscientiae artificis* sine copula. GRAEV. Exsulat copula a MSS. quatuor. *Inertia* Leid. I. *ineptia* III. *inscitia* Voss. III. Ed. Med. *inscientia* Voss. I. Leid. II. IV. Tum *artificii* Voss. I. III. Leid. II. IV. Ed. Med. Deest vox a Leid. III. quod praeferrem. OUD.

Alterius stultitiae] Edd. pleraeque *alterius stultitia.* Duisb. *atque alterius stultitiae.* GRAEV. Leid. IV. *alteriusque stultitiae.* Ed. Med. *et alt. stultitia*; qui casus etiam in MSS. quinque. OUD. *Et* ante v. *alterius* omittunt BCDE. *Inertiae* (in cuius locum m. s. *inscientiae*) A. *inscientia* BDE. *inscitia* C. Tum *artificis* (artificii m. s.) A. *artificii* BCDE. *et alterius inertiae artificis scilicet et alt. stultitiae* T. Unde dicit Orell. apparere, Ern. recte v. *artificis* pro gloss. habuisse. Idem scripsit: *et alterius inertiae alterius stultitia — collata.* Pro v. *stultitia* Oxon. unus *inscientiae*, AE. *stulticie*. B. *scientia.* L.

Sub aspectum omnium rem subiecit] Duisb. *sub aspectu omnem rem subiicit.* Cauch. *sub aspectus omnium rem subiecit. Sub aspectu* est quoque in multis edd. Recepi scripturam Duisburgensis *sub adspectum omnium rem subiicit.* Vulgo *subiecit.* In illo ipso tamen est etiam *sub adspectu omnem rem.* GRAEV. Leid. IV. *sub adspectu* cum Edd. pp. In ceteris *sub adspectus.* Non male. Sic c. 50. *adspectus omnium praestringere. Hominum* Ed. Med. *omnem* Leid. I. IV. *subiiciet* Voss. I. Leid. II. III. *subiecit* Leid. I. IV. a m. II. Ed. Omn. OUD.

Propterea quod proposita] A Duisb. *propterea quod* absunt. GRAEV. Deest vox prima Leid. IV. OUD.

Proposita similitudine] Pith. *posita similitudine.* GRAEV.

CAP. XLVIII. *In similibus observare oportebit*] Erf. *in similitudinibus observare oportet.* In Duisb. at nonnullis editis est etiam *oportet.* GRAEV. Leid. I. II. III. Voss. I. *in similitudinibus.* MSS. O. et Edd. pp. *oportet diligenter.* Vulgo *oportebit.* OUD. *Oportet* ABCDET. L.

Cum rem afferamus] Erf. *cum rem referamus.* GRAEV.

Verba quoque ad similitudinem] Erf. *verba ad similitudinem.* Lamb. ed. *eius rei verba quoque.* GRAEV. Deest *quoque* a Voss. III. Leid. II. OUD.

Id est huiusmodi. Ita ut hirundines] *Ita* delevit Lambinus et eum secutus Gruterus, et qui Gruterianam recoxerunt, cum inveniatur ea vocula in meis quatuor libris, et editionibus ante Lam-

ut hirundines aestivo tempore praesto sunt, frigore pulsae recedunt. Ex eadem similitudine nunc per translationem verba sumimus: ita falsi amici sereno vitae tempore praesto sunt; simul atque hiemem fortunae viderint, devolant omnes. Sed inventio similium facilis erit, si quis sibi omnes res animatas et inanimatas, mutas et loquentes, feras et mansuetas, terrestres et coelestes et maritimas, artificio, casu, natura comparatas, usitatas atque inusitatas, frequenter ante oculos poterit ponere, et ex his aliquam venari similitudinem, quae aut ornare, aut docere, aut apertiorem rem facere, aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei necesse est similis sit, sed ad ipsum, ad quod conferetur, similitudinem habeat oportet.

---

binianam omnibus, quas ego quidem inspexi. Graev. Ed. Med. caret τῷ [v.] *ita*, dans *uti ir.* Oud. *Id est* et *ita* om. B. Reliqui omnes utrumque tuentur. Sch. et Orell. *ita* eiecerunt. Recte. *L.*

Ex eadem similitudine] Duisb. *Et ex eadem similitudine.* Graevius.

Ita falsi amici] Erf. *item falsi amici.* Graev.

Simul atque hiemem] Duisb. *nivem atque hiemem.* Graev. Leid. IV. *si nivem.* Oud.

Si quis sibi omnes res animatas et inanimatas] Duisb. et Cauch. *si quis omnes res animantes et inanimantes.* Erf. *si qui sibi omnes res animatas et inan.* Lamb. ed. *si quis sibi omnes res animatas, et inanimas.* Graev. Deest *res* a Voss. II. *animantes et inanimantes.* Ed. Med. *atque inan.* desunt *et inan.* Voss. III. Oud.

Mutas et loquentes] Duisb. *mutas et eloquentes.* Graevius. *Mutas et loquentes.* Ita Voss. III. Leid. III. In reliquis et Ed. Omn. *m. et eloquentes.* Ed. Med. *m. atque eloquent.* Oud.

Terrestres et coelestes, et maritimas] Duisb. et Erf. *terrestres, maritimas.* Al. *terrestres et coelestes, et marinas.* Graev. Voss. II. simpliciter *et maritas.* Voss. I. a m. II. *marinas.* Copula prima deest Leid. IV. utraque Leid. III. Oud.

Artificio, casu, natura comparatas] Erf. *artificiosas una natura comparatas.* Cauchianus, *artificiosas et una natura comparatas.* Fortasse, inquit Cauchius, *artificio et a natura comparatas.* Graev. Voss. III. *artificioso c.* Leid. III. *artificiosas.* Oud.

Usitatas atque inusitatas] A Duisb. abest *atque. inusitatas.* Graev. *Atque inusitatas* desunt Leid. IV. *et in.* Voss. III. Oud.

Ante oculos poterit ponere] Erf. *ponere ante oculos poterit.* Graev. *Ponere ante o. poterit.* Sic MSS. cum Ed. Med. vel *ante o. p. poterit.* Oud.

Res tota toti rei] Erf. *res tota totae rei.* Graev. Voss. II. III. Leid. I. III. IV. *totae r.* Oud.

Sed ad ipsum, ad quod conferetur, similitudinem habeat oportet] Melius Erfurtensis, *sed ipsum, quod conferetur, similitudinem habeat oportet.* Lamb. ed. *sed ad id ipsum, ad quod confer-*

CAP. XLIX. Exemplum est alicuius facti, aut dicti 283
praeteriti cum certi auctoris nomine propositio. Id sumitur iisdem de caussis, quibus similitudo. Rem ornatiorem facit, cum nullius rei, nisi dignitatis, caussa sumitur: Apertiorem, cum id, quod sit obscurius, magis dilucidum reddit: Probabiliorem, cum magis verisimilem facit: Ante oculos ponit, cum exprimit omnia perspicue, ut res dicta prope manu teneri possit. Uniuscuiusque generis singula subiecissemus exempla, nisi exemplum, quod genus esset, in expolitione demonstrassemus, et caussas sumendi in similitudine aperuissemus. Quare noluimus, neque pauca, quo minus intelligeretur, neque, re intel-

---

tur. GRAEV. Leid. II. Ed. Med. *ad ipsum, quod c.* Bene. Voss. III. *id quod confertur ad ips. quod conferetur.* Voss. I. Ed. Omn. *sed ipsum, quod.* In Voss. I. et Leid. IV. Ed. Med. *confertur.* OUD.

CAP. XLIX. *Praeteriti*] Hoc v. eiecit Sch., sed exhibent Codd. O. Retinuit Orell. monens, *dictum praeteritum esse ἀπόφθεγμα* ab historicis memoratum. *L.*

Iisdem de causis] Lamb. ed. *iisdem ex causis.* GRAEV.

Quod sit obscurius] Duisb. et Lamb. ed. *quod sit obscurum.* GRAEV. Leid. III. IV. *sit obscurum.* OUD.

Cum exprimit omnia] Edd. vett. *cum explicit omnia.* GRAEV.

Prope manu tentari possit] Quidam legendum censent, *manu tractari,* alii *teneri.* LAMB. Al. *ut res prope manu teneri possit.* Sic legendum esse coniecit Lamb. in margine; in Cratandri ed. *dicta* non extat, et sane absurda hic est haec vox. Verissime Erfurtensis, *ut res prope dicam manu temptari possit.* Lenit verbo dicam translationem duriorem *rem prope manu tentare,* ubi *tentare* est attingere, ut *pertentare sinus.* GRAEV. Vid. Gifan. Observ. L.L. in *tentare.* Voss. II. Leid. III. IV. *res proprie dicta.* Voss. III. *res prope dicta.* Optime Erf.. *prope dicam.* Nam *tentari* est in MSS. O. et Edd. pp., non *teneri.* OUD.

Nisi exemplum, quod genus esset, in expositione] Lamb. ed. *nisi exempli quis usus esset in expositione.* GRAEV. *Nisi exempli quis usus esset,* legit Lambin., quo modo ratio poscere videtur. In vulgatis eodem modo et in manuscriptis legitur: *nisi exemplum quod genus esset.* BRUT. Voss. I. III. Leid. II. *nisi et ex.* In Voss. I. Leid. II. IV. Ed. Med. *est.* Deest Voss. III. OUD. *Nisi exempli quod genus est* B. *Nisi et exemplum quod genus est* C. Est etiam AD. *Mihi videtur expungendum v. exemplum. Scil. c. 42. in fine demonstrat, id genus non egere exemplo; at minus etiam, ut opinor, exempli exemplum afferri poterat. Inde idem quod de commutatione pronunciando facta ibi dixerit, de exemplo quoque valere dicit, quocirca uncis inclusimus.* Orell. *L.*

Causas sumendi in similitudine] Erf. *causas sumendi in similitudinem.* GRAEV.

Neque re intellecta] Cratand. ed. *neque in re intellecta.* GRAEVIUS.

lecta, plura conscribere. Imago est formae cum forma cum quadam similitudine collatio. Haec sumitur aut laudis, aut vituperationis caussa. Laudis caussa, sic: Ibat in
284 proelium, corpore tauri validissimi, impetu leonis acerrimi similis. Vituperationis, ut in odium, aut in invidiam, aut in contemtionem adducat. Ut in odium, hoc modo: Iste quotidie per forum medium, tamquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, adspectu venenato, spiritu rabi-

---

Plura conscribere] Erf. *plura scribere*. Graev. MSS. O. et Ed. Med. *plura scribere*. Vulgo *p. conscr.* Oud.

Imago est formae cum forma] Cratand. ed. *Imago est formae cum fortuna*. Non inepte Duisb.: *Imago est similis formae cum forma cum quadam similitudine collatio*. Rectius tamen abest. Graev. Leid. IV. *im. e. similis f.* Oud.

Ibat Turnus in proelium] Nomen *Turnus*, quod abest a libris vulgatis, in antiquis repertum reposui. Lamb. Pall. omnes, *ibat in proelium*, nisi quod pr. *inibat proelium*, quod et in suis reperit Petreius. Lambinus invenit in antiquis: *Ibat Turnus in praelium*. Vellem nobis singularius antiquos illos digito quasi indicasset; sed non erat scilicet tanti. At tanti tamen mihi videtur, significare, in quarto non inveniri illud *similis*, imo ne quidem in sexto; mea sententia recte. Gruter. Edd. *Ibant in proelium*. Lamb. ed. *ibat Turnus in proelium*. Graev. *Inibat praelium*, habet unus Gryphii liber. Lamb. *Ibat Turnus in praelium* legit, ex manuscr. libro. Alii, *Ibant in praelium* numero multitudinis legunt, quemadmodum in vulgatis habetur. Brut. Voss. III. *inibat in p.* Leid. III. *ibant*. Oud.

Corpore tauri v.] Voss. I. *pectore t. v.* Non male. Oud. Recepit *pectore* Sch. Exhibent *corpore* ACE. *corpori* D. vocabulum omisit B. Putat Orell. *pectore* solum non optime opponi *impetui*. L.

Acerrimi similis] Alii *acerrimi similes*. In duobus MSS. Gruterus non reperit *similis*. Graev.

Vituperationis ut in odium] Pith. *vituperationis caussa ut in odium*. Graev.

Ut in odium] Duisb. *ut aut in odium*. Graev.

Aut in invidiam, aut in contemtionem] Haec verba nec sunt in Pith. nec in Erfurt. Graev.

Adducat. Ut in odium, hoc modo: Iste] Pith. et Erfurt. *adducat, hoc modo: Iste*. Graev. *Ut in odium, aut in invid., aut in contemt. adducat. Ut in odium h. modo.* Sic fere Leid. III. et Ed. Med. sic: *aut est odium vel invidia aut contemptio. In odium adducitur h. modo.* Ceteri praebent cum Ed. Omn. simpliciter *ut in odium adducat h. modo*. Oud.

Iste quotidie] Erf. Duisb. *Iste qui quotidie*. Graev. Voss. II. Leid. III. IV. *iste qui q.* Oud.

Iubatus draco] Leid. II. *vibratus dr.* Oud.

Aspectu venenato, spiritu rabido] Ita omnes Pall. nisi quod unus et alter *rapido*. Nam Victorius ediderat: *serpit, aspectu rabido circumspectat*. Alii, *adspectu rabido, spiritu venenato*. Non male, nisi contradicerent exemplaria tenebricosa, quibus tamen

do, circumspectans huc, et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus adflare, ore adtingere, dentibus insecare, lingua adspergere possit. Ut in invidiam adducat, hoc modo: Iste, qui divitias suas iactat, sicut Gallus e Phrygia, aut ariolus quispiam, depressus et oneratus auro, clamat, et deierat. Ut in contemtionem adducat, sic: Iste, qui tamquam cochlea, abscondens reten-

item sua ratio. GRUT. Edd. vett. *adspectu rabido circumspectans*. Al. *adspectu rabido*, *spiritu venenato*. Gruterianam scripturam firmat Erfurt. Duisb. et Lambini editio. GRAEV. Lamb., ut nostri omnes manuscripti, et unus impressus Leoniceni: *aspectu venenato, spiritu rabido circumspectans*, etc. BRUT. Leid. III. IV. *adspectu r. spiritu venen.* Quod praefero. In MSS. quatuor et Ed. Omn. *rapido*. Male. OUD. *Aspectu venato* (*venenato* m. s.) *sp. rapido* A. *asp. ven. sp. radio* B. *asp. ven. sp. rapido* C. *asp. venato sp. rabido* D. *asp. ven. sp. rabido* E. Sinceram scripturam servavit T. *aspectu rabido, venerato spiritu*, quam recepit recte Orell. *Asp. rabido sp. venenato* Sch. *L.*

Ore adtingere] Praemittunt aliae edd. *quem*. Sed dictio ea non exstat in Pall. quatuor aut Bruil. GRUT. Edd. *Quem ore attingere*. GRAEV. Leid. I. III. IV. *quem ore ad.* OUD. *Quem ore att.* CT. Reliqui omnes *ore att.* quae verba Sch. secutus Ern. eiecit. Recte scripsit Orell. *quem ore attingere*. *L.*

Dentibus insecare] Legendum censet Auratus, *inuncare*, cum in vulgatis legatur, *dentibus insecare*. LAMB.

Divitias suas iactat] Erf. et Cauch. *divitias suas iactans*. GRAEV.

Sicut Gallus e Phrygia] Erf. *sicut Gallus et Phrocia*. Cauch. *sicut Gallus et Phroegia*. GRAEV. Deest *Gallus* Leid. IV. *e Phrygia veniens* inepte Ed. Med. OUD.

Depressus et oneratus] Duisb. *deprehensus et ornatus*. GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. IV. *deprehensus oneratus*, nisi quod in Leid. IV. *orn.* OUD.

Clamat et deierat] Sic quoque Victoriana, respondentque Pal. quart. et sext.; alii tamen *delirat*, quod et in primitus impressis. GRUT. Sic Erfurt. Cauch. Pith. Duisb. alii. *Clamat et delirat*. sic et Duisb. GRAEV. Leoniceni exemplar ita habet, *et oneratus auro clamat, et delirat*, quomodo Lamb. excudendum curavit. Cum uno Gryph. manuscripto vulgati consentiunt, qui *clamat, et deierat*, retinent. In uno tamen Gryph. recentiore est, *delirat, clamat, et peierat*, quomodo edidimus. BRUT. Exsulat verbum *clamat* a Voss. I, Leid. II. in quibus *et delirat* cum Leid. IV. Edd. pp. OUD.

Ut in contemtionem adducat, sic: Iste] Erfurt. *Et contemnitur, sicut: Iste.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. *et contemnitur*. Leid. IV. *et contemtu*. Voss. II. cum Edd. pp. *in contemtionem*. Desunt *ut in contemtionem adducat* Leid. I. Abiiciendum puto verbum *adducat*. OUD. *Adducat* h. l. omisit Sch. quod ignorant omnes nostri ABCDET. Uncis inclusit Orell. *L.*

Qui tanquam cochlea abscondens etc.] Nescio an habeamus lectionem auctoris genuinam. Nam mire variant Pall. e quibus pr.

tat sese tacitus, quo sit tutus, comeditur cum domo sua, et aufertur.

Effictio est, cum exprimitur et effingitur verbis corporis cuiuspiam forma, quod satis sit ad intelligendum,

---

habet: *iste qui tanquam testudo se cochlea abscondens et retentat sese tacitus, eum in domo sua totus ut comedatur aufertur.* Sec. *Iste qui tanquam cochlea abscondens retentat se tacite cum Domo tutus comedatur et aufertur.* Tert. *tacite quomodo sit tutus comeditur et aufertur.* Quart. et sext. *abscondens et retentans sese tacitus, quomodo ut tutus comeditur et aufertur.* Sicque item Bruil. nisi quod is, *et auferatur*, a manu prima. Grut. Medic. *Iste qui tanquam cochlea abscondens et retentans sese tacitus quo modo ut tutus comeditur et aufertur.* Alius, *Iste qui tanquam cochlea abscondene retentat sese tacite, cum domo totus ut comedatur aufertur.* Quae forsan non aliena ab vera manu. Gronov. Erf. *qui tanquam cocleam abscondens.* Graev. Voss. I. *cochleas.* Deest participium *abscondens* Leid. I. *retentans* Voss. III. *et retentans* Voss. II. Leid. III. Ed. Med. *tacite* Voss. I. III. Leid. II. III. Ed. Med. Oud. *Et retentans* (*retentat* m. s.) *sese tacitus* (*tacite* m. s.) *cum totus domo aufertur, et comeditur* (*domi totus ut comedatur* m. s.) A. *Et retemptans sese tacitus ut quomodo sit tutus cum domo tota ut c. affertur.* B. *Et* om. — *retentat sese tacite cum domo totus ut comedatur.* C. *Et* om. — *retentat sese tacite c. d. totus ut c. auf.* D. *Et ret. s. t. quomodo sit tutus c. domo sua ut com. et aufertur.* E. Locum sic exhibuit Sch.: *Abscondens et retentans sese; tacitus, cum domo sua totus, ut comedatur, aufertur.* V. *totus* ridiculum emblema appellat Orell. idque eiicit, ignoraturque a Cod. T. Unde sic scripsit Orell.: *Iste qui tanquam cochlea* [*abscondens*] *retentat sese tacitus, quo sit tutus, cum domo sua, ut comedatur, aufertur.* L.

Retentat sese] Erf. et Medic. *retentans sese.* Graev.

Quo sit tutus] Erf. *quomodo sit tutus.* Graev.

Cum domo sua comeditur] Liber MS. habet, *cum domo sua, ut comedatur, aufertur.* Lamb. Erf. et Cauch. *comeditur et aufertur.* Al. *retentat se se tacite, cum domo totus ut comedatur aufertur.* Pith. *Retentat se se tacitus, domo ut totus comedat.* Al. Pith. *et retentans sese tacitus q modo ut totus comeditur et aufertur.* Graev. Nos, ut est in uno exemplari manuscripto, *cum domo sua, ut comedatur, aufertur.* Hanc autem lectionem Leoniceni editio tuetur. Brut. Voss. I. III. Ed. Omn. *cum domo totus ut comedatur, auf.* II. *cum domo totus comeditur et auf.* Leid. I. IV. *quomodo sit tutus comeditur et auf.* Leid. II. *cum domo totus ut comedatur, auferatur.* Leid. III. *domo sua totus aufertur, ut comedatur.* Ed. Med. *totus cum domo aufertur et comeditur.* Placet Voss. I. et Omniboni lectio. Oud.

Effictio est] Erf. *Effectio est.* Graev. Voss. I. Leid. III. *Affectio.* MSS. quatuor, Ed. Omn. *Effectio.* Oud.

Et effingitur] Duo MSS. *atque effingitur.* Graev. *Atque effingitur.* Sic MSS. O. Ed. Med. non *et eff.* Oud.

Quod satis sit] Erf. *quoad satis sit.* Sic et Lamb. ed. Graev. *Quoad satis sit.* Ita MSS. O. et Edd. pp. non *quod.* Oud. *Quoad* ACDE. *Quod ad* B. L.

hoc modo: Hunc dico, iudices, rubrum, brevem, incurvum, canum, subcrispum, caesium, cui sane magna est in mento cicatrix, si quomodo potest vobis in memoriam redire. Habet haec exornatio cum utilitatem, si quem velis ostendere: tum venustatem, si breviter et dilucide facta est.

CAP. L. Notatio est, cum alicuius natura certis
describitur signis, quae, sicuti notae quaedam, naturae
sunt adtributa. Ut si velis non divitem, sed ostentatorem
pecuniosum describere, Iste, inquies, iudices, qui se 286
dici divitem, putat esse praeclarum, primum nunc videte, quo vultu nos intueatur. Nonne vobis videtur dicere: Darem, si mihi molesti non essetis? cum vero si-

---

Habet haec exornatio cum utilitatem] Erf. *habet haec exornatio tum utilitatem.* GRAEV.

Si quem velis ostendere] Tres MSSti nostri *demonstrare*, cui alius velut interpretationem adscripsit, *expresse ostendere*, alius *per signa accidentalia declarare*, ut omnino exstantem in scriptis lectionem pro veteri habere cogar. GRONOV. Erf. Duisb. et tres alii ac Cratand. ed.: *si quem velis demonstrare*, probante Gronovio. GRAEV. *Si quem velis demonstrare.* Et sic MSS. O. cum Ed. Med. si excipias Voss. III. in quo ut vulgo *ostendere*. OUD.

Tum venustatem] Erf. *tum in venustatem.* GRAEV.

Dilucide facta est] Lamb. ed. *dilucide facta sit.* GRAEV.

CAP. L. *Certis describitur signis*] Duisb. *certis designatur signis.* GRAEV. Leid. IV. *designatur s.* OUD.

Sicuti notae quaedam, naturae] Erf. *sicuti notae, quae naturae.* GRAEV.

Sed ostentatorem pecuniae suae] Sic restituerunt Memmius et Auratus, cum in omnibus libris legeretur, *ostentatorem pecuniosum.* LAMB. Non improbo Memmii Auratique coniectaneum, *pecuniae suae*, sed videsis, ne acutius sit quod inveni in Pal. quarto ac sexto, *ostentatorem pecuniosi.* GRUT. Lamb. ed. *ostentatorem pecuniae suae.* Erf. et al. MS. *ostentatorem pecuniosi.* GRAEVIUS. *Sed ostentatorem pecuniae suae* emendat Lamb. In uno Gryph. manuscripto, *pecuniosi* dimidiatum verbum, legitur; ex quo non male coniectura probari possit, legendum, *pecuniae suae*, aeque praeclaro sensu. BRUT. Leid. IV. *p. describere.* OUD.

Quo vultu nos intueatur] Erf. *quo vultu vos intueatur.* GRAEV.

Nonne v.] Leid. II. *num v.* OUD.

Darem, si mihi molesti non essetis] Melius forte Pal. pr. quart. sext.: *Daretis mihi locum, si mihi molesti non essetis.* Et ita quoque Brail. GRUT. Erf. *dant, si mihi molesti non essetis.* Duisb. *Darem vobis locum, si mihi molesti non essetis.* Al. MSS. *daretis mihi locum, si mihi molesti non essetis.* GRAEV. Leid. I. III. *daretis mihi locum, si* etc. IV. *darem vobis locum, si* etc. In Voss. I. II. *clare* vel *daretis locum.* OUD.

Cum vero sinistra mentum sublevat] MSSti vel *sublevabit* vel *sublevavit.* GRONOV. MSS. *Cum vero sinistra mentum sublevabit.* Al. *sublevavit.* Erfurt. *cum vero sinistrum mentum sublevabit.*

sinistra mentum sublevat, existimat se gemmae nitore, et auri splendore adspectus omnium perstringere. Cum puerum respicit hunc unum, quem ego novi, (vos non arbitror novisse,) alio nomine adpellat, deinde alio atque alio: Heus tu, inquit, veni Sannio, ne quid isti Barbari perturbent: ut ignoti, qui audiunt, unum putent eligi de multis: ei dicit in aurem, ut aut domi lectuli sternantur,

---

Graevius. Ed. Med. *sinistram ad mentum s.* Voss. I. III. Leid. II. *m. sublevabit.* Oud.

Existimat se gemmae nitore et auri splendore] Erf. *existimat se gemmae nitorem et auri splendorem* etc. quam scripturam non damno, si *se* expungatur. Graev. *Se* omisit Sch. *nitorem* et *splendorem* scribens. *Existimat se* ABCDET. *nitore — splendore* ADET. *Nitorem — splendore* BC. Scripsit recte Orell.: *Existimat se — nitore — splendore.* L.

Aspectus omnium praestinguere] Sic legendum, non *perstringere*, neque *praestringere*. *Praestinguere* autem valet obtenebrare: ut docet Nonius, de quo verbo vide plura in commentariis Lucretianis. Lamb. Erf. Pith. et Cauch. *adspectus omnium perstringere;* sed Duisb. cum Grut. et al. edd. *adspectus omnium praestringere.* Lamb. ed. *adspectus omnium praestinguere.* Graev. *Adspectus o. praestringere.* Sic Voss. I. III. Ed. Omn. In reliquis *perstr.* Oud. *Perstringere* ABCD. Legendum est *praestringere.* Cf. quae dixi ad Plauti Milit. Glorios. I, 4. L.

Quem ego novi] Edd. *quem novi.* Graev. Deest *ego* Voss. I. Leid. II. IV. *notavi* Voss. II. Oud.

Vos non arbitror novisse] Illud *novisse* non restat in Pal. quarto aut sexto, et satis subintelligeretur. Grut. Erf. et duo Pall. *vos non arbitror, alio.* Graev. Voss. I. Leid. I. *nosse.* Voss. II. *notavisse.* Oud.

Alio atque alio: Heus] Pith. *alio atque, heus tu.* Erf. *alio atque alio adeo. Tu, inquit.* Graev.

Heus tu etc.] Medic. *At heus tu, inquit, veni Sannio, ne quid istos barbaros perturbem.* Gron. Erf. *Tu, inquit, veni Sannio.* Medic. *At heus tu, inquit, veni Sannio.* Graev. Abest prima vox a Voss. I. III. Leid. II. *Tum* Voss. III. Leid. IV. *sannio, sannio equidem.* Oud.

Ne quid isti barbari perturbent] Erf. *ne quid his barbaris turbent.* Cauch. *ne quid isti barbari turbent.* Pith. *ne quid isti barbari conturbent.* Duisb. *equidem isti barbari conturbantur.* Medic. *ne quid istos barbaros perturbem.* Graev. Voss. III. IV. Leid. II. Ed. Omn. *turbent.* Leid. IV. *conturbantur.* Oud.

Qui audiunt] Erf. *qui audient.* Graev.

Unum putent eligi de multis] Erf. *unum putent se eligi de multis.* Graevius.

Aut ut domi lectuli sternantur] Miror haec isto ordine legi in omnibus, quod sciam, editis pariter et scriptis, praeter unum Medicaeum, qui exhibet *ut aut*, quomodo necessario converti debet, quum caussalis ista vocula pertineat ad omnes, quae sequuntur, partes. Sed et τὸ [voc.] *aut* ante *asturconi* in omnibus nostris MSStis habetur, ut et legunt primi ex editis; neque utique ostium de bal-

aut ab avunculo rogetur Aethiops, qui ad balneas veniat, 287
aut asturconi locus ante ostium suum detur, aut aliquod fragile falsae choragium gloriae comparetur. Deinde exclamat, ut omnes audiant, Videto, ut diligenter numeretur, si potest ante noctem. Puer, qui iam bene hominis naturam novit, Tu illo plures mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. Age, inquit, duc tecum Libanum, et Sosiam. Sane. Deinde casu veniunt hospites homini, qui istum splendide, dum peregrinaretur, rece-

---

neis intelligere cogimur. Sic Invent. I, 8. edunt: *quod non aut is agere videtur quem oportet.* Quum et MS. et ratio sequentium flagitet *quod aut non.* Gron. Medic. *ut aut domi lecti.* Erf. *aut ut in domi lectuli.* Merito hanc Medicaei codicis scripturam probat Iac. Gronovius, quam et ego invitis meis omnibus probo. Graev. MSS. O. Ed. Med. *aut ut d.* Abest *ut* ab Ed. Omn. haud male. Oud.

Aut asturconi locus] Sic plerique MSS. et edd., sed a Lambino et Grutero perperam *aut* omissum. Graev.

Exclamat, ut omnes audiant] Erfurt. *exclamat, omnes audiant.* Graevius.

Videto, ut diligenter numeretur] Duisb. *videto ut omnes bene numeretur.* Pith. *videto ut diligenter numeretur.* Edd. *videto ut diligenter enumeretur.* Graev. Leid. II. *vide.* Voss. I. Leid. IV. et Ed. Med. *videte.* Leid. IV. *ut omnes bene numerentur.* Ed. Med. *ut dil. omnes numerentur.* In MSS. O. et Ed. Omn. etiam *numerentur* scil. servi. Optime. Oud.

Si potest] Voss. III. Leid. II. *si potes.* Oud.

Qui bene hominis naturam novit] Erf. *qui iam bene naturam novit.* Lamb. ed. *qui bene hanc hominis naturam novit.* Graev. In uno Gryphii ita legitur: *qui hanc iam bene hominis naturam novit.* Brut. Voss. I. *qui hanc b. h. n. novit.* Leid. II. *qui hanc naturam b. novit.* Voss. III. *qui iam hanc h. n. b. novit.* Oud.

Tu illo plures mittas] Erf. *tu illo mittas oportet.* Graev.

Age, inquit, duc] Edd. *age, inquit ille, duc.* Graev.

Homini, qui istum splendide, dum peregrinaretur, receperant] Liber unus manuscript. habet, *invitarant.* Lamb. Videtur prius fuisse *invitarant*, cuius vocis ignorantia mire torsit librarios. Nam pr. *homini quos iste dum splendide peregrinantur invitat*, ubi forte legendum: *quos iste dum splendide peregrinaretur, invitarat.* Sec. *qui istum splendide receperunt dum peregrinabatur, invitat.* Quart. et Br. *homini quos iste dum splendide peregrinaretur ex ea re.* sine alio verbo. Grut. Erf. *quos iste dum splendide peregrinatur, ex ea re.* Pith. *qui istum dum peregrinabatur splendide invitant.* Addit Pithaeus: Al. *a quibus iste dum peregrinatur splendide susceptus est.* Al. *quos iste splendide dum peregrinabatur invitat.* Haec Pith. Sic et margo Cratandri. Lamb. ed. *qui istum splendide dum peregrinaretur receperant. Ex ea re.* Probo et ipse: *qui istum splendide dum peregrinaretur, invitarant*, hoc est, exceperant, tractarant. Sallust. *cum se cibo vinoque laeti invitarent.* Vide quae notavi ad Iustini lib. I. cap. 6. Graev. Leid. II. Voss. III. *quos iste.* In nonnullis *peregrinabatur*, vel *peregrinatur.* Leid. I. II. *invitat.* Voss. III. *invitaverat.* |Ed. Med.

perant. Ex ea re homo hercle sane conturbatur: sed tamen a vitio naturae non recedit. Bene, inquit, facitis, cum venitis: sed rectius fecissetis, si ad me domum re-
288 cta abiissetis. Id fecissemus, inquiunt illi, si domum novissemus. At istud quidem facile fuit undelibet invenire. Verum ite mecum. Sequuntur illi. Sermo interea huius consumitur omnis in ostentatione. Quaerit, in agris cuiusmodi frumenta sint: negat, se, quia villae incensae sint, accedere posse, nec aedificare etiam nunc audere; tametsi in Tusculano quidem coepi insanire, et in iisdem fundamentis aedificare.

CAP. LI. Dum haec loquitur, venit in aedes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum: quo iste pro notitia domini aedium ingreditur cum hospitibus.

---

quos iste dum spl. peregrinantur, invitat. Ed. Omn. *quos dum iste spl. peregrinatur, invitavit.* Mihi legendum videtur: *qui istum spl. dum peregrinabatur, invitarant.* V. Graevium. Oud. Scripsit Sch. *qui istum spl., dum peregrinaretur, invitarant.* Codd. ita: *qui istum non spl. peregrinabatur receperunt* A. Sed m. a. *dum peregrinatur splendide invitant.* B. *dum p. sp. susceperunt.* C. *Sp. dum peregrinerat receperant.* D. *receperunt dum sp. peregrinaretur* E. *sp. receperunt dum hic peregr.* Cod. T. *q. i. spl. dum peregrinaretur, receperant.* Cum Sch. fecit Orellius. L.

Ex ea re homo hercle sane conturbatur] Pith. *ex ea re hercle sane conturbatur.* Duisb. *ex ea re hic hercle sane conturbatur.* Lamb. ed. *ex ea re homo hercle conturbatur.* Graev. Leid. IV. *hic h. s.* III. *hercle homo* sine τῷ [voc.] *sane.* Oud.

Si ad me domum recta abiissetis] Pith. *si ad meam domum recta via abiissetis.* Graev. Leid. III. IV. Edd. pp. *ad meam d.* male. *Recte* Voss. II. *adissetis* Ed. Med. vulgo *abiissetis.* Oud.

At istud quidem facile fuit] Edd. *at istud quidem, inquit, facile fuit.* Graev.

Verum ite mecum. Sequuntur illi] Non modo praesignis iste Medicaeus, sed etiam duo reliqui *verum. Buntem illum sequuntur illi.* Quae aposiopesis mihi videtur opportunissima, scilicet, quod tamen exprimere nolebat: sic quoque adventum gratulor, aut ipse vos ad domum ducam. Gronov. Medic. et duo alii, notante Iac. Gronovio, *verum. Buntem illum sequuntur illi.* Erf. *verum item eum sequuntur illi.* Graev. Voss. I. III. Leidd. O. Ed. Omn. *euntem illum.* Bene. Ed. Med. *dum euntem illum.* Voss. II. *iste. mecum.* Oud.

In agris cuiusmodi frumenta sint] Erf. *in agris frumenta cuiusmodi sint.* Graev.

Coepi insanire] Edd. *coepit insanire.* Lamb. ed. *in Tusculano quidem, inquit, coepi insanire.* In Duisb. non legitur *quidem.* Graev. Voss. III. *quidem incepi.* Leid. IV. *incepi.* Oud.

In iisdem fundamentis] Erf. *in isdem fundamentis.* Graev.

CAP. LI. *Venit in aedes*] Voss. III. *convenit in aed.* Oud.

In quibus sodalitium] Duisb. *ubi sodalitium.* Graev. Leid. IV. *ubi s.* Voss. III. *eadem.* Oud.

Hic, inquit, habito. Perspicit argentum, quod erat expositum, visit triclinium stratum, probat. Accedit servulus: dicit homini clare, dominum iam iam venturum, si velit exire. Itane inquit? Eamus hospites; frater venit ex Salerno: ego illi obviam pergam: vos huc decuma 289
venitote. Hospites discedunt. Iste se raptim domum suam coniicit: illi decuma, quo iusserat, veniunt. Quaerunt hunc; reperiunt, domus cuia sit: in diversorium derisi conferunt sese. Vident hominem postera die: narrant,

---

Pro notitia domini aedium ingreditur] Duisb. *pro notitia domini ingreditur*. Graev. Deest *aedium* Leid. IV. Oud.

Perspicit argentum etc. *visit* etc. *probat*] Hoc modo Pall. nostri: inepte igitur Lambinus, *perspiciunt argentum etc. visunt, etc. probant*. Pertinent enim isthaec ad ostentatorem, non ad hospites. Grut. Pith. et Erf. *perspicitur argentum*. Lamb. *perspiciunt argentum*. Graev. Voss. II. III. *prospicit*. Leid. III. *perspicitur*. IV. *perspicitur autem* (sic Leid. I.) *q. e. appositum*, sine verbo *visit*, pro quo in Leid. I. *ut fit*. Oud.

Quod erat expositum] Pith. *quod erat impositum*. Graev.

Accedit servulus] Duisb. *accedit servus*. Graev.

Dicit homini clare] Pith. *dicit homini clam*. Graev. Leid. I. *d. h. in aurem*. Ed. Med. *d. h. clam*. Oud.

Dominum iam venturum] Reposui ex Duisb. *dominum iam iam venturum*, quod est efficacius. Graev. Leid. I. *D. domus iam v. si vel. viderat exire*. IV. *d. iam v. si vel. iam exire*. In nullo inveni *iam iam*. Oud.

Itane inquit] Pith. *itane, inquit, est*? Graev.

Frater venit ex Salerno] Erfurt. et Cauch. *Frater venit ex Falerno*, nimirum agro. Idem. Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. *frater meus*. Dein *Falerno* Voss. O. Leid. I. II. cum Ed. Med. Oud. *Frater meus* ABCD. *De Salerno* B. *Ex falerno* AC. *ex falcerno* E. *L*.

Decuma venitote] Quidam libri habent, *ad decimam*. Ad decimam autem, hoc est, circiter decimam. Lamb. Gifanius (in Observ. L. Lat. V. *Ad pro usque ad*.) maluit, *ad decumam*, quomodo exstare in aliquot suis testatur Lambinus, et reperi in Pal. tertio, sed ideo tamen nihil muto. Gruter. MSS. quidam, *ad decimam venitote*. Graev. Voss. O. Leid. II. Ed. Med. *Vos huc*, vel *huc vos ad decimam v*. Leid. I. *vos decima huc hora*. Oud. *Ad decimam* BCD. *L*.

Domum suam coniicit] Erf. et Pith. *domum suam coniecit*. Graev. Voss. I. Leid. I. *in domum s. c*. Iidem et Voss. II. cum Ed. Med. *coniecit*. Oud. *Connicit* A. *Coniecit* BDE. *conierit* C. *L*.

Illi decuma, quo iusserat] Erfurt. et Pith. *decuma, quo iusserat, veniunt*. Pith. praeterea *qua iusserat*. Graev. Prima vox abest Leid. I. IV. Voss. II. *decima hora* Leid. I. *qua* MSS. quinque cum Edd. pp. Oud.

Domus cuia sit] Voss. III. *domum cum absit*. Oud. *Cuia* ACDE. *Cuius* A. a m. s. B. *L*.

In diversorium] Lamb. ed. *in deversorium*. Graevius.

expostulant, accusant. Ait iste, eos similitudine loci deceptos, angiporto toto deerrasse: contra valetudinem se ad noctem multam exspectasse. Sannioni puero negotium dederat, ut vasa, vestimenta, pueros corrogaret. Servulus non inurbanus satis strenuè et concinne comparat: iste hospites domum deducit. Ait se aedes maximas cuidam amico ad nuptias commodasse. Nuntiat interea puer argentum repeti (pertimuerat enim qui commodarat) Apagete, inquit, aedes commodavi, familiam dedi: argentum quoque vult? tametsi hospites habeo, tamen uta-

---

Ait iste eos etc.] Pal. quart. sext. Bruil. a manu secunda, *at iste eos* etc. placet. GRUT. Quidam MSS. *At iste eos.* GRAEV.

Angiporto toto] Erf. *angiporto tuto.* Duisb. et Lamb. ed. *angiportu toto.* Sed MSS. ceteri vulgatae patrocinantur. Qui immutarunt, nesciverunt veteres dixisse *angiportum* genere neutro, ut notavit Plinius Secundus in Grammaticis et ex eo Priscianus, ex utroque vero Gerhardus Vossius lib. I. de Analog. Cap. 36. IDEM. Voss. II. *in a.* Voss. I. II. Leid. I. IV. *angiportu t.* OUD. *In angi portu* B. *L.*

Contra valetudinem suam ad noctem multam expectasse] Prima sic Gruteriana, quam sequuntur, quas aliquoties supra numeravi, expulso *se*, quod habent et editi omnes et MSSti nostri, vel in principio apponentes, vel interponentes post *suam;* et in hac sermonis alternatione non debebat abesse; certe non erat caussa, cur fugaretur. GRONOV. Erf. et Pith. *contra valitudinem.* Pith. *circa valetudinem.* GRAEV. MSS. O. et Edd. pp. addunt *suam,* dum quidam carent *se.* OUD.

Se ad multam noctem expectasse] Erf. Duisb. et Grut. ed. *ad multam noctem expectasse* sine *se.* GRAEV.

Pueros corrogaret] Erf. et Duisb. *pueros rogaret.* GRAEV. Leid. III. IV. Voss. II. *p. rogaret.* OUD.

Servulus non inurbanus satis strenue et concinne comparat] Erf. *servulos non inurbanos satis et concinne compararet.* GRAEV. Leid. IV. *servulos n. inurbanos.* OUD.

Hospites domum deducit] Duisb. *hospites suos deducit.* GRAEV. Leid. IV. *h. suos d.* OUD.

Ait se aedes maximas] Duisb. *ait se aedes suas maximas.* GRAEV. Leid. IV. *aed. suas m.* OUD.

Cuidam amico] Duisb. *cuidam amico suo.* GRAEV. Leid. IV. *c. a. suo.* OUD.

Ad nuptias commodasse] Duisb. et multae edd. *ad nuptias accommodasse.* GRAEV. Voss. II. Leid. III. IV. cum Edd. pp. *ad n. accommodasse,* et mox Voss. II. III. Leid. IV. OUD.

Nuntiat interea puer] Tres MSS. Erfurt. Duisb. Pith. *nuntiat puer.* Sine ullo detrimento abest *interea.* GRAEV. *Nunciat puer.* Sic edi iubent MSS. O. et Edd. pp. Vulgo *n. interea p.* OUD. Tum scribendum *Apage te,* id quod exhibent ABCDE. *Apage* omisso *te* T. *L.*

Apagete, inquit] Pith. *apagite, inquit.* Erf. et Cauch. *apage, inquit.* GRAEV.

tur licet, nos Samiis delectabimur. Quid ego, quae deinde efficiat, narrem? eiusmodi est hominis natura, ut, quae singulis diebus efficiat gloria atque ostentatione, ea vix annuo sermone enarrare possim.

Huiusmodi notationes, quae describunt, quid consentaneum sit uniuscuiusque naturae, vehementer habent magnam delectationem. Totam enim naturam cuiuspiam ponunt ante oculos, aut gloriosi, ut nos, exempli caussa, coeperamus; aut invidi, aut timidi, aut avari, ambitiosi, amatoris, luxuriosi, furis, quadruplatoris: denique cuiusvis studium protrahi potest in medium tali notatione.

CAP. LII. Sermocinatio est, cum alicui personae sermo adtribuitur, et is exponitur cum ratione dignitatis, hoc pacto: Cum militibus urbs redundaret, et omnes timore oppressi domi continerentur, venit iste cum sago, gladio succinctus, tenens iaculum: quinque adolescentes 291
hominem simili ornatu subsequuntur. Irrumpit in aedes

Tamen utatur licet, nos Samiis] Duisb. *tamen utatur, nos Samiis.* GRAEV. Deest *licet* Leid. IV. OUD.

Quae deinde efficiat, narrem] Erf. et Pith. *quae deinde efficiat parem.* GRAEV.

Quae singulis diebus efficiat] Duo libri manuscripti habent, *quae singulis efferat.* LAMB. Duo MSS. *quae singulis efferat.* GRAEVIUS.

Habent magnam d.] Leid. IV. caret voce *magnam.* OUD.

Naturam cuiuspiam ponunt] Duisb. *naturam ponunt.* GRAEV. Leid. IV. caret voce *cuiuspiam.* OUD.

Gloriosi] MSS. plerique *glosi.* Leid. IV. *gulosi.* OUD.

Exempli causa coeperamus] Al. *exempli causa ceperamus.* GRAEVIUS.

Aut timidi] Pith. *aut tumidi.* GRAEV.

Luxuriosi, furis] Leid. II. *lux furiosi, furis.* OUD.

Protrahi potest] Duisb. *trahi potest.* GRAEV. Leid. IV. *trahi potest.* Voss. III. *in medio.* OUD.

CAP. LII. *Sermo attribuitur*] Duisb. *sermo asscribitur.* GRAEV. Leid. IV. *s. asscribitur.* OUD.

Et is exponitur] Erf. *et his exponitur.* GRAEV. Leid. III. *is exprimitur.* OUD.

Domi continerentur] Voss. III. *d. retinerentur.* Ed. Omn. *d. tenerentur.* OUD.

Tenens iaculum] Quidam libri vett. habent, *tenens baculum.* LAMB. MS. *tenens baculum* Duisb. *tenens in manu gladium.* GRAEV. Addit Ed. Med. *in manu.* Leid. IV. *t. in manu gladium.* Leid. I. *t. baculum.* OUD.

Quinque adolescentes hominem simili] Erf. *quin* (Cauch. *in*) *adolescentes homines simili.* GRAEV. *Quinque adolescentes homines* habet unus e meis manuscr. BRUT.

Simili ornatu] Leid. IV. *s. habitu.* OUD.

subito, deinde magna voce, Ubi est iste beatus, inquit, aedium dominus? quin mihi praesto fit? quid tacetis? Hic alii omnes stupidi timore obmutuerunt. Uxor illius infelicissimi cum maximo fletu ad istius pedes abiecit sese. Parce, parce, inquit, et per ea, quae tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri: noli exstinguere exstinctos. Fer mansuete fortunam: nos quoque fuimus beati: nosce te esse hominem. At ille: Quin illum mihi datis, ac vos auribus meis opplorare desinitis? non abibit. Illi nuntiatur interea venisse istum, et clamore maximo mortem minari. Quod simul ut audivit, Heus, inquit, Gorgia, pediseque puerorum, absconde pueros: defende:

Irrumpit in aedes] Erf. *irrupit in aedes*. GRAEV. MSS. O. Ed. Omn. *irrupit in aed.* OUD.

Magna voce] Leid. IV. *dixit m. v.* II. *maxima*. Abest *voce* a Leid. III. OUD.

Quin mihi praesto fit] Pall. fere *fuit?* nisi quod sec. *is quomodo mihi praesto fuit;* unde forsan haeret in Gembl. Tosano et Lil. *qui non mihi praesto fuit?* GRUTER. Erfurtensis consentit ultimis tribus MSS. a Grutero laudatis. Al. *is quoque mihi praesto fuit*. Al. *quin mihi praesto fuit*. GRAEV. Voss. I. Leid. I. *quid? non m. p. f.* Leid. III. Ed. Omn. *qui non m. pr. f.* Tum *fuit* MSS. O. cum Edd. pp. OUD. *Qui non mihi* C. *qui mihi non* D. *Fuit* ABCDE. *Sit* Ern. ex errore typogr. *L.*

Omnes stupidi timore] Leid. IV. *homines st. t.* III. *o. stupore*. OUD.

Cum maximo fletu] Leid. II. III. *c. magno fl.* OUD.

Istius pedes abiecit se] Duisb. et Pith. *istius pedes proiecit se*. Lamb. *pedes abiiciens se*. GRAEV. Voss. III. *subiecit sese*. Leid. III. *iniecit s.* IV. Voss. II. *proiecit s.* Ed. Omn. *obiecit s.* OUD.

Et per ea] A Duisb. abest *et*. GRAEV.

Parce, parce, inquit] Vocem *parce* iteratam reposui ex Pithoei optimo codice, quae repetitio hic est ἐμφατικωτάτη. GRAEV. Abest copula *et* ante *parce* a MSS. O. et Edd. pp. *per te i.* Voss. I. III. Leid. II. Ed. Omn. *parce inquit, per te.* Hinc malim *parce, inquit, parce.* Alterum *parce* primus recte inseruit Graevius. OUD.

At ille: quin illum] In Erfurt. non est *at ille*. GRAEV.

Illum mihi datis] Leid. III. IV. *date*. Et mox *desinite*. OUD.

Auribus meis opplorare] Pith. *Auribus meis explorare*. GRAEV.

Non abibit] Erf. *non abibo*. GRAEV.

Venisse istum, et clamore] Erf. *venisse factum est, et clamore*. Duisb. *Hunc venisse et cum clamore*. GRAEV. Leid. III. *v. factum est*. IV. *hunc venisse et cum cl.* OUD.

Pediseque puerorum] Erfurt. *pedissequa puerorum*. Lamb. *pedisseque puerorum*. Duisb. *pedisequo puerorum*. GRAEV. MSS. O. Edd. pp. *pedissequa p.* OUD. *Pedissequa* ABC. *que pedissequa* D. *L.*

Abscondepueros, defende] Duisb. *defende pueros, defende*. GRAEV.

fac, ut incolumes ad adolescentiam perducas. Vix haec dixerat, cum ecce iste, praesto, Sedes, inquit, audax? 292
non vox mea tibi vitam ademit? exple inimicitias meas, et iracundiam satura tuo sanguine. Ille cum magno spiritu, Metuebam, inquit, ne plane victus essem. Nunc video in iudicio mecum contendere non vis, ubi superari turpissimum, et superare pulcherrimum est: interficere

---

Fac, ut incolumes ad adolescentiam perducas] Erf. Duisb. et Cauch. *Fac ut incolumis adolescentia sit.* Pith. *fac ut incolumes adolescentiam perducas.* Graev. In duobus Gryph. exemplaribus deest *perducas;* fortassis non male, ut videatur temporis angustiis excluso addere postremum verbum non licuisse; quod ad significandam ferociam inimici eum subito opprimentis, magnam vim habet. Brut. Leid. I. III. IV. Voss. II. *incolumis sit adolescentia.* Oud. *Incolomes ad adol.* A. *incolumis sit adolescentia* E. *L.*

Vix haec dixerat] Erf. *vix haec dixit, at.* Graev.

Cum ecce iste praesto, Sedes, inquit, audax?] Nihil variant Pall. quam quod tertius addat *Etiam sedes*; quintus vero destituatur illo *sedes.* Sed enim non displicet quod restat in Liliensi: *cum ecce, inquit iste, praesto sum. Sedes, ait, audax* etc. Grut. Erf. *sedet, inquit, audax. Etiam sedes, inquit, audax.* In al. MS. *sedet* non habetur. Al. MS. *Cum ecce, inquit iste, praesto sum. Sedes, ait, audax.* Potest *sedes* exponi, otiose et tranquillo animo hic moraris. Sed quia in multis MSS. ut nec in Pithaeano reperiatur, sic puto distinguendum et legendum: *cum ecce iste, praesto, inquit, es audax.* Graev. Quidam existimant *Praedo* legendum, non male. Brut. *Etiam sedes* scripsit Sch. Voc. *etiam* om. ABCDET. Deinde *num vox* D. *L.*

Non vox mea] Erf. *non vis mea.* Graev.

Iracundiam satura tuo sanguine] Duisb. *iracundiam satura, sanguine.* Graev. Abest *tuo* a Leid. IV. Oud.

Metuebam, inquit, ne plane victus essem] Pal. sextus non agnoscit vocem *Metuebam*, habetque *esset*, quod ultimum etiam in quarto, sed is loco alterius vocis praefert *verba;* ceteri retento *Metuebam* praemittunt, *verba.* Quidam etiam adiiciunt, vel *emittens*, vel *dedit.* Grut. Erf. *verba, ne plane victus essem.* Al. *Verba metuebam, inquit, ne* etc. Pith. *verba dedit, metuebam, inquit, ne plane victus essem.* Graev. Voss. I. Leid. II. Ed. Omn. *verba met. inq.* Voss. III. *vera m. i.* Oud.

In iudicio mecum contendere] Erf. *iudicium mecum contendere.* Cauch. *indicio mecum contendere.* Graev. Voss. I. Leid. I. III. Ed. Med. *tu mecum* etc. Oud.

Ubi superari turpissimum] Erf. *ubi separari turpissimum.* Duisb. *ubi superari est turpissimum.* Pith. *ubi superari turpissimum, et superare pulcherrimum est.* Graev. Leid. IV. *turp. est sup.* Oud.

Interficere me vis, occidar equidem] Erf. *interficere vis, occide quidem.* Pith. *interficere me vis, occidas equidem.* Duisb. *interficere me vis, occidar, sed victus.* Graev. Voss. III. *occidas eq.* Leid. III. Ed. Med. *occides quidem.* Ed. Omn. *occides eq.* Deest *equidem* Leid. IV. Oud.

me vis: occidar equidem, sed victus non peribo. At ille, In extremo vitae tempore etiam sententiose loqueris? neque ei, quem vides dominari, vis supplicare? Tum mulier, Immo quidem iste rogat, et supplicat: sed tu, quae-
293 so, commovere; et tu, per deos, inquit, hunc amplexare. Dominus est; vicit hic te, vince tu nunc animum. Cur non desinis, inquit, uxor, loqui, quae me digna non sunt? tace, et, quae curanda sunt, cura: tu cessas mihi vitam, tibi omnem bene vivendi spem mea morte eripere? Iste mulierem repulit ab se lamentantem: illi, nescio quid incipienti dicere, quod dignum videlicet il-

---

At ille, in extremo] Secundum vocabulum paulo ante sic quoque positum, in reliquo nonnisi de infelici marito usurpatur; de quo tanto fidentius dubito, quod etiam in tribus MSS. legatur non aliter quam *at in extremo* etc. Quod postea induxit Gruterus *examplexare*, eius nullum auctorem video, quum et MSS. et editi habeant simplex *amplexare*. GRONOV. Ab Erfurt. absunt *at ille*, in Pith. tantum *ille* non legitur, ut in pluribus aliis. GRAEV. MSS. O. Edd. pp. carent pronomine. Voss. I. Leid. I. III. *ait*. OUD.

Etiam sententiose loqueris] Pal. quart. sext. *sententias eloqueris?* quod amplectar, aut *sententias loqueris?* ut habet Bruil. Videndum tamen, num venustius Pal. pr. *etiam sententias?* ut subintelligatur id verbi. Quod mihi quidem videtur. GRUT. Erf. ut et alii, *peribo. Ut in extremo vitae tempore sententias eloqueris.* Al. *sententias loqueris.* GRAEV. MSS. quatuor carent *etiam*. Voss. I. II. Leid. I. *sententias eloqueris.* Quod praeferendum videtur. OUD. *Sententiose* ABCD. *sententias* E. *Sententias eloq.* T. *Sententias loq.* dederunt Sch. Orell. *L.*

Quaeso commoveare] Libri vulgati habent, *quaeso, commovere*, et nonnulli item manuscr. LAMB. Erf. et al. *tu quaeso commoveare.* GRAEV. Voss. I. *quidem commovere.* Leid. III. *commoveare.* OUD.

Hunc amplexare] Grut. ed. *hunc examplexare.* GRAEV. Voss. I. Leid. I. Edd. pp. *h. examplexare.* Voss. III. *h. examplectare.* Vide GRONOV. OUD.

Vince tu nunc animum] Leid. II. *v. nunc tu tuum an.* III. *vince an. tuum.* OUD.

Cur non desinis, inquit] Erf. non male *quid desinitis, inquit.* GRAEV. Leid. III. *quid n. d.* Forte [fortasse] *quin.* OUD. *Cur non tu* ABCDE. *Quin* scr. Sch. *cur non* retinuit Orell. *L.*

Quae me digna non sunt] Pith. *quae digna non sunt.* GRAEV.

Tibi omnem bene vivendi spem mea morte eripere] Duisb. *tibi omnem vivendi spem mea morte adimere.* GRAEV. Deest *bene* Leid. IV. Leid. III. *dirimere.* IV. *adimere.* OUD.

Repulit ab se lamentantem] Duisb. *reppulit a se lamentantem.* Pith. *verbis repellit ab se lamentantem.* GRAEV. Leid. II. Voss. III. *is m. repellit a se.* Voss. I. Ed. Med. quoque *a se.* OUD.

Illi, nescio quid] Erf. *ille nescio quid.* GRAEV.

Videlicet illius virtute esset] Lamb. *videlicet illa virtute esset.* GRAEVIUS. Exsulat *videlicet* a Voss. II. OUD.

lius virtute esset, gladium in latere defixit. Puto in hoc exemplo datos esse unicuique sermones ad dignitatem adcommodatos, quod oportet in hoc genere observare. Sunt item sermocinationes consequentes hoc genus: Nam quid putamus illos dicturos, si hoc indicaveritis? nonne hac omnes utentur oratione? deinde subiicere sermonem.

CAP. LIII. Conformatio est, cum aliqua, quae non adest, persona confingitur, quasi adsit, aut cum res muta, aut informis, fit loquens, et forma ei et oratio adtribuitur ad dignitatem adcommodata, aut actio quaedam, hoc pacto: Quod si nunc haec urbs invictissima vocem mittat, 294
non hoc pacto loquatur? Ego illa plurimis tropaeis or-

Datos esse unicuique sermones] Erf. *dato esse unicuique sermonem.* Graev.

Ad dignitatem accommodatos] Erf. *ad dignitatem accommodatum.* Graev.

Quod oportet in hoc genere observare] Erf. *id quod oportet in hoc genere conservare.* Pith. *quod oportet in hoc genere conservari.* Sic etiam margo Cratandri. Graev. *Id quod oportet.* Sic restituendum e MSS. Voss. O. et Leid. I. II. Edd. pp. vulgo deest *id.* Adi ad Cic. de Inv. L. I. C. 17. MSS. quatuor et Ed. Med. *conservari.* Voss. I. *observari.* Oud.

Sunt item sermocinationes] Pith. *sunt ita sermocinationes.* Graev.

Utentur oratione] Voss. I. *utemur.* Voss. III. Leid. IV. *utuntur.* Leid. II. *ratione.* Oud.

CAP. LIII. *Muta aut informis*] Leid. II. Voss. III. *m. et inf.* Oud.

Fit eloquens et formata et ei oratio attribuitur] Sic quidem habent quoque veteres libri. Sed quam bene dixerit hic auctor *fieri formatam*, videant. Longe suavius et Latinius crediderim, quod est in Medicaeo: *fit eloquens, et forma ei et oratio attribuitur.* Gron. Grut. et al. edd. et MSS. *fit eloquens et formata, et ei oratio attribuitur.* Erfurt. *fit loquens et forma ei et oratio attribuitur.* Sic et Cauch. nisi quod retineat *eloquens.* Pro *formata* lac. Gronovius vidit etiam *et forma ei et oratio* in Medicaeo, et merito probavit. *Loquens* pro *eloquens* restitui quoque ex Erfurtensi, sicut in Cap. 48. opponuntur *res loquentes* rebus mutis. Graev. In uno Gryph. exemplari multo melius, *et forma ei et oratio attribuitur;* quomodo edendum curavimus. Brut. *Fit loquens.* Sic plane Ed. Mediol. At MSS. O. *f. eloquens:* Leid. I. *forma ei et oratio.* In aliis *et forma et ei*, vel *eique.* Leid. III *ratio.* Oud. *Fit eloquens* ABD. nisi quod D. *sit.* Tum *formata et ei ratio* C. *forma et oratio ei* D. *forma ei et oratio* E. L.

Vocem mittat] Al. *vocem emittat.* Graev. *Vocem mittat.* Sic sola Ed. Omn. In MSS. et Ed. Med. *v. emittat.* Oud.

Non h. p. loquatur] Leid. II. III. *nonne.* IV. *quum.* Tum *loquetur* in Leid. III. IV. Ed. Med. Oud.

Clarissimis potita victoriis] Sic habet unus Gryph., duo alii manuscr. ut excusi *clarissimis locupletata victoriis.* Brut.

nata, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata victoriis, nunc vestris seditionibus, o cives, vexor: quam dolis malitiosa Karthago, viribus probata Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam patiemini nunc ab homunculis deterrimis proteri, atque conculcari? Item: Quod si nunc L. ille Brutus reviviscat, et hic ante pedes vestros adsit, non hac utatur oratione? Ego reges eieci, vos tyrannos introducitis: ego libertatem, quae non erat, peperi, vos partam servare non vultis: ego capitis mei periculo patriam liberavi, vos liberi sine periculo esse non curatis! Haec conformatio, licet in plures res mutas atque inanimatas transferatur, proficit tamen plurimum in amplificationis partibus, et commiseratione.

Significatio est, quae plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione. Ea fit per exsuperationem,

---

O cives] Caret his Leid. II. Oud.

Dolis malitiosa] Pith. *dolosis malitiosa.* Graev.

Viribus probata Numantia] Lamb. ed. *viribus robusta Numantia.* Graev.

Eam patiemini nunc] Erf. *eam patiamini nunc.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *eam patimini.* Oud.

Ab homunculis teterrimis] Leid. II. *Ab h. deterrimis.* Ed. Med. *ab hominibus deterr.* Oud.

Non hac utatur oratione?] Erf. *si non hac utetur oratione?* Pith. ut nonnullae edd. *non haec utetur oratione?* Graev. Leid. III. Ed. Med. *nonne.* IV. Ed. Omn. *num.* Dein *utetur* Leid. IV. Voss. III. cum Edd. pp. *uteretur* Leid. IV. Oud.

Mutas atque inanimas] MSS. nostri tres retinent *inanimatas.* Ut cap. 48. *res animatas et inanimatas, mutas et loquentes.* Gronov. MSS. et Edd. *mutas atque inanimatas.* Sed Lambini et Grut. edd. *mutas atque inanimas.* Graev. *Mutas atque inanimatas.* Sic MSS. O. (nisi quod a Leid. III. absint duae ultimae voces), et Edd. pp. Oud.

Proficit tamen plurimum] Erf. *sed proficit plurimum.* Graev. Gryph. exemplar unum *sed proficit* habet. Brut. Voss. II. *ut transferatur, sed proficit.* Leid. IV. *tamen prof.* sine voce *plurimum.* A ceteris et Ed. Omn. abest vox *tamen.* Leid. III. Ed. Omn. *multum.* Oud.

Et commiseratione] Pith. *et commiserationis.* Graev. Leid. II. Voss. II. *et commiserationis.* Oud.

Significatio est, quae plus in suspicione relinquit] Erf. *significatio est res, quae plus in significatione relinquit.* Graev. MSS. O. et Edd. pp. *sign. est res.* Vid. C. 54. *Brevitas est res.* Oud.

Per exuberationem] Placuit istud ex Pal. quint. et Bruileriensi. Pro eo hactenus *exsuperationem.* Grut. Grut. ed. et hic et statim male cum nonnullis MSS. *exuberationem. Exuberationem* est quidem etiam in Pith. et Duisb., sed melius Erfurt. et Cauch. cum editis omnibus ante Gruterum, *per exsuperationem,*

ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem. Per exsuperationem, cum plus dictum est, quam patitur 295
veritas, augendae suspicionis caussa, sic: Hic de tanto patrimonio tam cito testam, qua sibi petat ignem, non reliquit. Per ambiguum, cum verbum potest in duas pluresve sententias accipi, sed accipitur in eam partem, quam vult is, qui dixit: ut de eo si dicas, qui multas hereditates adierit, Prospice tu, qui plurimum cernis.

CAP. LIV. Ambigua quemadmodum vitanda sunt, quae obscuram reddunt orationem; ita haec consequenda, quae conficiunt huiusmodi significationem. Ea reperientur facile, si noverimus et animadverterimus verborum ancipites aut multiplices potestates. Per consequentiam

---

quae Graecis est hyperbole, quae aliis dicitur *superlatio*, aliis *superiectio*, cum dicta exsuperant verum. Ab *exsupero* est *exsuperans*. In inscriptione veteri, quae est in meis hortis: IOVI OPTIMO MAXIMO SUMMO EXSUPERANTISSIMO. GRAEV. *Exsuperationem.* Sic bis reposuit Graevius, ut probant MSS. O. si excipias Leid. IV. in quo et Ed. Med. *exuberationem.* OUD. *Exuberationem* scr. Sch. *exsuperationem* Orell. *Exuperationem* ACE. *Exsuperationem* BD. Atque ita utrobique. Contra Cod. T. superiori loco *exsuperationem*, inferiori *exuberationem. L.*

Ambiguum, consequentiam etc.] Quater hic repetitur praepositio *per* in Voss. I. Leid. I. in quo et Voss. II. III. Leid. II. et Edd. pp. *abscisionem*, uti et mox MSS. O. OUD.

Cum plus dictum est, quam] Erf. *cum plus dictum, quam.* GRAEV.

Suspicionis causa, sic] Erf. *suspicionis causa, sit.* GRAEV.

Hic de tanto patrimonio] Erf. *hic de tanto praemio.* GRAEV.

Testam, qua sibi petat ignem] Duisb. *testam qua petat ignem.* Cauch. *testum quo sibi petat ignem.* Unde Cauchius existimat legendum *testu, quo sibi petat.* Sic *sub aereo testu* apud Plin., *sub calido testu* apud Catonem de Re Rustica. GRAEV. Deest *sibi* Leid. IV. OUD.

Sed accipitur in eam partem] Duisb. *sed accipitur tantum in eam partem.* Pith. *accipitur tamen in eam partem.* GRAEV. *Accipitur in eam partem.* Sic in solo Leid. III. et Ed. Omn. in MSS. quinque *acc. tamen in e. p.* Voss. III. Ed. Med. *acc. tantum in e. p.* OUD.

Ut de eo si dicas] Lamb. ed. *ut si dicas de eo.* GRAEV.

Prospice tu, qui] Duisb. *prospice tu illum, qui.* GRAEV.

Qui plurimum cernis] Pith. *qui multum cernis.* GRAEV. Leid. IV. *illum, q. p. c.* Voss. III. *plurima.* Leid. II. *multum* cum Ed. Med. OUD.

CAP. LIV. *Ita haec consequenda*] Duisb. *ita hic consequenda.* GRAEV. Leid. IV. *hic cons.* OUD.

Animadverterimus verborum] Erf. *animum advertimus verborum.* GRAEV.

Aut multiplices potestates] Lamb. ed. *et multiplices potestates.* GRAEV.

significatio fit, cum res, quae sequuntur aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, ut
296 si salsamentarii filio dicas: Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat. Per abscissionem, si, cum incipimus aliquid dicere, praecidimus, et ex eo, quod iam diximus, satis relinquitur suspicionis, sic: Qui ista forma et aetate nuper alienae domui; nolo plura dicere. Per similitudinem, cum aliqua re simili adlata, nihil amplius dicimus, sed ex ea significamus, quid sentiamus, hoc modo: Noli, Saturnine, nimium populi reverentia

---

Per consequentiam significatio fit] Erf. *per consequentiam significationum*. GRAEV.

Quae sequuntur aliquam] Erf. *qua: sequantur aliquam*. GRAEV. Leid. II. Voss. III. *quae sequantur*. Ed. Med. *sequentur*. OUD.

Cuius pater cubito se emungere solebat] Optime Cauch. et Erfurt. *cuius pater cubitis emungi solebat*. GRAEV. Vid. Victor. lib. XIV. Var. Lect. cap. 10. Voss. II. *subito*. Leid. III. *mungere*. Ed. Med. *emingere*. OUD. *Emungere* ABCDE. nisi quod A. a pr. m. *emundere*. *L.*

Per abscissionem] Bruil. exemplar *abscisionem*, quod mire probat tueturque e scriptis item suis Gifanius in Observationibus suis linguae Latinae (*v. abscisus*) ubi ostendit veteribus fuisse in usu *abscisum*, *abscidere*, *abscisionem*. GRUT. Al. *per abscissionem*. *Abscisionem* est etiam in Cratand. ed. GRAEV.

Si cum incipimus aliquid dicere, praecidimus] Erf. *si cum incipimus aliquid dicere praecidamus*. Pith. *si cum incipiemus aliquid dicere, deinde praecidamus*. GRAEV. Voss. I. Leid. II. Ed. Med. *incipiemus*. Leid. IV. *incipiamus aliqua*. Voss. III. *incepimus*. Tum *deinde praecidamus* Voss. I. III. Leid. I. II. Ed. Med. Bene. *Deinde* agnoscit quoque Ed. Omn. *et praecidamus* Leid. III. IV. OUD. *Incipiemus* ACD. *sicut incipiemus* B. *incipimus* E. Tum *deinde* ABCD. agnoscunt, omittunt ET. Recepit Sch. omisit Orell. Paullo ante *incepit* dedit Sch. *L.*

Qui ista forma et aetate] Erf. *qui ista forma ex aetate*. Pith. *quia ista forma et aetate*. GRAEV.

Alienae domui] Erf. *alienae domi*. GRAEV. Leid. II. Voss. III. Ed. Med. *al. domi*. OUD. *Alienae domi* A. *alieni domi* D. *L.*

Re simili adlata] Leid. II. *r. s. ablata*. III. *r. s. collata*. OUD.

Ex ea significamus] Deest praepositio Voss. I. OUD.

Noli, Saturnine, nimium populi reverentia fretus esse] Sic optimi codices tres, Erfurt, Cauch. Duisb., et Cratandri aliaeque vetustiores editiones, quod praefero vulgato *frequentia*. Noli, Saturnine, nimiam spem et praesidium ponere in populi erga te amore et observantia. GRAEV. *Noli, Saturnine, nimium populi frequentia fretus esse, inulti iacent Gracchi;* haec vulgata lectio, quam etiam agnoscit Lamb. In aliis libris vulgatis et manuscriptis magna varietas. Unus Gryph. antiquior ita habet: *Noli Saturn. nim. pop. reverentia fretus esse*. BRUT. *Populi reverentia fretus*. Sic ex meis soli dant Leid. IV. et Voss. II. In ceteris est *frequentia*. Abest *populi* a Leid. II. OUD. *Reverentia* dederunt Sch. Orell. Confirmant hanc lectionem Codd. TE. *frequentia* ABCD. *L.*

fretus esse: inulti iacent Gracchi. Haec exornatio plurimum festivitatis habet interdum, et dignitatis: sinit enim quiddam, tacito oratore, ipsum auditorem suspicari.

Brevitas est res ipsis tantummodo verbis necessariis expedita, hoc modo: Lemnum praeteriens cepit: inde Thasi praesidium reliquit: post urbem in Bithynia sustu- 297
lit: inde pulsus in Hellespontum, statim potitur Abydo.

Inulti iacent Gracchi] Sic Pall. in Italia scripti, at quart. sext. *stultitiae C. Gracchi memento;* quintus *stultitiam cerne Gracchi,* mediumque illud expressum item in Gemb. Lil. et Bruil., haud probem tamen. Multo minus ut admittam quod erat in exemplari Persiniano: *stultitiam nosce: inulti iacent Gracchi.* Grut. Erf. et alii MSS. *stultitiam cerne Gracchi.* Al. MSS. *stultitiae C. Gracchi memento.* Lamb. ed. *inulti iacent etiam Gracchi.* Graev. Unus Gryph. antiquior ita habet: *stultitiam cerne Gracchi.* Alter cetera eodem modo; in uno variat, *Stultitiae Gracchi memento.* Leonic. editio, *Stultitiam nosce Gracchi.* Aldi aliquanto melius *Stultitiam nosce, inulti iacent Gracchi.* Manutius duas voces *stultitiam nosce* reiicit, cetera retinet, ut in vulgatis habentur; neque ab eo Victor. dissentit. Nam vox *reverentia* in manuscriptis exolevit. Brut. Leid. I. *Stultitiae memento Gr.* Voss. II. *stultitiam dinosce Gr.* Leid. IV. *stultitiam C. Gr.* Ed. Med. *Gracchi memento.* Omnib. *stultitiam nosce Gr.* Leid. II. *multi tacent Gr.* Oud. *Inulti enim B. L.*

Interdum et dignitatis] Sic est interpungendum. Oud.

Res ipsis tantummodo verbis necessariis expedita] Lamb. ed. *cum res ipsis tantummodo verbis necessariis expedita est.* Graev.

Hoc modo] Voss. III. *sic.* Oud.

Inde Thasi praesidium reliquit] Sic restituit Adr. Turnebus, cum in libris omnibus legatur, *Tharsi*, plane mendose. *Tharsus* enim urbs Ciliciae est, *Thasus* insula in mari Aegaeo Thraciam versus non longe a Lemno. Atque ita postea scriptum reperi in uno codice Memmiano longe optimo. Lamb. Sic reposuit Turneb. alluduntque omnes Palat., in quorum nullo visitur vulgatum *Tharsi.* Grut. Edd. fere omnes et plurimi MSS. *inde Tarsi.* Erf. *inde Thari praesidium.* Cauch. *inde et hani praesidium.* Graev. Confirmant Turnebi coniecturam *Thasi* hoc loco legentis duo libri Gryphii vetustiores; in quibus *Thavi* legitur, littera tamen *u* ita inferne coëunte, ut videatur ex duplici *ss* ab imprudente librario confecta. Brut. Leid. II. *Tapsi pr. r.* Leid. I. *Thacci.* Voss. II. *Thani.* III. *Thulius.* Leid. III. *Tharsum.* Edd. pp. *Tharsi.* Oud.

Urbem in Bithynia sustulit] Duisb. *urbem Michium sustulit.* Erf. *urbem vi Inachium.* Cauch. *viminachium sustulit.* Graevius. Unus Gryph. habet *urbem per vim Inachium sustulit.* Huius oppidi meminit Plin. lib. IV, 5. quod aliquamdiu appellatum Dipsium Argos testatur. Recensetur autem in iis oppidis, quae a Scyllaeo ad Isthmum intercedunt. Brut. Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. *Bithinniam*, *Bithiniam.* Leid. I. *in Machidum.* III. *Macedum.* IV. *Machium.* Voss. II. *Macidum.* Latet urbis nomen. Oud.

Inde appulsus in Hellespontum] Sic restituit Auratus. Nam vulgati libri et duo manuscripti habent, *pulsus*, quae tamen scriptura non est reiicienda. Lamb. Lambinus, Auratum secutus, ma-

Item: Modo consul, quondam tribunus, deinde primus erat civitatis. Tum proficiscitur in Asiam, deinde exsul, et hostis dictus, post imperator, postremo consul est factus. Habet paucis comprehensa brevitas multarum rerum expeditionem. Quare adhibenda saepe est, cum aut res non egent longae orationis, aut tempus non sinit commorari.

CAP. LV. Demonstratio est, cum ita res verbis exprimitur, ut geri negotium, et res ante oculos esse videatur. Id fieri poterit, si, quae ante, et postea, et in ipsa re facta erunt, comprehendemus, aut si a rebus con-

---

luit *appulsus*, quod est in Palat. sexto, tanquam interpretatio vocis *rursus*, quae ibidem radices egerat. Neque secus Pal. quartus. Grut. Lamb. ed. *appulsus in Hellespontum*. Cauch. *inde sulsus et supersee sursus in hostis*. Graev.

Statim potitur Abydo] Pith. *statim potitur rursus Abydo*. Graev. Leid. II. *p. Abydi*. Oud.

Quondam tribunus] Erf. *quondam iste*. Graev.

Deinde primus erat civitatis. Tum proficiscitur etc.] Ita haec ab omnibus eduntur, quasi duo tantum brevitatis forent posita exempla, unum ex Graecia, alterum Romanum. Sed, nisi fallor, tria sunt, et in his duo Romana, quae in edendo sic distingui oportebat: *Item: modo consul, quondam tribunus, deinde primus erat civitatis. Tum: Proficiscitur in Asiam, deinde exul et hostis* etc. Gronov. Duisb. *is denique primus erat civitatis*. Bene. Valde probo lac. Gronovii sententiam, qui tria hic exempla brevitatis poni existimat, et proinde distinguendum: *Item: modo consul, quondam tribunus, deinde primus erat civitatis. Tum: proficiscitur in Asiam, deinde exul et hostis*. Sunt haec verissima. In tribus MSS. Erfurtensi, Cauch. et Duisb. legitur tantum: *deinde hostis dictus*. Rectissime. Graev. Leid. III. *is deinde*. IV. *is denique*. Voss. III. *d. primus in civitate*. *Exsul et* desunt Leid. III. IV. *est* addunt MSS. plerique et Edd. pp. Oud.

Consul est factus] In Cauch. non legitur *est factus*. Graev. *Et postremo* Voss. III. *et populum C.* Voss. II. Leid. I. III. IV. Ed. Omn. *et populi Ri*. Desunt bene τὰ [vv.] *est factus* Voss. I. III. Leid. II. In aliis *factus est consul*. Oud.

Cum aut res non egent longae orationis] Pith. *c. a. r. non eguerit*. Duisb. *cum aut res non egebit longae orationis*. Graev. Voss. I. Leid. II. IV. Ed. Omn. *r. n. egebit*. III. *r. n. eget*. Ed. Med. *r. n. egeat*. Oud.

Aut tempus non sinit] Erf. *aut tempus non sinet*. Graev. Ed. Omn. *n. sinet*. Voss. I. *n. s. immorari*. Bene. Oud. *Commorari* ABCDET. *Immorari* dedit Sch. *commorari* revocavit Orell. ad Ernestium provocans. *L.*

CAP. LV. *Si quae ante et postea*] Duisb. *si quae et ante*. Graevius. Leid. IV. *quae et ante et post*. MSS. O. edd. pp. *post*. Oud.

Aut si a rebus consequentibus] Omnes quatuor MSS. Erf. Pith. Cauch. Duisb., et Cratand. atque aliae vetustiores edd. non agnoscunt *si*. Commode potest ἀπὸ κοινοῦ repeti. Mox Erfurtensis et Duisb.

sequentibus, aut circumstantibus non recedemus, hoc 298
modo: Quod simul atque Gracchus prospexit, fluctuare populum, verentem, ne ipse auctoritate senatus commotus a sententia desisteret, iubet advocari concionem. Iste interea scelere, et malis cogitationibus redundans, evolat ex templo Iovis, et sudans, oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga, cum pluribus aliis ire celerius coepit. Illi praeco faciebat audientiam: hic subsellium quoddam calce premens, dextra pedem defringit, et alios hoc idem iubet facere. Cum Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt: ex aliis aliisque partibus convolant: atque e populo unus, fuge, inquit, Tiberi, fuge!

---

aut circumstantibus, sine *a*, pro quo male Cratand. ed. et aliae *a circumstantiis*. GRAEV. In nullo MS. nec Ed. est *si*. Leid. II. *sequentibus*. Voss. II. III. Leid. III. Ed. Omn. *aut a circ.* OUD.

Simul atque Gracchus prospexit] Cauch. *simul atque Gracchus adspexit*. GRAEV. Leid. II. *perspexit*. Ed. Med. *conspexit*. OUD.

Auctoritate senatus commotus a sententia desisteret] Erf. *Auctoritate commotus sententia desisteret*. In Pith. *a* etiam non conspicitur. GRAEV. Praepositionem non agnoscunt Voss. O. Leid. II. Ed. Omnib. OUD.

Iubet advocari concionem] Erfurt. *iubet advocari continet*. GRAEV. Leid. IV. *i. concionem vocari*. OUD.

Iste interea scelere] Duisb. et Erfurt. *ipse interea scelere*. GRAEV. Leid. IV. *ipse*. Leid. III. quoque et Voss. II. *ipse*. OUD.

Evolat ex templo] Erf. *evocat ex templo*. GRAEV. Leid. I. Voss. II. *evocatus*. MSS. O. Ed. Med. *et*. OUD.

Ex templo Iovis et sudans] Erf. *e templo Iovis stans*. Duisb. *ex templo Iovis et stans*. GRAEV. Lambin. vocem *sudans* tollit; pro eo nos, *stans*, legendum putamus: quam lectionem duo Gryph. exemplaria tuentur. Ceteri Leonic. Ald. Victor. Manutii, eodem modo *sudans*, sed aeque male habent, ut opinor. BRUT. In nullo MS. nec Ed. est copula. Leid. I. IV. Voss. II. *stans*. OUD.

Faciebat audientiam] Erf. *audientiam faciebat*. GRAEV. Leid. I. Voss. II. *viam faciebat adibat*. In Voss. I. a m. I. *audaciam*. OUD.

Calce premens] In Voss. II. *prendensque*. In Leid. I. a m. I. *excors galle prensans*, et supra c scripto *s*. Supra Leid. IV. *hic adiit subsellium*. OUD. *Calce premens* ABCDE. *L.*

Dextra pedem defringit] Sic habent omnes libri vulgati, quos quidem viderim, quibuscum aliquot manuscr. consentiunt: quos nunc sequor, quamvis olim ediderim, *dextro pede defringit*, quomodo in uno alio item manuscr. repereram. Pedem autem subsellii intelligere debemus. LAMB. Pith. *hoc subsellium quoddam fregit pede*. GRAEV. Nos probata Lamb. coniectura *dextro pede*, aliquanto meliori sensu, edidimus. BRUT. Voss. I. Leid. I. a m. II. item Leid. II. *dextro pede*, ac *fregit* Voss. II. OUD.

Et alios hoc idem iubet] Erf. *et hoc alios iubet idem*. GRAEV.

Convolant, atque e populo] Nonnulli libri vulgg. et manuscr.

Non vides? respice, inquam. Deinde vaga multitudo, subito timore perterrita, fugere coepit. At iste spumans
299 ex ore scelus, anhelans ex intimo pectore crudelitatem, contorquet brachium; et dubitanti Graccho, quid esset, neque tamen locum, in quo constiterat, relinquenti, percutit tempus. Ille nulla voce delibans insitam virtutem

---

habent, *commeant omnes: atque e pop.* alii quidam *convolant omnes:* etc. Lamb. Erf. *ex aliis aliis partibus commodant.* Lamb. ed. *ex aliis atque aliis partibus convolant.* Graev. Unus Gryph. manuscr. ut edidit Lamb. habet, *commeant.* Brut. MSS. tres *et ex aliis aliisque p. c.* Leid. I. Voss. III. Ed. Med. *et ex alii partibus.* Optime, si deleas copulam. Leid. II. *et aliis al. p.* dein *commeant* Leid. I. Ed. Med. Oud. *Ex aliis atque aliis,* ut vulgo, DT. *Et ex aliis atque aliis* B. *ex aliis alii* ACE. Atque ita scripserunt Sch. Orell. *L.*

Fuge, inquit, Tiberi, fuge] Erf. *fuge, fuge, inquit, Videri.* Graev. MSS. plerique et Edd. pp. *fuge, fuge inq. Tib.* semel *fuge* abest a Leid. III. IV. A tribus exsulat *Tiberi,* pro quo *Gracche* Leid. III. Oud.

Respice inquam] Duisb. *respice inquiunt.* Graev. Leid. I. III. *r. inquit iam.* IV. Voss. III. *r. inquiunt.* Oud.

At iste spumans ex ore scelus] Quidam libri manuscripti habent, *at iste spumans ex ore eiiciens.* Non probo. Et ibidem alii habent, *ex intimo.* Ego nihil muto. Nam hic *ex infimo* idem valet quod *ex intimo, ex alto.* Lamb. Malui istud cum Victorianis, repertumque in Pal. quart. ac sext. quam quod Manutiani sequuntur, *spumam ex ore reiiciens;* reiicit enim hanc scripturam membrum sequens. Grut. Erf. *spumam ex ore scelus.* P. Manut. et al. edd. vett. *spumam ex ore reiiciens.* Quam tamen scripturam tuetur Cauchianus et Pithoeanus. Al. *spumam ore eiiciens.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. *spumam ex o. reiiciens.* Pro *scelus* in Voss. II. *ictus.* Oud. *Spumam* ACD. *spumas* BE. *Ex ore* exhibent CDE. om. A. (a pr. m.) B. pro *scelus* ABC *reiciens.* D *eiciens.* E *reiiciens.* Sch. scripsit: *spumans ex ore scelus,* secutusque est Orell. *L.*

Ex intimo pectore] Erf. et edd. multae *ex infimo pectore.* Graev. *Ex imo pectore* in uno e meis manuscriptis legitur. Brut. MSS. O. et Edd. pp. *ex infimo p.* Oud.

In quo constiterat] Voss. III. *in q. steterat.* Ed. Med. *in q. consisteret.* Oud.

Percutit tempus] Nihil muto, cum liber optimus Memmianus sic habeat: neque me movet, quod in duabus aliis scriptum est, *percutit frontem.* Nam et Virg. lib. 9. Aeneid. dixit: *It hasta Tago per tempus utrumque Stridens.* Lamb. MSS. duo Lamb. *percutit frontem.* Graev.

Ille nulla voce delibans insitam etc.] Secutus sum omnes fere libros manuscript. et vulgatos: tametsi mihi haec lectio satis non probetur. Suspectum enim mihi est hoc *delibans,* quod vulgo interpretantur, violans. Malim legi, *delimans,* seu potius, *dedecorans.* Quod autem alii habent, *ille nullam vocem edens, insita virtute concidit:* nihilo magis mihi probatur. Ego malim sic legi: *Ille nullam vocem edens insita virtute indignam.* Verum iudicet lector eruditus. Lamb. Reposui quod erat in Pal. quarto ac sexto,

concidit tacitus. Iste viri fortissimi miserando sanguine adspersus, quasi facinus praeclarissimum fecisset, circumspectans, et hilaris sceleratam gratulantibus manum porrigens, in templum Iovis contulit sese.

---

item Brulleriensi; nam ceteri, *nullam vocem edens*, *insita virtute*. Victorius edidit *voce delibans insitam virtutem*. Nostrum genuinum magis videtur. *Nulla delabi voce*, est facere illud quod fecit Pompeius apud Lucanum libr. VIII. *Continuitque animam, ne quas effundere voces Posset, et aeternam fletu corrumpere famam.* Grut. Erf. et Pith. *ille nulla voce delabans insitam virtutem*. Duisb. *ille nulla voce delabens insita virtute*. Ed. prima, Mediol. Cauch. Cratand. et aliae vetustae ante Victorianam: *ille nullam vocem edens insita virtute concidit tacitus.* Grut. ed. *ille nulla voce delabans insita virtute. Delabans*, aut *delabens*, est quidem in tribus meis, sed in duobus optimis, Erfurt. et Pith., est etiam *insitam virtutem*. Itaque probo Victorianae editionis scripturam, *ille nulla voce delibans insitam virtutem*, hóc est, ne minima voce indigna se virtutem innatam vel levissime imminuit. Ovid.: *Quisque suas artes ob idem delibat agendo.* Sed *delabare* ubi legitur? dein quid est *delabare virtute insita? Delabi* fortassis posset ferri, quod est in Duisburgensi, quamvis et id loquendi genus sit insolens. Graev. In uno Gryph. exemplari aliter legitur, *nullam vocem edens, insita virtute concidit tacitus*, quam lectionem Lambinus se invenisse in nonnullis e suis testatur. Ita certe habetur in Leoniceni editione. Equidem, ut Lambino assentiar, puto hic vocem *indignam* male desiderari; ita enim videtur legendum: *Nullam vocem edens indignam insita virtute.* Neque vero mirum est, quae erat hominum in describendo oscitantia, imperitum librarium, et aliud agentem, verbum integrum fugisse. Brut. Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. *nullam vocem edens insita virtute.* Leid. I. *nullam vocem delabans insita virtute.* III. *nulla voce delibans insita virtute.* IV. *nulla voce labens insita virtute* Voss. II. *nulla voce delabens insitam virtutem.* Vide Graev. Oud. *Nullam vocem* ABCD. *Edens* ACD. *delabans* E. *Insita virtute* ABCDE. *Delabans insita virtute* T. Scripsit Sch.: *nulla voce delibans insitam virtutem.* Orell.: *nulla voce delabens insita virtute:* Praefero Sch. rationem, quippe exquisitiorem et quam maxime probabile est depravatam esse a librariis. Accedit, quod non intelligitur, cur *delabans* scripsissent, nisi si statuas, eos non intellexisse vocem *delibans*. L.

Circumspectans, et hilaris sceleratam gratulantibus manum] Medicaeus *circumspectans, et hilariter.* Gronov. Erf. *et circumspectans ei hilare scelera gratulantibus manum.* Medic. *circumspectans et hilariter sceleratam gratulantibus manum.* Lamb. ed. *circumspectans et hilare sceler. gr. manum.* Graev. Voss. O. et Ed. Med. *et circum spectans.* Malim ponere ante τὸ [v.] *quasi.* Dein *hilaris* est in solo Leid. IV. *hilariter* MSS. quatuor et Ed. Med. *hilare* Leid. II. III. Ed. Omn. Bene, ut opinor. Oud. *Circumspectans* omnes Codd. post v. *fecissent* collocant. Recte hoc ferri posse putat Orell. modo recte distinguatur. Sch. Oudendorpium secutus est. *Hilare* om. *et* ADC. *et hilariter* E. *et hilaritatem* B. *et hilare* scr. Sch. L.

Haec exornatio etc. *re huiusmodi enarrationibus*] Adhaesimus Pal. quarto ac sexto et Bruil.; positura enim verborum elegantior

Haec exornatio plurimum prodest in amplificanda et commiseranda re, huiusmodi enarrationibus. Statuit enim totam rem, et prope ponit ante oculos.

CAP. LVI. Omnes rationes honestandae elocutionis studiose collegimus, in quibus, Herenni, si te diligenter exercueris, et gravitatem, et dignitatem, et suavitatem habere in dicendo poteris: ut oratorie plane loquaris: ne nuda, atque inornata inventio vulgari sermone efferatur. Nunc identidem nosmet ipsi nobis instemus. Res enim communis agitur, ut frequenter, et adsidue consequamur artis rationem studio et exercitatione, quod alii cum molestia tribus de caussis maxime faciunt: aut si, cum quibus libenter exerceantur non habent; aut si sibi diffi-

---

est, et alioquin illa, *et in*, non erat simul in aliis MSS. nostris. GRUTER. Ab Erfurt. abest quoque *et in*, a Duisburg. tantum *et* abest. Potest sane *et* abesse, sed *in* retineri, cum tot aliis codicibus, quamvis non ignorem recte dici: *plurimum prodest huiusmodi enarrationibus in amplificanda* etc. GRAEV.

Huiusmodi enarrationibus] Edd. *et in huiusmodi enarrationibus.* Duisb. et ed. Lamb. *et in huiusmodi enarrationibus.* Edd. vett. *et in huiusmodi narrationibus.* GRAEV. Voss. I. III. Leid. II. Edd. pp. *et in hui.* Leid. I. IV. *in hui.* Vere. *narr.* MSS. quatuor Edd. pp. OUD.

Et prope ponit ante oculos] Erf. Cauch. Pith. et Lamb. ed. *et proponit ante oculos.* GRAEV.

CAP. LVI. *Honestandae elocutionis*] Al. *ornandae elocutionis.* Erf. *honestandae studiose collegimus locutionis.* GRAEV. *Locutionis* alii legunt. BRUT.

Diligenter exercueris] Erf. *si te diligentius exercueris.* GRAEV. MSS. quatuor Edd. pp. *diligentius ex.* OUD.

Habere in dicendo] Erf. *habere in secundo.* GRAEV. Leid. III. IV. *in loquendo.* OUD.

Plane loquaris] Voss. I. *plene.* Leid. I. *eloquaris.* OUD.

Vulgari sermone efferatur] Erf. *vulgari sermone esse saturum.* Duisb. *vulgari sermone proferatur.* GRAEV. Voss. I. Leid. I. III. IV. *s. proferatur* cum Edd. pp. Cur mutatum? OUD.

Communis agitur] Erf. *communis agetur.* GRAEV.

Artis rationem studio] Longe verius Erfurtensis, *artis orationem*, hoc est facultatem oratione loquendi, ut modo locutus est: *si te diligenter exercueris et gravitatem* etc. *habere in dicendo poteris, ut oratorie plane loquaris.* GRAEV. Leid. III. *assequamur.* Ed. Omn. *artis orationem.* Non male. OUD.

Aut si cum quibus libenter] Erf. *aut si qui cum libenter;* quod minime damnandum. Si non habent cum quo libenter exerceantur. GRAEV. Leid. IV. *quibuscum l. exerceant.* Leid. I. III. *quicum l. ex.* Optime. OUD. *Quicum* dedit Sch. *Cum quibus* ACD. *cum si quibus* B. *Quicum* e Tur. dedit etiam Orell. L.

Aut si sibi diffidunt] Erf. *aut si id diffisus sit.* Pith. *aut sibi diffidunt.* GRAEV. Voss. II. *si id d.* Leid. I. III. *si id diffisus sit.* IV. *si sibi diffusus sit.* Deest *sibi* a Voss. III. OUD.

Aut si nesciunt, quam viam sequi debeat] Erf. *aut nesciat,*

dunt; aut si nesciunt, quam viam sequi debeant, quae a nobis absunt omnes difficultates. Nam et simul libenter exercemur propter amicitiam, cuius initium cognatio fe- 301
cit, cetera philosophiae ratio confirmavit: et nobis non diffidimus, propterea quod et aliquantulum processimus; et alia meliora sunt, quae multo intentius petimus in vita, ut, etiamsi non pervenerimus in dicendo, quo volumus, parva pars vitae perfectissimae desideretur: et viam, quam sequamur, habemus, propterea quod in his libris nihil praeteritum est rhetoricae praeceptionis. Demonstratum est enim, quomodo res in omnibus generibus caussarum inveniri oporteat. Dictum est, quo pacto eas disponere conveniat. Traditum est, qua ratione esset pronuntian-

---

quam viam sequi debeat. Graev. Leid. II. *nesciant.* I. III. Voss. II. *nescius q. v. s. debeat.* IV. *sit nescius, q. v. s. debeat.* Oud.

Libenter exercemur] Erf. *libenter exerceamur.* Graev. Leid. I. *l. exercemus.* III. IV. *exercebimus l.* Oud.

Cuius initium cognatio fecit] Erf. *cuius initium cognitio facit.* Graev. Leid. I. III. Voss. III. *cognitio.* Voss. O. Leid. II. Edd. pp. *facit.* Oud. *Cognatio* nostri omnes. „*Unum* h. v. *cognatio funditus evertit speciosam* Sch. *opinionem de M. Antonio Gniphone horum librorum scriptore. Etenim qua tandem is, in Gallia tenui loco natus expositus et a nutritore suo postea manumissus, cognatione attigerit C. Herennium, nobilem hominem Romanum?* Orell.

Philosophiae ratio confirmavit] Erf. *philosophiae ratio confirmabat.* Duisb. *philosophiae ratio confirmabit.* Pith. *philosophiae ratio consummabit.* Graev. *Ph. ratio confirmavit.* Sic Leid. III. In reliquis et Edd. pp. *confirmabit.* Oud. *Cetera* Schützio genuinum non videtur. Sensu requiri putat *cursum* aut *progressum.* Dedit *cursum* in peculiari Rhetoricorum editione. At exhibent Codd. omnes *cetera.* Sine caussa suspectum h. v. fuisse Sch. iam Orell. notavit. *L.*

Et nobis non diffidimus] Pith. *et dein nobis non diffidimus.* Graev. Voss. I. III. Leid. II. Ed. Med. *et de nobis n. d.* Oud.

Quod et aliquantulum] Pith. *quod aliquantulum.* Graev. Copula deest Leid. II. III. Edd. pp. *et ad aliquantulum.* Voss. III. *aliquantum* Voss. I. Leid. I. Oud.

Quae multo intentius petimus] Erf. *quae multo certius petimus.* Graev. Voss. I. Leid. I. III. *m. attentius.* Oud.

Ut etiamsi non pervenerimus] Erf. *ut etsi non pervenerimus.* Graev. Leid. I. IV. *et si* etc. Voss. II. *ut et si* Leid. III. *ut si.* Oud.

Parva pars vitae] Erf. *parva pars tamen vitae.* Graev.

Demonstratum est] Non agnosco aliquot sequentibus periodis Cornificium, et mirum est, nisi tota haec recapitulatio sit magistelli alicuius trivialis, annumerantis minima maxima discipulis suis. Grut.

Inveniri oporteat] MSS. tres, Ed. Med. *invenire op.* Oud.

Disponere conveniat] Erf. *disponere convenit.* Graev. Leid. I. III. *d. convenit.* Oud.

Qua ratione esset pronunciandum] Duisb. *qua ratione pronunciandum.* Graev. Verbum deest bene Leid. IV. Oud.

Meminisse possemus] Duisb. *meminisse possimus.* Graev. Leid.

dum. Praeceptum est, qua via meminisse possemus. Demonstratum est, quibus modis perfecta elocutio compararetur. Quae si sequimur, acute et cito reperiemus: distincte et ordinate disponemus: graviter et venuste pro-
302 nuntiabimus: firme et perpetuo meminerimus: ornate et suaviter eloquemur. Ergo amplius in arte rhetorica nihil est. Haec omnia adipiscemur, si rationes praeceptionis diligentia consequemur exercitationis.

IV. *quo modo.* Voss. II. Leid. III. IV. Ed. Med. *possimus.* Id praefero. Oud.

Demonstratum est] Ed. Med. *Offensum e.* pro *ostensum.* Oud. Quae inde ab h. l. ad finem usque sequuntur, spuria esse, iam Graterus vidit, Sch. et Orell. uncis incluserunt. *L.*

Elocutio compararetur] Duisb. *elocutio comparetur.* Graev. *Elocutio compararetur.* Sic Leid. I. III. In ceteris et Edd. pp. *el. comparetur.* Rectius, ut opinor. Oud.

Quae si exsequimur] Est a Pal. quarto, Gembl. et Bruil., vulgo *sequamur.* Grut. Al. *quae si sequamur.* Grut. edd. *quae si exsequimur.* Duisb. *quae si sequemur.* Retineo vulgatam, annuentibus meis libris, nisi quod ex Erfurtensi rescripserim, *quae si sequimur.* Graev. *Quae si sequamur.* Sic lego cum Voss. I. II. Leid. I. III. *sequemur* Leid. IV. Edd. pp. *sequimur* Voss. II. III. et vulgo. Al. *exseq.* Oud.

Distincte et ordine] Al. *et distincte et ordinate.* Edd. *distincte et ordinate.* Malim cum Erf. *distincte et ordine.* Sane melioris aetatis apud scriptores *ordinate* non legas. Graev. Leid. IV. *debite et ornate.* In I. III. Ed. Med. *d. et ornate* cum manu pr. Voss. I. suprascripto *di.* Sequor Graevium *ordine* legentem. Oud. *Ornate* BC. Cf. Ruhuken. ad Mureti opp. tom. I. p. 38. *L.*

Firme et perpetuo meminerimus] Erf. *firme et perpetue meminerimus.* Graev. MSS. quatuor *f. et perpetue.* Oud.

Ornate et suaviter] Leid. II. *ordinate et s.* Scilicet transponenda sunt quaedam hoc modo: *Distincte et ordine disponemus, ornate et suaviter eloquemur, firme et perp. meminerimus, graviter et ven. pronuntiabimus.* Male vulgo *pronuntiationi* prior datur locus. At consule ipsum auctorem L. I. c. 2. Cicer. L. I. de Inv. c. 7.

Ergo amplius in arte rhetorica nihil est] Al. *ergo in arte rhetorica nihil est amplius.* Graev.

Si rationes praeceptionis] Erf. *si rationes conceptionis.* Graev.

Diligentia consequemur et exercitatione] Non absurde Pal. quart. sext. Gembl. Tos. Br. *consequamur exercitationis.* Grut. Al. MSS. et edd. *diligentia consequemur et exercitatione.* Sed nihil certius est scriptura, quam ex veteribus libris produxit Gruterus, eam quoque asserit omnium optimus Erfurtensis, ac Pithoei codex. Graev. *Dilig. conseq. exercitationis.* Sic Voss. II. Leid. I. III. cum Ed. Om. In ceteris *et exercitatione.* In Leid. I. IV. Voss. III. Ed. Med. *consequamur.* In fine Voss. II. adscriptum M. Tullii Ciceronis liber sextus explicit. Leid. IV. *Ad Gaium Herennium Marci Tullii Ciceronis Rhetoricorum libri expliciunt feliciter.* Oud. In fine addiderat manus Pithoei: v. c. CL. Put. (hoc est, vetus codex Claudii Puteani) M. Tullii Ciceronis ad Herennium Liber vi. explicit. Graev.

M. TULLII CICERONIS
RHETORICORUM,
SEU DE
INVENTIONE RHETORICA
LIBRI DUO.

FRANCISCUS OUDENDORPIUS
LECTORI S.

Nunc sequuntur variae lectiones in ipsius Ciceronis de Inventione libris, a me inventae excerptaeque ex sex Leidensis Acad. Bibliothecae Codicibus, qui omnes in membranis, et quarta, ut aiunt, forma sunt descripti; quorumque unus e Vossianis multo antiquiorem fert aetatem, quam MSSti librorum ad Herennium; et cui in margine vetustissima quoque Scholia sunt adiecta *). Consului insuper Omniboni Editionem. Quia vero hic et praesertim post Caput XXIII. Lib. I. Graevianae

*) Hunc codicem quum ego volverim, specimen scholiorum istorum, quod in schedis meis reperio, adieci. „Rhetor est, qui docet artem eloquentiae; orator, qui in privatis et publicis causis plena et perfecta utitur eloquentia. Nota, quid sit in principiis adhibendum uniuscuiusque orationis; scilicet ut auditores faciat adtentos (*sic*) benivolos dociles. Dociles nos reddit Cicero, cum quid sit eloquentia ostendit; attentos, cum dicit, se dicturum de eloquentia, re scilicet magna; benivolos, cum ostendit, eius futurum commodum, qui his artibus sit edoctus. Nota mutatum ordinem, vel ut a proximo repeteret, vel ut mala praecedentia sequentium bonorum multitudo frustretur vel ut melius de bonis in sententiam intret. Recte ergo utrumque coniunxit, *saepe et multum*, quia quod in palam (*sic*) proferre volumus, hoc saepe et multum cogitando prius circumvertere debemus.“ Hactenus, quae excerpsi, quibus a me additum invenio, scholia non multum valere ad lectionem constituendam. Amplius nihil exscripsi. Nunc ea, quae ad hanc rem valere possint, enotata video ab Oudendorpio. *L.*

notulae deficiunt, longiores nonnumquam inserui observationes, meumque de huius illiusve lectionis veritate vel falsitate iudicium pluribus verbis indicavi. Iis utere, fruere, ut lubet, et vale.

MSStorum, quorum tres sunt Vossiani, notae sunt haec.

Sch.		Sive Vossianus Scholiaste ditatus in 4to Catalogi	p. 379.	N. 33.	
Voss.	pr.	in 4to	p. 384.	N. 103.	
Voss.	sec.	in 4to	p. 388.	N. 64.	
Leid.	pr.	in 4to	p. 333.	N. 195.	
Leid.	sec.	in 4to	p. 531.	N. 45.	incipiens a medio Cap. XVI. Lib. pr.
Leid.	tert.	in 4to	p. 531.	N. 44.	

O. i. e. Omnes.

Omniboni Editio in Fol. A. MCDLXXVI. sine loco.

M. TULLII CICERONIS RHETORICORUM SEU DE INVENTIONE RHETORICA LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Saepe et multum hoc mecum cogitavi, bonine, an mali plus adtulerit hominibus et civitatibus copia dicendi, ac

Rhetoricorum] Male hos libros inscribi de Inventione, ex Fabio et Prisciano docet Gerbard. Vossius de natura et constitutione Rhetoricae cap. 13. additque vulgatam inscriptionem non esse a Tullio, clare arguere, quod non de sola Inventione in iis egerit. In MS. Coloniensi Basilicae Maximae antiquissimo ante Prolegomena M. Fabii Victorini haec inscriptio legebatur: Q. FABII LAURENTI EXPLATTONUM IN RHETOC. LIBER PRIMUS. Eandem inscriptionem in Codice Palatino se reperisse testatur P. Pithaeus, cuius haec est annotatio: ‹ Quae in hos libros Victorini nomine Commentaria circumferuntur, Q. Fabio Laurenti tribuuntur in vet. cod. Biblioth. Palatinae his verbis: Q. FABII LAURENTI EXPLTIONUM IN RHETORICA LIBER I. EXPLICIT. INCIPIT LIBER SECUNDUS. Deest enim titulus libri primi, folio tamen quod praecedit Commenta, ita scriptum est cum artis Rhetoricae epitomen quandam sibi collegisset is, qui ea descripsit: Hoc licet Cicero copiose effuderit et in arte Rhetorica duobus libris videatur complexus, quorum commenta a Mario Victorino composita in bibliotheca mea vobis reliquisse videor. etc. Haec Pithaeus. Ipsa vero Prolegomena non in illo legebantur libro. Iste Marius Victorinus creditur vulgo praeceptor B. Hieronymi fuisse, sed eam opinionem in vita huius S. Patris satis refellunt Desiderius Erasmus et Hieronymus Reatinus, ut notavit G. Vossius de Rhetorices natura. RHETORICORUM. Sic, vel RHETORICON, ipse Cicero hos nominasse libros videtur, solumque verum esse titulum opinor, confirmatum a vetustissimis membranis Vossianis M. TULLII CICERONIS RHETORICORUM LIBER PRIOR, ac dein LIB. II. INCIPIT. et in fine M. TULLII CICERONIS RHETORICORUM LIB. I. EXPLICIT. Adde Leid. IV. clausulam p. 612. In aliis PRIMA RHETORICA. Vel PROLOGUS IN ARTE RHETORICA. Vel RHETORICAE LIB. PR. SEC. Consule M. Victorinum in Expositione *Rhetoricón* Ciceronis p. 80. Ed. Pith. Oud.

CAP. I. *Multum hoc mecum cogitavi*] Erf. *multum hoc cogitavi mecum.* Cauch. *multum hoc cogitavi.* Graev.

summum eloquentiae studium. Nam cum et nostrae reipublicae detrimenta considero, et maximarum civitatum
304 veteres animo calamitates colligo, non minimam video per disertissimos homines invectam partem incommodorum. Cum autem res ab nostra memoria, propter vetustatem, remotas, ex literarum monumentis repetere instituo; multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias intelligo cum animi ratione, tum facilius eloquentia comparatas. Ac me quidem diu cogitantem, ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem, sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse numquam. Quare si quis, omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii, consumit omnem operam in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, perniciosus patriae civis

---

Copia dicendi, ac summam eloq. studium] Pessime in editione Verburgii legas *ad summ.* Oud.

Nam cum et nostrae] Al. *nam et cum nostrae.* Graev. *Nam et cum nostrae* Cod. Vrat. B. *L.*

Animo calamitates colligo] Al. *animo colligo calamitates.* Graevius.

Invectam partem incommodorum] Edd. pleraeque *invectam esse partem incommodorum.* Graev.

Multas urbes constitutas] Duisb. *nam multas urbes constitutas.* Graev. Sch. *nam m. u. c.* Oud.

Firmissimas societates] Edd. vett. *fortissimas societates.* Graev. *Firmissimas soc.* Sic MSS. O. et Ed. Omnib. cum Victorino p. 82. Oud.

Cum animi ratione] Duisb. *tum animi ratione.* Graev. MSS. O. Ed. Omnib. *tum a. r.* Oud. Ita etiam BT. Non recte hoc loco; nam in seqq. eloquentiam separatam a sapientia nihil valere, sed obesse potius, ostendit. Ceterum v. *animi* suspectum Ernestio confirmat Mar. Victorinus. *L.*

Tum facilius eloquentia] Edd. vett. *tum etiam facilius.* Graevius.

Ducit, ut existimem] Voss. duo, Leid. III. *duxit.* Leid. I. *induxit.* Oud.

Prodesse nunquam] Erf. *prodesse vero nunquam.* Graev.

Omissis rectissimis] Sch. *amissis r.* Oud.

Perniciosus patriae civis alitur] Sic enim ut ederem, coegit me universa ratio, quum et MSSti ita legant et priores editi, et sententiae necessitas id postulet. *Alitur* dicit, h. e. potest fieri, et eam spem videtur praebere. Gruteriana dedit *dicitur* nescio vel unde vel quare, et tamen eam sequutae sunt tres post apparatae editiones, quum certe non is statim possit dici talis. Gron. Edd. vett. Victor. Manut. omnes Stephanicae, et aliae, et MSS. *Perniciosus civis alitur.* Gruter. et qui eum sequuntur, *perniciosus civis dicitur.* Graev. Voss. II. *et pern. p. c.* Oud. Paullo post

alitur: qui vero ita sese armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriae, sed pro his pugnare possit, is mihi vir et suis, et publicis rationibus utilissimus, atque amicissimus civis fore videtur.

Ac si volumus huius rei, quae vocatur eloquentia, 305
sive studii, sive artis, sive exercitationis cuiusdam, sive facultatis a natura profectae considerare principium; reperiemus id ex honestissimis caussis natum, atque optimis rationibus profectum.

CAP. II. Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, et sibi victu ferino vitam propagabant; nec ratione animi quidquam,

---

pro *ut non*, quod omnes Codd. tuentur, Sch. dedit de suo *non ut*, qua transpositione non est opus. *L.*

Sed pro his pugnare] Edd. quaedam vett. *verum propugnare.* Manut. ed. et nonnullae aliae, ut et Erfurt. MS. et Duisb. *sed pro his propugnare.* Graev. Ed. Omnib. *verum propugnare.* MSS. Sch. Voss. I. Leid. III. *pro his propugnare.* Optime et e Ciceronis genio; quod etiam Lexica docent. Sic Lib. V. Tusc. disp. c. 27. *Non* pro *suo partu ita* propugnant; prave Angli ediderunt et illic *pugnant.* Olim quoque Livio restituit ὁ πάνυ Gronovius L. XXVI. c. 6. pro *vallo acriter propugnant.* Oud. *Pro his propugnare* recte ediderunt Sch. et Orell. *L.*

Sive studii sive artis] Sch. Leid. I. III. *Sive artis initium sive studii.* Oud. *Sive artis initium sive studii* B. *Sive artis sive studii sive ex.* Cod. T. et Victorin. Atque ita dederunt Sch. et Orell. *L.*

A natura profectae] Erf. et Cauch. *ab natura profectae.* Graev. Sch. Leid. III. Voss. II. *ab n. pr.* Oud. *Ab natura* B. *L.*

Reperiemus] Erf. *repperiemus.* Graev.

CAP. II. *Bestiarum modo*] Sic Pal. sec. ac tert. item Gre. vulgati, *more.* quod quis non videt interpretamentum alterius? Grut. *Bestiarum more* retinuerunt tamen libri probatissimi Erfurt. Duisb. Cauch. MSS. et optimae edd. Rob. et Carol. Steph. Victor., Hervag. Manut. Sed Lamb. et aliae nonnullae, *bestiarum modo.* Graev. *Bestiarum more* cum Graevianis libris et Ed. Omnib. atque Alcuino de Arte Rhet. p. 359. exhibent mei Codices omnes; uti passim apud poetas. Al. *modo.* Utrumque Horatio, *Apis Matinae more modoque.* Frequens harum vocum confusio est in prosaicis scriptoribus. Adi commentarios ad Livium L. XXVII. c. 4. *Lascivientium piscium* modo *exsultasse.* Oud. *More* B. *modo* T. Victorin. *More* dederunt Sch. Orell. *L.*

Victu ferino] Cauch. *victu fero.* Graev. *Victu vero* in duobus Gryphii manuscriptis legitur. Brut. Ut in Cauch. sic in Sch. *victu fero.* Quod vix videtur a librario profectum., Immo agnoscit etiam Victorinus p. 84. 85. Oud. *Ferino* B. *fero* T. Victorin. *Fero* cum Ernestio scripserunt editores secuti. *L.*

Nec ratione animi quidquam, sed pleraque viribus corporis administrabant] Pulcherrime in hanc sententiam Gratius in Cynegetico;

sed pleraque viribus corporis administrabant. Nondum divinae religionis, non humani officii ratio colebatur: nemo nuptias viderat legitimas: non certos quispiam adspexerat liberos: non ius aequabile quid utilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorem, atque inscientiam, coeca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad se explendam viribus corporis abutebatur, perniciosissimis satellitibus. Quo tempore quidam magnus videlicet vir, et sa-
806 piens, cognovit, quae materia esset, et quanta ad maximas res opportunitas in animis esset hominum, si quis eam

---

— prius omnis in armis
Spes fuit, et nuda silvas virtute movebant
Inconsulti homines, vitaque erat error in omni.
Post alia propiore via, meliusque profecti
Te sociam, Ratio, rebus sumpsere gerendis.
Hinc omne auxilium vitae, rectusque reluxit
Ordo. Vide ibi plura, et Manil. lib. 1. GRAEV.

Nemo nuptias viderat legitimas] Erf. *nemo nuptias legitimas viderat.* Al. *nemo legitimas viderat nuptias.* GRAEV.

Quispiam adspexerat liberos] Edd. multae: *quispiam inspexerat libros.* Duisb. *quisquam aspexerat liberos.* Tres optimi libri Erfurt. Cauchianus et Iunianus: *non certos quisquam aspexerat libros*, quod huic loco magis accommodatum est, quam quod in vulgatis habetur *inspexerat.* In Cauch. est etiam *quisque* pro *quisquam.* In Grut. est *quispiam.* GRAEV. MSS. O. et Ed. Omn. *quisquam.* Male *inspexerat* Voss. I. Leid. I. *adspexit* Voss. II. Mox *itaque* Leid. III. OUD. *Aspexerat* B. *inspexerat* T. Victorin. *Aspexerat* scr. Sch. Orell. Recte. Paulo ante: *legitimas — nuptias* Victorin. et Iunt. Cratandr. Lamb. unde ita scripserunt Sch. et Orell. nullo addicente Codice. Defendi potest vulgata. Nemo nuptias viderat, legitimas quidem. *L.*

Atque inscientiam] Ita quoque Pall. iidem, item Greve. et Fabr., legitur passim *inscitiam.* GRUT. MSS. *inscientiam, coeca.* Edd. multae *inscitiam coeca. Inscientiam* est et in Duisb. Erfurt. et aliis. GRAEV. In quattuor manuscriptis libris, eodem consensu, *propter errorem atque inscientiam*, scriptum invenitur, quomodo Lambinus edidit. Leonicen. Ald. Victor. Manut. Lugduni et Lutetiae impressi, *inscitiam* habent. Ubicunque vero in impressis *inscitia*, in manuscript. *inscientia* legitur. BRUT. Voss. I. *et inscientiam.* II. Ed. Omn. *inscitiam.* OUD. *Inscientiam* BT. *L.*

Perniciosissimis satellitibus] MS. Iun. *perniciosis satellitibus.* GRAEVIUS.

Magnus videlicet vir et sapiens] Enclitica non est in Pal. sec. quod noto, ut iuniores, qui deinde Tullio auxiliares sunt admoturi aliquando manus, attendant libris suis veteribus, numquid et hic varient. Nam codex ille in Germania scriptus fuit de exemplari antiquissimo, quique fere respondeat membranis Erfurdiensibus ac Gemblacensibus. GRUT. Sic Erf. Cauch. Iun. At Pal. sec. *magnus videlicet vir sapiens.* GRAEV.

In animis esset hominum] Edd. quaed. *animis inesset hominum.* At in MSS. Duisb. *in animis inesset hominum.* GRAEV.

posset elicere, et praecipiendo meliorem reddere: qui dispersos homines in agris, et in tectis silvestribus abditos, ratione quadam compulit unum in locum, et congregavit, et eos in unamquamque rem inducens utilem atque honestam, primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem, atque orationem studiosius audientes, ex feris et immanibus, mites reddidit et mansuetos.

Ac mihi quidem hoc nec tacita videtur, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito converteret, et ad diversas vitae rationes traduceret. Age vero, urbibus constitutis, ut fidem colere, et iustitiam retinere discerent, et aliis parere sua voluntate consuescerent, ac non modo labores excipiendos communis commodi caussa, sed etiam vitam amitten-

---

MSS. tres et Ed. Omn. *animis inesset h.* sed in antiquissimo legas, ut in Duisb. ac Victorino p. 85. *in animis inesset h.* Vere, et pro Tullii, Terentii, optimorumque more. Sic c. 17. Inest in *ipsa caussa.* C. 19. *Hoc* in *genere* inesse *debet.* V. et C. 21. Libr. II. C. 11, 33. etc. et confer I. Gronov. ac VV. LL. ad Auct. ad Herenn. L. III. Cap. 15, IV. Cap. 38. *Cum aliquid* inesse in *nobis.* Burm. ad Quinctil. Libr. II. Instit. C. 16. In *Rhetorice* inesse. Ad Vellei. L. II. C. 128. In *cuiusque animo virtus* inesset. Frequentissimum hoc est Vitruvio, ut L. I. C. 1. bis. L. II. C. 6, 7, 9, 10, 40 et innumeris locis. Nihilominus L. II. C. 1. vulgo editur, *quae* sunt in *his rebus.* Sed in duabus membranis integerrimae fidei Vossianis, Franck. et aliis exaratur, *quae* Insunt in *his r.* Adi doctissimi G. Bondami V. Lect. L. I. C. 6. Oud. *Quae materia esset et — opp. animis inesset* B. *Quae materies et — opp. in animis inesset* T. Atque ita etiam Victorin. quos secutus recte est Orell. *Quae materia et — inesset in animis* Sch. male. Recte ostendit Orell. vulgatam *materia esset* ortam esse ex v. *materies.* Ordo apud Sch. *inesset in a.* arbitrarius. Ceterum *materies* h. l. scribendum esse, patet ex Frontonis differentiis verborum: *Materies animi est, materia arboris. Et materies qualitas ingenii; materia fabris apta. L.*

Dispersos h. in agris] Sic Sch. in MSS. ceteris *in agros.* Oud.

Et eos unam in quamque rem inducens] Ita scriptum exstat in tribus exemplaribus manuscriptis, duobus Gryphii, altero meo. Brut. Voss. I. *unam in quamque r.* Oud.

Mihi quidem hoc nec tacita videtur] Sic Erfurt. et Cauch. et Iunian. Vulg. *mihi quidem videtur hoc nec tacita.* Graev. *Hoc nec tacita videtur.* Sic Sch. Leid. I. in aliis *vid. hoc nec.* Ed. Omn. *videtur hoc non tac. neque.* Oud.

Ad diversas vitae rationes traduceret] Cauch. *ad diversas rationes traduceret.* Edd. vett. *adversas rationes traduceret.* Graev. MSS. O. cum Ed. Omn. *rationes vitae,* nisi quod Leid. I. a m. I. careat *vitae* voce. Rectius forsan; sed legas eam quoque apud Victorin. p. 85. Oud. *Rationes vitae* B. *L.*

Iustitiam retinere] Iun. *iustitiam tenere.* Graev. Voss I. non agnoscit copulam Leid. I. *ut iust. r. d.* Oud.

dam existimarent: qui tandem fieri potuit, nisi homines ea, quae ratione invenissent, eloquentia persuadere potuissent? Profecto nemo, nisi gravi ac suavi commotus oratione, cum viribus plurimum posset, ad ius voluisset sine vi descendere: ut inter quos posset excellere, cum iis se pateretur aequari, et sua voluntate a iucundissima
307 consuetudine recederet, quae praesertim iam naturae vim obtineret propter vetustatem. Ac primo quidem sic et nata, et progressa longius eloquentia videtur; et item postea maximis in rebus pacis et belli cum summis hominum utilitatibus esse versata. Postquam vero commoditas quaedam, prava virtutis imitatrix, sine ratione officii, dicendi copiam consecuta est; tum ingenio freta malitia, pervertere urbes, et vitas hominum labefactare adsuevit.

CAP. III. Atque huius quoque exordium mali, quoniam principium boni diximus, explicemus. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes et insipientes homines solitos esse versari, nec vero ad privatas caussas magnos ac disertos homines accedere: sed cum a summis viris maximae res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad parvas controversias privatorum accederent. Quibus in controversiis cum saepe a mendacio contra verum

---

Homines etc. potuissent] Suprasc. in Sch. 1. *hominibus* etc. *potuisset*. Oud. Paullo post *cum his se pateretur* BT. et Victorin. Tum *ab iucundissima* Victorin. *a iocundissima* B. *L.*

Inter quos posset excellere] Erf. *inter quos potuisset excellere*. Graev.

Cum iis se pateretur] Al. *cum his se pateretur*. Graev.

A iucundissima consuetudine recederet] Erf. *a consuetudine iocundissima recedere*. Graev.

Vim naturae iam obtineret] Legendum fortasse est, *vicem naturae iam obtineret*. Verumtamen nihil muto. Lamb. Pal. sec. *Praesertim cum iam naturae* etc. Lambinus divinat *naturae vicem*, infeliciter. Grut.

Ac primo quidem] Deest copula Leid. I. Oud.

Et item postea maximis] Duisb. *et iterum postea maximis*. Graev. Sch. *et iterum p. et pacis ac b.* Oud. Paullo post *commoditas quaedam* Codd. tuentur omnes, etiam Victorin. Ern. coniecit *calliditas*, quod recepit Sch. Vulgatum *commoditas* defendit Wetzelius. Videtur mihi esse *commoditas* i. q. utilitas, vel commodi studium. *L.*

Et vitas hominum labefactare] Cauch. *et civitas hominum*. Graev. Voss. I. *l. consuevit*. Oud. *Assuevit* B. *L.*

CAP. III. *Principium boni*] Iun. *boni principium*. Graev.

Alios fuisse non inc.] Prima vox exsulat a Voss. I. Oud.

Ad parvas controversias] Sch. *ad pravas c.* Oud.

homines stare consuescerent, dicendi adsiduitas aluit audaciam, ut necessario superiores illi propter iniurias civium resistere audacibus, et opitulari suis quisque necessariis cogerentur. Itaque cum in dicendo saepe par, nonnumquam etiam superior visus esset, is, qui, omisso studio sapientiae, nihil sibi praeter eloquentiam comparasset, fiebat, ut et multitudinis et suo iudicio, dignus, qui 308
rempublicam gereret, videretur. Hinc nimirum non iniuria, cum ad gubernacula reipublicae temerarii atque audaces homines accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant. Quibus rebus tantum odii atque invidiae suscepit eloquentia, ut homines ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa et tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum. Quare mihi videntur postea cetera studia recta atque honesta, per otium concelebrata ab optimis, enituisse: hoc vero a plerisque eorum desertum obsolevisse eo tempore, quo multo vehementius erat retinendum, et studiosius

---

Contra verum homines stare] Erf. *contra verum stare homines.* Graev. *A mendacio contra verum.* Sic et [etiam] Victorin. p. 89. Abest praepositio ab Ed. Omnib. et MSS. O. si excipias Voss. II. in quo est *pro mendacio.* Oud. Praepositio *a* abest a Cod. B. Agnoscit eam Victorin. *L.*

Aluit audaciam] Sch. *incussit* suprasc. i. e. *aluit.* Hinc suspicetur quis vulgatum, quod temere non mutem, e prava provenisse glossa. Certe hominibus *incuti* non modo dicuntur, quae illis molesta et gravia sunt, sed et iucunda ac placita. Vide Burmann. ad Velleii L. II. c. 126. *Omnibus aut* incussa voluntas, *aut imposita necessitas.* Oud. *Aluit* B. *L.*

Propter iniurias civ.] Leid. I. *pro iniuriis civ.* Oud.

Resistere audacibus] Grev. *restare*, quod placuit Gulielmio. Sic Terentius: *confidenter restas stulta.* Grut. MS. *restare audacibus.* Graev.

Suis quisque necessariis cogerentur] Duisb. *suis quisque necessariis cogeretur.* Graev. Sch. Voss. II. Leid. I. III. *q. n. cogeretur.* Sed adi cap. 9. Oud.

Nonnunquam etiam] Ed. Omnib. *n. vero.* Oud.

Remp. gereret] Leid. I. *r. regeret*, prima copula *et* supra etiam omissa. Oud.

Audaces homines] Deest vox substantiva Ed. Omnib. In eodem mox *homines ingeniosi.* Oud.

Et tumultuosa vita] MSS. O. *ac t. v.* Voss. I. *ac contumeliosa v.* Oud. *Ac tum.* T. *Et tum.* B. Recte *ac tum*, dedit Orell. *L.*

Per otium concelebrata] Voss. II. Leid. III. *p. o. celebrata.* Oud.

Obsolevisse eo tempore] Erf. et Duisb. *obsolevisse tempore.* Graev. Leid. I. III. *obsoluisse.* V. c. 26. Non comparet τὸ [v.] *eo* in Sch. Oud.

adaugendum. Nam quo indignius rem honestissimam et rectissimam violabat stultorum et improborum temeritas et audacia, summo cum reipublicae detrimento; eo studiosius et illis resistendum fuit, et reipublicae consulendum.

CAP. IV. Quod nostrum illum non fugit Catonem, neque Laelium, neque horum (ut vere dicam) discipulum Africanum, neque Gracchos Africani nepotes: quibus in hominibus erat summa virtus, et summa virtute amplificata auctoritas, et, quae his rebus ornamento, et reipublicae praesidio esset, eloquentia. Quare, meo quidem animo, nihilo minus eloquentiae studendum est, etsi ea
309 quidam et privatim et publice perverse abutuntur: sed eo quidem vehementius, ne mali magno cum detrimento bonorum, et communi omnium pernicie plurimum possint: cum praesertim hoc unum sit, quod ad omnes res et privatas, et publicas maxime pertineat; hoc tuta, hoc honesta, hoc illustris, hoc eodem vita iucunda fiat. Nam hinc ad rempublicam plurima commoda veniunt, si mo-

---

Et rectissimam v. s. et improb. t. et aud.] Sch. *atque rect.* Leid. III. *atque impr. t. atque aud.* Oud.

CAP. IV. *Ut vere dicam*] Pal. sec. non agnoscit voculam *ut.* Et nescio quam istud fortius videtur altero. Grut. Pal. sec. *vere dicam.* Duisb. *ut ita dicam.* Graev. Sch. et duo alii, *Eorum.* Sch. *ut ita dicam.* Oud.

Gracchos] Erf. *Graccos.* Graev.

Privatim et publice perverse abutuntur] Non moveo. Sed tamen quum in uno codice vox quarta penitus desideretur, in altero nova manu superscriptum sit; atque etiam libro 3. Nat. Deor. dicat *perverse uti beneficio Deorum*, decerne quicunque legis, an haec pro veris haberi debeant. Gronov. Nec in Erfurt. nec in Duisb. nec in Cauch. nec in alio codice legitur *perverse.* Commode sane potest abesse, ut a nemine desideretur. Graev. Deest primum *et* a Sch. et Leid. I. Tum vox *perverse* non agnoscitur a Sch. Voss. II. Leid. III. a m. I. aeque ac plerisque a Graevio et nonnullis a I. Gronovio inspectis. Vere et e Ciceronis stilo, qui nusquam, quod scio, tali adverbio munivit verbum *abuti,* quod quisque novit per se significare *male uti;* uti hic legitur in Glossis. Comparet tamen *perverse* apud Victorin. p. 95. Oud. *Perverse ab.* TB. et Victorin. Recte retinuit Orell. voc. *perverse,* quod Sch. delevit. Omiserunt, qui non putarent ita dici posse. Statim post: *Sed eo quidem vehementius,* ut vulgo, B. sed T. omittit *quidem.* *Sed eo vero veh.* Lamb. Putat aliquid corruptionis latere Orell. Coniecerat Ern. *et eo quidem veh.* L.

Cum hoc unum sit] Erf. *cum hoc sit unum.* Graev.

Hoc tuta] Leid. I. *et hoc t.* Oud.

Hoc illustris] Erf. *hoc inlustris.* Graev.

Hoc eodem vita iucunda] Erf. *Hoc eodem vita iocunda.* Graevius.

deratrix omnium rerum praesto est sapientia. Hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honos, dignitas confluit: hinc amicis quoque eorum certissimum, ac tutissimum praesidium comparatur. Ac mihi quidem videntur homines, cum multis rebus humiliores et infirmiores sint, hac re maxime bestiis praestare, quod loqui possunt. Quare praeclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui, qua re homines bestiis praestent, ea in re hominibus ipse antecellat. Hoc si forte non natura modo, neque exercitatione conficitur, verum etiam artificio quodam comparatur; non alienum est videre, quae dicant ii, qui quaedam eius rei praecepta nobis reliquerunt. Sed antequam de praeceptis oratoriis dicamus, videtur dicendum de genere ipsius artis, de officio, de fine, de materia, de partibus. Nam his rebus cognitis, facilius et expedi-

---

Plurima commoda veniunt] Ed. vet. *maxima commoda veniunt.* Graev.

Moderatrix omnium rerum praesto est sapientia] Erf. Duisb. *moderatrix omnium praesto est sapientia rerum.* Graev. Sch. Leid. I. *o. praesto est sapientia rerum.* Ed. Omn. *omn. praesto sapientia rerum.* Abest *rerum* a Voss. II. Mei si res arbitrii foret, delerem τὰ [vv.] *omnium rerum.* Praecesserunt modo *omnium* et *omnes res.* Oud. *Omnium praesto est sapientia rerum* B. *Omnium rerum praesto e. s.* Victorin. *L.*

Laus, honos, dignitas] Erf. *laus, honor, dignitas.* Graev. Victorin. Sch. Leid. I. Ed. Omnib. *laus, honor, d.* melius hoc loco; ne sibila *s* nimis repetatur. Oud.

Ac tutissimum] Sch. Leid. III. *et t.* Voss. I. *atque t.* Oud.

Bestiis praestare] Leid. I. *belluis p.* Oud. *Beluis p.* B. *L.*

Quod loqui possunt] Erf. *quod eloqui possunt.* Graev. Ed. Omn. *q. eloqui p.* Voss. I. *q. l. possint.* Oud.

Qua re h. b. praestent] Voss. I. Leid. III. a m. II. *in qua re:* Leid. I. *praestant.* Non male. Oud. *Praestent bestiis* B. *L.*

Ea in re hominibus ipse antecellat] Sic Erfurt. Vulgg. et Grut. *ea in re hominibus ipsis antecellat.* Praeferendus est Erfurtensis, ut facile videbit, qui animum attendat. Nam haec opponunt *homines* bestiis *praestent*, *ipse hominibus antecellat.* Graev. Graevius ex Erfurtensi Cod. edidit *ipse.* Iuvat nonnihil vetustissimus Cod. in quo *ipseis.* Retinere tamen malo ceterorum MSStorum lectionem. Non opus est oppositionem statui in voce *ipse*, quae inest praecedentibus *is qui.* Oud. *Hominibus ipsis* B. *L.*

Verum etiam artificio] Deest τὸ [v.] *etiam* Voss. II. Oud.

Quae dicant ii, qui quaedam eius rei praecepta] Erf. *quae dicant hi, qui quaedam huius rei praecepta.* Al. Edd. *quae dicunt ii, qui quaedam eius artis praecepta.* Graev. Leid. I. Ed. Omnib. *quid d. i.* Ed. Omn. *E. artis pr.* contra MSS. O. Oud.

Sed antequam de praeceptis oratoriis dicamus] *Antequam dicimus*, duo manuscripti vetustissimi habent. Brut. *Dicamus* B. et Victorinus. *L.*

tius uniuscuiusque animus ipsam rationem, ac viam artis considerare poterit.

CAP. V. Civilis quaedam ratio est, quae multis et magnis ex rebus constat; eius quaedam magna et ampla pars est, artificiosa eloquentia, quam rhetoricam vocant. Nam neque cum iis sentimus, qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere; et ab iis, qui eam putant omnem rhetoris vi et artificio contineri, magnopere dissentimus. Quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, ut eam civilis scientiae partem esse dicamus. Officium autem eius facultatis videtur esse, dicere adposite ad persuasionem: finis, persuadere dictione. Inter officium autem et finem hoc interest, quod in officio, quid fieri; in fine, quid officio conveniat, consideratur:

Unius cuiusque animus] Erf. *animus unius cuiusque*. Graev.

Ipsam r. ac v. a. cons. poterit] Voss. I. *et ips.* etc. *valebit*. Oud.

CAP. V. *Ex rebus constat*] Abest praepositio Voss. I. Oud.

Neque cum iis sentimus] Erf. et Duisb. *neque cum his sentimus*. Graev. MSS. O. Ed. Omn. *cum his sentimus*. Oud. Ita etiam B. *L*.

Non putant indigere] Erf. *non indigere putant*. Graev.

Et ab iis] Erf. *et ab his*. Graev. Al. *his*. Sch. *eis*. Leid. I. *Sed et ab his*. Oud. *Et ab eis* B. *L*.

In eo g. ponemus] Sch. *in eo g. ponimus*. Oud.

Apposite ad persuasionem] Voss. II. *app. ad persuadendum*. Oud. *Ad persuadendum* B. *L*.

Finis, persuadere] Leid. III. *f. autem, pers.* Oud.

Inter officium autem et finem] Erf. *inter officium et finem*. Graev. Voss. I. II. Ed. Omn. carent vocula *autem*. Oud.

Quod in officio quid fieri] Hic locus ita legitur in libris manuscriptis: *Inter officium autem et finem hoc interest, quod in officio quid fini, in fine quid officio conveniat, consideratur*, cum in vulgatis sit: *quid fieri* pro *quid fini*. Ursin. Non recedunt ab hac scriptura Pall. nostri. Fulvius tamen noster Ursinus prodit in suis reperiri: *quid fini*, quod non displicuit Gulielmio. Gruter. Duisb. *quia in officio quid fieri*. In nullo tamen meorum et Gruteri legitur *fini*, sed *fieri*. Graev. Sch. Leid. III. *quia in of.* Oud.

Ut medici officium] Duisb. *uti medici officium*. Graev. Sch. *uti m. o.* Leid. III. a m. I. *medicinae*. Oud.

Curare ad sanandum] Voss. I. *c. vulnera ad s.* Oud.

Intelligemus etc. *esse dicemus* etc. *appellabimus*] Hoc malim cum Pall. et MSS. Suffridi Petrei nostri, quam retro vulgatum, *intelligemus* etc. *esse dicimus* etc. *appellamus*. Neque aliter ediderat Victorius; sed non invenit qui sequerentur. Grut. Sch. *intellegimus* etc. *dicimus*. Uti semper in illo Cod. *intellegere*. Voss. I. *intelligimus* etc. *dicamus*. Leid. I. a m. I. item III. cum Ed. Omnib. *intelligimus* etc. *dicimus*. Oud.

Officium esse dicemus] Erf. et pleraeque Edd. *officium esse dicimus*. Graev.

ut medici officium dicimus esse, curare ad sanandum adposite; finem, sanare curatione. Item oratoris quid officium, et quid finem esse dicamus, intelligemus, cum id, quod facere debet, officium esse dicemus: illud, cuius caussa facere debet, finem adpellabimus.

Materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars, et ea 311 facultas, quae conficitur ex arte, versatur. Ut si medicinae materiam dicamus morbos, ac vulnera, quod in his omnis medicina versetur: item, quibus in rebus versatur ars, et facultas oratoria, eas res materiam artis rhetoricae nominamus. Has autem res, alii plures, alii pauciores existimarunt. Nam Gorgias Leontinus, antiquissimus fere rhetor, omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimavit. Hic infinitam, et immensam huic artificio materiam subiicere videtur. Aristoteles autem, qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta subministravit, tribus in generibus rerum versari rhetoris officium putavit, demonstrativo, deliberativo, iudiciali. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicuius certae personae laudem, aut vituperationem. Deliberativum est, quod po-

---

Finem appellabimus] Erf. et Edd. *finem appellamus.* Graev. Sch. Leid. I. III. *f. appellamus.* Oud.

Omnis ars et ea facultas] Voss. II. *o. a. et omnis fac.* Oud.

Morbos ac vulnera] Leid. III. *m. aut v.* Oud.

Omnis medicina versetur] Sch. *omnibus.* Voss. II. Leid. I. III. *versatur.* Oud.

Quibus in rebus versatur ars, eas materiam] MSSti duo plenius, *eas res*, ut et editiones vett. quod non potest Ciceroni auferri, quum singulae paginae eo se exornent. Mox optimus codex *existimarunt.* Gron.

Eas res materiam artis] Sic Erf. et al. MSS. Grut. et vulgati, *eas materiam artis.* Graev. Vocem *res* bene, ut monuerat Gronovius, restituit Graevius pro Ciceronis stilo. Agnoscunt MSS. O. et Edd. Vett. Vide etiam c. 8.

Pauciores existimarunt] Sic MSS. Vulg. *pauciores existimaverunt.* Graev. *Existimarunt* dant Sch. Voss. I. Leid. III. *esse existimaverunt* Leid. I. Oud.

Huic artificio materiam subiicere etc.] Grev. *huic arti.* et concinnum Gulielmio visum, etiamsi paullo post eadem vox sequeretur; et vero sic quoque Pal. tert., sed alterum remansit in ceteris: nec temere loco moverim. Grut. MS. *huic arti materiam.* Graev.

Plurima adiumenta] Voss. I. *pl. amminicula* cum Glossa m. II. *l. adiumenta:* Voce *adminiculorum* alibi aliquoties Cicero ipse est usus. Sed vulgatum etiam apud Victorin. p. 100. Oud.

Tribus in generibus rerum] Sic habent omnes libri: sed legendum videtur, *in gen. causarum.* Lamb.

Deliberativum est] In Cauch. non habetur *est.* Graev. *De-*

situm in disceptatione, et consultatione civili, habet in se sententiae dictionem. Iudiciale est, quod positum in iudicio, habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem. Et, quemadmodum nostra quidem fert opinio, oratoris ars, et facultas in hac materia tripertita versari existimanda est.

312 CAP. VI. Nam Hermagoras quidem, nec quid dicat, adtendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur; qui oratoris materiam in caussam et in quaestionem dividat. Caussam esse dicat rem, quae habeat in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione; quam nos quoque oratori dicimus esse adtributam. Nam tres eas partes, quas ante diximus, sup-

---

liberativum, quod p. Sic Sch. Leid. I. Voss. II. cum aliis et Ed. Omnib. vulgo additur *est.* OUD. Hic et post v. *iudiciale* delevit Sch. Ern. auctore v. *est*, quae habetur in B. *L.*

Quod positum in disceptatione et consultatione civili] Al. edd. *quod positum in disceptatione vel consultatione civili.* In Erfurt. Duisb. et Cauch. *quod positum in disceptatione civili.* GRAEV. In duobus exempl. Gryph. quae ceteris vetustate antecellunt, *in consultatione*, modo legitur: vox *disceptatione* abest; in altero, *disceptatione*, sine *consultatione:* aliis cum vulgatis libris convenit, qui utramque vocem habent. BRUT. Voss. I. II. *In discept. civili vel consultatione.* Ed. Omn. *in disc. alicuius et consult. civili.* E Glossis vel explicationibus haec sunt nata. Lege simpliciter cum tribus Graevii MSS. et Sch. *in disceptatione civili.* OUD. *In deceptione et consultione* B. *L.*

Iudiciale quod p.] Sic rursus Sch. Leid. I. Voss. II. Ed. Omn. vulgo *i. est, quod p.* OUD.

Et recusationem] Voss. I. Leid. I. III. *aut rec.* OUD.

Nostra quidem f. o.] Leid. I. non habet vocem *quidem.* OUD.

CAP. VI. *Nam Hermagoras*] Vid. Quinctilian. I. Inst. Orat. 5. pag. 67. et Lib. II. cap. 21. pag. 208.

In causam et in quaestionem dividat] Scripti *dividit.* GRON. Erf. et Duisb. *in causam et quaestionem dividat.* Al. MS. *dividit.* GRAEV. Sch. Leid. I. Ed. Omn. *et quaest.* Voss. I. Leid. I. III. Ed. Omn. *dividit.* OUD. Ceterum *Hermagora* scribendum esse, recte monuit Orellius, citans Quinctil. I, 5, 61. ibique Spaldingium. De qua nominativi nominum eiusmodi terminatione cf. etiam Priscian. lib. VII, 2. pag. 291 seq. *L.*

Caussam esse dicat rem] Sic reposui ex Erfurt. Duisb. et Cauch. *caussam esse dicat rem.* Vulg. *causam esse dicit rem.* GRAEV. Sch. Voss. I. Ed. Omn. Graev. *esse dicat rem.* Vulgo *dicit.* OUD. *Esse dicit rem.* B. atque ita scripsit Sch. *L.*

Quae habeat in se] Ed. Omn. *quae habet in se.* OUD. *Q. habet in se* B. *L.*

Nam tres eas partes] Sic iidem codices, Grut. et Al. *nam tres ei partes.* Ed. Vet. *Nam ei tres eas partes.* GRAEV. Voss. I. *tres ei causae p.* Leid. III. *ei tres eas partes.* Ed. Omn. *ei tres partes.* Voss. I. repetit *ei* ante verbum *supponimus.* Voss. II.

ponimus, iudicialem, deliberativam, demonstrativam. Quaestionem autem eam adpellat, quae habeat in se controversiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum: Ecquid sit bonum praeter honestatem, Verine sint sensus, Quae sit mundi forma, Quae solis magnitudo? Quas quaestiones procul ab oratoris officio remotas, facile omnes intelligere existimamus. Nam, quibus in rebus summa ingenia philosophorum plurimo cum labore consumta intelligimus, eas, sicut aliquas parvas res, oratori adtribuere, magna amentia videtur. Quod si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem, studio et disciplina comparatam, videretur fretus sua scientia, falsum quiddam constituisse de oratoris officio, et non quid ars, sed, quid ipse posset, exposuisse. Nunc vero ea vis est in homine, ut ei multo

---

Leid. I. *Tres ei partes*, ut vulgo, sed, quod cum Graevio exhibui, exstat in Sch. Oud.

Supponimus, iudicialem] Erf. *supponimus, iudicialem.* Graev.

Quae habeat in se] Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. *q. habet i. s.* Oud. *Q. habet in se* B. *L.*

Ecquid sit bonum praeter honestatem] Sic habent duo libri manuscripti. *Ecquid autem*, id est utrum aliquid: num aliquid: an aliquid. Lamb. Post tertiam vocem interponunt scripti *in vita*, quod videtur auctoris esse. Tum mox *Quae sit sol. mag.* ut verbum substantivum etiam ultimo exemplo adsit. Gronov. Erfurt. et nonnullae edd. *quid sit bonum praeter honestatem.* Nonnulli MSS. *ecquid sit bonum in vita praeter honestatem.* Herwag. *ut quid sit bonum in vita praeter honestatem.* Graev. Nos, *Ecquid sit bonum*, edidimus, tribus exemplaribus, Gryphii duobus, altero meo, eandem lectionem tuentibus: quemadmodum etiam Lambin. edidit. Burm. Voss. I. II. Leid. III. *Ut q. s. b.* Leid. I. Ed. Omn. *Quid s. b.* Addunt *in vita* Voss. I. Leid. I. III. Ed. Omn. cum Victor. p. 102. Oud. *Ut quid sit bonum* B. Tum *in vita* addit. B. in margine habet T. *L.*

Sunt sensus] Prave *hominis* adnectit Ed. Omn. Oud.

Quae solis magnitudo] MSS. quidam, et edd. Vett. *quae sit solis magnitudo.* Graev. *Quae sit solis magn.* Ita MSS. O. et Omn. cum Victor. p. 102. Vulgo abest verbum. Oud. *Quae sit solis m.* B. Paullo post dedit Sch. *remotas esse* de suo. Non opus est. *L.*

Aliquas parvas r.] Exsulat *aliquas* a Leid. III. Oud.

De oratoris officio] Erf. Cauch. *de oratoris artificio.* Quod probo. *oratoris artificium* sive *dicendi artificium* est Rhetorica, non *oratoris officium.* Graev. Leid. III. *de or. artificio.* Voss. II. *de or. officio vel artificio.* Ego *officio* probo, cui attribuebat Hermagoras quaestiones, quas procul *ab oratoris officio* remotas contendit Cicero. Oud. *De oratoris artificio* BT. *Officio* scripserunt Sch. et Orell. *L.*

Vis est in hom.] Leid. III. *vis non est in h.* Oud.

Neque eo dico] Verbum in nullo codice invenio, qui uter-

313 rhetoricam citius quis ademerit, quam philosophiam concesserit. Neque eo dico, quod eius ars, quam edidit, mihi mendosissime scripta videatur, (nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniose et diligenter electas res collocasse, et nonnihil ipse quoque novi protulisse) verum oratori minimum est de arte loqui, quod hic fecit: multo maximum ex arte dicere, quod eum minime potuisse omnes videmus. Quare materia quidem nobis rhetoricae videtur ea, quam Aristoteli visam esse diximus.

CAP. VII. Partes autem hae sunt, quas plerique dixerunt, inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Inventio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quae caussam probabilem reddant. Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio. Elo-

---

que mox quoque *quare materia quidem nobis rhetoricae videtur artis quam Ar. v. e. diximus.* (et tum procedit melior) *Partes autem hae, quas*, sine verbo substantivo. Subintellige *videntur.* Gronov. Erf. et alii MSS. non agnoscunt *dico.* Est tamen in Duisb. et Cauchiano. Graev. *Neque eo dico.* Sic etiam Victorin. p. 102. Notabilis tamen est ellipsis verbi, quod et Gronovianis, et aliquot Graevianis, meisque omnibus MSStis et Ed. Omnib. deest. In Sch. est Glossa *Scil. hoc dico.* Ita passim *quorsum igitur haec?* et similia. Oud.

Mihi mendosissime sc. v.] Abest *mihi* a Leid. I. Oud. *Mendacissime* B. *L.*

Ex antiquis artibus] Codex Fabr. *antiquissimis artibus.* Fortasse, inquit Gulielmius, *antiquissimis artificibus.* Grut. MS. *ex antiquissimis artibus.* Graev.

Electas res collocasse] Sic habent duo libri manuscr. et omnes fere vulgati. Quidam tamen legi volunt, *collegisse.* Lamb. Sch. et Ed. Omnib. *el. r. collegisse et collocasse.* In Victorino solum *collegisse* p. 103. Oud.

Ex arte dicere] Exsulant duae primae voces a Voss. II. Oud.

Quare materia quidem nobis rhetoricae videtur ea, quam Aristoteli visam esse diximus] Erfurt. Duisb. et nonnulli alii MSS. et edd. vett.: *Quare materia quidem nobis Rhetoricae videtur artis, quam Aristoteli visam esse diximus.* In Erf. *est quare materia equidem.* Graev. Voss. II. *Rhetoricae artis.* Ed. Omn. *Rhet. artis videtur.* Sch. Leid. III. *Rhet. videtur artis*, nec male. V. Victorin. p. 103, 104. Oud. *Rhetoricae artis videtur quam* B. *L.*

CAP. VII. *Partes autem hae sunt, quas*] Erf. Duisb. *Partes autem eae, quas.* Graev. *Partes autem hae.* Sic MSS. O. vulgo *p. a. h. sunt.* Subintelligendum ex antecedentibus *videntur*, et caput novum erat incipiendum post pronuntiatio. Oud. *P. a. he quas* B. *L.*

C. prob. reddant] Leid. I. *c. pr. reddunt.* Oud.

In ordinem distributio] Duisb. *per ordinem distributio.* Sic et loquitur Victorinus: *ut inventa locis necessariis per ordinem disponamus.* Graev. Sch. Ed. Omnib. *per ord. d.* Bene, sive *ordine*, ut in fine auctoris ad Herenn. Vide et a Graevio citatum

cutio est idoneorum verborum, et sententiarum ad inventionem adcommodatio. Memoria est firma animi rerum ac verborum ad inventionem perceptio. Pronuntiatio est ex rerum et verborum dignitate, vocis et corporis moderatio. Nunc his rebus breviter constitutis, eas 314
rationes, quibus ostendere possimus genus, et officium, et finem huius artis, aliud in tempus differemus. Nam et multorum verborum indigent, et non tantopere ad artis descriptionem et praecepta tradenda pertinent. Eum autem, qui artem rhetoricam scribat, de duabus reliquis rebus, de materia artis, ac partibus scribere oportere existimamus. Ac mihi quidem videtur coniuncte agendum de materia ac partibus. Quare inventio, quae princeps est omnium partium, potissimum in omni caussarum genere, qualis debeat esse, consideretur.

Victorin. p. 103. Oud. *in hordinem* B. *in ordinem* T. quod scripsere Sch. et Orell. *L.*

Ad inventionem perceptio] vel delendum *ad inventionem*, vel addendum *idoneorum.* Ac fortasse paullo ante alieno loco positum est, hic suo reponendum. Quidam legi volunt, *verborum inventionis.* Lamb. Vv. *ad inventionem*, Lambinum secutus delevit Sch. Lallemandus e Verburgii coniectura dederat *ad elocutionem.* Male repetita videntur e superioribus. *L.*

Pronunciatio est ex rerum] Erfurt. *pronuntiatio ex rerum.* Graev.

Et verborum dignitate] Sch. Leid. I. *ac v. d.* Oud.

Corporis moderatio] Tosanus, *modulatio:* sed quis probet? Grut. MS. *corporis modulatio.* inepte. Ad haec notat Victorinus: *Vocis et corporis moderatio, id est: ut rem magnam dicturus pompam corporis vocisque perpendas, ut rem humilem dicturus, haec eadem moderatius ostentes.* Sed τῷ *perpendas* hic nullus est locus, ut ex opposito *moderatius ostentes* liquet. MS. Colon. scribit *praependas*, quod, si ita Victorinus scripsit, positum est pro expandas, dilates. Tale quid sententia postulat. Graev.

Genus et officium et finem] Erf. *genus et finem et officium.* Graev. Voss. I. *genus, off. et f.* Sch. Leid. I. et alii cum Ed. Omn. *genus et fin. et offic.* dein *differimus* Voss. I. Prave in Victorino [in libro Victorini] editur *deferemus* p. 104. Oud.

Tantopere ad artis] MS. *tanto opere ad artis.* Graev.

De duabus reliquis rebus, de materia artis ac partibus] In neutro MS. praepositionem repetitam percepi, et melius abest. Etiam melior codex paulo ante habebat *tanto opere*, ut cap. 15. uterque scriptus *et non magno opere attendendum videtur.* Gron. Duisb. et duo alii MSS. *de duabus reliquis, de materia.* Graev. Sch. caret *rebus de.* Abest etiam repetitum *de* a Leid. III. Bene. Leid. III. *et part.* Voss. I. *ac de p.* Oud.

Oportere existimamus] Voss. I. Ed. Omn. *op. existimavimus.* Oudend.

Coniuncte agendum] Al. *coniunctim agendum.* Graev. Ed. Omn. *coniunctim.* Voss. II. *ac de p.* Oud. *Coniuncte* B. *L.*

Quae princeps est] Non comparet verbum in Leid. I. Oud.

CAP. VIII. Omnis res, quae habet in se positam in dictione aut disceptatione aliquam controversiam, aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis continet quaestionem. Eam igitur quaestionem, ex qua caussa nascitur, constitutionem adpellamus. Constitutio est prima conflictio caussarum ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: Fecisti, non feci, aut iure feci. Cum facti controversia est, quoniam coniecturis caussa firmatur, constitutio coniecturalis adpellatur. Cum autem nominis,
315 quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur. Cum vero, qualis sit res, quaeritur, quia et de vi, et de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur. At cum caussa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo, quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua poena oportet, translativa dicitur constitutio; quia actio, translationis et commutationis indigere videtur. Atque harum aliquam in omne caussae genus incidere necesse est. Nam in quam

---

CAP. VIII. *In se positam in dictione aut disceptatione*] Erf. et Cauch. *in se positam in dictione, ac disceptatione.* Duisb. *in se positam in dictione et disceptatione.* GRAEV. *In dictione ac disceptatione.* Sic Sch. Voss. I. II. Leid. III. cum Victor. p. 165. Vulgo *aut disc.* Leid. I. *aut in disc.* OUD. *Ac disceptione* B. *ac disceptatione* scripsere Sch. et Orell. *L.*

Continet quaestionem] Addit Sch. *Facti, ut coniectura. Nominis, ut finis. Generis, ut qualitas. Actionis, ut praescriptio.* OUD.

Quia vis vocabuli] Erf. *quoniam vis vocabuli.* GRAEV.

Definienda etc. definitiva] MSS. O. et Ed. Omn. semper *diffin.* OUD. *Diffi* — etiam B. *L.*

Qualis sit res] Erf. et Lamb. ed. *qualis res sit.* GRAEV.

Cum caussa ex eo pendet] Erfurt. *cum ex eo causa pendet.* IDEM. Leid. I. *aut c.* Ed. Omn. *Ac* etc. *pendens.* OUD. *At cum caussa* B. *L.*

Quod aut non is agere] Ita lego ex MSS. cum in editis sit, *quod non aut is agere.* GRAEV. Vid. Gronov. *ad* Auct. Rhet. ad Herenn. Lib. IV. c. 50.

Quicum oportet] Sch. *cum quo op.* Voss. II. *q. o. quo modo.* OUD. *Eo cum quo op.* B. *L.*

Quia actio] Duisb. *quod actio.* Erf. *quia translationis et commutationis actio indigere.* GRAEV. *Quod actio transl.* Sic Sch. Leid. III. *Quoniam* Voss. I. *quia* Leid. I. Voss. II. et vulgo. OUD. *Quod accio tr.* B. Scripserunt Sch. et Orell. ex Cod. Erf. *quia tr. et comm. actio indigere v.* Ceteri Codd. non addicunt. Non opus est, licet lectio Erf. elegantiorem ordinem praebet. *L.*

In quam non inciderit] Sic iam bene multae editiones. Sed aliae *in quam rem non,* id quod invenio in scriptis omnibus. Quod licet abesse ea vox possit, mirifice tamen sibi placuit in illa Cicero.

rem non inciderit, in ea nihil esse poterit controversiae. quare eam ne caussam quidem convenit putari.

Ac facti quidem controversia, in omnia tempora potest distribui. Nam quid factum sit, potest quaeri, hoc modó: Occideritne Ajacem Ulysses. Et quid fiat, hoc modo: Bonone animo sint erga populum Romanum Fregellani. Et quid futurum sit, hoc modo: Si Karthaginem reliquerimus incolumem, num quid sit incommodi ad rempublicam perventurum. Nominis controversia est, cum de facto convenit, et quaeritur, id quod factum est, quo nomine adpelletur. Quo in genere necesse est ideo nomi- 316
nis esse controversiam, (non quod de re ipsa non con-

Gron. Ex Erf. Duisb. Cauch. et nonnullis editionibus restitúi: *in quam rem non inciderit*, cum Gruteri et aliae *rem* omiserint. Graev. *In quam rem non inciderit.* Ita etiam cum Gron. et Graev. nostri MSS. O. *in qua re* Ed. Omn. Aliis aberat *rem*. Oud. *In quam rem non inc.* B. sed *non* suprascriptum est, ab eadem tamen manu. *L.*

Ne caussam quidem] Sic Sch. Male in ceteris et Edd. Vett. *nec c.* Oud.

Nam ecquid factum sit] Sic legendum, non, ut habent libri vulgati: *Nam quid factum sit*, et infra: *Ecquid fiat*, etc. *Ecquid futurum sit*, etc. nam quaestio, quid sit, efficit constitutionem definitivam, hic autem de facti controversia agitur, in qua quaeritur, vel an aliquid factum sit, vel an fiat, vel an futurum sit. Lamb. Et Gryph. et nostri manuscr. *ecquid* habent, et mox *ecquid fiat.* Brut. *Nam si factum sit — Et quid — Et quid futurum.* B. *Nam ecquid — ecquid — ecquid* recte scripserunt Lambinum secuti Orell. Sch. *L.*

Aiacem Ulysses] Erf. *Aiacem Ulyxes.* Graev. MSS. O. *Ulixes.* Oud. *Ulixes* B. Atque ita scribendum, scripsitque Orell. Schuetzium quid impulerit, ut *Ulysses* retinuerit, aperte pravam scripturam, non dixerim. *L.*

Sint erga populum Romanum] Erf. *sint erga rempublicam.* Graev. Leid. I. Voss. II. Ed. Omn. *erga rempublicam.* Tum *Fragelliani* Sch. Leid. III. *Flagelliani* Voss. II. *Fregelliani* Voss. I. Leid. I. *Fragellani* Ed. Omn. Oud. *Fregelliani* B. *L.*

Karthaginem reliquerimus] Voss. I. II. Leid. 1. Ed. Omn. semper *Carth.* Leid. III. *delinquimus.* Oud. *Kartaginem.* B. *L.*

Quid sit incommodi] Sch. *q. s. incommodum.* Oud. *Non quid sit* B. *L.*

Non quod de re ipsa non conveniat] Post haec verba sequitur deinceps in omnibus libris vulgatis et nonnullis manuscript. *non quod de facto non constet;* quod ego totum sustuli, ut ab aliquo indocto inculcatum, cum adscriptum esset ad oram libri, tanquam interpretatio eorum, quae antecedunt. Atque ita sane videtur etiam Aursio. Lamb. Haec uncis circumscripsi, tanquam spuria; certe Pal. sec. habebat: *quod de re quod ipsa non conveniat*, sine priore *non;* quod neque in tertio, imo horum nihil erat in Fabriciano, nisi ad marginem. Grut. Alii delent priora, ut Duisburg. in quo

veniat) non quod de facto non constet, sed quod id, quod factum sit, aliud alii videatur esse, et idcirco alius alio nomine id adpellet. Quare in huiusmodi generibus definienda res erit verbis, et breviter describenda: ut, si quis sacrum ex privato surripuerit, utrum fur, an sacrilegus sit iudicandus. Nam id cum quaeritur, necesse erit definire utrumque, quid sit fur, quid sacrilegus, et sua descriptione ostendere alio nomine illam rem, de qua agitur, adpellari oportere, atque adversarii dicunt.

CAP. IX. Generis est controversia, cum et quid factum sit, convenit, et quo id factum nomine adpellari

---

haec omnia verba non habentur, ut nec in Fabriciano. In Erf. est: *quod de re quoque ipsa non conveniat.* Cauch. *non quod de re qd ipsa,* h. e. non quod de re quidem ipsa. a vulgatis non est discedendum. Quod sit discrimen inter rem et factum, docet Victorinus ad hunc locum, quem vide. Graev. Prius *non* abest a Leid. I. Voss. I. II. Ed. Omn. *quo* Voss. II. *quod et de r.* Ed. Omn. *ipsa* abest Leid. I. Oud.

Non quod de facto non constet] Haec verba Lamb. recte supervacanea esse arbitratus tollit; quorsum enim haec repetitio, quae neque rei magis significandae, neque ornandae, amplificandaeve caussa, necessaria sit? retinuimus tamen, vulgatae lectioni parcentes. Brut. Suprasc. in Sch. *nec quod* etc. Oud. Vv. *non quod de re ipsa non conveniat* desunt in B. uncis inclusit Ernestius, delevit Sch. revocavit Orellius; sed omisso *non,* quod ignorant Codd. Erf. Turic. Oxonn. duo. Recte Orellius ostendit, etiam Victorinum, qui discrimen inter *rem* et *factum* statuit, ita legisse. Ceterum haec habet Victorinus: *Ergo definitivus status huiusmodi est. Cum de facto constat, et de re vel nomine controversia est. Inter factum enim et rem hoc interest. Res est certam sui formam et speciem circa cognitionem retinens. Ergo si species rei nota est, nomen quoque rei notum sit necesse est. Factum est confusum quiddam et incertum, hoc solo certum, quod scitur, quid factum est. In fine igitur factum constat, sed res non constat.* Paullo ante vv. *ideo nominis* uncis incluserat Ern. sustulerat Sch. sed necessaria sunt, quod ex sententiarum nexu apparet. Saltem dilucidiora omnia sunt, si haec retinentur. Igitur omnem locum recte sic exhibuit Orellius: *Quo in genere necesse est ideo nominis esse controversiam, quod de re ipsa non conveniat; non quod de facto non constet, sed quod id, quod factum sit, aliud alii videatur esse* cet. *L.*

In huiusmodi generibus] Erf. *in eiusmodi generibus.* Graev. MSS. O. *in eiusmodi g.* Oud.

Sacrum ex privato] Leid. I. *Sacra* Voss. I. *de privato.* Oud. Tum *subripuerit* Cod. B. *L.*

Quid sit fur, quid sacril.] Leid. I. *quod* bis. Voss. II. *et quid sac.* Oud.

Appellari oportere] Erf. *appellare oportere.* Graev.

Atque adversarii dicunt.] Voss. II. *atque alii d.* Oud.

oporteat, constat: et tamen, quantum, et cuiusmodi, et omnino quale sit, quaeritur; hoc modo: Iustum, an iniustum: utile, an inutile; et omnia, in quibus, quale sit id quod factum est, quaeritur, sine ulla nominis controversia. Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberativam, demonstrativam, iuridicialem, negotialem. quod eius, ut nos putamus, non mediocre peccatum reprehendendum videtur: verum brevi, ne, si aut taciti 317
praeterierimus, sine caussa eum non secuti putemur; aut si diutius in hoc constiterimus, moram atque impedimentum reliquis praeceptis intulisse videamur. Si deliberatio et demonstratio genera sunt caussarum, non possunt recte partes alicuius generis caussae putari. Eadem enim res alii genus esse, alii pars potest: eidem genus esse èt pars non potest. Deliberatio autem, et demonstratio, genera sunt caussarum. Nam aut nullum caussae genus est, aut iudiciale solum, aut et iudiciale, et demonstrativum, et deliberativum. Nullum dicere caussae esse genus, cum

---

CAP. IX. *Et tamen quantum*] Erf. *et tunc quantum*. GRAEV. Deest copula Sch. post *quantum*. OUD. *Quantum sit et cuiusmodi* B. *L.*

Quale sit id] Leid. III. *q. sit illud*. OUD. *Et omnino quale quaeritur* B. Paullo post scripsit Sch. *et omnino in quibus*, quod unde sit non indicavit. *L.*

Iuridicialem] Leid. I. *iudicialem*. Idem non agnoscit mox τὸ [v.] *nos*. OUD. *Iuridicialem* B. *L.*

Verum brevi] Sic habent omnes libri et vulgati, et manuscripti, neque quicquam mutandum, quamvis nostra prima editio habeat *breviter*, non tam culpa nostra, quam typographi, et operariorum, qui, cum adscripsissem ex Carisio: *brevi*, id est breviter, illi alterum pro altero sumserunt meo iniussu. Quod autem Carisius notat: *brevi* pro *breviter*, malim dicere *brevi* positum Graecorum exemplo, pro brevi sermone, qui *βραχεῖ* ponunt, pro *βραχεῖ λόγῳ*, subintelligentes *λόγῳ* in *βραχεῖ*. sic et in *brevi* subintelligi puto, sermone. LAMB. Haud aliter quoque Pall. nostri: itaque non est mutandum in *breviter*. GRUT. Lambini prior editio, et aliae nonnullae *verum breviter*. GRAEV.

Taciti praeterierimus] Erf. *tacite praeterierimus*. GRAEV. *Ne aut, si t. praeterierimus*. Uti exhibui, praebent MSS. O. Vere; ut statim. Male ediderunt *ne si aut*. Ed. Omn. *ne et si aut*. Tum Voss. I. Ed. Omn. *praeteriemus*. OUD. *Ne aut si taciti praeterieremus* B. *Ne aut si* exhibet etiam T. scripseruntque Sch. et Orell. Paullo post *putaremur* B. *L.*

Sine causa eum non secuti putemur] Antiqua ed. *sine causa eum consecuti putemur*. Dulsb. *sine causa non secuti putemur*. GRAEV. Pronomen omittit Sch. OUD.

Atque impedimentum] Leid. III. *aut imp*. OUD.

Nullum dicere caussae esse genus] Erf. *nullum autem dicere causae esse genus*. GRAEV.

caussas esse multas dicat, et in eas praecepta det, amentia est. Unum autem iudiciale solum esse qui potest, cum deliberatio et demonstratio, neque ipsae similes inter se sint, et ab iudiciali genere plurimum dissideant, et suum quaeque finem habeat, quo referri debeat? relinquitur ergo, ut omnia tria genera sint caussarum. Deliberatio igitur, et demonstratio, non possunt recte partes alicuius
318 generis caussae putari. Male igitur eas generalis constitutionis partes esse dixit.

CAP. X. Quod si generis caussae partes non possunt recte putari, multo minus recte partis caussae partes putabuntur. Pars autem caussae, est constitutio omnis; non enim caussa ad constitutionem, sed constitutio ad caussam adcommodatur. Sed demonstratio et deliberatio, generis caussae partes non possunt recte putari, quod ipsa sunt genera. multo igitur minus recte partis eius, quod hic

---

Dicat, et in eas praec. det] Voss. I. *et dicat et etc.* Ed. Omn. *in eis.* Oud.

Amentia est] Liber Suffridi *summa amentia est.* Grut.

Unum autem iudiciale] Erf. *unum iudiciale.* Graev.

Suum quaeque finem habeat] MSS. *habeant, quo referri debeant.* Gron. *Habeant, quo r. debeant;* sic confidenter rescripsi e MSS. Gron. et Sch. ac Leid. III, *debeant* etiam Ed. Omn. V. C. 3. *quisque cogerentur.* vulgo *habeat, q. r. debeat.* Oud. *Habeat — debeat* B. idque retinuerunt Sch. et Orell. *L.*

Relinquitur ergo, ut omnia tria genera sint causarum] quamvis omnes hic consentiant libri, legendum tamen esse: *relinquitur ergo, ut omnino tria genera sint causarum,* mihi est persuasum, et sic quoque sensit Cauchius, nec improbabunt *οἱ χαρίεντες.* Graev. Sch. Lambino et Graevio obsecutus *omnino* scripsit, citra necessitatem. Recte ostendit Orell. *omnia tria* dictum esse ut Graecorum *πάντα τρία,* i. e. *in universum tria.* Consentiunt vulgatae omnes Codd. etiam Victorinus. *L.*

CAP. X. *Est constitutio omnis*] Sic Erfurt. Alii: *constitutio est omnis* Graev. Leid. I. *est constitutionis.* Ed. Omn. cum aliis *const. est o.* Oud. *Est constitutio omnis* B. atque ita recte Graevium secuti ediderunt Sch. et Orell. Consentiunt Voctorinus et Cod. Turic. *L.*

Sed demonstratio] Erf. *et demonstratio.* Graev. Sch. *Et d.* etc. Oud. *Et dem.* T. *Sed dem.* B. *At dem.* scripsit Sch. Lambinum secutus. Praefero *sed,* quum iusta caussa non sit, cur *at* scribatur. Codicum error *et* ortus ex antiqua scriptura *set.* Differunt autem ita *sed* et *at,* ut *at* cum oppositione concessionis aliquam coniungat notionem, *sed* contra meram oppositionem et contradictionem significet. Veluti —: *si non hoc — at illud.* Contra —: *non hoc — sed illud.* Sed res notas loquor. *L.*

Generis caussae partes] Ed. Omnib. *generis causam.* Oud.

Multo autem minus partis eius] Erf. *multo autem minus partes eius.* Graev.

Partis eius, quam hic dicit] Id est constitutionis generalis.

dicit, partes putabuntur. Deinde si constitutio, et ipsa, et pars constitutionis eius quaelibet, intentionis depulsio est; quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. At si, quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est; demonstratio, et deliberatio, neque constitutio, nec pars constitutionis est. Si igitur constitutio, et ipsa, et pars eius, intentionis depulsio est; deliberatio et demonstratio, neque constitutio, neque pars constitutionis est. Placet autem ipsi constitutionem intentionis esse depulsionem. 319
Placeat igitur oportet, demonstrationem et deliberationem,

---

sic autem legendum, et ita habent duo libri manuscripti, non *parti eius, quod*, etc. LAMB.

Quod hic dicit] Ed. Omnib. *quam h. d.* OUD.

Constitutio et ipsa, et pars constitutionis eius quaelibet] Vox *constitutionis* dubia est, quum in antiquiore non appareat, cuius lectionem vel ideo probare cogimur, quod etiam mox, ubi litigant editiones, legat accurate satis: *Si igitur constitutio et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est.* ubi alter exhibebat *et pars quaelibet*, ubi vulgo *pars eius* omisso τῷ *quaelibet*, quod sufficere non potest, sed etiam MSS. statim: *Placet autem ipsi constitutionem intentionis dep. esse.* GRON. MS.: *si igitur constitutio et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est.* Erfurt.: *deinde constitutio si et ipsa, et pars constitutionis eius quaelibet intentionis depulsio est.* Est etiam in Duisb. *quaelibet*, quae vox male a Grutero omittitur. GRAEV. Deest vox *constitutionis* non necessaria in Sch. Leid. III. ac Victorino p. 113. *Et ipsa et pars eius quaelibet.* Ita Sch. Voss. I. Leid. I. III. Ed. Omnib. Victor. Male vulgo exsulat *quaelibet.* OUD. *Constitutio ipsa et pars eius quaelibet* exhibet B. *Constitutionis* addit T. Ignorat v. *constitutionis* etiam Victorinus, quapropter recte omiserunt Sch. et Orell. *L.*

Neque pars const.] Voss. I. Ed. Omn. *nec p. c.* OUD. *Neque const. neque pars* B. Atque ita etiam paullo post. *L.*

Si igitur constitutio et ipsa] Erf. *si igitur constitutio ipsa.* GRAEV.

Placet autem ipsi constitutionem intentionis esse depulsionem] Sic Erfurt. et edd. vett. vulg. *placet autem ipsa intentionis esse depulsionem.* Omissa erat vox, quae ex Erfurt. et aliis MSS. quos docti consuluerunt, et editione Hervagiana atque aliis reperitur: *constitutionem*, quam reposui. GRAEV. Nos, ut scriptum exstat in uno Gryphii exemplari recentiore, sed longe optimo, ante vocem, *intentionis, constitutionem* addidimus; quomodo legitur in Aldi editione; quam tamen Manutius non sequitur: cui convenit cum Victorii editione, et omnibus fere vulgatis; in his Leonic. Lamb., ut nos, *constitutionem* habet. BRUT. Voss. II. *ipsius.* Vocem *constitutionem* agnoscunt mei O. praeter Ed. Omnib. Bene illam inseruit Graevius. OUD. Enunciatum antecedens: *Si igitur const. — neque pars constitutionis est* omne omisit Sch. pro spurio habens, quia male repetitum sit ex superioribus. Sed satis tuetur Victorinus. Deinde *constitutionem* addit etiam B. *L.*

Placeat igitur oportet] Sch. *pl. autem op.* OUD.

nec esse constitutionem, nec partem constitutionis. Atque hoc eodem urgebitur incommodo, sive constitutionem, primam caussae accusatoris confirmationem dixerit, sive defensoris primam deprecationem; nam eum eadem omnia incommoda sequentur.

Deinde coniecturalis caussa non potest simul ex eadem parte, eodem in genere et coniecturalis esse, et definitiva. Rursus nec definitiva caussa potest simul ex eadem parte, eodem in genere et definitiva esse, et translativa. Et omnino nulla constitutio, nec pars constitutionis potest simul et suam habere, et alterius in se vim continere: ideo quod unaquaeque ex se, et ex sua natura simpliciter consideratur: altera adsumta, numerus constitutionum duplicatur, non vis constitutionis augetur. At deliberativa caussa simul ex eadem parte, eodem in genere et coniecturalem, et generalem, et definitivam, et translativam solet habere constitutionem, et unam aliquando, et plures nonnumquam: ergo ipsa nec constitutio est, nec pars constitutionis. Idem in demonstratione solet usu evenire. Genera igitur, ut ante

---

Nec esse constitutionem] Erf. et Duisb. *non esse constitutionem*. Graev. *Non esse constitutionem, nec p. const.* Sic MSS. O. et Ed. Omn. vulgo *nec esse*. Leid. III. *neque p. const.* Oud.

Atque hoc eodem urgebitur] Adieci et hic vocem *incommodo* ex optimo Erfurtensi, ab aliis neglectam. Graev. Exsulat vox *incommodo* a Sch. et Edd. ante Graev. in Leid. III. *ur. modo.* Oud. Vocem *incommodo* eiecerunt recte Sch. et Orell. Defenditur tamen etiam a Cod. B. *L.*

Defensoris pr. deprecat] Ed. Omnib. *defensionis pr. dep.* Oud.

Incommoda sequentur] Leid. I. *i. sequuntur.* III. *i. consequuntur.* Oud.

Rursus nec definitiva caussa] Apage istud *rursus*. Intrusum est e Glossa, minusculis litteris inter versus scripta, *rursus specialis propositio;* ut conspicitur in veterrimis membranis, quas nomino Sch. Oud.

Ex se et ex sua natura] Voss. II. *ex se et sua n.* Oud.

Numerus constitutionum] Leid. I. *n. constitutionis.* Oud.

Unam aliquando] Edd. nonnullae: *unam aliquam.* Graev.

Ergo ipsa nec constitutio est, nec pars constitutionis] Ne hoc quidem praeterire fas duco. Licet enim sic legatur in omnibus, quod scio, editis, tamen in utroque MS. habetur *neque constitutio est, nec.* Id quod in fidelissimis membranis sic persaepe offendi. Infr. cap. 57. *in qua nec propositio neque assumptio*, ut vidi ipse in scripto. Gron. Erf. et alii duo MSS. *ergo ipsa neque constitutio est, nec pars.* Graev. vid. Gronov. ad Lib. II. cap. 50.

Nec constitutio, nec pars] Sch. Voss. II. Leid. III. *neque c. neque p.* Leid. I. *nec const. neque p.* Oud.

Solet usu evenire] Rectius Erf. et Cauch. *solet usu venire.* Sic Latini loquuntur. Cic. de senectute: *Quid homini potest turpius,*

diximus, haec caussarum putanda sunt, non partes alicuius constitutionis.

CAP. XI. Haec ergo constitutio, quam generalem 320
nominamus, partes nobis videtur duas habere, iuridicialem, et negotialem. Iuridicialis est, in qua aequi et iniqui natura, aut praemii, aut poenae ratio quaeritur. Negotialis est, in qua, quid iuris ex civili more, et aequitate sit, consideratur: cui diligentiae praeesse apud nos iurisconsulti existimantur.

Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur partes, absolutam, et adsumtivam. Absoluta est, quae ipsa in se continet iuris et iniuriae quaestionem. Adsumtiva est, quae ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem; foris autem aliquid defensionis adsumit. Eius partes sunt qua-

---

quid vero miserius aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus? Graev. Sch. et Voss. II. *usu venire.* Quod cum Graevio verius duco, licet MSS. fere semper varient, ut in libris ad Herennium (ubi tamen constant Codd. L. IV. C. 43. *Scio vobis omnibus usu venire,*) et in Cicerone aliquoties, ut infra C. 43. *Omnibus dicatur usu venire.* C. 54. *Neque alicui unquam usu venerit.* Sic in plerisque MSS. sed vulgo *evenire, evenerit.* Atque ita in aliis auctoribus. Verum profecto corrigendus Vitruvius ex duobus Vossianis et Franekerano, L. I. C. 6. *In multis civitatibus usu solet venire,* non *evenire.* Idem L. X. C. 22. *Rhodiensibus usu venire.* In Appuleio L. I. Met. p. 14. Ed. Pric. bene Colvius e Lipsii Codice edidit *usu venire.* Sic enim exhibent MSS. mei septem; item in Apologia et de deo Socratis, *ut plerisque videmus usu venire;* quo tamen loco in multis est *usu evenire.* Sed aliud est, *usu venit mihi,* aliud *usu mihi evenit.* Innumera e Varrone, Caesare, Hirtio, Nepote, aliis addi possent, ostendique, quoties *venire* prave in *evenire* abierit; sed ἐπέχω. Oud. *Usu evenire* exhibet B. *Usu venire* T. atque ita dederunt Sch. et Orell. Recte hoc loco. Cf. quae notavi ad Auctor. ad Herenn. II, 5. et quae ad eum locum consignavi in Addendis. *L.*

Non partes alic. c.] Leid. III. *et non p. al. c.* Ed. Omn. *neque p. al. c.* Oud.

CAP. XI. *Partes nobis videtur duas habere*] Cauch. *partes videtur duas habere.* Erf. *partes nobis duas habere videtur.* Graev.

In qua aequi et iniqui natura] Sic reponendum censuit Gulielmius, ex libris omnibus Suffridi nostri; quibus respondet Pal. sec. ceteri *aequi et recti,* quomodo antea vulgati. Grut. Sic Erf. et al. MSS. Sed vulgati et multi MSS. *aequi et recti natura.* Graev. *Aequi et iniqui natura.* Sic Voss. I. In ceteris et Victor. p. 116. *aequi et recti n.* Sequentia opposita *praemii aut poenae* desiderant potius *aequum et iniquum,* vel *aequum et contrarium,* vel *aequum et tetrum;* quam *aequum et rectum.* Oud.

Ac iuridicialis quidem ipsa] Duisb. *et iuridicialis quidem et ipsa.* Erf. *ac iuri diem ipsa* etc. Graev. Sch. Voss. I. *ac i. q. et ipsa.* Oud.

Adsumtiva est] Carent verbo Sch. Voss. I. II. Leid. I. Oud.

Foris autem] Deest ultima vox Leid. III. Oud.

tuor, concessio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio. Concessio est, cum reus non id, quod factum est, defendit, sed, ut ignoscatur, postulat. Haec in duas partes dividitur, purgationem, et deprecationem. Purgatio est, cum factum conceditur, culpa removetur: haec partes habet tres, imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est, cum et peccasse, et consulto peccasse reus se confitetur, et tamen, ut ignoscatur, postulat: quod genus perraro potest accidere. Remotio criminis est, cum id crimen, quod infertur, abs se, et a sua culpa, vi, et potestate in alium reus removere conatur: id dupliciter fieri poterit, si aut caussa, aut factum in alium transferetur.
321 Caussa transfertur, cum aliena dicitur vi et potestate factum. Factum autem, cum alius aut debuisse, aut potuisse facere dicitur. Relatio criminis est, cum ideo iure factum dicitur, quod alius ante iniuria lacessierit. Comparatio est, cum aliud aliquod factum rectum, aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum.

In quarta constitutione, quam translativam nominamus, eius constitutionis est controversia, cum aut quem, aut quicum, aut quomodo, aut apud quos, aut quo iure, aut quo tempore agere oporteat, quaeritur, aut omnino aliquid de commutatione, aut infirmatione actionis agitur.

Abs se et a sua culpa, vi et potestate] Erf. *Abs se et ab sua culpa, et vi, et potestate.* Graev. Voss. I. Leid. III. Victor. p. 118. *et ab s. c.* Oud. *Ab se et ab sua culpa* B. Atque ita recte dederunt Sch. et Orellius. *L.*

In alium transferetur] Erf. *in alium transferatur.* Graev. Sch. Voss. II. Ed. Omn. *in a. transfertur.* Oud. *Transfertur* B. *L.*

Causa transfertur] Erf. *causa transferetur.* Graev.

Cum ideo iure factum] Erf. *quod ideo iure factum.* Graev.

Quod alius antea iniuria lacessierit] Hervag. *quod alius ante lacessierit.* Graev. Voss. I. II. Leid. I. Ed. Omn. *quod aliquis* etc. Oudend.

Cum aliud aliquod factum rectum aut utile contendetur] In uno codice manuscr. ita legitur: *cum aliquod aliud ab illo, de quo agitur, factum rectum, etc.* Lamb. Pal. sec. *aliquod rectum aut utile conceditur.* Fabr. *cum aliquod alicui factum rectum.* Liber Tosanus: *cum alicuius aliquod factum rectum etc,* quod amplectebatur Gulielmius. Grut. MS. noster *cum aliud aliquod alicuius factum.* Sic initio libri II. *aliud alii commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur.* Gron. Erfurt. et alius MS. *cum aliud aliquod alicuius factum;* alii MS. aliter. vid. not. Graev. Addidi vocem *alicuius* auctoritate Sch. Victorini p. 118. et Ed. Omnib. Vide Comm. *aliud aliquid* Sch. Leid. I. Voss. II. Oud. Abest v. *alicuius* a Cod. B. *L.*

Huius constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur, non quo non usi sint ea veteres oratores saepe multi, sed quia non animadverterint artis scriptores eam superiores, nec retulerint in numerum constitutionum. Post autem ab hoc inventam multi reprehenderunt, quos non tam imprudentia falli putamus, (res enim perspicua est) 322
quam invidia atque obtrectatione quadam impediri.

CAP. XII. Et constitutiones quidem, et earum partes exposuimus: exempla autem cuiusque generis tunc commodius expondituri videmur, cum in unumquodque eorum argumentorum copiam dabimus. Nam argumentandi ratio dilucidior erit, cum et ad genus, et ad exemplum caussae statim poterit adcommodari.

Constitutione caussae reperta, statim placet considerare, utrum caussa sit simplex, an iuncta; et si iuncta

---

Huius constitutionis Hermagoras inventor etc.] vid. Quinctilian. III. Inst. Orat. cap. 6. p. 254. et ibi Interpr.

Non quia non usi sint] Libens hanc mutationem reliqui auctoribus suis, ex illis, qui hos imitati sunt, et nimis quidem festinate, Victorio, Lambino et Grutero, discedens ad vetustiores editiones ac duos nostros MSS., in quibus *non quo non*. Certe enim et hoc ipsum toties in Cicerone occurrit, ut addubitari nequeat, et vide hic cap. 33. Quod si sequens *quia* eos movit, nihil egerunt. Licet enim etiam cap. 33. aliter sic loquatur, tamen et sic mutat Cicero V. ad Att., 10. *Non quo te celem, non perscribo, sed quia δυςξίμητα sunt.* XV. 22. *Non quo iam adesset, sed quia certe id ageret.* V. ad Fam. 19. *Non quo celandus esses, sed quia communicatio consilii* etc. Immo sic prorsus infra II, 51. *Non quo non in aliqua constitutione omnis semper causa versetur, sed quia proprii* etc. GRON. Victor. Lamb. Grut. *non quia non usi sint;* sed prius approbat Erfurt. a 3 MSS. al. et edd. vett. GRAEV. MSS. O. et Ed. Omn. *non quo non.* OUD. Ita etiam BT. *Non quod non* scripsit Sch. atque ita Oxonn. duo. *non quo non* recte retinuit Orell. Deinde *animadverterunt — retulerunt* Sch. de coniectura dedit, recte, ut videtur. Nam coniunctivus male repetitus videtur e superioribus. Secutus est Orell. *L.*

Artis scriptores eam superiores] Videntur esse ab aliquo librario: certe si absint, nihil sententiae defuerit. GRUT.

CAP. XII. *Expondituri videmur*] Leid. I. Voss. II. *exp. videamur.* OUD.

Et ad genus, et ad exemplum] Prius *et* deest Voss. I. alterum *ad* non est in Leid. I. OUD.

Simplex an iuncta; et si iuncta] Ita erat in Pall. omnibus, et Grevenb.; vulgata enim *an coniuncta; et si coniuncta.* GRUT. Edd. vulgg. *simplex an coniuncta.* GRAEV. *Utrum caussa sit simplex, an coniuncta, et si coniuncta erit.* Ita, ut edidit Lamb., scriptum exstat in uno Gryph. manuscr. exemplari: ceteri, *an iuncta, et si iuncta,* habent. BRUT. Sch. Voss. I. Leid. III. et I. a m. II. cum Ed. Omn. et Victor. *s. an coniuncta, et si coniuncta* nisi quod secundo loco *iuncta* retineant Sch. et Leid. I. OUD. *Coniuncta* B. *Iuncta* Vi-

erit, utrum sit ex pluribus quaestionibus iuncta, an ex aliqua comparatione. Simplex est, quae absolutam in se continet unam quaestionem, hoc modo: Corinthiis bellum indicamus, an non. Coniuncta ex pluribus quaestionibus, in qua plura quaeruntur, hoc pacto: Utrum Karthago diruatur, an Karthaginiensibus reddatur, an eo colonia deducatur. Ex comparatione, in qua per contentionem, utrum potius, aut quid potissimum sit, quaeritur, ad hunc modum: Utrum potius exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur, qui sociis sit auxilio; an teneatur in Italia, ut quam maximae contra Hannibalem copiae sint. Deinde considerandum est, in ratione, an in scripto sit controversia. Nam scripti controversia est ea, quae ex scriptionis genere nascitur.

323 CAP. XIII. Eius autem genera, quae sunt separata a constitutionibus, quinque sunt. Nam cum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere, tum inter se

---

ctorinus in commentario, sed in lemmate *coniuncta.* Paullo ante *statim placet cons.* omnes, etiam Victorin. Sed Sch. v. *statim*, tanquam male repetitum ex superioribus, delevit, uncis inclusit Orell. *L.*

Ex pl. quaestionibus iuncta] Voss. I. Leid. III. et I. a m. II. *s. ex pl. q. coniuncta.* Oud. *Coniuncta* B. *Iuncta* Victorinus in comm. sed in lemmate *coniuncta.* *L.*

Coniuncta ex pluribus] Erfurt. Duisb. Cauch. *iuncta ex pluribus.* Graev. Sch. *iuncta ex pl. q.* Oud. *Coniuncta* B. *L.*

Karthaginiensibus] Voss. I. Leid. I. Ed. Omn. *carthaginiensibus.* Oud.

Utrum potius exercitus in Macedoniam] Edd. *utrum exercitus.* Erfurt. *utrum potius exercitus in Macedoniam.* Recte, ut ex praecedentibus liquet. Graev.

Utrum exercitus in Maced.] Sic MSS. O. Graevius e solo Erfurt. inseruit *potius* ex praecedentibus. Male, si quid video. Oud. Ignorat v. exercitus Cod. B., recepit Sch. omisit Orell. recte ut mihi videtur. *L.*

In ratione, an in scripto sit controversia] Al. *an in ratione an in scripto sit controversia.* Graev. Nos priore loco *an* particulam sustulimus cum ex certa ratione, tum ex veterum codicum auctoritate; in quibus omnibus recte abest. Brut. Leid. I. Voss. I. Ed. Omn. *in r. an scripto.* Oud.

Controv. est ea, quae] Pronomen demonstrativum non agnoscitur a Sch. Oud.

CAP. XIII. *Eius autem genera, quae sunt separata*] Erf. *eius enim genera, quae separata sunt.* Graev.

Nam cum verba ipsa videntur] Lambini et aliae edd. *nam tum verba ipsa.* Duisb. *tum verba ipsa videntur.* Graev. MSS. O. *tum v. i. v.* Oud. *Tum v. ipsa* BT. atque ita Sch. et Orell. Recte. Aliter legi nequit. Paullo post Lambin. *significare videtur*, quod revocavit Sch., iterum omisit Orell. Codicum nullus exhibet. *L.*

duae leges, aut plures discrepare, tum id, quod scriptum est, duas aut plures res significare: tum ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non scriptum est, inveniri: tum vis verbi quasi in definitiva constitutione, in quo posita sit, quaeri. Quare primum genus, de scripto et sententia; secundum, ex contrariis legibus; tertium, ambiguum; quartum, ratiocinativum; quintum, definitivum nominamus.

Ratio autem est, cum omnis quaestio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit. At tum considerato genere caussae, et cognita constitutione, cum, simplexne, an coniuncta sit, intellexeris, et scripti, an rationis habeat controversiam, videris; deinceps erit videndum, quae quaestio, quae ratio, quae iudicatio, quod firmamentum caussae sit: quae omnia a constitutione proficiscantur oportet. Quaestio est ea, quae ex conflictione caussarum gignitur controversia, hoc modo: Non iure fe-

---

Tum id quod scriptum est] Leid. I. *tum ex eo q. s. e.* Sch. *t. i. q. s. sit.* Oud.

In quo posita sit] Sch. *in q. p. est.* Oud.

Cum omnis quaestio non in scriptione] Lamb. ed. *cum quaestio non in scriptione.* Graev. Voss. II. *cum oratio vel quaestio* suprascr. *omnis;* contra in Sch. suprascr. *oratio vel.* Oud.

At tum considerato genere causae et cognita constitutione] Copulativa in nullo est scripto. Gron. Sic Erfurt. Manut. et edd. antiquiores. Gruter. cum omnibus recentioribus: *At tum considerato genere causae.* Duisb. *at cum considerato.* Paullo post idem codex Erf. *Causarum enim conflictio est.* edd. *Caussarum autem haec est conflictio.* Sane *haec* nec in Cauch. legitur, et Lambinus eam delevit. Graev. Voss. I. II. Leid. I. *ac* cum Ed. Omn. et Victor. p. 120. *At cum* Sch. a m. I. copula *et* abest a MSS. O. Oud.

Cum simplexne an coniuncta] Duisb. *utrum simplex an coniuncta.* Graev. Pro *cum* in Sch. et Victorino [apud Victorinum] est *utrum.* Item *simplex* in iisdem et Leid. III. *iuncta* Leid. I. Voss. II. Victor. Istud *tum* sequentibus *cum* et *deinceps,* hic plane otiosum est, neque ita scripsisse Ciceronem, mihi persuasum habeo, Legendum puto transposita illa voce e MSS. sic: *at cum, cons. gen. c., tum* (i. e. praeterea) *cogn. const. utrum simplex, an c. sit, intellexeris. Cum* sive *quum intellexeris* sunt constructione iungenda. Vide etiam Gruteri et Graevii notulas. Oud. *At tum cons. gen. causae cognita const. cum simplexne an coni.* B. *At quum, cons. gen. caus. et cogn. con. simplexne an coni.* scripserunt Sch. et Orell. Recte, opinor. *L.*

Quaestio est ea, quae ex conflictione caussarum gignitur etc.] vide Quinctilian. III. Inst. cap. 6. pag. 236. et 237. et ult. loco Interppr. Exsulat copula a Voss. II. Oud. Haec Oudendorpii nota quorsum spectet, ignoro. Quae paullo post sequuntur verba: *hoc modo — iure feci,* Sch. transposuit post v. *constat.* Vulgatum ordinem revocavit Orell. *L.*

cisti: iure feci. Caussarum autem haec est conflictio, in qua constitutio constat; ex ea igitur nascitur controversia, quam quaestionem dicimus, hoc modo: Iurene fecerit.
324 Ratio est ea, quae continet caussam, quae si sublata sit, nihil in caussa controversiae relinquetur, hoc modo, ut docendi caussa in facili, et pervulgato exemplo consistamus: Orestes si accusetur matricidii, nisi hoc dicat, Iure feci; illa enim patrem meum occiderat: non habet defensionem. qua sublata, omnis quoque controversia sublata sit. Ergo eius caussae ratio est, quod illa Agamemnonem occiderit. Iudicatio est, quae ex infirmatione, et confirmatione rationis nascitur controversia. nam sit ea nobis exposita ratio, quam paullo ante exposuimus. Illa enim meum, inquit, patrem occiderat. At non, inquit adversarius, abs te filio matrem necari oportuit: potuit enim sine tuo scelere illius factum puniri.

Causarum autem haec est confl.] Deest particula *autem* Voss. I. II. Leid. III. qui caret quoque pronomine. Oud.

Quam quaestionem dicimus hoc modo, iurene fecerit] Erf. *quam quaestionem dicimus hoc iurene feceris.* Graev. Leid. III. *hoc est*, *i. f.* Oud.

Ratio est, quae cont. c.] Sic Sch. Voss. I. Ed. Omnib. Victor. p. 220. Vulgo *r. e. ea, quae c. c.* Oud.

Sublata sit] Leid. I. *ablata s.* Oud.

Nihil in causa relinquetur] Erf. Duisb. Cauch. *nihil in causa reliquatur.* Graev. Sch. Voss. I. Leid. I. *n. i. c. c. relinquatur.* ut statim, *qua sublata, omnis quoque controversia sublata sit. relinquitur* in ceteris et Ed. Omn. Oud.

Pervulgato exemplo consistamus] Erf. *pervulgato exempla constituamus.* Graev. Sch. *exempla constituamus.* Oud.

Qua sublata omnis quoque controversia sublata sit] Erf. et Duisb. *quare, omnis controversia quoque sublata sit.* Graev. Sch. Voss. I. *quare,* scilicet *nisi hoc dicat,* ut Scholion suprascriptum est in Sch. Sed in marg. eadem manu *aliter* sublata. In Ed. Omnib. *qua te sublata.* Optimi Graeviani dant etiam *quare.* Oud. Vv. *qua sublata — sublata sit,* suspecta Ernestio, eiecit Sch., uncis inclusit Orell. *Omnis controv. quoque s.* B. *L.*

Eius c. ratio etc. occiderit.] Leid. I. *Eius c. quoque r.* etc. *occiderat.* Oud. Paullo post vv. *et confirmatione* Sch. de Io. C. Th. Ernestii sententia, in lex. technolog. Lat. Rhet. v. *iudicatio* prodita, eiecit scripsitque ex eiusdem sententia: *quae ex ratione et infirmatione rationis.* Nullus codicum addicit, et videtur defendi posse vulgata. *L.*

Illa enim meum, inquit, patrem occiderat] *meum* adieci ex Erfurt. et edit. Hervag. At in edd. aliis non habetur. Graev. *Meum, inquit, patrem occ.* Sic etiam MSS. mei omnes, et Ed. Omnib. male vulgo aberat ante Graev. *meum.* Quando nimis ambigue locutus esset Orestes: nam pater Clytaemnestrae posset intelligi. Confer praecedentia et sequentia. Oud.

Abs te filio matrem] Voss. II. *ab te filio.* Oud.

CAP. XIV. Ex hac deductione rationis, illa summa nascitur controversia, quam iudicationem adpellamus. Ea est huiusmodi: Rectumne fuerit, ab Oreste matrem occidi, cum illa Orestis patrem occidisset.

Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris, et aptissima ad iudicationem: ut si velit Orestes dicere, eiusmodi animum matris suae fuisse in patrem suum, in se ipsum ac sorores, in regnum, in famam generis et familiae, ut ab ea poenas liberi sui potissimum petere debuerint. Et in ceteris quidem constitutionibus ad hunc modum iudicationes reperiuntur: in coniecturali autem constitutione, quia ratio non est (factum enim non conce- 325
ditur) non potest ex deductione rationis nasci iudicatio. Quare necesse est eandem esse quaestionem, et iudicationem: ut factum est, factum non est; factumne sit. Quot autem in caussa constitutiones, aut earum partes erunt,

---

CAP. XIV. *Ex hac deductione rat.*] Sic Voss. II. In ceteris *ex h. diductione r.* ac deinceps. Oud. Paullo post *summa nascitur controversiae* de Ern. coniectura scripsit Sch. fortasse recte. Sic infra c. 16. *summam caussae*, quem locum indicavit Orell. *L.*

Iudicationem appellamus] Leid. I. *iudicialem app.* Oud.

Orestis patrem occidisset] Erfurt. *Orestis patrem occiderit.* Graev. Leid. III. *p. occiderit.* Oud.

Et aptissima ad iudicationem] Pal. sec. et Grev. a manu principe: *appositissima*, non male. Grut. *Appositissima* in quatuor manuscriptis exemplaribus legitur. Oud. *Defensoris ac potissima ad iudicationem* B. *Appositissima* exhibent Cod. T. et Oxoniensis II. Receperunt Sch. et Orell. *L.*

Animum matris suae fuisse] Erfurt. *animum matri suae fuisse.* Sic etiam legit Victorinus. Graev. Leid. I. *huiusm.* Abest *suae* a Leid. III. Opinor veram esse Erfurt. et Victorini p. 121. lectionem *matri suae.* Oud. *Matri s.* dedit Sch. Vulgatam tenuit Orell. *L.*

In patrem s. in se ips. ac sorores] Ed. Omn. *in parentem s.* Schol. *et sor.* Leid. I. *et sororem.* Oud.

Generis et familiae] Voss. I. *g. ac fam.* Oud.

In ceteris quidem const.] Leid. III. *quidem cet. in c.* Oud.

Iudic. reperiuntur] Sic Sch. In reliquis *reperientur.* Oud. *Reperientur* etiam Cod. B. *L.*

In coniecturali autem] Deest ultima vox Voss. I. Oud.

Eamdem esse quaestionem] Verbum non legas in Voss. II. Oud. Paullo ante *ex ea et ex deductione* de suo dedit Sch., perverse quidem, iudice Orell. *L.*

Ut factum est, factum non est] In Duisb. *ut* non legitur; (potest sine incommodo abesse) nec in Erfurt., in quo est: *factum est, non est factum.* bene. Graev. In duobus Gryphii exemplaribus, atque in uno meo, secundo loco, vox *factum* abest. Brut. *Factum est, non est factum.* Sic lego e MSS. O. vulgo *ut factum est; factum non est.* Vide et Graevium Oud. *Ut* recte omisit Orell., retinuit Sch. *L.*

totidem necesse erit quaestiones, rationes, iudicationes, firmamenta reperiri. His omnibus in caussa repertis, tunc denique singulae partes totius caussae considerandae sunt. Nam non ut quidque dicendum primum, ita primum animadvertendum videtur: ideo quod illa, quae prima dicuntur, si vehementer velis congruere, et cohaerere cum caussa, ex eis ducas oportet, quae post dicenda sunt. Quare cum indicatio et ea, quae ad iudicationem oportet inveniri argumenta, diligenter erunt artificio reperta, cura et cogitatione pertractata; tum denique ordinandae sunt ceterae partes orationis. Hae partes sex esse omnino nobis videntur: exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio. Nunc quoniam exordium princeps omnium esse debet, nos quoque primum in ratione exordiendi praecepta dabimus.

Firmamenta reperiri] Exsulat prima vox a Leid. I. *reperire* Sch. Oud.

His omnibus in causa repertis, tunc] Erf. *Tum his omnibus in causa repertis, tum.* Graev.

Tum denique] Sic MSS. O. Victor. p. 121. ut infra. Non *tunc d.* Ed. Omn. *cum d.* Oud. *Tum* etiam TB. id quod scripserunt Sch. et Orell. *L.*

Ut quidque dicendum primum] Leid. I. Ed. Omn. *ut quodque.* Abest *primum* Leid. I. contra *est* additur Voss. I. II. Ed. Omn. Oud. *Quidque* in margine scr. a ser. manu, in B. *primum est.* B. *L.*

Animadvertendum videtur] Voss. I. *ante advert. v.* Leid. I. *ad animum advert. v.* Oud.

Ideo quod illa, quae prima] Erf. et Duisb. *ideoque illa quae prima.* Graev. Sch. *ideoque illa.* Oud.

Cohaerere cum causa] Nonnullae edd. *coniungere cum causa.* Graevius.

Ex eis ducas] Erf. *ex his ducas.* Graev. MSS. O. *ex his d. o.* Oud. *Ex his* BT. atque ita dedit Sch. *ex eis* tenuit Orell. *L.*

Inveniri argumenta] Erf. *argumenta inveniri.* Graev.

Hae partes sex] Erf. et Cauch. *eae partes sex.* Graev. Leid. III. *et hae p.* deest *nobis* a Leid. I. Oud. *Hae partes sex* B. *Eae p. s.* T. *L.*

Nunc quoniam exordium] Duisb. *Nunc quomodo exordium.* Graev.

Princeps omnium debet esse] Erf. *princeps debet esse.* Cauch. *princeps debet.* Graev. Vox *omnium* non agnoscitur a Sch. bene. Oud. *Omnium debet esse* B. *Omnium* in margine habet T. teste Orell. *L.*

Primum in ratione exordiendi praecepta dabimus] Cum in libris manuscr. reperissem scriptum *in oratione*, ego *orationem* reposui. Lamb. MS. melior *in rationem exord.* Quod sane probandum videtur, ut patet ex cap. 9. *Et in eas praecepta det*, et cap. 12. *cum in unumquodque eorum argumentorum copiam dabimus.* Tale est cap. 52. *praeceptum datur ad enumerationem.* Gron. Erf. et alii MSS. *in rationem exordii.* Idem. Lamb. Erf. et al. MS. *primum in rationem exordiendi praecepta dabimus;* quod merito pro-

CAP. XV. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem: quod eveniet, si eum benivolum, adtentum, docilem fecerit. Quare qui bene exordiri caussam volet, eum necesse est genus suae caussae diligenter ante cognoscere. Genera caussarum sunt quinque, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum caussae genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris favet animus. Admirabile, a quo alienatus est animus eorum, qui audituri sunt. Humile, quod negligitur ab auditore, et non magnopere adtendendum videtur. Anceps, in quo aut iudicatio dubia est, aut caussa, et honestatis, et turpitudinis particeps: ut et benivolentiam pariat, et offensionem. Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis caussa implicita est. Quare quoniam tam di- 326

---

bat Jac. Gronov. exemplis huius locutionis petitis ex aliis Ciceronis libris, ut sup. ex cap. 9. *et in eas praecepta det.* Graev. *In rationem praecepta dabimus, in* praepositione cum nomine coëunte, in omnibus libris antiquis scriptum exstat; ex qua voce diducta etiamsi non incommoda lectio confici potest, Lambinum tamen sequor ex eadem *orationem*, unde multo planior lectio fit, emendantem. Vulgata quidem lectio ferri non potest. Brut. *In rationem exordiendi praecepta dabimus.* Sic omnino est legendum. Praeter aliorum codices hanc lectionem firmant Sch. Leid. I. III. et exempla Ciceronis. V. Gronov. vulgo *in ratione.* Oud. *In rationem* B. qui v. *primum* omittit. *In rationem* T. et alii Codd. id quod dederunt Ern. Sch. Orell. recte. *In ratione* Iuntina. *L.*

Quod eveniet] Leid. III. *quod evenit.* Oud.

Docilem fecerit] Erfurt. *docilem confecerit*, quod etiam est in margine Hervagianae, pro quo paulo post dicit, *dociles auditores efficere*, et mox, *perficiens auditorem benivolum*, cap. 16. *quas res exordio conficere oporteat*, et, *quibus quaeque res rationibus confici possit.* Graev. Sch. *docibilem confecerit*, punctis sub *bi* positis. In Ed. Omn. *b. et attentum et d. confecerit.* Probo compositum. Oud. *Confecerit* T. id quod dedit Orell. *fecerit* retinuit Sch. *L.*

Ex. causam volet] Leid. II. *ex. c. voluerit.* Oud.

Sunt quinque] MSS. O. *quinque sunt.* Ed. Omn. *sunt n. quinque* i. e. numero *quinque.* Oud.

Auditoris favet animus] Erfurt. *auditoris animus favet.* In Cauch. non est *auditoris.* Graev.

Alienatus est animus] Abest verbum a Leid. III. Oud.

Non magnopere] vide Gronov. supra ad cap. 7.

Et honestatis et turp. p.] Deest prima copula Voss. I. Oud.

Ut benevolentiam pariat] Erfurt. *ut et benivolentiam pariat.* Graev. *Ut et beniv. p. et offens.* Sic MSS. O. et Edd. quoque ante Graev. non *ut beniv.* Oud.

Causa implicita est] Erf. *causa est implicita.* Cauch. *causa est implicata.* Graev. *Implicita est* nonnulli manuscripti habent. Brut. Sch. Voss. II. cum Victorino p. 124. et aliis *c. inplicata est.*

versa sunt genera caussarum, exordiri quoque dispari ratione in unoquoque genere necesse est. Igitur exordium in duas partes dividitur, in principium, et insinuationem. Principium est oratio perspicue et protinus perficiens auditorem benivolum, aut docilem, aut adtentum. Insinuatio est oratio quadam dissimulatione, et circuitione obscura subiens auditoris animum.

327 In admirabili genere caussae, si non omnino infesti auditores erunt, principio benivolentiam comparare licebit; sin erunt vehementer abalienati, confugere necesse erit ad insinuationem: nam ab iratis si perspicue pax, et benivolentia petitur; non modo ea non invenitur, sed ira augetur atque inflammatur odio. In humili autem genere caussae, contemtionis tollendae caussa, necesse erit adtentum efficere auditorem. Anceps genus caussae, si dubiam iudicationem habebit, ab ipsa iudicatione exordiendum est; sin autem partem turpitudinis et partem honestatis habebit, benivolentiam captare oportebit, ut in genus honestum caussa translata videatur. Cum autem erit honestum caus-

---

praefero ut numerosius. Oud. *Caussa est implicita* B. *implicata* dedit Sch. vulgatum tenuit Orell. *L.*

Quare quoniam tam d.] Sch. Leid. I. *q. cum tam d.* Oud. *Quum tam* T. Compendio qm scriptum in B. unde error ortus. Legendum *quoniam*. *L.*

Et insinuationem] vid. Gronov. ad Lib. III. ad Heren. cap. 15. Voss. II. *in pr. et in insin.* Oud. *Et in ins.* B. Paullo post pro v. *perficiens* Sch. dederat *efficiens*, de monitu Ernestii. Recte *conficiens* e Cod. T. recepit Orell. *L.*

Circuitione obscura subiens] Grut. et al. edd. *circuitione obscure subiens.* longe verius Erfurt. *circuitione obscura subiens animum.* Graev. *Circuitione obscura subiens.* Sic quoque Sch. et Leid. III. cum Erf. In ceteris et vulgo *obscure*. Oud. *Obscure* tenuerunt Sch. et Orell. *obscura* etiam Cod. T. *L.*

Vehementer abalienati] Voss. II. *veh. alienati.* Oud.

Sed ira augetur atque inflammatur odio] Grut. et al. edd. *sed augetur atque inflammatur odium.* Sed Erfurt. eleganter: *sed ira augetur, atque inflammatur odio*, sc. irati. Graev. *Ira augetur atque inflammatur odio.* Sic edidit Graev. ex Erfurt. In Leid. III. *augetur potius atque flammatur odium.* Voss. I. *augetur potius et inflammatur odium.* Ceteri et vulgo *augetur atque infl. odium.* Ed. Omn. *augetur atque inflamm. odium potius.* Oud. *Sed augetur atque inflammatur odium* T. eodem modo B. nisi quod is *et* pro *atque* B. *odio* dedit Sch. et Orell. *L.*

Necesse erit att. efficere aud.] Sch. Voss. I. II. *n. est att.* Tum *facere aud.* Sch. Leid. I. Oud.

Iudicationem habebit] Leid. I. *ind. habuerit.* Oud.

Et partem honestatis] In nullo MS. est copula *et*; sed in Leid. I. *partemque h.* Oud. Omittunt *et* etiam BT. Orell. uncis inclusit. *L.*

sae genus, vel praeteriri principium poterit, vel, si commodum fuerit, aut a narratione incipiemus, aut a lege, aut ab aliqua firmissima ratione nostrae dictionis: sin uti principio placebit, benivolentiae partibus utendum est, ut id, quod est, augeatur.

CAP. XVI. In obscuro caussae genere, per principium dociles auditores efficere oportebit. Nunc, quoniam, quas res exordio conficere oporteat, dictum est; reliquum est, ut ostendatur, quibus quaeque res rationibus confici possit.

Benivolentia quatuor ex locis comparatur: ab nostra, ab adversariorum, ab iudicum persona, ab ipsa caussa. 328
Ab nostra, si de nostris factis, et officiis sine arrogantia dicemus: si crimina illata, et aliquas minus honestas su-

---

Vel praeteriri princ. p.] Deest *vel* Voss. I. Leid. III. Oud.

Vel, si commodum fuerit] Alii, *et si commodum fuerit*. Graev. Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. *et si c. f.* Oud. *Et si* etiam Cod. T, quod dederunt Sch. et Orell. L.

Aut a lege, aut ab aliqua] Ed. Omn. *aut lege, aut aliqua*. Oudendorpius.

Ab aliqua firmissima ratione] Al. *ab aliqua firma ratione*. Graevius.

Sin uti principio placebit] Vulgata, *vel si uti principio; sed* alterum restabat in Pal. habebat praeterea Grev. *sin autem uti*. Supra etiam auctoribus iisdem mss. substitui, *vel si commodum etc*, cum prius fuisset, *et, si comm.* Grut. *Sin uti principio placebit*, ut scriptum est in omnibus meis manuscr. et in uno impresso Leoniceni, excudendum curavi. Brut. In Sch. suprasc. eadem m. *al. licebit*. Oud.

Quod est, augeatur] Leid. I. *quod est reliquum a.* Oud.

CAP. XVI. *In obscuro caussae g.*] Sch. Ed. Omn. *in obscuro autem c. g.* Oud. Haec verba usque ad v. *oportebit* Sch. retraxit post vv. *translata videatur.* Non secutus est Orellius. Recte. L.

Dociles aud. efficere oportebit] Cum illico sequatur *conficere oporteat*, hic multo elegantius et nervose praebent veterrimae membranae Sch. *dociles auditores fiant*. Oud.

Conficere oporteat] Leid. I. *efficere op.* Oud.

Ab adversariorum, ab iudicum persona] Sch. *ab advers. persona, ab i. persona.* Voss. I. *a iudicium p.* Victor. p. 124. *a iud.* Oud.

Ab ipsa causa] Legebatur antea, *ab ipsa re*, sed praeter Pall. in quorum secundo alterum extabat: nam pr. et tert. *ab causa*, sine pronomine, quod tamen in editione Victorii. Grut. MSS. O. simpliciter *a caussa*. Oud.

De nostris factis] Leid. III. *nostris de f.* Mox *dixerimus*. Ed. Omn. Oud.

Aliquas minus honestas suspiciones] Erfurt. *aliquas minus honestas suspicationes*, quod in tam bonae fidei libro non est temerarium, sed credendum, a posterioribus librariis hanc vocem minus obviam mutatam esse in notiorem. Est *suspectatio*, a suspecto,

spiciones iniectas diluemus: si, quae incommoda acciderint, aut quae instent difficultates, proferemus: si prece, et obsecratione humili, ac supplici utemur. Ab adversariorum autem, si eos aut in odium, aut in invidiam, aut in contemtionem adducemus. In odium adducentur, si quod eorum spurce, superbe, crudeliter, malitiose factum proferetur. In invidiam, si vis eorum, potentia, divitiae, cognatio, pecuniae proferentur, atque eorum usus arrogans, et intolerabilis; ut his rebus magis videantur, quam caussae suae confidere. In contemtionem adducentur, si eorum inertia, negligentia, ignavia, desidiosum studium, et luxuriosum otium proferetur. Ab iudicum persona benivolentia captabitur, si res ab his fortiter, sapienter, mansuete gestae proferentur, ut ne qua adsentatio nimia significetur: et si de his, quam honesta existimatio, quan-

---

ut ab exspecto, exspectatio, abalieno, abalienatio. *Suspecto* est apud Tacit. I. Ann. 5. *Quidam scelus uxoris suspectabant*, et in non paucis aliis locis. Sicut a suspicere est suspectio, quod est apud Terentium, sic a suspectare est suspectatio. GRAEV.

Suspiciones iniectas] Hervag. margo *suspiciones illatas*. GRAEV.

Humili ac supplici] Sch. *h. et s.* Voss. I. Leid. III. *h. aut s.* OUDENDORPIUS.

Aut in invidiam] Praepositione carent Sch. Voss. I. OUD.

In odium ducentur] habent manuscripti omnes vetustiores: Leoniceni editio, Aldi, a quo filius dissentit. In Victorii editione, ut in antiquis, *ducentur*, legitur. Lamb. ut Manut. *adducent* edidit. Credo, eruditos homines, quod crebrior usus est verbi *adduco* in hac translatione, quam eius, a quo manet *duco, adducentur* emendasse. BRUT. *In odium adducentur.* Sic Sch. In ceteris MSS. *in o. ducentur.* OUD.

Malitiose factum proferetur] Grevius *ostendatur*, placuitque Gulielmio; sed stant pro vulgata Pall. tres. GRUT. MS. *malitiose factum ostendatur.* GRAEV.

Pecuniae proferentur] Leid. I. *p. proferantur.* Leid. II. qui hic incipit, *p. proferuntur.* OUD.

Otium proferetur] Leid. II. *ot. profertur.* OUD.

Ab iudicum persona] Edd. vulgatae, *ab auditorum persona* inepte. Miror hoc vitium in omnibus editionibus, quas vidi, toleratum esse. Verissime Erfurt. et Duisburgensis Codices *ab iudicum persona.* Ad iudices enim haec pertinere, quae sequuntur, clarissime patet. Superius dixit: *Benevolentia quatuor ex locis comparatur: ab nostra, ab adversariorum, ab iudicum persona, ab ipsa causa.* De nostra, et adversariorum persona ut benivolentia comparari possit, iam ostendit: iam supererat, ut ostenderet, quomodo ab iudicum persona quaeratur, quod hic facit. GRAEV. *Ab iudicum persona b. captabitur.* Sic verissime e MSS. duobus emendavit Graevius pro *auditorum.* Emendationem hanc confirmant Sch. a m. 1. et Victorinus p. 125. *captatur* Leid. I. *Auditorum* reposuit Orell. *L.*

Et si de his] Deest copula Sch. OUD.

taque eorum iudicii, et auctoritatis exspectatio sit, ostendetur. Ab ipsis rebus, si nostram caussam laudando extollemus, adversariorum caussam per contemtionem deprimemus. 329

Adtentos autem faciemus, si demonstrabimus, ea, quae dicturi erimus, magna, nova, incredibilia esse, aut ad omnes, aut ad eos, qui audient, aut ad aliquos illustres homines, aut ad deos immortales, aut ad summam reipublicae pertinere: et si pollicebimur, nos brevi nostram caussam demonstraturos, atque exponemus iudicationem, aut iudicationes, si plures erunt. Dociles auditores faciemus, si aperte et breviter summam caussae exponemus; hoc est, in quo consistat controversia. Nam et cum docilem velis facere, simul adtentum facias oportet: nam is est maxime docilis, qui adtentissime est paratus audire.

Exspectatio sit, ostendetur] Duisb. et Erfurt. *expectatio sit ostenditur.* Graev. Sch. Leid. III. *ostenditur.* Oud.

Laudando extollemus] Duisb. *laudando extollamus.* Graev. Sch. cum Victorino *extollamus, deprimamus.* Oud.

Adversariorum causam] Lamb. edit. *causam* omittit. Graev.

Per contemtionem deprimemus] Duisb. *per contemtionem deprimamus.* Idem.

Quae dicturi erimus] Duisb. *quae dicturi sumus.* Graev. Sch. d. *sumus.* Oud. In superioribus scripsit Sch. *Attentos autem faciemus auditores.* Non secutus est Orellius, qui supra pro v. *iudicum* reposuit *auditorum.* L.

Aut ad omnes] Voss. I. II. *et aut ad o.* Bene. Oud.

Ad eos qui audiunt] MSSti *audient*, ut I. ad Herenn. 4. Hinc etiam nescio, unde capite 17. edant, *maxime ii, qui audierint, probarint*, quum in optimo meo, *qui audient*, in altero *qui audierunt.* Etiam cap. 21. in meliore membrana legitur, *ad eorum qui audient opinionem*, etsi non etiam in verbis paulo post ibi sequentibus. Gron. *audient* Erf. et alii libri, quos inspexerunt viri docti. Vulgo, *ad eos qui audiunt.* Sch. Victor. *ad e. q. audiunt.* In Voss. II. non est *eos.* Oud.

Ad summam reipublicae] legendum puto, *ad summam rem*, seu, *ad summam remp.* Lamb. Lamb. ed. *ad summam remp.* Graev. Lambini coniecturam firmat Victorinus p. 125. *ad s. rempublicam.* Leid. I. II. *ad summam r. p.* Oud. *Ad summam reipublicae* TB. Vitium ortum ex compendio R. P. quod alii aliter explicuerunt. Aliud est *summa resp.* apud Cic. de Legg. III, 16. ubi opponitur *municipalis.* L.

Si pollicebimur] Sch. *si pollicemur.* Oud.

Atque exponemus iudicationem] Erf. *Aut exponemus iudicationem.* Graev.

Aperte et breviter] Erf. *aperte ac breviter.* Idem.

Nam is est maxime docilis] Sic Erfurt. Al. *nam is maxime docilis est.* Idem. MSS. O. *is est m. d.* Oud. Paullo ante Sch. dederat: *Nam quem docilem velis f.*, pro quibus Cod. T. apud Orell.

CAP. XVII. Nunc insinuationes quemadmodum tractari conveniat, deinceps dicendum videtur. Insinuatione igitur utendum est, cum admirabile genus caussae est, hoc est, ut ante diximus, cum animus auditoris infestus est. Id autem tribus ex caussis fit maxime: si aut inest in ipsa
330 caussa quaedam turpitudo, aut ab iis, qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur, aut eo tempore locus dicendi datur, cum iam illi, quos audire oportet, defessi sunt audiendo. Nam ex hac quoque re non minus, quam ex primis duabus, in oratore nonnumquam animus auditoris offenditur.

Si caussae turpitudo contrahet offensionem; aut pro eo homine, in quo offenditur, alium hominem, qui diligitur, interponi oportet: aut pro re, in qua offenditur, aliam rem, quae probatur: aut pro re hominem, aut pro homine rem, ut ab eo, quod odit, ad id, quod diligit, auditoris animus traducatur, et dissimulare id te defensurum,

---

Et quum omisso *nam.* Vulgatam retinuit Orellius, non recte. Obsequendum erat Codici T. *L.*

CAP. XVII. *Insinuationes*] Leid. II. *insinuationem.* Oud.

Tractari conveniat] Voss. I. II. Leid. I. III. *tractare c.* Oud. *Tractare* etiam in B. *L.*

Cum animus auditoris infestus est] Malim legi, *infensus*, seu *offensus est.* Lamb.

Aut ab iis, qui ante dixerunt] Erfurt. *Si aut ab iis, qui ante dixerunt.* Alii MSS. et edd. *aut si ab iis, q. a. d.* Graev. Sch. Ed. Omn. *aut si ab his.* Oud.

Aut eo tempore] Sch. Leid. II. Ed. Omn. *aut si eo t.* Leid. III. *aut eo t. iam.* Oud.

In oratione nonnumquam animus aud. offenditur] Aut sic habent editiones, aut, *in oratorem*, quod est in Stephanica Victorii, ut et Lambiniana, et sic quoque habet una membrana nostra; sed altera *in oratore*, quod solum verum puto, quum et mox ita sequatur, et frequentet Cicero. Adde Gruterum ad libri II. caput secundum. Gron. Gruter. ed. *in oratione non nunquam.* Al. *in oratorem non nunquam.* Secutus sum scripturam codicis Erfurtensis, Cauchiani, et Duisburgensis, quam Iac. Gronovius quoque in suo libro invenit et probavit. Vulgati *in oratione.* Alii *in oratorem.* Sic statim, *in quo offenditur.* Graev. Voss. I. II. Leid. II. et Ed. Omn. *in oratorem.* Sed cum Gron. et Graev. verissime praebent Sch. Leid. I. III. *in oratore.* Sic L. I. de Orat. c. 61. *A quibus nihil praeter voluptatem aurium quaeritur*, in iis offenditur, *simulatque minuitur aliquid de voluptate.* Idem casus intelligendus L. II. ad Fam. C. 17. *minus* offendor in me. L. II. C. 2. *si quo in* vitio *eius offenderemur.* L. I. ad 2. F. Ep. 1. *si quis est*, in quo *iam offenderis.* Plura vide ad huius Libri C. 28. Offendi in his *consueverint.* Oud.

Contrahet offensionem] Sch. Vossiani et Leid. II. *contrahit off.* Oud. *Contrahit* etiam in B. *L.*

quod existimeris defensurus: deinde, cum iam mitior fa-
ctus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionem, et
dicere, ea, quae indignantur adversarii, tibi quoque in-
digna videri: deinde, cum lenieris eum, qui audiet, de-
monstrare, nihil eorum ad te pertinere, et negare te
quidquam de adversariis esse dicturum, neque hoc, neque
illud: ut neque aperte laedos eos, qui diliguntur, et tamen 331
id obscure faciens, quoad possis, alienes ab eis auditorum
voluntatem: et aliquorum iudicium simili de re, aut au-
ctoritatem proferre imitatione dignam: deinde eandem, aut
consimilem, aut maiorem, aut minorem agi rem in prae-
senti demonstrare.

Quod existimeris defensurus] Duisb. *quod existimaris defensurus.* Haec verba *quod existimeris defensurus* non sunt in Cauchiano. GRAEV. Sch. *quod existimaris*, suprascr. a m. II. *defensurus.* Leid. I. *quod existimareris d.* III. *quod estimeris d.* OUD. Paullo post Cod. Tur. *quum iam a m i c i o r factus*, quam memorabilem dicit lectionem Orell.; minime. Scriptum erat *micior*, unde sciolus librarius fecit *amicior.* Veram esse vulgatam, etiam Victorinus ostendit, qui bis hunc locum affert. *L.*

Pedetentim] Erf. *pedetemptim* GRAEV.

Quae indignantur adversarii] Erfurt. Duisb. Cauch. *quae indignentur adversarii.* GRAEV. *Quae indignentur adversarii.* Sic legi iubent Graeviani, et mei MSS. O. et Ed. Omn. Victor. p. 126. vulgo *indignantur.* OUD. *Indignentur* etiam in B. Idem etiam Victorinus. *L.*

Deinde, cum lenieris eum, qui audiet, demonstrare] In Lambiniana non leguntur haec verba, *cum lenieris eum qui audiet*, sed tantum *deinde demonstrare.* Sane si vetus liber addiceret, ipse quoque in eius irem sententiam. Nam modo praecessit: *cum iam mitior factus erit auditor.* Sed libri omnes refragantur. GRAEV. *Cum lenieris eum, qui audiet.* Mei omnes quoque agnoscunt, sed absunt rectius a Victorino. OUD. Haec verba, quae in omnibus comparent Codd., eiecit Sch. reduxit Orell. E Victorino nihil poterit probari, quum non ad verbum totum locum transscripserit. *L.*

Alienes ab iis] Sch. Leid. I. *abalienes ab eis.* Bene. OUD. Non secuti sunt Sch. et Orell. Videtur tamen etiam Victorinus huic lectioni favere, qui ita habet: *et ideo iudices videntur abalienati.* *L.*

Aut auctoritatem prof.] Sch. a m. II, cl. *et.* OUD.

Deinde eandem aut consimilem] Al. edd. *deinde aut eandem aut consimilem.* GRAEV. Victor. *d. aut eamd.* cum Leid. III. OUD.

In praesenti demonstrare] Sic ex optimis libris Erf. ac Duisb. rescripsi; vulgati, *in praesentia.* GRAEV. Sch. *in praesenti rem.* Reliqui et Edd. ante Graev. *rem in praesentia.* Utrumque rectum esse nemo negabit: Codicum vetustati et praestantiae in hisce, ubique fere variari solitis, obsequendum est; nisi quis *in praesentia* malit, cum agitur de hominum vel rei praesentia; cum de tempore est sermo, *in praesenti.* Confer Ciceron. pro domo C. 5. *In praesentia res erat et ante oculos proposito periculo.* L. II. ad Fam. Ep. 10. *Haec ad te in praesenti scripsi.* Nec non infra C. 26.

Sin oratio adversariorum fidem videbitur auditoribus fecisse, quod ei, qui intelligit, quibus rebus fides fiat, facile erit cognitu; oportet aut de eo, quod adversarii sibi firmissimum putarint, et maxime ii, qui audierunt, probarint, primum te dicturum polliceri, aut ab adversarii dicto exordiri, et ab eo potissimum, quod ille nuperrime dixerit: aut dubitatione uti, quid primum dicas, aut cui potissimum loco respondeas, cum admiratione. Nam auditor cum eum, quem adversarii perturbatum putant oratione, videt animo firmissimo contra dicere paratum, plerumque se potius temere adsensisse, quam illum sine
332 caussa confidere arbitratur. Sin auditoris studium defati-

---

30, 31, 33. L. II. C. 25, 44, 58. quorum in multis locis variant Codd. videbitis. Oud. *Rem in praesentia* TB. Restituit hoc Orell. recte. Non puto verum esse discrimen, quod statuit Oudendorpius. L.

Quod ei qui intelligit, quibus r. f. f., facile erit cognitu] Ex quorum codicum fide et qua auctoritate sic composuerint locum fluctuantem sane, ignoro. Editi magna pars habuerunt ab principio *idque ei*, quod et in una membrana invenio; alii *id quod*, unde alii priorem voculam eliserunt, quam ego non dubito, quin extet in vetustis omnibus: et quis neget optime haberi in membrana nostra meliore? *Sin oratio adversariorum fidem videbitur auditoribus fecisse (et id ei, qui intelligit, quibus rebus fides fiat, facile erit cognitu oportet aut* etc. Similiter cap. 23. MSS. et quondam editi habent: *idque perraro potest accidere.* Gron. MSS. et pleraeque edd. ante Gruterianam, ut et MSS. Erfurt. Duisb. *idque ei, qui intelligit* Al. MS. *et id ei qui intelligit.* Sed Cauch. *id quod ei, qui intelligit*, quod probo cum Lambino, qui id expressit in editione sua. Graev. *Id quod ei.* Sic cum Lamb. et Graevio reponendum censeo; cum MSS. mei quinque et Ed. Omn. praebeant *idque ei.* Leid. III. *et id ei.* Alii *quod ei.* Sexcenties cum optimis quibusque Cicero scripsit *id quod*, saepe in *idque* corruptum, vel τῷ *id* elapso; ut in Auct. ad Herenn. L. IV. C. 52. *Id quod accidit.* Adi ad Caes. L. VI. B. G. c. 21. L. III. de B. Civ. c. 44. Infra vide C. 23, 48. Oud.

Facile erit cognitu] Erf. *facile erit cognitum.* Graev.

Adversarii sibi firmissimum putarint] Erf. *adversarii firmissimum sibi putarint.* Cauch. *adversarii firmissimum putarint.* Idem.

Et maxime ii, qui audierunt, probarint] Sic optime Erfurt. Vulgati, *et maxime ii, qui audierint.* Cauch. *et maxime ii, qui audient, probarint.* Graev. MSS. quinque, Ed. Omnib. et aliae *ii, q. audierint.* Leid. III. *ii, q. audient.* Voss. II. Leid. I. *probaverint.* Oud.

Nam auditor cum eum, quem adversarii perturbatum putant oratione] *Putat* pro *putant* videtur scribendum; et ita est in vetustissimo apud me libro. Urs.

Videt animo firmissimo] Erf. *videt firmissimo animo.* Graev.

Sin auditoris studium defatigatio] Suffridi codd. aliquot, *aud. animum specie recti*, sed non reliuquimus publicatam. Grut. Erf. *sin autem auditoris studium.* Codd. Suffridi, *sin aud. animum*

gatio abalienavit a caussa, te brevius, quam paratus fueris, esse dicturum, commodum est polliceri; et non imitaturum adversarium. Sin res dabit, non inutile est ab aliqua re nova, aut ridicula incipere: aut ex tempore quae nata sit; quod genus, strepitum, acclamationem: aut iam parata, quae vel apologum, vel fabulam, vel aliquam contineat irrisionem: aut, si rei dignitas adimet iocandi facultatem, aliquid triste, novum, horribile, statim non incommodum est iniicere. Nam ut cibi satietas, et fastidium aut subamara aliqua re relevatur, aut dulci mitigatur; sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renovatur.

---

specie recti. Paullo post addidi copulam, vulgo neglectam, ex Erfurtensi, in quo, *et non imitaturum adversarium.* Graev.

Abalienavit a caussa] Leid. II. *alienabit a c.* MSS. ceteri et Ed. Omnib. *abalienabit a c.* Oud.

Et non imitat. advers.] Copula deest MSS. O. et Edd. ante Graev. Oud.

Non inutile est] Leid. I. *n. in. sit.* Oud.

Aut ridicula] Al. edd. *et ridicula.* Graev.

Aut ex tempore, quae nata sit] Leid. I. *aut ea ex t.* etc. Sch. Voss. I. *aut ex eo t.* etc. Oud.

Quod genus, strepitu, acclamatione: aut iam parata] Sic legendum, non ut vulgo, *quod genus, strepitum, acclamationem.* Nam *quod genus* idem valet, quod, ut, *οἷον.* Lamb. In optimo manuscripto legitur, *quod genus strepitum acclamationem dicemus,* cum in vulgatis desit verbum *dicemus,* alioqui necessarium. Urs. Gulielmius praeferebat scripturam libri Grevenbr. *exclamationem: aut iam peracta;* adhaereo ipse vulgatae. Grut. Erf. *quod genus strepitum et acclamationem, aut iam parata.* Codex Grevenbr. *quod genus exclamationem, aut iam peracta.* Cauch. *quod genus strepitus, acclamatione, aut iam paratioque:* puncta subiecta notant litteras, quibus supposita sunt, delendas esse. Lamb. ed. *quod genus strepitu, acclamatione.* Graev. Nos Lamb. secuti, *strepitu, atque acclamatione,* edidimus. Lectio quidem vulgata non est ferenda. Brut. Leid. I. a m. I. *q. g. dicimus tripitum adclamationem.* Sch. *q. g. strepitu adclamatione,* dein est addita litera *m,* et suprascr. *dicere possumus.* Corr. sic, *strepitu adclamatio est.* Voss. I. *q. g. str. aut acclam.* Latet quid; nec alienus sum a Lambini sententia. Victorinus p. 125. *Aut ex tempore si forte clamor aut strepitus alicunde fuerit exortus.* An *q. genus strepitu sit aut adclamatione,* vel *strepitu, aut adclamatione,* scil. subintellecta praepositione *a.* Oud. Cod. B. exhibet: *strepitum aut acclamatione possumus dicere aut iam p.* Ablativum dederunt Sch. et Orell. recte. *L.*

Aliquid triste] Leid. II. *aliquod tr.* Oud.

Aliqua re relevatur] Leid. III. *al. re levatur.* Vitiose in Victorino editum *revelatur.* Oud.

Aut risu renovatur] Grut. et aliae edd. *aut risu novatur.* Optimi libri Erf. Duisb. et Cauch. *aut risu novatur.* quos sequor. Graev.

CAP. XVIII. Ac separatim quidem, quae de principio, et insinuatione dicenda videbantur, haec fere sunt. Nunc quiddam breviter, et communiter de utroque praecipiendum videtur. Exordium, sententiarum et gravitatis plurimum debet habere, et omnino omnia, quae pertinent ad dignitatem, in se continere, propterea quod id optime
333 faciendum est, quod oratorem auditori maxime commendat: splendoris, et festivitatis, et concinnitudinis minimum, propterea quod ex his suspicio quaedam adparationis atque artificiosae diligentiae nascitur: quae maxime orationi fidem, oratori adimit auctoritatem.

Vitia vero haec sunt certissima exordiorum, quae summopere vitare oportebit: vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra praecepta. Vulgare est, quod in plures caussas potest accommodari, ut convenire videatur. Commune est, quod nihilo minus

---

Aut risu novatur. Sic cum tribus Graevii Codd. Ed. Omnib. aliisque dant quoque veterrimae membranae Sch. pro *renovatur*, quod sit auctor Lib. II. C. 15. *auditoris animus aut renovatur ad ea:* et vulgarius est, quam *novari*, quod magis poeticum posit videri. Consule N. Heins. ad Ovid. Ep. IV, 90: *Haec reparat vires, fessaque membra novat.* Sed sicuti simplex *integrari* adhibuit Cicero, pro quo *redintegrari* sit Victorinus alterum omittens, cur non et simplex *novari* posuerit? *Visu* quid hic velit, nescio. Oud. Nimirum *visu* errore typographi in Graevii nota scriptum pro *risu*, quod correximus. Ceterum *novatur* etiam T. apud Orell. Recte scripserunt *novatur* Sch. et Orell. *L.*

CAP. XVIII. *De principio et insinuatione*] Voss. I. II. Leid. I. III. *de pr. et de insin.* Bene. Oud.

Breviter et communiter] Rectius Erfurt. et Cauch. *brevi communiter de utroque praecipiendum*, h. e. pauca praecepta communia initio et insinuationi danda. Graev. Copula deest Sch. In Ed. Omn. *br. communiterque.* Non male duo Graev. libri, *brevi communiter.* Oud. Atque ita scripserunt Sch. et Orell. *Breviter communiter* T. *L.*

De utroque praecipiendum] Edd. aliquae, *de utroque dicendum.* Graev.

Omnino omnia] Deest secunda vox Leid. III. Oud.

Propterea quod] Abest *quod* a Leid. II. Oud.

Maxime commendat] Erf. *maxime commendet.* Graev. Voss. II. *m. commendet.* Leid. I. *m. commodet.* Oud. *Commendat* indicativo scripserunt Sch. et Orell. Consentit Cod. T. apud Orellium. *L.*

Propterea quod ex his] Sch. *propter q. ex his.* Leid. II. *p. quia ex his.* Oud.

Vitare oportebit] Erf. *vitari oportebit.* Graev. Sch. Voss. I. *vitari op.* Oud. Statim antea *summo opere* scribendum ex Codd. TB. aliisque. *Summopere* est *valde, vehementer; summo opere* contra est *summa virium contentione, summo studio.* Cf. quae de hac re dixi in Adv. Lat. spec. IV. pag. 19. *L.*

Contra praecepta] Sch. Leid. II. *c. praeceptum.* Oud.

in hanc, quam in contrariam partem caussae, potest convenire. Commutabile est, quod ab adversario potest, leviter mutatum, ex contraria parte dici. Longum est, quod pluribus verbis, aut sententiis, ultra quam satis est producitur. Separatum est, quod non ex ipsa caussa ductum est, nec, sicut aliquod membrum, adnexum orationi. Translatum est, quod aliud conficit, quam caussae genus postulat: ut si quis docilem faciat auditorem, cum benivolentiam caussa desiderat: aut, si principio utatur, cum insinuationem res postulat. Contra praecepta est, quod nihil eorum efficit, quorum caussa de exordiis praecepta traduntur: hoc est, quod eum, qui audit, neque benivolum, neque attentum, neque docilem efficit: aut, quo profecto nihil peius est, ut contra sit, facit. Ac de quo exordio quidem satis dictum est.

CAP. XIX. Narratio est rerum gestarum, aut ut gestarum, expositio. Narrationum tria sunt genera. Unum genus 334

Commutabile est] Sch. a m. I. Voss. I. II. carent verbo. Dein *lev. commutatum* Leid. III. OUD. Hic et in seqq. omiserunt *est* Sch. et Orell. e Codd., in quibus etiam T. Accedit in plurimis Cod. B. *L.*

Ex contraria parte dici] Erfurt. *ex contraria parte duci.* GRAEV.

Longum est] Hic solus Voss. I. non agnoscit τὸ [v.] *est.* OUD. *Est* h. l. exhibet B. *L.*

Separatum est] Sch. Voss. I. II. Leid. I. omittunt et hic verbum. OUD.

Ex ipsa c. ductum] MSS. tres *dictum.* OUD.

Aliud conficit] Leid. I. *efficit.* OUD.

Ut si quis docilem] Erf. *si qui docilem.* GRAEV.

Benivolentiam causa desiderat] Erf. Cauch. *benivolentiam causa desideret.* GRAEV. *Caussa desideret, res postulet.* Ita legendum iudico, auctoribus MSS. Graev. meisque quinque et Victorino p. 128. Vulgo *desiderat, postulat.* OUD. *Desiderat — postulat* indicativum restituerunt Sch. et Orell. licet etiam Victorinus exhibeat coniunctivum. *L.*

Cum insinuationem res postulat] Erf. Cauch. *cum insinuationem res postulet.* GRAEV.

Contra praecepta] Leid. II. *c. praeceptum* cum Victorino. OUD.

Neque docilem reddit] Al. *neque docilem efficit.* GRAEV. Ed. Omn. *n. d. reddit.* OUD.

Profecto nihil peius est] Erf. *Nihil profecto peius est.* Cauch. *nihil peius est.* GRAEV. *Quo nihil profecto p.* Sic Sch. Voss. I. Leid. I. III. vulgo *q. pr. nihil.* Ed. Omn. *quod quo nih. prof.* etc. *faciet.* OUD.

Ut contra sit, facit] Erf. *ut contra sit faciat.* GRAEV.

Ac de exordiis quidem] Cauch. *ac de exordio quidem.* GRAEV. Addit *nunc* Leid. II. In Cauch. videtur esse *de exordiis*, ut in Leid. I. OUD.

CAP. XIX. *Narrationum tria sunt genera*] Erf. *Narrationum genera sunt tria.* GRAEV. *Genera sunt tria.* Sic MSS. vel *g.*

est, in quo ipsa caussa et omnis ratio controversiae continetur. Alterum, in quo digressio aliqua extra caussam aut criminationis, aut similitudinis, aut delectationis non alienae ab eo negotio, quo de agitur, aut amplificationis caussa, interponitur. Tertium genus est remotum a civilibus caussis, quod delectationis caussa, non inutili cum exercitatione, dicitur et scribitur. Eius partes sunt duae, quarum altera in negotiis, altera in personis maxime versatur. Ea, quae in negotiorum expositione posita est, tres habet partes, fabulam, historiam, argumentum. Fabula est, in qua nec verae, nec verisimiles res continentur; cuiusmodi est:

Angues ingentes alites, iuncti iugo.

Historia est, gesta res, ab aetatis nostrae memoria remota: quod genus, Appius indixit Karthaginiensibus bellum. Argumentum est ficta res, quae tamen fieri potuit. Huiusmodi apud Terentium:

Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia.

Illa autem narratio, quae versatur in personis, eiusmodi est, ut in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones, et animi perspici possint, hoc modo:

---

tria sunt. Vulgo inverso ordine. Mox *genus* abest a Sch. Oud. Paullo ante *gestarum rerum*, male, aliquot Codd. *Gestarum rerum* non aliter dici potest, nisi ubi *gestae res* opponuntur *fictis* vel *dictis* vel similibus. *L.*

Ratio controv. continetur] Voss. I. *narratio contr. exponitur.* Oudendorpius.

Alterum, in quo digressio] Duisb. *alterum genus est, in quo digressio.* Graev. Sch. *alt. genus est, in quo.* Oud.

Digressio al. ext. c. a. criminationis] Voss. I. *digressio.* Leid. I. *criminis.* Oud.

Ab eo negotio, quo de agitur] Sic legendum, non, ut quidam volunt, *quod agitur.* Lamb. Al. *de quo agitur.* Graev. *Quo de agitur.* Sic Sch. Voss. I. In ceteris et Ed. Omn. *de quo ag.* Oud. *De quo* etiam B. *L.*

Dicitur et scribitur] Voss. I. *et dic. et scr.* Bene. Oud.

Tres habet partes] Hic post verbum *habet* deficit Sch. amissis duobus libri foliis, usque ad C. 27. Oud. Versus, qui proxime sequitur, ex Ennii Medea desumptus esse videtur Schützio. Idem videbatur Nascinbaenio, ac de curru Medeae anguibus alatis vecto intelligendus. *L.*

Ab aetatis nostrae memoria remota] Lambinus, *memoria propter vetustatem remota.* scilicet metuendum erat, ne remota esset propter novitatem. Nihil ineptius tali adsutamento, sine librorum auctoritate. Grut.

Karthaginiensibus] Per *C.* MSS. O. et *Carthaginiensibus* Voss. I. Leid. I. Victor. Ed. Omn. ac deinceps. Versiculus proximus Terentianus ex Andria est depromptus I, 1, 24. *L.*

Venit ad me saepe clamitans, Quid agis Mitio? 835
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est praeter aequumque et bonum.

Hoc in genere narrationis multa inesse debet festivitas, confecta ex rerum varietate, animorum dissimilitudine, gravitate, lenitate, spe, metu, suspicione, desiderio, dissimulatione, errore, misericordia, fortunae commutatione, insperato incommodo, subita laetitia, iucundo exitu rerum. Verum haec ex his, quae postea de elocutione praecipientur, ornamenta sumentur.

Nunc de narratione ea, quae caussae continet expositionem, dicendum videtur.

CAP. XX. Oportet igitur eam tres habere res, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit. Brevis erit, si, unde

---

Clamitans] Sic libri omnes apud Terentium pariter atque apud Ciceronem, etiam Victorinus in lemmate. Sed *clamans* propter versum scribendum esse, iam Bentleius vidit. *L.*

His rebus sumptum suggeris] Al. *his rebus sumptus suggeris?* GRAEVIUS.

Durus est praeter aequum] *Durus es praeter aequum* Erf. et Lamb. ed. Al. *duru 'st praeter aequum.* Al. *Est durus praeter aequum.* GRAEV. *Nimium ipse est durus.* Sic MSS. O. et Ed. Omn. nisi, quod in Leid. II. sit *es durus.* Vulgo *durus est.* Vide Faern. et Bentlei. in Terentii Adelphis A. I. sc. 1. 39. *Praeter aequumque et bonum.* Sic Terentiani libri vulgo; sed MSS. O. hic omittunt *que* cum Ed. Omnib. ut admittatur ecthlipsis. OUD. *Est durus* etiam B. Atque ita scribendum videtur, quum antiquissimus liber Bembinus apud Faernum ita exhibeat. Orellius et Sch. male retinuerunt *durus est,* quod quidem scribi possit *durust;* sed librorum meliorum et plurimorum auctoritati cedendum. Tum *aequum et bonum,* omissa particula *que,* etiam Cod. B. Recte. Admittendus hiatus, saltem apud Ciceronem. *L.*

In genere n. m. inesse d.] Voss. I. *in g. n. m. esse d.* OUD.

Animorum dissimil.] Leid. I. *animarum d.* OUD.

Gravitate, lenitate] Leid. I. *gr. levitate;* et mox *terrore* pro *err.* OUD. *Levitate* scripsit Sch.; non secutus est Orell., qui recte citat locum parallelum ad Herenn. I, 8. ubi pariter plerique et optimi codd. *lenitate.* Opponitur autem saepius *lenitas gravitati,* in quibus locis *gravitas* fere idem est quod *severitas.* Aliud est *gravissimi sermonis lenitas*, de Orat. I, 60. *L.*

Insperato incommodo] Erf. *ex insperato incommodo.* GRAEV.

Iucundo exitu] Erf. *iocundo exitu.* GRAEV.

Ornamenta sumentur] Alii: *ornamenta sumuntur.* GRAEV. Voss. I. *verum autem* etc. Leidd. O. et Voss. II. *sumuntur* cum Ed. Omnib. OUD.

CAP. XX. *Eam tres habere res*] Erf. *tres eam habere res.* GRAEVIUS.

necesse est, inde initium sumetur, et non ab ultimo repetetur, et si cuius rei satis erit summam dixisse, eius partes non dicentur. Nam saepe satis est, quod factum sit, dicere; non ut enarres, quemadmodum sit factum: et si non longius, quam quod scitu opus est, in narrando procedetur, et si nullam in rem aliam transibitur: et si ita dicetur, ut nonnumquam ex eo, quod dictum sit, id, quod
336 dictum non sit, intelligatur: et si non modo id, quod obest, verum etiam id, quod nec obest, nec adiuvat, praeteribitur: et si semel unum quidque dicetur: et si non ab eo, in quo proxime desitum erit, deinceps incipietur. Ac multos imitatio brevitatis decipit, ut, cum se breves putent esse, longissimi sint: cum dent operam, ut res multas breviter dicant, non ut omnino paucas res dicant, et non plures, quam necesse sit. Nam plerisque breviter dicere videtur, qui ita dicit: Accessi ad aedes, puerum

---

Unde necesse est] Voss. I. *u. n. erit.* Oud.

Sumetur etc. *repetetur*] Leid. II. Ed. Omn. *sumatur* etc. *repetatur.* Oud.

Partes non dicentur] Leid. II. *p. n. dicantur.* Oud.

Quod factum sit] Erf. et edd. Rob. Stephani, et aliae, *quid factum sit.* Graev. *Quid factum sit, d.* Sic Voss. I. II. Ed. Omn. vulgo *quod.* Leid. I. *quod f. est, d.* Oud.

Non ut enarres] Erf. *non ut narres.* Lamb. ed. *ut non enarres.* Graev.

Quam quod scitu opus est] Lamb. ed. *quam quoad scitu opus est.* Graev. Voss. II. *quam sciri op. e.* Ab Ed. Omn. abest etiam *quod.* Oud. *Quoad* de Lambini sententia scripsit Sch. *Quod* defendit iam Ernestius. Cf. Görenz. ad Acad. II, 20. qui tamen, quum statuere videatur, nonnisi coniunctivo adiungi posse *quod* hoc sensu, multum fallitur, sibique ipse repugnat, quum ad lib. De Legg. III, 10, 23. etiam indicativum addi posse pronunciaverit. Neque opus erat exemplis. *L.*

Id quod dictum non sit, intelligatur] Erf. *id quod non sit dictum.* Graev.

Nec obest, nec adiuvat] Leid. III. *non ob.* Leid. I. *neque adi.* Ed. Omn. *iuvat.* Oud.

Unum quodque dicetur] Cauch. *unum quicquam dicetur.* Edd. *unum quidque dicetur.* Graev. *Si semel unumquodque d.* Sic Voss. I. Leid. I. III. Victor. Ed. Omn. vulgo *unumquidque.* Oud.

In quo proximo desitum erit] Erf. *quod in proxime desitum erit.* Graev. Leid. I. *des. sit.* II. *des. est.* Oud.

Imitatio brevitatis decipit] Al. *imitatio decipit brevitatis.* Graevius.

Ut cum se breves putent esse] Leid. I. *ubi* II. *ut cum br. putant* Ed. Omn. *putant.* Oud.

Non ut omnino paucas res dicant] Fabr. et Grev. haec ignorant, conspiciuntur tamen in Pall., absque quibus omnino item exterminassem. Gruter.

Tamen, quia satis fuit dixisse, domi negavit esse, etc.] vide-

evocavi: respondit: quaesivi dominum: domi negavit esse. Hic, tametsi tot res brevius non potuit dicere, tamen, quia satis fuit dixisse, domi negavit esse, fit rerum multitudine longus. Quare hoc quoque in genere vitanda est brevitatis imitatio, et non minus rerum non necessariarum, quam verborum multitudine supersedendum est.

Aperta autem narratio poterit esse, si, ut quidque primum gestum erit, ita primum exponetur, et rerum ac temporum ordo servabitur, ut ita narrentur, ut gestae res erunt, aut ut potuisse geri videbuntur. Hic considerandum erit, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur, ne quam in aliam rem transeatur, ne ab ultimo repetatur, ne ad extremum prodeatur, ne quid, quod ad rem pertineat, praetereatur: et omnino, quae praecepta de brevitate sunt, hoc quoque in genere sunt conser- 337
vanda. Nam saepe res parum est intellecta longitudine magis, quam obscuritate narrationis. Ac verbis quoque dilucidis utendum est: quo de genere dicendum est in praeceptis elocutionis.

CAP. XXI. Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea, quae solent adparere in veritate; si personarum dignitates servabuntur; si caussae factorum exstabunt; si fuisse facultates faciundi videbuntur; si tempus idoneum; si spatii satis; si locus opportunus ad eandem rem, qua de re narrabitur, fuisse ostendetur; si res

---

tur legendum: *Accessi ad aedes, puerum evocavi, quaesivi dominum: domi negavit esse.* LAMB. Verba: *quia satis fuit dixisse: domi negavit esse*, ut ineptum glossema Sch. delevit. Recte servavit Orell. Leguntur in omnibus Codicibus, neque video, cur inepta dicantur. *L.*

Fit rerum multitudine longus] Edd. nonnullae, et MS. Cauch. *fit rerum multitudine longius.* GRAEV.

Ut quidque primum] Editio Hervag. *ut quicquam primum gestum.* Al. edd. *si ut quodque primum gestum.* GRAEV. Leid. II. Ed. Omn. *ut quodque.* Voss. I. *ut quidque eorum g. e.* OUD.

Ut gestae res erunt] Deest nomen substantiv. Voss. I. OUD.

Ne quid, quod ad rem p.] Voss. I. *neque id, q. a. r. p.* OUD.

Sunt conservanda] Leid. I. *s. servanda.* OUD.

Dicendum est] Voss. II. *dictum est.* OUD.

CAP. XXI. *Facultates faciundi videbuntur*] Voss. II. *f. dicendi v.* In MSS. reliquis *faciendi.* Deest ea vox Victorino p. 134. Certe non est necessaria. OUD.

Qua de re] Leid. II. III. *de qua.* OUD. Statim ante: *ad eam rem* Lambinus dedit pro *ad eandem rem;* secutus est Sch. idemque sibi placere ait Orell. Unus Cod. B. exhibet: *ad eam rem de qua agitur fuisse et ad* cet. *L.*

et ad eorum, qui agent, naturam, et ad vulgi rumorem, et ad eorum, qui audiunt, opinionem adcommodabitur. Ac veri quidem similis ex his rationibus esse poterit.

Illud autem praeterea considerare oportebit, ne aut, cum obsit narratio, aut cum nihil prosit, tunc interponatur; aut non loco, aut non, quemadmodum caussa postulat, narretur. Obest tum, cum ipsius rei gestae expositio magnam excipit offensionem, quam argumentando, et caussam agendo leniri oportebit. Quod cum acciderit, membratim oportebit partes rei gestae dispergere in caus-
338 sam, et ad unamquamque confestim rationem adcommodare, ut vulneri praesto medicamentum sit, et odium statim defensio mitiget. Nihil prodest narratio tunc, cum

---

Et ad eorum, qui agent] Exsulat copula a Voss. I. Leid. II. *agunt* Leid. II. Oud.

Et ad vulgi rumorem] Lambinus nobis obtrusit *vulgi morem*: inepte et praeter editos scriptosque. Grut. In Erfurt. tamen est, *vulgi morem*; et sic omnino legendum, uti quoque legit Victorinus, et recte exposuit: *Deinde, ut id quod agimus, a populi more non abhorreat: scilicet ne contra consuetudinem audientium loquaris. Si apud Romanos narres contra iustitiam, et si apud Scythas mores barbaros reprehendas.* Graev. *Ad vulgi rumorem.* Sic quidem mei MSS. O. Sed *morem* ex Erf. et Victorino cum p. 134. tum p. 135. emendavit post Lambinum Graevius. Oud. *Ad vulgi morem*, ed. Sch. secutusque est Orell. quum idem in duobus Oxonn. legatur. *Rumorem* tamen BT. *L.*

Ad eorum qui audiunt] Erf. et Cauch. *ad eorum qui audient.* Graev. vid. Gronov. supr. ad cap. XVI. MSS. O. Victor. et Ed. Omn. *qui audient.* v. C. 16. Oud.

Illud autem praeterea] Secundam vocem non agnoscit Voss. I. Oudend.

Tunc interponatur] MSS. uterque *tamen interponatur*, plane ut c. 23. *Aut cum in caussa partitio nulla sit, et cum quiddam simplex agatur, tamen utamur.* ut legunt illa vett. codices, particula *cum* repetita, quibus accedunt quoque veteres editi. Gron. Erf. *tunc tamen interponatur.* Al. MSS. *tamen interponatur*, quod cum aliis probo. Graev. *Tamen interponatur.* Sic vere dat Leid. I. *tum int.* Voss. I. II. vulgo *tunc int.* Ed. Omn. *interp. tunc.* Vide notas. Oud.

Quemadmodum caussa postulat, narretur] Erf. *quemadmodum caussa postulet, narretur.* Graev. Voss. I. Leidd. O. *c. postulet.* Tum Voss. *narratur.* Oud.

Obest tum] Leid. I. *ob. enim tunc.* Oud.

Quod cum acciderit] Erf. *quod cum accidit.* Graev. Voss. II. Leid. II. III. *accidit.* Oud.

Ad unamquamque confestim] Edd. vett. *unam quamque confestim.* Graev.

Nihil prodest narratio tunc] Erf. et Cauch. *nihil prodest narratio tum.* Graev.

aut ab adversariis re exposita nostra nihil interest iterum, aut alio modo narrare: aut cum ab iis, qui audiunt, ita tenetur negotium, ut nostra nihil intersit eos alio pacto docere. Quod cum acciderit, omnino narratione supersedendum est. Non loco dicitur, cum non in ea parte orationis collocatur, in qua res postulat: quo de genere agemus tum, cum de dispositione dicemus; nam hoc ad dispositionem pertinet. Non quemadmodum caussa postulat, narratur, cum aut id, quod adversario prodest, dilucide et ornate exponitur, aut quod ipsum adiuvat, obscure dicitur, et negligenter. Quare, ut hoc vitium vitetur, omnia torquenda sunt ad commodum suae caussae, contraria, quae praeteriri poterunt, praetereundo; quae illius erunt, leviter adtingendo, sua diligenter et enodate narrando. Ac de narratione quidem satis dictum videtur; deinceps ad partitionem transeamus.

CAP. XXII. Recte habita in caussa partitio, illustrem et perspicuam totam efficit orationem. Eius partes duae sunt, quarum utraque magnopere ad aperiendam caussam, et constituendam pertinet controversiam. Una pars est,

---

Cum ab adversariis] Particulam *aut* ex Erfurtensi apposui, cum id videatur sententia loci postulare. GRAEV. *Aut ab adversariis.* Sic etiam Voss. II. Leid. II. et Ed. Omn. aliis abest *aut*. OUD.

Iterum aut alio modo narrare] Contrariam habet sententiam Erfurtensis, *iterum eodem modo narrare*, et id verius est: si iterum eodem modo res, ut ab adversariis factum, narretur. Nam poterit prodesse, si alio modo narretur. Vulgata tamen ferri potest. GRAEV.

Quod cum acciderit, omn.] Sic in solo Leid. II. Ceteri dant *accidit*. OUD.

Narratione supersedendum] Voss. I. *a narr. s.* OUD.

Tum, cum de disp.] Deest prima vox Leid. I. OUD.

Aut id, quod ipsum adiuvat] Eodem modo et in manuscriptis exemplaribus et in excusis legitur, uno Aldi excepto: in quo, *id, quod se ipsum* legitur, cui est Lamb. assensus. In Leoniceni, *quod ipsum*, sine pronomine *id* antecedente, habetur. Victorio cum impressis aliis convenit. BRUT.

Ad commodum suae c.] Leid. I. *ad commoda s. c.* OUD.

Quae illius erunt] Voss. II. *q. il. commoda er.* OUD. Coniecit Sch. *quae minus poterunt* scil. *praeteriri;* non addicunt Codd. *Quae i. erunt commoda* Oxonn. duo. *Quae illius leviter erunt attingendo commoda sua dil.* Interpretamentum aperte se prodit. L.

Sua diligenter] Voss. I. Leidd. O. *commoda sua dil.* OUD.

Dictum videtur, deinceps] Voss. I. Leid. II. *d. est. deinde.* OUD.

CAP. XXII. *Ad ap. c. et constituendam*] Leid. I. Ed. Omn. *ad ap. c. et ad const.* OUD.

Una partitio est, quae] Sic in uno codice manuscripto reperi: alii cum libris vulgatis congruentes habent, *una pars est*, etc. non male. Haec scripturae varietas arguit, neutram vocem esse auctoris, sed suppositam. LAMB.

quae, quid cum adversariis conveniat, et quid in contro-
339 versia relinquatur, ostendit: ex qua certum quiddam designatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributa: ex qua conficitur, ut certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum. Nunc utroque genere partitionis quemadmodum conveniat uti, breviter dicendum videtur. Quae partitio, quid conveniat, aut quid non conveniat, ostendit; haec debet illud, quod convenit, inclinare ad suae caussae commodum, hoc modo: Interfectam matrem esse a filio, convenit mihi cum adversariis. Item contra: Interfectum esse a Clytaemnestra Agamemnonem, convenit. Nam hic uterque et id posuit, quod conveniebat, et tamen suae caussae commodo consuluit. Deinde, quid controversiae sit, ponendum est in iudicationis expositione: quae quemadmodum inveniretur, ante dictum est.

Quae autem partitio rerum distributarum continet expositionem, haec habere debet brevitatem, absolutionem, paucitatem. Brevitas est, cum, nisi necessarium, nullum adsumitur verbum. Haec in hoc genere idcirco utilis est, quod rebus ipsis, et partibus caussae, non verbis, neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. Ab-
330 solutio est, per quam omnia, quae incidunt in caussam,

Quid controversiae sit] Erfurt. Hervag. et edd. vett. *quid in controversia sit*. Sic fere semper loquitur in his libris. Graev.

Ex qua certum] Leid. III. *ex quo c.* Oud.

Certum quiddam designatur auditori] Cauch. *certum quiddam destinatur auditori*. et sic margo Hervagian. Erfurt. *certum quiddam vel destinatur designatur auditori*. ubi *vel destinatur* est varia lectio, quae ex margine irrepsit in contextum. Graev. In manuscriptis omnibus, et in uno impresso Leoniceni *destinatur* scriptum exstat. Brut. Ed. Omn. *quoddam* Voss. II. Ed. Omn. *destinatur*. Leid. II. *significatur*. Oud.

Quid controversiae sit] Erfurt. et Hervag. ed. *quid in controversia sit*. Graev.

Rerum distributam continet expositionem] Erfurt. *rerum distributarum continet expositionem*. Sic omnino legendum, contra omnes editos. *Res distributae* sunt membra defensionis aut accusationis, in quae eam partitus est orator. Mox dicit, *partes caussae*. Sed quid sit *distributa expositio*, non intelligo. Graev. *Rerum distributarum*. Sic MSS. O. cum Ed. Omn. nisi quod in Leid. I. a m. I. sit *distributa*. Male vulgo ante Graevium et in Victorino erat *distributam*. Oud.

Absolutio est] Erfurt. *Absolutio autem est*. Graev. Voss. I. *per quod*. Oud.

genera, de quibus dicendum est, amplectimur: in qua partitione videndum est, ne aut aliquod genus utile relinquatur, aut sero postea extra partitionem, id quod vitiosissimum ac turpissimum est, inferatur. Paucitas in partitione servatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neque permiste cum partibus implicantur. Nam genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal. Pars est, quae subest generi, ut equus. Sed saepe eadem res alii genus, alii pars est. Nam homo, animalis pars est; Thebani, aut Troiani genus.

CAP. XXIII. Haec ideo diligentius inducitur praescriptio, ut aperte intellecta generali partitione, paucitas generum in partitione servari possit. Nam qui ita partitur: Ostendam, propter cupiditatem, et audaciam, et avaritiam adversariorum, omnia incommoda ad rempublicam pervenisse; is non intellexit, in partitione, exposito genere, partem se generis admiscuisse. Nam genus est

---

In qua part. vid. est] Post haec addit Leid. I. *ipsa*. OUD. Sch. h. l. edidit: *amplectimur partitione. In quo videndum est.* Iuntina et Lamb. *amplectimur partitione. In qua v. e.* Accedo Schützio. *L.*

Aut sero postea extra partitionem] Hanc vocem *postea* ex Erfurtensi adieci, quae in editis desideratur. GRAEV. Graevius ex Erfurt. vocem *postea* adiecit, quam servavit etiam Voss. I. immo et Victorin. p. 138. sed qui *sero* non habet, et *postea* etiam inserit supra, *de quibus dicendum est*. Supervacua mihi videtur vox. OUD.

Vitiosissimum] Leid. III. *vitiosum*. OUD.

Neque permiste cum partibus] Erf. et Cauch. *neque permixte cum partibus*. GRAEV. *Ponuntur n. permixte.* Sic MSS. et Edd. vett., non *permixte*. In Leid. II. *ponantur n. mixte*. OUD.

Pars est] Voss. I. *pars autem est*. Deest verbum Leid. II. OUD.

Alii pars est] Leid. I. *alii p. esse potest* cum Ed. Omn. OUD.

Animalis pars] Leid. I. *animali pars*. OUD. Dativum dedit Sch. eaque de caussa in seqq. scripsit *Thebanis aut Troianis*. Sed Victorinus, etsi non verbatim citavit hunc locum, tamen saepe idem docens singularem agnoscit. Orell. volebat: *animali pars — Thebano aut Troiano —*. Victorinus tamen haec: *Quare Cicero recte hominem, animalis speciem posuit, et genus Thebani aut Troiani, hominem scilicet.* *L.*

Aut Troiani] Leid. II. *vel Troi*. OUD.

CAP. XXIII. *Diligentius inducitur praescriptio*] Erf. *diligentius inducitur descriptio*. GRAEV. Ed. Omn. *ind. descriptio*. OUD. Hoc recepit Sch. et Orell. Idem suprascriptum vulgato in T. *L.*

Generali partitione] Leid. II. *g. praescriptione*. OUD. Hoc receperunt Sch. et Orellius. *L.*

Nam qui ita partitur] Erf. *nam ita qui partitur*. GRAEV.

Is non intellexit] Leid. I. *is n. intelligit*. OUD.

Partem se generis admiscuisse] Erf. *partem generis se admiscuisse*. GRAEV. Leid. I. a m. I. *partes gen. ad.* Exsulat pronomen etiam a Leid. III. qui caret mox *autem*. OUD.

omnium nimirum libidinum, cupiditas: eius autem generis sine dubio pars est avaritia.

Hoc igitur vitandum est, ne, cuius genus posueris,
341 eius secum aliquam sicut diversam ac dissimilem partem, ponas in eadem partitione. Quod si quod in genus plures incident partes, id cum in prima partitione caussae erit simpliciter expositum, distribuetur eo tempore commodissime, cum ad ipsum ventum erit explicandum in caussae dictione post partitionem. Atque illud quoque pertinet ad paucitatem, ne aut plura, quam satis est, demonstraturos nos dicamus, hoc modo: Ostendam, adversarios, quod arguimus, et potuisse facere, et voluisse, et fecisse; nam

---

Sine dubio pars est avaritia] Erfurt. *pars est avaritiae sine dubio.* GRAEV.

Eius secum aliquam, sicut diversam etc.] Haud aliter editum ab Victorio; priores enim tempore, certe publicati Venetiis CIↃ CCCC XCVI praeferunt, *eius secum secuti aliquam diversam etc.* Lambinus habet, *eius sicuti diversam* etc. quomodo et Pal. tert. nam pr. *secuti:* secundus *secum etc.* forte fuit initio; *eiusque aliquam diversam etc.* GRUT. Nostri codices, *eius, sicuti aliquam diversam ac dissimilem, partem,* quae sane est integerrima scriptura. Mox MSSti *non tantopere pertineant.* GRON. Erf. *sicuti aliquam diversam.* Edd. vett. *Eius secum secuti aliquam diversam.* Lamb. ed. *Eius sicuti diversam.* Pal. prim. *Eius secuti diversam.* Cauch. *Eius secuti aliquam adversam.* Sed emendatum alia manu, sed veteri, *eam sicuti aliquam diversam.* Non secus alii nonnulli quoque MSS. quae cum aliis amplector. GRAEV. Voss. I. Leid. II. *ei, secum sicuti aliquam partem div. ac d.* Leid. I. *eius sicuti aliquam div. ac diss. partem.* Voss. II. *eius sicuti aliquam partem div. ac d.* Ed. Omn. *Eius secum sicuti aliq. divisam partem ac diss.* Vera sine dubio est lectio *eius sicuti aliquam* etc. OUD. Sch. e Becichemi emendatione: *ne, quum genus posueris, eius speciem aliquam, sicut div. ac diss., p. p.* Orellius sic: *ne, cuius genus posueris, eius [secum] aliquam, sicuti diversam ac diss. p. p.* Idem existimat *secum* ortum esse e v. *sicuti*, notatque Cod. T. hoc loco habere compendium inextricabile. Cod. B. locum ita exhibet: *nec cuius genus posueris, eius secum sicuti aliquam div. partem et dissimilem ponas in eadem* cet. L.

Si quod in g. incident] Ed. Omn. *si quidem.* Leid. I. *accident.* OUD.

In prima partitione caussae] Erf. *in prima caussae partitione.* GRAEV.

Distribuetur eo tempore] Erfurt. *distribuetur tempore eo.* GRAEV.

Ventum erit expl. in caussae dictione] Leid. III. *v. fuerit.* Deest praepositio Leid. II. OUD.

Quam satis est, demonstraturos nos dicamus] Leid. I. caret τῷ [v.] *est*, sed mox cum Voss. I. et Ed. Omn. ac Victor. praebet *nos esse dic.* OUD.

Quod arguimus] Erf. *quod arguamus.* GRAEV.

Nam fecisse ostendere satis est] Erf. *Nam fecisse satis est ostendere.* GRAEV.

fecisse ostendere satis est: Aut, cum in caussa partitio nulla sit, et quiddam simplex agatur, tamen utamur distributione: id quod perraro potest accidere. Ac sunt alia quoque praecepta partitionum, quae ad hunc usum oratorium non tantopere pertinent: quae versantur in philosophia, ex quibus haec ipsa transtulimus, quae convenire videbantur: quorum nihil in ceteris artibus inveniebamus. Atque his de partitione praeceptis, in omni dictione meminisse oportebit, ut et prima quaeque pars, ut exposita est in partitione, sic ordine transigatur: et omnibus explicatis, peroratum sit; hoc modo, ut ne quid posterius praeter conclusionem inferatur. Partitur apud Terentium

---

Et cum quiddam simplex agatur] Cauch. *et cum simplex quiddam agatur.* In vett. edd. non legitur *cum.* GRAEV. *Et cum quiddam simplex agitur.* Sic MSS. O. et Ed. Omn. Vulgo abest *cum.* OUD.

Id quod perr. potest acc.] Vid. Gronov. supra ad cap. XVIII. BURM. MSS. O. Ed. Omn. *idque* V. C. 17. *poterit* Ed. Omn. OUD.

Non tantoque pertinent] Erfurt. *non tanto opere pertineant.* GRAEV. vid. Gronov. supra ad cap. XXI. BURM. Voss. I. *oratoris.* In eodem et Leid. III. IV. Ed. Omn. *pertinet.* OUD. *Pertinent, sed versantur* scripsit Sch. *pertineant, quae versantur* cum Ernestio dedit Orell. hic quidem Cod. T. secutus. Ernestius suspicatus erat, quod dedit Sch. Cum Cod. T. consentit B. cui nos quoque accedimus. Ceterum notavit ad hunc locum Orellius, quum in Cod. T. *tanto opere* scriptum inveniret, (id quod etiam *Erf.* et *B.* exhibent) haec: *Quemadmodum scil. dicitur omni opere, nimio opere* (Parad. 5, 2.) *summo autem opere, summo igitur opere* cet., *ita ubivis scribendum censeo magno opere, summo opere, tanto opere, quanto opere, ut exhibent fere Codd.* meliores, *etsi fortasse iam antiquitus pronunciatum fuerit: magnopere* cet. *Nullum certe in his discrimen statui potest, ita ut v. c. post negationem tenuius, quod dicunt, magnopere locum habeat, sine negatione vero magno opere praeferendum sit, id quod recentioribus quibusdam placuisse video. Constantiae igitur causa sic dedi ubique; pronuncio, ut ceteri.* Non concedo. In Parad. 5, 2. scribendum *nimiopere.* Ubi *summo autem opere* scribitur vel alia particula interposita, non adverbium est. Cf. quae notavi supra ad c. 18. huius libri. Paullo post *de qua haec ipsa* ex Victorino scripsit Sch. *L.*

Convenire videbantur] Erf. *convenire videantur.* GRAEV.

In omni dictione] Voss. I. *in o. distinctione.* OUD.

Hoc modo, ut ne quid etc. inferatur. Partitur.] Haec est lectio omnium Pall. item edd. ante Lambinum, qui transposuit priores duas voces: *ut ne quid etc. inferatur. Hoc modo partitur etc.* Laudarem, si usus fuisset duce aliquo libro veteri. GRUT.

Partitur apud Terentium] Cauch. *partitur autem apud Terentium.* GRAEV. Leid. I. Ed. Omn. *part. autem ap. T.* OUD.

breviter et commode senex in Andria, quae cognoscere libertum velit:

342 *Eo pacto, et gnati vitam, et consilium meum*
Cognosces, et, quid facere in hac re te velim.

Itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat, primum gnati vitam:

Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberius vivendi fuit potestas.

Cognoscere libertum velit. Eo pacto] Erf. *cognoscere libertum velit. Sic dicit. Eo pacto.* Graev.

Et gnati vitam] Erf. *et nati vitam.* Graev. MSS. O. semper *nati.* Oud.

Narrat primum gnati vitam] Leid. II. *enarrat.* Ceterum saepe fui miratus, cur viri docti, qui contendunt vocem *natus* seu *gnatus* substantive positam pro *filio* a prosaicis aurei aevi scriptoribus, et praesertim a Cicerone, fuisse usurpatam; haec verba in certissimum eius rei testimonium non protulerint. Nam tria, quae huc usque sunt prolata loca, scilicet ex Oratione pro Plancio C. 23. Lib. I. de Divin. C. 20. de Amic. C. 8. parum roboris habent, utpote in quibus vel vox *gnatus* est spuria, vel e poeta desumta, vel participialiter et adiective posita; sicuti et in Nepote vit. Epamin. C. 10. *Talem ex te* natum, et sumi potest in Livio L. I. C. 23. *Bellum parabatur prope inter parentes, natosque.* De Tullianis adi Burmannum ad Quinctilianum, item Heusinger. in Antibarb. p. 6. Hic fingi nihil simile potest. Non enim citatio est Terentiana. Praecessit illa, cui Cicero suam subiicit argumentationem. At, ne vel sic tuto acquiescamus, faciunt veteres membranae, quamvis nos hic adhuc destituant optimae, hac parte, ut supra monui, mutilae, sed proximae vetustatis et bonitatis liber Vossianus, quem primum soleo vocare, uti et Leid. II. diserte praebent *vitam filii*, ac verisimilius Cicero sic sua a Terentii verbis distinxit. *Vitam nati* alii et Ed. Oxon. Oud. *Vitam filii* exhibent etiam T. et B. atque ita scribendum erat, quod abunde patet ex Oudendorpii annotatione. Miror huius rationes rem non confecisse. Nam etsi Cicero scripsisset *gnati vitam*, vel ut alii exhibent *vitam nati*; tamen hoc ipsum, quia ad poetae verba respicit, tanquam ex poeta desumptum videri potest. Sed *gnati vitam* librarii antiquitus scripserunt, quibus locus Terentii obversabatur. *L.*

Liberius vivendi f. p.] Hoc totum non comparet in exemplis Manutianis, quod tamen in Col. et Roberti Steph. et nonnullis aliis reperitur. Lamb. *Liberius vivendi f. pot.* Sic Leid. III. addens *et cetera.* A ceteris MSS. recte haec absunt, immo et vox *Sosia* a Voss. I. Oud. Eadem verba, excepto v. *Sosia*, omittit T. In B.
sosia
autem sic scripta haec sunt: *ex ephebis deinde consilium suum et nunc id operando deinde quid sosiam* cet. Ita vox supra versum ascripta est, ut ipsa etiam haec vox abiicienda videatur. *L.*

Ex ephebis Sosia. Deinde suum consilium] Est a Pall. nostris, neque secus editio Rob. Stephani anni CIↃIↃXLIV., aliae adiecerant *Sosia, Liberius vivendi fuit potestas.* Grut. ultima non extant etiam in Erfurtensi. Graev.

Deinde suum consilium: *Et nunc id operam do.* Posthaec quid Sosiam velit facere, id quod postremum posuit in partitione, postremum dicit:

Nunc tuum est officium.

Quemadmodum igitur hic et ad primam quamque partem primum accessit, et omnibus absolutis, finem dicendi fecit; sic nobis placet, et ad singulas partes accedere, et omnibus absolutis, perorare. Nunc de confirmatione deinceps, ita ut ordo ipse postulat, praecipiendum videtur.

CAP. XXIV. Confirmatio est, per quam argumentando nostrae caussae fidem, et auctoritatem, et firmamentum adiungit oratio. Huius partis certa sunt praecepta, quae in singula caussarum genera dividentur. Verumtamen non incommodum videtur, quamdam silvam, atque materiam universam ante permistam, et confusam exponere omnium argumentationum: post autem tradere, 343
quemadmodum unumquodque genus caussae, omnibus hinc argumentandi rationibus tractis, confirmare oporteat. Om-

---

Post haec quid s.] MSS. O. et Ed. Omnib. *deinde q. s.* Oud. *Deinde* scr. h. l. Sch. et Orell. e Codd. *L.*

Postremum posuit] Voss. II. Ed. Omn. *extremum p.* Oud.

Postremum dicit] Voss. II. *p. dicitur.* Oud.

Ad primam quamque partem primum accessit] Erf. *ad primam quamque partem accessit.* Edd. vett. *et ad primam quamque partem.* Graev. Leid. I. *ad pr. et quamque p. pr. acc.* Ed. Omn. *ad pr. partem quam acc.* male, uti et in aliis Edd. prave deest *primum.* Oud.

Et omnibus absolutis finem] Edd. ant. *omnibus absolutis et finem.* Graev.

Ita ut ordo ipse p.] Deest *ita* a Voss. II. *ipse* a III. Leid. Oudend.

CAP. XXIV. *Silvam atque materiam*] Voss. II. *s. a. materiem.* Oud. Frontonis in differentiis verborum haec feruntur: *Materies animi est; materia arboris. Et materies qualitas ingenii, materia fabris apta.* Non usquequaque verum hoc discrimen. Saltem serioris originis et a Grammaticis illatum, quamquam non male excogitatum. Sic eodem modo differunt *mollitudo* et *mollities. L.*

Quemadmodum un. caussae genus] Voss. I. *quomodo.* Dein male vulgo contra MSS. et Edd. Vett. *genus caussae.* Oud.

Hinc omnibus argumentandi rationibus tractis] Ita in omnibus fere manuscriptis, et impressis scriptum invenitur: duo tamen vetustissima exemplaria Gryphii, *his omnibus argumentandi rationibus confirmari oporteat*, nec quidquam amplius habent. Brut. Haec Cod. B. sic per compendia scripta exhibet: *genus hinc omni-*

u u u

bus argoibq argumentandi tctis raoibq conf. Sch. et Orell. a vulgata non recedunt. *L.*

nes res argumentando confirmantur, aut ex eo, quod personis, aut ex eo, quod negotiis est adtributum. Ac personis has res adtributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, adfectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes. Nomen est, quod unicuique personae datur, quo suo quaeque proprio et certo vocabulo adpellatur. Naturam ipsam definire difficile est: partes autem eius enumerare eas, quarum indigemus ad hanc praeceptionem, facilius est.

Hae autem partim divino, partim mortali in genere versantur. Mortalium autem pars in hominum, pars in bestiarum generé numeratur. Atque hominum genus et in sexu consideratur, virile, an muliebre sit: et in natione, patria, cognatione, aetate. Natione, Graius, an Barbarus; patria, Atheniensis, an Lacedaemonius; cognatione, quibus maioribus, quibus consanguineis: aetate, puer, an adolescens, natu grandior, an senex. Praeterea commoda, et

---

Omnes res arg. confirmantur] MSSti nostri per singularem *omnis res arg. confirmatur*, ut notat quoque ex aliis Gothofredus. Gron. *Omnes res argument. confirmantur.* Sic Leid. I. sed Voss. I. *omnis r. arg. formatur.* Ceteri et Victorin. p. 141. *omnis r. arg. confirmatur.* Oud. Statim post Sch. de Lambini sententia dedit *Ac personis quidem has r.* Etiam unus Oxon. *quidem* addit. *L.*

Personae datur etc.] Grev. et Pal. sec. tert. *tribuitur*, pr. et editio vetustior *attribuitur.* Lambinus excusso fraeno, repositum ivit: *Nomen est certum proprium uniuscuiusque personae vocabulum quo quaeque appellatur.* Grut. Voss. II. *q. u. tribuitur.* Ed. Omn. *attribuitur.* Oud.

Vocabulo adpellatur] Leid. I. *v nuncupatur.* Oud. *Appelletur* scripsit Sch. de Ernestii sententia. Cod. T. omnem locum sic exhibet: *Nomen est uniuscuiusque personae, quo suo quaeque pr. et c. vocabulo appellatur.* Cod. B. *Nomen est, quod unicuique personae datur, quo suo proprio et certo vocabulo appellatur.* Orellius Graevium secutus est, nisi quod pro *datur* scripsit *attribuitur.* Idem tamen locum corruptum iudicat. *L.*

P. divino, p. mortali in g. versantur] Leid. III. *p. in div. p. in humano g. v.* Leid. I. *numerantur.* Oud.

In hominum, p. in b. genere numeratur] Voss. I. *in h. genere, p. in b. g. n* Leid. I. *numerantur.* Oud.

Atque hom. genus et in sexu consideratur] *Considerandum* in vetustioribus habetur. Brut. Leid. II. III. *ut h. g.* A III. abest *et.* Oud.

Graius an Barbarus] Eadem Gryph. exemplaria *Graecus* habent; recentiora duo, *Graius*, ut est in impressis: ex quibus tamen Leoniceni editio perantiqua *Graecus* retinet. Brut. Voss. I. Leid. III. Victor Ed. Omn. *Graecus, an B.* Male. V. L. II. C. 23. Saepe vox *Graius* per librarios abiit in *Graecus.* Oud. *Graecus* B. *L.*

Quibus consanguineis]. Voss. I. *et q. c.* Leid. II. III. *vel q. c.* Oud.

incommoda considerantur ab natura data animo, aut corpori, hoc modo: valens, an imbecillus: longus, an brevis: formosus, an deformis: velox an tardus sit; acutus, an hebetior: memor, an obliviosus: comis, officiosus, pudens, patiens, an contra. Et omnino quae a natura data 344
animo et corpori considerabuntur, in natura consideranda sunt. Nam quae industria comparantur, ad habitum pertinent, de quo posterius dicendum est.

CAP. XXV. In victu considerare oportet, apud quos et quo more, et cuius arbitratu sic educatus, quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi praeceptores, quibus amicis utatur, quo in negotio, quaestu, artificio sit occupatus: quo modo rem familiarem administret, qua consuetudine domestica sit. In fortuna quaeritur, servus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis: privatus, an cum potestate: si cum potestate, iure an iniuria:

Ab natura data] Voss. I. *a. n. d.* Oud.

Corpori, hoc modo etc. tardus sit: acutus etc.] Lamb. interposuit: *corpori. corpori hoc modo etc. tardus sit animo, acutus etc.* non male, si auctorem haberet huius additionis; nam mss. nostri, aut antiquitus cusi stant pro vulgata. Graev. MSS. O. Victorin. p. 144. Ed. Omn. *imbecillis.* Oud. *Inbecillis* B. *inbecillus* T. *L.*

Officiosus, pudens] His alter codex interponit *facetus.* Et memini codicem Laudianum, quo Oxonii usus fui, item immittere *an infacetus.* Gron. Leid. III. *an off.* Leid. I. *officiosus, facetus, prudens.* V. Gron. Ultimum legas quoque in Voss. I. Leid. III. Victorino, Ed. Omnib. Oud. *Efficiosus, prudens* B. *offieiosus, pudens* T. *officiosus, patiens, prudens* hoc ordine Victorinus. Extruso vocabulo *officiosus* Sch. rescripsit *facetus,* quod idem exhibent Oxonienses aliquot codd. post v. *officiosus.* Vulgatum retinuit Orellius. *L.*

A natura data an. etc. considerabuntur, in n. consideranda sunt] Leid. I. *ab n. dantur an. et c. considerabuntur in natura.* Leid. II. *considerantur,* ac deest *sunt.* Voss. II. *a natura dantur a. et c. in natura consideranda sunt.* Lego simpliciter vel *quae ab n. dantur a. etc.* vel *data sunt.* Cetera sunt adiectitia e prioribus. Saltem *considerabuntur* est delendum. Confer Victorinum. Oud. Scripsit Sch. *quae a natura dantur animo et corpori, in natura consideranda sunt.* Sed Cod. Turic. habet: *quae natura dant* (puncto supposito deletur *n* in v. *dant*) *a. et c. in natura cons. sunt.* Orellius Sch. secutus est et Cod. Voss. II. Idem Leid. primi lectionem non deteriorem iudicat. *L.*

CAP. XXV. *Cuius arbitratu sit educ.*] Leid. III. male *c. arbitrio s. e.* Sic passim variant MSS. in Solino. Oud.

Art. lib. magistros] Idem *art. lib. doctores.* Oud.

Quo modo rem famil.] Voss. I. *quo more rem f.* Oud.

Quaeritur, servus sit, an lib.] Ed. Omn. *quaeretur.* Voss. I. *si servus, an l.,* ut *si* pro *an* ponatur, ut sexcenties. At Leid. II. *servusne sit, an l.* Contra Ed. Omn. *servus an liber.* Oud.

Si cum potestate, i. an iniuria] In Voss. II. simpliciter *iure an cum iniuria.* Oud.

felix, clarus, an contra: quales liberos habeat. Ac si de non vivo quaeretur, etiam quali morte sit adfectus, erit considerandum.

Habitum autem adpellamus, animi, aut corporis constantem, et absolutam aliqua in re perfectionem; ut virtutis, aut artis perceptionem alicuius, aut quamvis scientiam. Et item corporis aliquam commoditatem, non natura datam, sed studio industriaque partam. Adfectio est, animi, aut corporis ex tempore, aliqua de caussa, commutatio, ut laetitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, et alia, quae genere in eodem reperiuntur. Studium autem est animi adsidua, et vehemens ad aliquam rem adplicata magna cum voluntate occupatio, ut philosophiae, poëtices, geometriae, literarum. Consilium est aliquid faciendi, aut non faciendi vere excogitata ratio.

Ac si de non v. quaeritur] Leid. II. *aut*. Idem cum Voss. I. Leid. III. *quaeritur*. Voss. II. *quaeratur*. Mox *erit* abest Leid. III. Oudend.

Habitum autem hunc appellamus] Vocem, *hunc*, iam olim Leonicenus sustulerat, quem Aldus aliquot postea annis est secutus. Manutius sublatam vocem a patre restituit: a quo stat Victorii editio, qui eandem retinet; ut videtur, uterque auctoritate veterum codicum adductus, in quibus magna consensione scriptum *hunc* invenitur. Lambinus tollit, cui sumus assensi: minime enim necessaria vox, atque importuna adeo videtur. Brut. Voss. II. Leid. II. III. *h. a. hunc adp.* Voss. I. *h. a. consideramus*. Oud. Paullo post Sch. scripsit *et usu absolutam*, id quod legitur apud Victorinum. Non opus videtur reponere, quod nullus Cod. agnoscit. *L.*

Ut virtutis] Voss. I. *vel v.* Leid. I. a m. II. ac III. et Voss. II. cum Ed. Omn. *aut v.* Quod praefero. Oud. *Ut virtutem* e Victorino dedit Sch., vulgatum retinuit Orellius. *L.*

Et item c. al. comm.] Leid. III. *itemque*. Oud.

Studio industriaque partam] Ita omnibus exemplaribus manuscr. eandem lectionem tuentibus, edidi; quam etiam ex impressis Leonic. et Victor. editio tuetur: *comparatam* alii habent. Brut. MSS. O. et Ed. Omnib. *St. et industria*. Bene. Leid. II. *comparatam*. III. *paratam*. Oud. *Paratam* etiam B. *L.*

Studium est] Sic legendum e Leid. I. II. Voss. I. vulgo languide *autem* additur. In Leid. III. *studium haec est*. Ed. Omnib. *st. est autem*. Oud.

Poetices] MSS. quatuor et Ed. Omn. cum Victor. 147. *poetriae*. Sed in Leid. I. a m. I. *poetice*. Scil. legendum *poëticae*. Oud. *Poeticae* recte Sch. et Orell. In Cod. B. est *poetriae*. *L.*

Aut non faciendi vere] Ita praebent MSS. O. quos vidi. Praefero tamen, quod in suis Codd. videntur invenisse Alcuin. de Art. Rhetor. p. 370. Ed. Pith. et auctor Excerptorum de locis Rhetor. p. 276. *non faciendive*. Nam istud *vere* admodum friget. Confer. doct. P. Bondami Var. Lect. p. 360. Oud. Hoc recepit Sch. Oudendorpium secutus. Idem dedit Orell. citans similem Cic. locum de *Inv.* II, 9. *L.*

Facta autem, et casus, et orationes tribus ex temporibus considerabuntur, quid fecerit, aut quid ipsi acciderit, aut quid dixerit; aut quid faciet, quid ipsi accidat, quid dicat; aut quid facturus sit, quid ipsi casurum sit, qua sit usurus oratione. Ac personis quidem haec videntur esse adtributa.

CAP. XXVI. Negotiis autem quae sunt adtributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotii considerantur, partim adiuncta negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur. Continentia cum ipso negotio sunt ea, quae semper adfixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. Ex his prima est brevis complexio totius negotii, quae summam continet facti, hoc modo: Parentis occisio, patriae proditio. Deinde caussa eius summae, per quam, et quamobrem, et cuius rei caussa factum sit, quaeritur. Deinde ante rem gestam quae facta sunt, continenter usque ad ipsum negotium. Deinde, in ipso gerendo negotio quid actum sit. Deinde, quid postea factum sit.

In gestione autem negotii, qui locus secundus erat de iis, quae negotiis adtributa sunt, quaeretur locus, tempus, modus, occasio, facultas. Locus consideratur, in quo res

---

Ex temp. considerabuntur] Voss. I. *ex t. considerantur.* Oud.

Aut quid ipsi acciderit, a. q. dixerit, aut q. faciat.] Leid. III. *quidve ipsi.* Ed. Omn. *sibi* pro *ipsi*, uti et statim. Dein MSS. quatuor *et quid f.* Vitiose vero contra ordinis et constructionis rationem, ac MSS. et Edd. Vett. vulgatum est in posterioribus Edd. *faciet.* Oud.

Quid ipsi accidat, quid dicat] Desunt Leid. I. *aut q. dicat* Leid. III. Oud.

Haec videntur esse adtrib.] Infinitivo caret Ed. Omn. Oud.

CAP. XXVI. *Partim adiuncta negotio sunt*] Sic antiquiores editi, sic quoque nostri MSS. Recentiores male carent verbo substantivo. Gron. Et hic verbum substantivum non agnoscit Ed. Omn. Oudend.

In ipso gerendo negotio] Leid. I. *i. i. regendo n.* Voss. I. *gerundo.* Deest *negotio* Ed. Omn. Oud.

Secundus erat] Voss. I. *sec. fuerat.* Oud.

Modus, occasio] vide Gronov. infra ad cap. XLV. Burm. Voss. I. Leid. I. II. Ed. Om. *quaeritur.* Tum *facultates* Leidd. O. Ed. Omn. et Victor. p. 150. Atque ita legendum esse patet ex ipsius Ciceronis Cap. 27. inf. ubi postquam de singulis egerat, subiungit *Facultates sunt* etc. Oud. *Facultates* exhibet etiam Cod. T. Atque ita recte scripserunt Sch. et Orell. *L.*

Locus consideratur] In bonae notae exemplari reperio. *Locus non ex eo nobis, quod est locus, considerandus est, sed qualis sit, ut ex opportunitate eius ad aliquid, in eo aut fieri potuisse aut non potuisse doceamur. Locus cons.* Gron.

gesta sit, ex opportunitate, quam videatur habuisse ad negotium administrandum. Ea autem opportunitas quaeritur ex magnitudine, intervallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, natura ipsius loci, et vicinitate totius regionis. Ex his etiam adtributionibus: sacer, an profanus: publicus, an privatus: alienus, an ipsius, de quo agitur, locus sit, an fuerit.

346 Tempus autem est, id quo nunc utimur, (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quaedam aeternitatis cum alicuius annui, menstrui, diurni, nocturnive spatii certa significatione. In hoc et quae praeterierant, considerantur, et eorum ipsorum, quae propter ve-

---

Videatur habuisse] Leid. II. *videantur.* III. *videbatur h.* et mox *quaeretur.* Oud.

Et vicinitate totius regionis] *Et vicinitatis* legitur in manuscript. Brut. Voss. I. *et ex vic. tot. r.* II. *Et vicinitatis et t. reg.* III. *et vic. et t. r.* Ed. Omn. *ex vicin.* Oud.

Alienus, an ipsius] Voss. II. Leid. III. *al. anne ipsius.* Oud.

Locus sit, an fuerit] Sic quoque duo nostri codices, ut primae editiones: nec caussa iusta fuit aliis, ut mutarent *aut fuerit.* Gron. In Leid. III. prave *aut fuerit.* Oud. *Aut fuerit* etiam TB, aliique Codd. unde recte scripserunt ita Sch. et Orell. Locum non intellexit Oudendorpius, quum dixit, prave scribi h. l. *aut fuerit. L.*

Tempus autem est] Deleatur rursus *autem* fide Voss. I. et Leid. II. Oud.

Annui, menstrui etc.] Pal. pr. a manu secunda, Grev. item duo antiquissimi, quos excussit Suffridus Petreius, *mensurni,* quod ipsum Ciceroni restituendum erit, si admittimus arbitrum Priscianum, qui consulatur fine fere libri 2. (pag. 69.) Grut. Etiam uterque noster *mensurni.* Sed mirum est ita procedere optimam membranam *mensurni, vespertini nocturnive.* Gron. vide Gifanii Observ. L. Lat. in voce *menstrui.* Prisciano p. 595. [Tom. I. p. 100. edit. Krehl.] aliorumque multis Codd. accedunt meorum optimi, Voss. I. Leid. I. II. exhibentes *mensurni.* Quare non ausim reluctari, praesertim cum fere omnia derivata adiectiva, tempus significantia, desinant in *ornus, ernus, urnus.* Sed cum in optima Medicea membrana scribatur *mensurni vespertini noct.* et ediderit Omnibonus, quamvis interpolate admodum, *anni mensura diurna vespertina nocturnave spatii ex c. s.* in suspicionem incidi, an vox *mensurni* non conflata fuerit ex *menstrui diurni,* et exciderit *vespertini.* Oud. *Mensurni* etiam B. *Menstrui* T. *Mensurni* si corruptum est, corruptio satis antiqua. Nam Priscianum in suis Codd. ita legisse, dubitari nequit. Non credo falsam esse lectionem *mensurni,* licet hanc formam pro inaudita habet Orellius, qui scripsit *menstrui.* Etiam Oxonn. duo exhibent *mensurni. L.*

Et quae praeterierunt] Leid. III. *et q. praeterierint.* Bene cum auctore Excerpt. de Locis Rhett. p. 277. Oud. *Praeterierunt — obsoleverunt* Codd. plerique, etiam TB. licet in seqq. coniunctivos exhibeant. Schützius ubique indicativos posuit, Orellius priora tantum *praeterierunt — obsoleverunt* indicativa forma dedit. *L.*

tustatem obsoleverunt, ut incredibilia videantur, et iam in fabularum numerum reponantur: et quae iam diu gesta, et a memoria nostra remota, tamen faciant fidem, vere tradita esse, quod eorum monumenta certa in literis exstent: et quae nuper gesta sint, qua scire plerique possint: et item quae instent in praesentia, et quae maxime

---

Obsoleverunt] Libri duo veteres habent, *obsoluerunt:* nonnulli *obsoluerint*, quorum alterutrum placet. Veteres enim ab *obsolesco*, praeteritum *obsolui*, aeque atque *obsolevi*, usurparunt. Lamb. Leidd. O. *quae aut p. v.* Tum *obsoluerunt* Voss. II. *obsoluerint* Voss. I. Leid. I. III. *obsoleverint* vere Leid. II. V. de C. 3. et Lambino. Oud.

Ut incredibilia etc.] Rectius apud auct. de L. Rhet. *aut inc. videantur, ut i.* Oud.

Iam in f. numerum reponantur] De lectionis varietate hic nemo monet. Ac sane MSS. tres vetustissimi Leidenses cum aliis Codicibus ita exhibent quoque in libro III. de N. Deor. C. 19. *Beluas* in *deorum* numerum reponemus. Quod placuit etiam Davisio. Contra doctissimus Wopkensius in Tullianis L. II. C. 16. ablativum *numero* Ciceroni adsertum ivit ex aliis eius locis, ut L. II. C. 21. III, 9, 20. quibus etiam constanter MSS. Leidenses servant *numero*. Et, ut viro eruditissimo adsentiar, faciunt hic Vossian. I. Leid. II. III. *numero* nobis relinquentes: quamquam C. 51. *hanc partem in numero reponi:* mei Codd. omnes praeferunt *in numerum reponi* vel *deponi*. Scio *reponi in* iungi accusativo; sed tunc, quum ea res iterum ponitur eo loco, cui antea sublata erat, ut apud Livium *in thesauros reponere*. Vide ad Lib. XXIX. C. 19. Sed quando pro simplici *ponere* sumatur, sextus casus videtur praeferendus. Ita *in Deo spem*, vel similia, *reponere*. de quibus adi Burmann. ad Vellei. L. II. C. 112. *Nihil in se reponerent*. De simplici *ponere*, item *inponere*, dupliciter constructis alibi. *Iam* abest a Leid. I. Oud. *In numero* etiam Cod. B. et duo Oxonn. Contra T. *in numerum*. In his praeter meliores Codices nemo arbiter erit, quanquam usitatiorem ablativum esse negari nequeat. Citat Orellius De Inv. I, 51. De Nat. Deor. III, 19. utrobique *in numero reponere* legitur. L.

Reponantur: et quae iam diu gesta etc.] Lamb. hic et tempora mutat, et verba interserit, sed nullo suffragante membranaceo vetere. Ideoque quis sequatur, nisi ferreae frontis? Grut.

Faciant fidem] Voss. I. *faciunt f.* Oud.

Quod e. m. certa in l. extent] Leid. II. III. *quia*. Leid. II. *certis*. Voss. II. *exstant*. Leidd. Ed. Omn. *exsistant*. Oud. *Existant* etiam B. L.

Gesta sint etc. possint] Voss. I. Ed. Omn. *g. sunt*. et MSS. O. excepto Leid. II. *possunt*. Oud.

Instent in praesenti] Sic Leid. I. vulgo *in praesentia* V. ad C. 17. Oud.

Et quae maxime fiant] Melius auct. Excerpt. de L. Rhet. p. 277. *et quum m. fiant*. Oud. Ita scripsit Sch. sed Orellius de sua coni. dedit: *et quae quam maxime fiant*. Sed etiam Cod. T. *et quum maxime*. L.

fiant, et quae consequantur. In quibus potest considerari, quid ocius, et quid serius futurum sit. Et item communiter in tempore perspiciendo longinquitas eius est consideranda. Nam saepe oportet commetiri cum tempore negotium, et videre, potueritne aut magnitudo negotii, aut multitudo rerum in eo transigi tempore. Consideratur autem tempus et anni, et mensis, et diei, et noctis, et vigiliae, et horae, et in aliqua parte alicuius horum.

CAP. XXVII. Occasio autem est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Quare cum tempore hoc differt. Nam genere quidem utrumque idem esse intelligitur: verum in
347 tempore spatium quodammodo declaratur, quod in annis, aut in anno, aut in aliqua anni parte spectatur: in occasione, ad spatium temporis, faciendi quaedam opportunitas intelligitur adiuncta. Quare cum genere idem sit, fit aliud, quod parte quadam, et specie, ut diximus, differat. Haec distribuitur in tria genera, publicum, commune, singulare. Publicum est, quod civitas universa aliqua de caussa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum. Commune, quod accidit omnibus eodem fere tempore, ut messis, vindemia,

---

In q. potest consid.] Leid. III. *in q. posset c.* Oud.

Quid ocius, et quid serius] Deest copula eidem libro et auctori Excerpt. melius omnino. Vide P. Bondami V. L. p. 362. Oudendorpius.

Longinq. eius est consideranda] Voss. I. *conspicienda.* Oud.

Saepe oportet] Leid. III. *semper op.* Oud.

Potuerit in eo transigi tempore] Gulielmius, quod Gruterbruchianus non agnosceret *in*, ibat praeterea deletum verbum *tempore.* et copiosa quidem Ciceronis omnia; at non supervacua. Verum qui admittam mera coniectanea? Grut. Vox *tempore* non est in Leid. III. Oud.

Et in aliqua p. alicuius horum] Deest *in* Voss. II. In Voss. I. a m. I. exaratur *horae*, sive *momento*, ut videtur explicare Victorinus p. 151. non procul a fine. Oud. Sch. coniecit: *aut alicuius partis horae.* Orell. acquievit in vulgata, conferens id quod paullo post sequitur *in aliqua anni parte.* Scripserim ego: *Et in qua parte alicuius horae.* Nam partem anni iam mense significaverat et sic porro. *L.*

CAP. XXVII. *Occasio autem*] Non agnoscit ultimam vocem Voss. I. Ceterum a verbo *faciendi* rursus iuvare nos incipit Sch. Oud. *Aut non faciendi;* haec verba pro suppositiciis habet Sch. Non credo. *L.*

Quare cum tempore hoc differt] Lamb. *Quare a tempore differt* emendat, recte auspicatus lectionem vulgatam mendo non carere. Brut.

Idem sit, fit aliud] Leid. III. *id. s. fit al. quiddam.* Oud.

Ut ludi, dies festus] Sch. Leid. II. *ut ludum, d. festos.* Ed. Omn. *festi.* Oud.

calor, frigus. Singulare autem est, quod aliqua de caussa privatim solet alicui accidere, ut nuptiae, sacrificium, funus, convivium, somnus.

Modus autem est, in quo, quemadmodum, et quo animo factum sit, quaeritur. Eius partes sunt prudentia et imprudentia. Prudentiae autem ratio quaeritur ex iis, quae clam, palam, vi, persuasione fecerit. Imprudentia autem in purgationem confertur, cuius partes sunt inscientia, casus, necessitas: et in adfectionem animi, hoc est, molestiam, iracundiam, amorem, et cetera, quae in simili genere versantur. Facultates sunt, aut quibus facilius sit, aut sine quibus aliquid confici non potest.

CAP. XXVIII. Adiunctum autem negotio id intelligitur, quod maius, et quod minus, et quod simile erit ei negotio, quo de agitur, et quod aeque magnum, et quod contrarium, et quod disparatum, et genus, et pars, et eventus. Maius, et minus, et aeque magnum, ex vi, et ex numero, et ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur.

Simile autem ex specie comparabili: comparabile au- 348
tem ex conferenda, atque adsimulanda natura iudicatur.

Singulare autem] Deest τὸ [v.] *autem* Leid. III. Oud.

Convivium, somnus] Leid. II. *conviviae, s.* Oud.

Modus autem] Exsulat ultima vox a Voss. I. Oud.

Cuius partes s. inscientia] Ed. Omn. *Eius*, ut supra Leid. III. Victorin. p. 153. Ed. Omn. *inscitia.* Oud.

Facultates sunt, aut] Leid. III. Ed. Omn. *Fac. autem sunt.* Oudendorpius.

CAP. XXVIII. *Adi. aut. negotio*] Leid. III. *adi. a. negotiis.* Oud.

Quo de agitur] Sic Sch. Leid. I. In ceteris Ed. Omn. *de quo ag.* Oud. Paullo post verba: *et quod aeque magnum* Schützius transposuit et ante vv. *et quod simile erit* intrusit. Consentiunt Oxonn. duo et B.- Cum vulgata facit T. *L.*

Ex vi et ex numero etc. *consideratur*] Ed. Omn. Victor. p. 154. *ex vi et numero.* Voss. II. considerantur. Leid. III. *considerabitur.* Oud. Scripsit Sch.: *ex rerum et personarum vi et numero et ex figura negotii*, quam lectionem et sententiam poscere et Victorini interpretationem confirmare dicit. Non est talis apud Victorinum interpretatio, ut hoc, quod vult Sch., inde sequi possit. Quapropter Orell. in vulgata acquievit. *L.*

Ex specie comparabili: compar.] Sic nunc edendum curavi, Manutianam editionem, cum qua multae aliae consentiunt, secutus. Olim autem Rob. et Caroli Stephani exempla, quibuscum aliquot veteres codices congruebant, secutus eram, qui hic habent: *Simile autem ex specie comparabili, aut ex conferenda, atque assimilanda natura indicatur,* quam scripturam nunc minus probo. Lamb. Veteres duo Gryphii libri ita habent: *Simile autem ex specie; comparabile autem ex conferenda atque assimilanda natura iudi-*

Contrarium est, quod positum in genere diverso, ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum distat, ut frigus calori, vitae mors. Disparatum autem est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo: sapere et non sapere. Genus est, quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas. Pars est, quae subest generi, ut amor, avaritia. Eventus est alicuius exitus negotii, in quo quaeri solet, quid ex quaque re evenerit, eveniat, eventurumque sit. Quare hoc in genere, ut commodius, quid eventurum sit, ante animo colligi possit, quid quaque ex re soleat evenire, considerandum est, hoc modo: Ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia.

Quarta autem pars est ex iis, quas negotiis diceba-

---

catur. Unum e meis manuscr. exemplar aliquando clarius: *Simile autem ex specie comparabili: comparabile autem ex conferenda, atque assimilanda natura iudicatur,* quam lectionem Manut. et Victorius agnoscit. Aldi editio eadem est, et Leoniceni: quae nititur auctoritate praeterea unius codicis manuscripti, et a Lambino agnoscitur. *Simile autem ex specie comparabili, aut ex conferenda, atque assimilanda natura iudicatur.* Ita autem et ipsi edendum curavimus. Brut. *Simile a. ex specie comparabili. Comparabile autem ex conf.* Sic dat solus Sch. a m. II. nam a m. I. cum ceteris O. MSS. Victorino, Edd. vett. legitur modo et recte *s. a. ex specie comparabili, aut ex conf.* nisi quod in Leid. I. sit *ex specie corporali et ex c.* Auct. de locis Rhetor. apud Pithoeum p. 277. simpliciter *comp. aut conferenda.* Deceptus est doctissimus P. Bondam vulgaribus Cic. Edd. in Lib. II. Var. Lect. C. 8. p. 216. Leid. III. *et ass.* MSS. O. Edd. Vett. *assimilanda n.* Oud. *Ex specie comparabili aut ex conf. aut assimilanda nat. ind.* B. *E sp. comparabili, comparabile autem ex c. a. a. n. iud.* T. *L.*

Ab eodem, cui contrarium esse d.] Leid. II. *ab eo.* Abest *esse* a m. I. Sch. et Voss. II. Oud.

Distat, ut frigus calori, vitae mors] Sch. *differt ut fr. calore, vita mors.* Recipiendum est *differt;* sic enim dant quoque Voss. I. II. Leid. I. licet *distat* legatur in Instit. Orat. apud Pith. p. 277. Oud. *Distat, ut frigus caloris* B. Retinuit *distat* Orell. *L.*

Disparatum autem est] Exsulat *autem* a Leid. II. Oud.

Sapere et non sapere] Voss. I. Leid. III. Victorin. p. 156. in f. 157. non agnoscunt copulam. Rectius, ut quisque sentit. Oud.

Quid ex quaque re] Leid. III. *ex qua re.* Oud.

Evenerit, eveniat, eventurumque sit] Et hinc copula *que* abest bene Sch. a m. I. item Voss. I. Leid. II. III. Ed. Omnib. Dein *commode* pro *commodius* Sch. et Victor. p. 157. Sed *commodius* p. 159. Oud. *Eveniet, evenerit, eventurum sit.* B. Deinde Sch. verba transposuit: *Ex insolentia arrogantia, ex arrogantia odium,* ut *κλίμαξ* fieret venustior; nullo codicum addicente. *L.*

Quas negotiis d. esse attributas] Leid. I. *quae d. esse attributa.* Neutrum genus exhibuit etiam Ed. Omnib. Vide initium C. 26. sed et finem huius cap. Excidisse videtur hic *rebus. Esse* deest Voss. I. non male. Oud.

mus esse adtributas, consecutio. In hac eae res quaeruntur, quae gestum negotium consequuntur. Primum, quod factum est, quo id nomine adpellari conveniat. Deinde, eius facti qui sint principes et inventores, qui denique auctoritatis eius, et inventionis comprobatores, atque aemuli. Deinde ecquae ea de re, aut eius rei sit lex, consuetudo, actio, iudicium, scientia, artificium. Deinde natura eius evenire vulgo soleat, an insolenter ac raro. Postea homines id sua auctoritate comprobare, an offendi in his consueverint, et cetera, quae factum aliquod similiter confestim, aut ex intervallo solent consequi. Deinde postremo adtendendum est, num quae res ex iis rebus, quae sunt positae in partibus honestatis, aut utilitatis, 349
consequantur: de quibus in deliberativo genere caussae distinctius erit dicendum. Ac negotiis quidem fere res eae, quas commemoravimus, sunt adtributae.

CAP. XXIX. Omnis autem argumentatio, quae ex iis locis, quos commemoravimus, sumetur, aut probabilis, aut necessaria debebit esse. Etenim, ut breviter descri-

---

In hac eae res] Leid. II. *in qua e. r.* Oud.

Deinde ecquae ea de re] Voss. I. *dein.* MSS. O. Victor. Ed. Omn. *et quae.* Leid. III. Victor. *de ea r.* Oud.

Insolenter et raro] Sic MSS. O. Victor. Ed. Omnib. Vulgo *ac r.* Oud.

Offendi in his c.] Vide ad c. 17. Sed optimi Codd. Voss. I. Leid. I. exhibent *offendere in his.* Quod a Ciceronis genio nequaquam abhorret, subintellecto reciproco *se*, verum sensu activo. Hinc L. II. c. 1. *In vitio alicuius offendi, et in arrogantia offendere.* Lib. V. ad Fam. Ep. 14. *In altera mihi velim obtemperes, in altera non offendas.* Pro Mil. c. 36. *Si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendistis.* Adeas tamen Menken. in Misc. Nov. Lips. Vol. I. p. 530. Verbum hoc, sed alio sensu, restituendum est Solino C. 42. p. 58. Ed. Salm. *Et si ictu aliquo alterius acumen offenderit.* Pro *ictu*, quod est in octo MSS. a me visis Salm. dedit *nisu*, et dein cum Aldo et aliis *aliquo fuerit alt. ac. obtusum.* Glossa, quae est in meorum duobus recentissimis Codd. *Offendere* est *προςκρούειν*, laedi, cladem accipere. V. Graev. ad Ciceron. V. in Verr. C. 50. *Offendere* passivo sensu dixit idem Solinus p. 41. 51. Oudendorp.

Factum aliquod sim.] Sch. Voss. I. *f. aliquid s.* Ed. Omnib. *Simile.* Oud.

Confestim aut ex intervallo] Leid. I. *aut conf. aut ex int.* Bene omnino. Praepositio deest Voss. I. Oud.

Solent consequi] Lib. veter. aliquot habent, *solent sequi.* Lamb.

Honestatis aut utilitatis] Leid. III. *util. et hon.* Oud.

CAP. XXIX. *Omnis autem arg.* etc. *sumetur*] Voss. I. non agnoscit *autem*, et habet *sumitur.* Oud.

bamus; argumentatio videtur esse inventum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessarie demonstrans. Necessarie demonstrantur ea, quae aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt, hoc modo: Si peperit, cum viro concubuit. Hoc genus argumentandi, quod in necessaria demonstratione versatur, maxime tractatur in dicendo, aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per simplicem conclusionem.

Complexio est, in qua, utrum concesseris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris? sin probus, cur accusas? Enumeratio est, in qua, pluribus rebus expositis, et ceteris infirmatis, una reliqua necessario confirmatur, hoc pacto: Necesse est aut inimicitiarum caussa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia, aut, si horum nihil est, ab hoc non esse occisum. Nam sine caussa maleficium susceptum esse non potest. Sed neque inimicitiae fuerunt, nec metus ullus, nec spes ex morte illius, alicuius commodi, neque ad amicum huius aliquem mors eius pertinebat: relinquitur igitur, ut ab hoc non sit occisus. Simplex autem conclusio ex necessaria consecutione conficitur, hoc modo: Si vos me istud eo tempore fecisse dicitis, ego autem eo ipso tempore trans mare fui: relinquitur, ut id, quod dicitis, non modo non fecerim, sed ne potuerim quidem facere. Atque hoc diligenter videre oportebit, ne quo pacto genus hoc refelli possit, ut ne confir-

---

Inventum aliquo ex genere] Hoc ordine voces disponunt MSS. O. excepto Voss. II. vulgo *ex aliquo g.* Sch. *inventa.* Oud.

Necessarie demonstrans] Voss. I. II. Leid. I. *necessario d.* Oud.

Necessarie demonstrantur] Leid. I. *necessitate d.* Oud.

Reprehenditur, ad hunc modum] Sch. Leid. I. *reprehendatur.* Ed. Omn. *in hunc m.* Leid. III. *hoc modo.* Oud.

Si improbus est] Deest verbum Voss. I. Oud.

Sin probus] MSS. O. Ed. Omn. *si pr.* Oud.

Necessario confirm.] Leid. I. *necessaria c.* Oud.

More eius] Persistunt MSSti negare aliquem scrupulum esse, cur sic haec mutentur, quum in prioribus editis etiam sit *more illius*, cui lectioni accedunt nostri scripti. Gron. Cur Omnib. vel editor quispiam prior pronomen mutaverit in *eius*, percipere nequeo. Constanter MSS. cum plerisque Edd. Vett. servant *illius*, ut supra. *Ad amicum eius* etiam in Ed. Omnib. Oud.

Conficitur hoc m.] Leid. III. *Est hoc m.* Oud.

Ego autem eo ipso tempore] Exsulat *autem* Leid. I. III. *ex ipso t.* Voss. I. *eo* deest Leid. III. Oud.

Relinquitur] Sch. *rel. ergo.* Oud.

Ut ne confirmatio modum etc.] Legendum, ut habent libri veteres: *ut ne infirmatio modum*, etc. Lamb. Lambinus asseverat le-

matio modum in se argumentationis solum habeat, et quamdam similitudinem necessariae conclusionis, verum ipsa argumentatio ex necessaria ratione consistat.

Probabile autem est id, quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad haec quamdam similitudinem, sive id falsum est, sive verum. In eo genere, quod fere solet fieri, probabile huiusmodi est: Si mater est, diligit filium; si avarus est, negligit iusiurandum. In eo autem, quod in opinione positum est, huiusmodi sunt probabilia: Impiis apud inferos poenas esse praeparatas; eos, qui philosophiae dent operam, non arbitrari deos esse.

CAP. XXX. Similitudo autem in contrariis, et paribus, et in iis rebus, quae sub eamdem cadunt rationem, maxime spectatur. In contrariis, hoc modo: Nam si iis, qui imprudentes laeserunt, ignosci convenit, iis, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet.

Ex pari, sic: Nam ut locus sine portu navibus esse non potest tutus: sic animus sine fide stabilis amicis non

---

gendum ex vett. *ne infirmatio*, quod in nullo est nostrorum, neque meminerunt alii editores. GRUT. Voss. I. *ut nec conf.* OUD.

Quod fere fieri s.] Leid. III. *quod semper fere f. s.* OUD.

Verum in eo genere, quod fere solet fieri] Ita in quibusdam manuscriptis legitur; in nonnullis abest *Verum*. BRUT. Voss. II. Ed. Omn. *verum in eo g.* Leid. I. caret praepositione. OUD.

Si avarus est] Verbum non comparet in Sch. et Voss. I. Bene, ut p. praec. OUD.

Poenas esse praeparatas] Grev. *paratas*, sequiturque Gulielmius; alterum restat in Pall. omnibus editionibusque exoletis. GRUT. Voss. I. Leid. I. III. *p. e. paratas.* Quod praeferro ut elegantius. Ut passim *parare alicui verba*, *lites*, et similia. In Lucano Pluto L. VI. 801. *paratque poenam victori.* L. VII, 103. *Aut merces hodie bellorum, aut poena paratur.* Eadem varietas in Appuleio L. VII. Met. 147. *Gladium cotis attritu parabat.* MS. Dorvill. *praeparabat.* Pricaeus coniecit *exasperabat*, frustra contra MSStos, Lucan. L. VIII, 520. *Hoc ferrum, quod fata iubent proferre, paravi Non tibi, sed victo.* OUD. *Poenas esse paratas* scripsit Sch. atque ita exhibent tres Oxonn. et B. Secutus est Orell. *L.*

CAP. XXX. *Hab. grat. non oportet*] Voss. II. *h. g. n. oportebit.* OUD.

Nam ut locus sine portu] Exempla a Carolo et Rob. Stephano, et Colinaeo edita, sic habent: *Nam ut locus in mari sine portu*, etc. quae olim secutus eram; nunc libros veteres sequor, a quibus abest, *in mari:* quo modo et Manutius edidit, aliique nonnulli. LAMB. Scriptus melior etiam, ut alii, *locus in mari sine portu.* GRON. Restitui voces *in mari* fide Sch. Voss. I. Leid. II. III. Victor. p. 164. et Edd. Vett. Eas eiecerant Manut. et Lamb. suorum librorum, quibuscum faciunt Leid. I. Voss. II., auctoritate. OUD. *In mari* recepit Sch., Orellio glossema videbatur, ut Ernestio. Sed

potest esse. In iis rebus, quae sub eamdem rationem
351 cadunt, hoc modo probabile consideratur: Nam si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. Haec tum vera sunt, hoc pacto: Quoniam cicatrix est, fuit vulnus; tum verisimilia, hoc modo: Si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat. Omne autem, (ut certas quasdam in partes distribuamus,) probabile, quod sumitur ad argumentationem, aut signum est, aut credibile, aut iudicatum, aut comparabile.

Signum est, quod sub sensum aliquem cadit, et quiddam significat, quod ex ipso profectum videtur, quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post sit consecutum, et tamen indiget testimonii, et gravioris confirmationis; ut cruor, fuga, pallor, pulvis, et quae his sunt similia. Credibile est, quod sine ullo teste, auditoris opinione firmatur, hoc modo: Nemo est, qui non liberos suos incolumes et beatos esse cupiat. Iudicatum est, res adsensione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Id tribus in generibus spectatur, religioso, communi, adprobato. Religiosum est, quod iurati legibus iudicarunt. Commune est, quod omnes vulgo probarunt, et secuti sunt, huiusmodi: ut maioribus natu adsurgatur, ut supplicum misereatur. Adprobatum est, quod homines,

---

habent hos vv. quinque Oxonn. In B. autem ita est: *Nam ut portus in mari sine portu navibus non esse pot. t. L.*

Portorium locare] Voss. I. Leid. II. III. male *portum*. Oud.

Ne Hermacreonti quid] Sic recte Sch., in ceteris et Ed. Omn. *nec H.* Verum in iisdem membranis et Victorino est *Hermocreonti*, eadem forma, qua *Hermocrates* et alia. Oud.

Q. cicatrix est, fuit v.] Voss. I. *q. si cicatrix e.* Leid. II. *affuit v.* Oud.

In p. distribuamus] Leid. I. *in p. tribuamus.* Oud.

Sub sensum al. cadit] Sch. *in sensum al. c.* Oud.

Aut ante fuerit] Deest *aut* Leid. I. In eodem et Voss. II. *antea.* Oud.

Id tr. in gener. spectatur] Abest verbum a Voss. I. Oud.

Iur. legibus iudicarunt] Voss. I. *i. l. iudicaverunt.* Oud.

Omnes vulgo probarunt] Sch. *vulgo homines pr.* Voss. I. II. Leid. II. *homines vulgo pr.* Ed. Omn. *omnes communiter pr.* Nil mutandum est. Vid. ad Caes. L. III. de B. Civ. c. 61. *Vulgo universi.* Voss. I. *probaverunt.* Oud.

Ut supplicum misereatur] *Misereatur* positum passive et impersonaliter, quod rarum est. Lamb. Pall. pr. *simplicium.* Grev. *supplicium,* ἀρχαϊκῶς. Editio prima *supplicantium.* Grut. Leid. I. a m. I. *et supplicantium m.* Quod participium habet quoque Ed. Omnib. Oud.

cum dubium esset, quale haberi oporteret, sua constituerunt auctoritate: velut Gracchi patris factum, quem populus Romanus ob id, quod insciente collega in censura 352
nihil egisset, post censuram consulem fecit.

Comparabile autem est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet. Eius partes sunt imago, collatio, exemplum. Imago est oratio demonstrans corporum, aut naturarum similitudinem. Collatio est oratio,

---

Haberi oporteret] Leid. III. *h. oporteat.* OUD.

Velut Gracchi patris factum etc.] Pal. primus praemittit: *velut gracci factum est a populo Rom. approbatum, quod occidit sororem, cum illa devictum ab eo Curiatium hostem deleret, et velut Gracchi;* elegans clausula, et sine dubio auctoris genuina germana; dummodo *gracci* illud reformetur in *Horatii; deleret* in *defleret.* historia notissima est. GRUT. vid. Pighii Ann. ad an. 584. pag. 373. Interponit cum MS. Palat. I. sed correctius Ed. Omn. *Veluti Oratii factum a populo approbatum* (Ed. *approbatur*) *quod occidit sororem, cum illa devictum Curiatum hostem doleret.* Et agnovit id ut a Cicerone positum exemplum quoque Victorinus p. 167. in Gracchi exemplo a Ciceronis mente valde aberrans. *Veluti* recte Voss. I. *uti* II. *Tiberii Gr.* Omnib. Victor. OUD. Verba haec: *velut Horatii factum, a populo approbatum, quod occidit sororem, quum illa devictum Curiatium hostem doleret* recepit Sch. Deinde ita pergit: *vel ut Gracchi patris, quem populus Romanus, quod insciente collega in censura non nihil egisset, post censuram iterum consulem fecit.* Sch. coniecturam vel propterea improbandam censet Orell., quod Gracchus omnino reus factus non sit. cf. Liv. 43, 16. Ceterum Orellio videtur totus locus conclamatus esse, prius autem illud membrum: *velut Horatii — doleret* e Victorino a serioribus petitum. Victorinus enim haec: *Ut, inquit, quum sororem Horatius occidisset et de facto eius populus esset incertus, tamen absolutus est. Deinde ut Ti. Gracchus, quum censor insciente collega quosdam senatu movisset, et de eius facto dubitaretur, postea tamen eius factum populus approbavit, nam eum consulem fecit.* Ex quibus, quae ipsa corrupta videntur, nihil certi coniici potest. *L.*

Quem populus R. ob id quod] Sic habent libri veteres, quos secutus sum. Vulgati autem sic: *quem populus Ro. ob id factum, quod.* etc. quam lectionem reieci, tanquam voce *factum* supposita. LAMB. Sch. *Gr. factum populus Romanus qui eum.* OUD.

Ob id, quod insc. c. in c. n. egisset] MSS. O. (excepto Voss. II.) et Edd. Vett. *ob id factum quod.* Sed insuper vetustissimae membranae Sch. exhibent *ob id f. eo quod.* Hinc suspicor, unice veram esse lectionem *eo quod*, cuius glossa fuit *ob id factum;* sed *eo quod* valet *propterea quod, ideo quia.* Adi ad Caes. L. I. B. G. c. 23. L. III. c. 13. Dein pro *egisset* restituendum est e MSS. O. et Edd. Vett. ut et citat Pighius in Ann. p. 373. *gessit.* OUD. *Gessit* B. *L.*

Eius partes sunt tres] Sic leg. cum MSS. O. et Edd. pp. Excidit vulgo vox *tres.* OUD.

Corporum aut naturarum s.] Sch. *aut c. aut nat. s.* Victor. p. 167. Bene. OUD.

rem cum re ex similitudine conferens. Exemplum est, quod rem auctoritate, aut casu alicuius hominis, aut negotii confirmat, aut infirmat. Horum exempla, et descriptiones in praeceptis elocutionis cognoscentur. Ac fons quidem confirmationis, ut facultas tulit, apertus est, nec minus dilucide, quam rei natura ferebat, demonstratus est. Quemadmodum autem quaeque constitutio, et pars constitutionis, et omnis controversia, sive in ratione, sive in scripto versetur, tractari debeat, et quae in quasque argumentationes conveniant, singillatim in secundo libro de unoquoque genere dicemus. In praesentia tantummodo numeros, et modos, et partes argumentandi confuse, et permixte dispersimus: post discrete et electe in genus quodque caussae, quid cuique conveniat, ex hac copia digeremus.

Atque inveniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit: inventam exornari, et certas in partes di-

---

Ex similitudine conf.] Leid. II. caret praepositione. Oud.

Confirmat aut infirmat.] Sch. *aut conf. aut inf.* Victor. ibid. Leid. II. *atque inf.* Oud.

Ut facultas tulit] Voss. I. *ut facilitas t.* Oud.

Sive in ratione, sive in scripto versetur] Voss. II. *s. ratione.* Schol. *sive in rat. sive in scr. quae versabatur.* Quod probo; nisi quod *versatur* scribi oporteat cum Voss. I. Oud.

Quae in quasque] Leid. III. *quae argumenta in q.* Ed. Omn. *in quamque.* Oud.

Singillatim] Voss. I. Leid. III. *Singulatim.* Ed. Omn. *sigillatim.* Oud.

In praesentia] Pal. sec. *In praesentiarum.* Grev. *In praesenti.* Grut. *In praesentia.* Sic hic dant MSS. mei omnes, nisi quod pessime in Leid. I. a m. II. sit *in praesentiarum.* V. ad C. 17. Oud. *In praesentia* BT. Unus Cod. apud Orell. *in praesenti.* L.

Et permiste dispersimus] Sic omnes et excusi et manuscripti. Lamb. ut Victor. *permistim* edidit. Brut. Desunt *et permixte* Voss. II. In Sch. Leid. I. III. *conf. et permixtim.* sed C. 22. *permixte cum partibus inplicantur.* Oud. *Et permixtim* B. L.

Post descripte, et electe] Quidam libri vett. habent: *post discrete, et electe.* unus: *post discripte, et electe.* quae recta scriptura est. Lamb. *Discrete* est ab editione Victorii, neque aliter editio vetus; recentior, *descripte*, quod in Pall. tribus, prius tamen erat in Grevenbruchiano. Grut. vid. Gifan. Ind. Lucret. p. 328. Ed. Omn. *et post discrete.* Leid. III. *post autem d.* Sch. Voss. II. Leid. II. III. bene *descripte et el.* Probante praeter Gifanium Ind. Lucr. etiam summo Graevio ad Cic. L. I. de Off. c. 5. *ex ea parte, quae prima descripta est.* Consule eundem ad c. 34. eiusdem L. Oud. *Descripte* dedit Sch. Atque ita exhibet T. recepitque Orell. L.

Inventum exornari] Est aberratio Lambini, ante quem etiam editi omnes *inventam;* quod quum sit in nostris quoque scriptis,

stingui et suavissimum est, et summe necessarium, et ab 853
artis scriptoribus maxime neglectum. Quare et de ea praeceptione nobis in hoc loco dicendum est, ut ad inventionem argumenti, absolutio quoque argumentandi adiungeretur. Et magna cum cura, et diligentia locus hic omnis considerandus est, quod non solum rei magna utilitas est, sed praecipiendi quoque summa difficultas.

CAP. XXXI. Omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem. Inductio est oratio, quae rebus non dubiis captat adsensionem eius, quicum instituta est: quibus adsensionibus facit, ut illi dubia quaedam res, propter similitudinem earum rerum, quibus adsensit, probetur: velut apud Socraticum Aeschinem demonstrat Socrates, cum Xenophontis uxore, et cum ipso Xenophonte Aspasiam locutam: Dic mihi, quaeso, Xenophontis uxor, si vicina tua melius habeat

---

opinor in omnibus existere. Mox *absolutio argumentandi* sine vocula *quoque* iidem, quod a pluribus Gruteri abfuisse patet ex relatione eius. Mox melior codex *utrum illiusne an tuum*. GRON. Leid. II. *inventa*. III. *inventam autem*. Sch. *ornari*. OUD.

Nobis in hoc loco dicendum est] Sic Pal. tert., prius erat *nobis et in hoc loco dicendum visum est*, quod et in ceteris Pall. sed non uno modo; imo in Grev. exstat: *nobis in hoc loco videtur dicendum*, quae varietas arguit falsitatem vulgatae. GRUT. Primo MSS. quinque et Ed. Omn. bene exhibent *n. et in h. loco*. Dein MSS. O. et Ed. Omn. cum aliis *dicendum visum est*, vel *dic. est visum*. Fortasse scripserat Cicero *et in h. loco dicendi visum est*. OUD.

Arg. absolutio quoque argumentandi adiungeretur] Pal. sec. *expositio quoque arg. adiung.* primus, *argumentandi absolutio adiungeretur*, omissa voce *argumenti*, quemadmodum item est in editione principe, praeterquam quod admiserit *quoque*; at tert. solum habet *inventionem argumentandi adiung.* Greven. *argumenti absolutio adiungeretur*. GRUT. *Argumenti* deest Leid. I. II. Ed. Omn. et in Sch. suprascribitur *argumentandi*. Tandem a Sch. et Leid. III. desunt *absolutio quoque argumentandi*. Voss. I. Leid. II. *argumentandi absolutio*, sine voce *quoque*. Leid. I. *ratio argumentandi*. Placet mihi haec Leid. I. lectio sic: *ut ad inventionem argumentandi ratio adiungeretur*. OUD. Scripsit Sch. *argumenti absoluta quoque ratio argumentandi adiungeretur*. Vulgatam retinuit Orell. In B. est: *argumenti argumentandi absolutio adiungetur*, quae scriptura cum Voss. I. Leid. II. consentit. Ordo hic placet. *L.*

Cum cura locus hic] Deest praepositio Sch. pronomen Leid. III. OUDENDORPIUS.

CAP. XXXI. *Quibus assensit*] Leid. III. *q. assentit*. OUD.

Socrat. Aeschinem] Sch. Leid. II. *S. Aeschinen*. Vere. *Socratinum* etiam Leid. II. OUD. *Eschinen* B. *L.*

Cum Xenoph. uxore] Leid. III. *cum ipsa X. u.* OUD.

aurum, quam tu habes, utrum illius, an tuum malis? illius, inquit. Quid si vestem, et ceterum ornatum muliebrem pretii maioris habeat, quam tu habes, tuumne, an illius malis? Illius vero, respondit. Age, inquit, si vi-
354 rum illa meliorem habeat, quam tu habes, utrumne tuum, an illius malis? Hic mulier erubuit.

Aspasia autem cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Quaeso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus equum

---

Utrum illius, an tuum] Sic Sch. et Voss. I. Omnibonus omisit *utrum*, et edidit *illiusne*. Sed reliqui MSS. et melior Gronovii Cod. *utrum illiusne*. Quod defendi potest, si *utrum* adiective capiamus. *Utrum aurum, illiusne an tuum?* Latinius tamen indico si *ne* exsulet. Ut mox *utrum tuum malis, an illius*, vulgo *utrumne*, ubi vide. Sic L. II. c. 39. in MS. vetustissimo *Utrum copia sit*, etc. *an penuria*. In aliis *utramne*. vulgo *utram copiane*. Oud.

Quod si vestem] Id opinor primum exstitit in quibusdam Lambinianis, ut nunc ita legeretur, postea bis *quid si*, quum in prioribus editis ubique ter excudatur *quod si;* quod sane melius opinor in uno constantem esse, quam indecenter nutare. Sed MSSti nostri semper usurpant *quid si*, idque commodius, utpote in interrogatione. Gron.

Ornatum muliebrem] Sch. Voss. I. a m. II. Leid. I. Ed. Omn. cum Alcuino p. 372. *ornamentum muliebre*. Leid. III. *ornamentum muliebrem*. Oud.

Illius vero, respondit] MSS. O. *respondit, illius vero;* nisi quod a Sch. et Alcuino abest *vero*. Bene. Verbum exsulat ab Ed. Omnib. Oud. In B. quoque abest v. *vero*. Omisit Sch. retinuit Orell. *L.*

Age, inquit, si virum] Locum incertae lectionis ita refert codex melior: *age, fit, inquit. Quid si virum*. In quo nihil video, quod mutari optem, etsi vehementer viri docti id fecerint. Sed etiam is statim *utrumne tuum malis virum, an illius?* Gron. Voss. II. Leid. III. Ed. Omn. *age si inquit vir*. Sch. *Age sis, inquit. Quid si virum*. Leid. I. II. *Age, sit, inquit. Quid si virum*. Quod sane de nihilo non est. Oud. In B. est: *Age vero, inquit, quid si illa meliorem virum, quam tu, habes, utrumne tuum virum an illius* cet. *Age vero si* scripsit Sch. vulgatum retinuit Orell. *L.*

Utrumne tuum an etc.] Pal. pr. non agnoscit *utrum*, habetque *ne tuum an illius malis?* tert. vero adhoc omisit *ne:* quomodo edidit Lambinus. At enim sec. noster haec omnia concepit: *utrumne tuum an illius malis? Respondit, illius vero. Quid si vestem* etc. *malis? Illius, inquit. Age, si inquit illa* etc. quae fere praeposuerim vulgatis. Grut. Alcuin. *utrum et tuum virum malis, an ill.* Sch. *utrumne malis tuum virum an illius*. MSS. quatuor *utrumne tuum virum malis, an illius*. Leid. I. bene *utrum tuum malis an illius*, nisi praeferas mecum *virumne tuum malis, an illius* ex Ed. Omniboni. Oud. Sch. *utrum tuum malis, an illius*. In T. est: *utrumne tuum malis virum an illius*. Orell. scripsit: *virumne tuum malis an illius*. *L.*

Aspasia autem] Deest ultima vox Ed. Omnib. Oud.

meliorem habeat, quam tuus est, tuumne equum malis, an illius? Illius, inquit. Quid si fundum meliorem habeat, quam tu habes, utrum tandem fundum habere malis? Illum, inquit, meliorem scilicet. Quid si uxorem meliorem habeat, quam tu habes, utrum illius malis? Atque hic Xenophon quoque ipse tacuit. Post Aspasia: Quoniam uterque vestrum, inquit, id mihi solum non respondit, quod ego solum audire volueram, egomet dicam, quid uterque cogitet; nam et tu mulier optimum virum mavis habere, et tu Xenophon uxorem habere lectissimam maxime vis. Quare, nisi hoc perfeceritis, ut neque vir melior, neque femina lectior in terris sit, profecto id semper, quod optimum putabitis esse, multo maxime requiretis, ut et tu maritus sis quam optimae, et haec quam

---

Equum m. habeat, quam tuus est] Voss. I. *eq. m. habuerit.* II. *quam tu habes.* Ed. Omn. *q. tu habeas.* Oud.

Tuumne equum malis, an illius] Voss. II. *utrum illius malis.* Oudendorpius.

Utrum tandem fundum habere malis] Voss. I. *utr. t. illius f. h. mavis.* Ed. Omnib. *utr. talem f.* Oud.

Uxorem m. habeat, quam tu habes] Deest verbum *habes* a Sch. et Alcuino. Oud.

Utrum illius malis] Optimus *utram malis?* qui etiam mox *Virum vis habere*, non *mavis.* Gron. Leid. I. II. cum optimo Gronov. *utram malis.* Et vere, ut opinor. Alcuin. *numquid et illam m.* Oud. *Utram malis* scr. Sch. Orell. *Quam tu, utrum illius malis* B. *Utrum illius malis*, ut vulgo T. *L.*

Ipse tacuit] Libri veteres habent, *ipse conticuit.* Lamb. *Atque hic Xen. quoque ipse tacuit.* Leid. II. caret τῷ [v.] *hic.* Leid. I. *conticuit.* In Ed. Omnib. non est *ipse.* Oud.

Q. uterque vestrum] Ed. Omn. *q. uterque enim v.* Oud.

Audire volueram] Sch. *aud. voluero.* Ed. Omn. *aud. malueram.* Oud.

Opt. virum mavis habere] Leid. I. *opt. v. malis h.* Sch. et Voss. II. a m. I. cum optimo Gron. *opt. vir. vis habere.* Bene cum Alcuino. Oud. *Optimum virum habere* omisso voc. *mavis* B. quod verum iudico. *Opt. virum vis habere* scripserunt Sch. et Orell. *L.*

Uxorem habere lectiss.] Exsulat verbum a Leid. III. et Alc. Oud.

Quare nisi hoc perfec.] Leid. II. *quare ut nisi h. p.* Ed. Omn. *haec.* Oud.

Optimum putabitis] Voss. I. *opt. putabatis.* Oud.

Maritus sis quam optimae] Vulgata adtexuit *mulieris:* sed id vocula non comparet in ullo Palatinorum. Grut. In libris nonnullis manuscriptis vox, *mulieris*, abest; venuste hoc quidem, et concinne. Argumento certe est, vocem esse aliunde ascitam, quod in aliis, *mulieris*, in aliis, *feminae*, scriptum exstat. Nam in uno meo manuscripto, quum in orationis contextu non sit, supra verbum illud *quam optimae*, vox *feminae* quasi rei declarandae causa est collocata. Sed tamen nihil muto. Brut. *Ut et tu maritus sis q. optimae.* *Ut* abest Sch. a m. I. et Alc. Copula ignoratur a

optimo viro nupta sit. Hic cum rebus non dubiis esset adsensum, factum est propter similitudinem, ut etiam illud, quod dubium videbatur, si quis separatim quaereret, id pro certo, propter rationem rogandi concederetur.

354 Hoc modo sermonis plurimum Socrates usus est, propterea quod nihil ipse adferre ad persuadendum volebat, sed ex eo, quod sibi ille dederat, quicum disputabat, aliquid conficere malebat, quod ille ex eo, quod iam concessisset, necessario adprobare deberet.

CAP. XXXII. Hoc in genere praecipiendum nobis videtur, primum, ut illud, quod inducemus per similitudinem, eiusmodi sit, ut sit necesse concedi: nam ex quo postulabimus nobis illud, quod dubium sit, concedi, dubium esse id ipsum non oportebit. Deinde illud, cuius confirmandi caussa fiet inductio, videndum est, ut simile iis rebus sit, quas res, quasi non dubias, ante induxerimus. Nam ante aliquid nobis concessum esse nihil proderit, si ei dissimile erit id, cuius caussa illud concedi

---

Leid. I. Voss. II. Ed. Omnib. *tu, ut m.* quod probo, praesertim si cum eadem legamus quoque *haec*, non *et haec*. Dein *q. optimae mulieris* exhibent Voss. I. Leid. II. Ed. Omn. Mallem potius, abesset quoque *vira*. Certe vel utrumque admitti, ut apud Alcuin., vel utrumque, non alterum, resecari deberet. Vulgaris tamen lectio est in Victorino p. 171. Oud. Lectionem Omnib. secutus est Sch. Orell. vulgatam, ab omnibus Codd. confirmatam, retinuit. Idem Sch. in seqq. omissa copula *et* scripsit *haec ut quam*, utrumque bene, ut iudico. *L.*

Dubium videbatur] Sch. a m. 1. Leid. II. *d. videretur.* Oud.

Si quis separatim q.] Voss. II. *si quid s. q.* Schol. Leid. II. *si qui sep.* Verissime. Oud.

Id pro certo etc. concederetur] Leid. II. *et id p. c.* etc. *concederet.* Leid. III. *idcirco* etc. *conc.* Ed. Omn. *id profecto* etc. *concederent.* Oud.

Quicum disputabat] Voss. II. perperam *qui cum eo d.* Oud.

Quod iam concessisset] *Qui i. conc.* Sch. Oud.

CAP. XXXII. *Inducemus per simil.*] Sch. Voss. II. Ed. Omn. *inducimus p. s.* Oud.

Dubium esse id ipsum non oportebit] Sic habent libri manusc. quos secuti sumus, repudiata quorumdam vulgatorum librorum lectione, *id ipsum, quod inducimus, non oportebit.* Quis enim non videt, has voces, *quod inducimus*, esse ab aliquo lectore ad oram libri adscriptas, deinde a librario scriptore in contextum verborum M. Tullii translatas? Lamb. Voces *id ipsum* desunt Leid. II. Contra auctius dat Ed. Omn. *id ipsum, quod inducimus n. op.* Oud.

Deinde illud, cuius confirmandi c.] Voss. I. *denique.* Leid. I. *firmandi.* Mox *fit ind.* Leid. II. III. Oud.

primum voluerimus. Deinde non intelligat, quo spectent illae primae inductiones, et ad quem sint exitum perventurae.

Nam qui videt, si ei rei, quae primo rogetur, recte adsenserit, illam quoque rem, quae sibi displiceat, esse necessario concedendam, plerumque aut non respondendo, aut male respondendo longius procedere rogationem non sinit. Quare ratione rogationis imprudens ab eo, quod concessit, ad id, quod non vult concedere, deducendus est. Extremum autem aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur. Si negabitur, aut ostendenda est similitudo earum rerum, quae ante concessae sunt, aut alia utendum inductione. Si concedetur, concludenda est argumentatio. Si tacebitur, aut elicienda est responsio; aut, 356
quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo, ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem. Ita fit hoc genus argumentandi tripertitum. Prima pars ex similitudine constat una, pluribusve. Altera ex eo, quod concedi volumus, cuius caussa similitudines adhibitae sunt.

Deinde non intelligat] Sic alii legunt; veteres impressi et manuscr. aliquot *intelligant* habent; Lamb. *intelligatur*. Sic autem videtur legendum, ratione id Latini sermonis postulante. BRUT. Leid. II. *ne*. III. et Sch. a m. I. *intelligant*, suprascripto *s*. *is quicum agimus*. Sed et in Leid. I. *intelligat is, quicum agimus*. Non alienus sum ab opinione cuiusdam hic omissionis; mihique videtur scripsisse Cicero *non intelligat, quicum agimus*. OUD. Scripsit Sch. *deinde ne intelligat is, quicum agimus*. Vv. *is quicum agimus* dubium vocat supplementum Orell. qui in vulgata lectione acquievit. Eandem vulgatam exhibet B. Sed T. *non intelligi, quo spectent*. *L.*

Quae primo rogetur] Sch. Voss. II. Leid. III. IV. *quam*, verissime. *rogetur* sc. is, *quicum agimus, et qui videt*. Ut passim, *rogatus sententiam* et similia. Vid. Comment. ad Liv. L. XXXII. c. 23. *quum sententias perrogarentur*. OUD. *Quae primo rogatur* B. *Quam primo rogetur* T. quod dederunt Sch. et Orell. *L.*

Quae sibi displiceat] Deest *sibi* Leid. III. *displicet* Voss. II. OUDENDORPIUS.

Aut non respondendo] Leid. I. caret negativa particula, suprascr. *respuendo*. OUD.

Longius procedere rogationem] Quidam liber vetus habet, *procedere orationem*. LAMB. Leid. I. II. *rationem* pro *orationem*. OUD.

Deducendus est. Extr. autem] Ed. Omn. *ducendus* etc. Deest *autem* Voss. I. OUD.

Si negabitur] Sch. *si autem neg.* Leid. II. *si negetur*, et mox *si concedatur*. OUD.

Aut elicienda est r.] Deest *aut* in Sch. OUD.

Quoniam taciturnitas] Voss. I. *quando t.* OUD.

Ex simil. constat] Leid. I. *ex s. consistit*. OUD.

Tertia ex conclusione, quae aut confirmat concessionem, aut, quid ex ea conficiatur, ostendit.

CAP. XXXIII. Sed quia non satis alicui videbitur dilucide demonstratum, nisi quod ex civili caussarum genere exemplum subiecerimus: videtur huiusmodi quoque utendum exemplo, non quo praeceptio differat, aut aliter hoc in sermone, atque in dicendo sit utendum; sed ut eorum voluntati satisfiat, qui, quod aliquo in loco viderint, alio in loco, nisi demonstratum est, nequeunt cognoscere. Ergo in hac caussa, quae apud Graecos est pervagata, quod Epaminondas, Thebanorum Imperator, ei, qui sibi ex lege praetor successerat, exercitum non tradidit, et cum paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset, Lacedaemonios funditus vicit, poterit accusator argumen-

---

Conf. concessionem] Leid. III. *c. confessionem.* Oud.

CAP. XXXIII. *Quia non s. al. videbitur*] Exsulat *quia* a Leid. I. *videtur* III. Oud.

Nisi quod ex civili caus. gen. exemplum] Libri vett. habent: *nisi quid ex civ. caus. gen. exempli*, etc. Lamb. Cum Lambinianis conspirant MSS. mei omnes, *nisi quid exempli.* Quod quia unice sit Ciceronianum, quis dubitet? Dein in omnibus quoque *eiusmodi.* Oud.

Atque in dicendo] Legendum putant quidam, *in docendo:* sed errant; nam *in dicendo*, hoc est in causis civilibus. Sic et pag. seq. Lambinus.

Nisi demonstratum est] MSSti habent aut *nisi monstratum sit*, aut *monstretur.* Gron. *Nisi monstratur* habent manuscripti omnes. Brut. *Quod aliquo in loco viderint, alio in loco nisi demonstratum est, nequeunt cogn.* Leid. I. a m. I. simpliciter exhibet: *quod aliquo in loco nisi monstretur, neq. cogn.* Voss. I. Leid. II. *alio.* Ab Ed. Omn. abest *aliquo.* Sch. Leid. Voss. II. Leid. II. *viderunt.* Voss. I. *videtur.* Tum Leid. II. et Sch. *monstratum est*, supr. *monstretur.* Voss. I. Ed. Omnib. *monstratur.* II. *monstratum*, in accusativo. Oud. *Nisi monstretur* B. *Nisi monstratum* T. quod exhibuerunt Sch. et Orell. *nisi monstratum sit* Lallemand. e Codd. teste Orellio. *L.*

Ap. Graecos est pervagata] Sch. *pvulgata.* Leid. III. *pervulgata.* Oud.

Quod Epaminondas] Sch. Leid. III. Ed. Omn. *cum Epam.* Leid. I. *quod cum Epam.* Puto delendum utrumque. Thema incipit Cicero sic: *Epaminondas* etc. ut docet Victorin. p. 172. iungenda sensu sunt: *Ergo in hac caussa* etc. *poterit accusator* etc. Oudendorp.

Ei qui sibi] Sch. Voss. II. Leid. III. Ed. Omn. *quod si q. s.* Leid. I. caret τῷ [pron.] *ei.* Oud.

Exercitum non tradidit] Vitiose in Ed. Gronov. omissa est vox prima contra MSS. O. et Edd. Vett. Oud.

Funditus vicit] Ed. Omn. *penitus devicit.* In Victor. *funditus evertit ac vicit.* Oud.

tatione uti per inductionem, cum scriptum legis contra sententiam defendat, ad hunc modum:

Si, iudices, id, quod Epaminondas ait legis scriptorem sensisse, adscribat ad legem, et addat exceptionem hanc: EXTRA QUAM SI QUIS REIPUBLICAE CAUSSA EXERCITUM NON TRADIDERIT, patiemini? non opinor. Quod si vosmetipsi, quod a vestra religione et sapientia remotissimum est, istius honoris caussa hanc eamdem exce- 357
ptionem, iniussu populi, ad legem adscribi iubeatis, populus Thebanus id patieturne fieri? profecto non patietur. Quod ergo adscribi ad legem nefas est, id sequi, quasi adscriptum sit, rectumne vobis videtur? Novi vestram intelligentiam, non potest ita videri, iudices. Quod si literis corrigi neque ab illo, neque a vobis scriptoris voluntas potest; videte ne multo indignius sit, id re et iudicio vestro mutari, quod ne verbo quidem commutari potest. Ac de inductione quidem satis in praesentia dictum videtur.

Nunc deinceps ratiocinationis vim, et naturam consideremus.

CAP. XXXIV. Ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum et per se cognitum, sua se vi et ratione confirmet. Hoc de genere qui diligentius considerandum putaverunt, cum idem usu dicendi sequerentur, paullulum in praecipiendi ratione dissenserunt. Nam partim quinque eius partes esse dixerunt, partim non plus, quam in tres partes posse distribui putaverunt. Eorum controversiam non incommodum videtur

---

Si iudices, id] Leid. II. *si ergo iud. id.* OUD.

Si quis reip. causa] Desunt *si quis* Ed. Omnib. OUD.

Et sapientia] Vid. Gronov. ad Lib. III. ad Herenn. cap. 15. BURM. *A vest. religione et sapientia.* Voss. II. *a. v. r. et a s.* OUD.

Quod ergo adscribi] Ed. Omn. *q. e. scribi.* OUD.

Id sequi q. adscriptum sit] Ed. Omn. *id assequi.* Leid. I. *q. scriptum sit.* OUD.

Rectumne vobis videtur] Imo *rectum vobis videatur*, ut est in duobus scriptis, et editis ante Lambinum, quantum scio, omnibus. GRON. MSS. O. et Edd. ante Lambin. *rectum vobis videatur?* Omnino vere, nisi malis cum Leid. II. *ratum vobis videatur.* OUD.

Vestram intelligentiam] Leid. III. *v. prudentiam.* OUD.

Multo indignius] Leid. II. *multum ind.* OUD.

Ne verbo quidem] MSS. tres *nec v. q.* Mox *ac naturam* Ed. Omn. OUD.

CAP. XXXIV. *Sua se vi*] Leid. I. *sua se quasi vi.* OUD.

In praecipiendi ratione] Praepositio exsulat a Sch. OUD.

Non incommodum videtur] Leid. III. *n. inc. mihi v.* OUD.

cum utrorumque ratione exponere. Nam et brevis est, et non eiusmodi, ut alteri prorsus nihil dicere putentur, et locus hic nobis in dicendo minime negligendus videtur.

Qui putant in quinque distribui partes oportere, aiunt primum convenire exponere summam argumentationis, ad hunc modum: melius adcurantur, quae consilio geruntur, quam quae sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps rationibus variis, et quam copiosissimis verbis adprobari putant oportere, hoc
358 modo: Domus ea, quae ratione regitur, omnibus instructior est rebus, et adparatior, quam ea, quae temere, et nullo consilio administratur. Exercitus is, cui praepositus est sapiens et callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quam is, qui stultitia et temeritate alicuius administratur. Eadem navigii ratio est; nam navis optime cursum conficit ea, quae scientissimo gubernatore utitur.

Cum propositio sit hoc pacto adprobata, et duae partes transierint ratiocinationis, tertia in parte aiunt, quod

---

Nobis in dicendo] Deest *nobis* Leid. II. Oud.

Distribui partes] *Tribui p.* Leid. III. Oud.

Melius accurantur] *Ea* additur in Leid. III. Oud.

Pr. partem numerant] Leid. I. *pr. p. enumerant.* Oud.

Approbari p. oportere] Ultimum verbum abest Leid. III. Oud.

Ratione regitur] Leid. II. *rationibus r.* Oud.

Instructior rebus] Ed. Omn. *constructior r.* Oud.

Quam ea quae temere] Leid. II. non agnoscit τὸ [v.] *ea.* Oud.

Exercitus is] Leid. I. *Exerc. vero.* Oud.

Et temeritate al. administratur] Voss. II. *et aliqua tem. al. adm.* Ed. Omn. *regitur.* Oud.

Navigii ratio] Leid. I. *navis r.* Oud.

Nam navis etc. *conficit ea, quae*] Voss. I. *navis namque* etc. *conficit, quae.* In Voss. II. etiam *navis namque.* Hinc legendum puto: *Eadem navis ratio est; namque* etc. Ne quis putet *navigii* pro *navigandi* vel *navigationis* hic positum a Cicerone: ut aliqui librarii L. IV. ad Her. c. 44. *in navigando* deformarunt *in navigio.* Si vel sic retinere quis vult *navigii*, explicet *navim*, ut in Lucret. L. V. 1004. *Improba navigii ratio tunc coeca latebat.* Consule Duker. de Latin. Ict. p. 365. Saepe pro *navigatione* etiam utitur Septimius de B. Troiano. Adi Obrechtum ad eius L. I. c. 5. Adde Lib. II. c. 4. *Namque nostros multorum dierum navigio in aliquantum exhaustos.* Sic enim MSS. plerique et Edd. Vett. L. V. c. 11. *Composita dein universa classe, ubi cuncta navigia instructa* etc. *iubent nostris peragere incepta.* In MS. Periz. *navigiis.* Ed. Obr. *navigio.* Lego *navigii*, sive *navigationis*, ut L. II. c. 10. *mare navigii patiens*, ubi in Voss. *navigio.* L. IV. c. 16. *urgente navigii tempore.* Pro *nostris* ibidem e MSS. Periz. Voss. aliisque lege *nostros.* Oud.

Cum propositio] Voss. I. *Cum igitur prop.* Oud.

Duae p. transierint] MSS. O. *d. p. transierunt.* Oud.

ostendere velis, id ex vi propositionis oportere adsumere, hoc pacto: nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus, administratur. Huius adsumtionis quarto in loco aliam porro inducunt adprobationem, hoc modo: Nam et signorum ortus et obitus definitum quemdam ordinem servant, et annuae commutationes, non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt; verum ad utilitates quoque rerum omnium sunt adcommodatae, et diurnae, nocturnaeque vicissitudines, nulla in re umquam mutatae quidquam nocuerunt. Quae signo sunt omnia, non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Quinto inducunt loco complexionem eam, quae aut id infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: Consilio igitur mundus administratur: aut unum in locum cum conduxerit breviter propositionem et adsumtionem, id adiungit, quod ex his conficiatur, ad hunc modum: Quod si melius geruntur ea, quae consilio, quam quae sine consilio administrantur: nihil autem omnium rerum melius administratur, quam omnis mundus; consilio igitur mun- 359
dus administratur. Quinquepertitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem.

Id ex vi prop.] Deest pronomen Leid. I. OUD.

Melius q. o. m. administratur] Ed. Omn. *consilio melius* etc. Voss. II. Leid. III. *melius consilio* etc. cum Victorino p. 173. OUD.

Inducunt approbationem] Voss. I. *ind. orationem*. OUD.

Ordinem servant] Leid. III. *ord. tenent*. OUD.

Quadam ex necessitate] Deest praepositio Ed. Omn. *necessitudine* Leid. II. OUD. Paullo ante post vv. *annuae commutationes* interponit Sch. verba, quae post v. *accommodatae* leguntur: *et diurnae nocturnaeque vicissitudines*. Quod non secutus est Orell. *L.*

Nulla in re unquam mutatae quidquam nocuerunt] Sch. a m. I. Leid. II. *nulli naturae*. Dein in eodem Leid. *quoque commutatae noc. quidq.* A Voss. I. abest *quidquam*. Latet quid. OUD. *Nec ulla in re* scripsit Sch. de coniectura. In B. est: *in nulla re parte unquam*. *L.*

Signo sunt omnia] Suprascr. in Voss. I. *signa s.* OUD.

Aut id infert] Pronomen abest Leid. II. OUD.

Omnibus partibus cogitur] Quidam legendum existimant, *colligitur*. Ego nihil muto. Sic enim et alibi loquitur: et ex Graeco expressum est, *συνάγεται*. LAMB. Leid. II. III. *colligitur*, e Glossa. OUDENDORP.

Mundus administratur] Sch. *mundus hic adm.* OUD.

Propositionem et assumtionem] Sch. Leid. III. *ex propositione et assumtione*. Lege *et prop. et ass.* OUD.

Id adiungit, quod ex his conficiatur] Deest *id* Sch. Leid. I. III. Voss. II. Ed. Omnib. *quid* Sch. Leid. I. Optime. OUD. Omisso v. *id* Sch. scripsit: *adiungit quid ex h. c.* idque probat ex Quinctil. Instt. oratt. V, 14. *L.*

Quae sine consilio] Leid. I. caret relativo. OUD.

CAP. XXXV. Qui autem tripertitam esse dicunt, ii non aliter putant tractari oportere argumentationem, sed partitionem horum reprehendunt. Negant enim neque a propositione, neque ab adsumtione adprobationis earum separari oportere, neque propositionem absolutam, neque adsumtionem sibi perfectam videri, quae adprobatione confirmata non sit. Quare quas illi duas partes numerant, propositionem et adprobationem, sibi unam partem videri, propositionem: quae si adprobata non sit, propositio non sit argumentationis. Item, quae ab illis adsumtio, et adsumtionis adprobatio dicitur, eamdem sibi adsumtionem solam videri. Ita fit, ut eadem ratione argumentatio tractata, aliis tripertita, aliis quinquepertita videatur. Quare evenit, ut res non tam ad usum dicendi pertineat, quam ad rationem praeceptionis.

Nobis autem commodior illa partitio videtur esse, quae in quinque partes distributa est, quam omnes ab Aristotele et Theophrasto profecti, maxime secuti sunt. Nam quemadmodum illud superius genus argumentandi, quod per inductionem sumitur, maxime Socrates, et Socratici tractaverunt: sic hoc, quod per ratiocinationem expolitur, summe est ab Aristotele, atque a Peripateticis, et Theophrasto frequentatum; deinde a rhetoribus iis, qui elegantissimi atque artificiosissimi putati sunt. Quare autem nobis illa magis partitio probetur, dicendum videtur, ne temere secuti putemur: et breviter dicendum, ne in

---

CAP. XXXV. *Tripartitam e. dicunt*] Leid. III. *tr. e. putant.* Oudendorp.

Confirmata non sit] Leid. III. *firmata n. s.* Oud.

Quas illi duas p. numerant] Sch. Voss. II. *q. i. d. p. numerent.* Recte, ut mox in seqq. verbis. Oud.

Adsumtionis adprob. dicitur] MSS. O. *ads. adp. dicatur.* Quod non mutari debuerat. Oud.

Quemadmodum illud superius genus] Leid. II. *quod;* duae ultimae voces desunt Voss. II. Oud.

Socratici tractaverunt] Si sane omnes editi. Sed in scriptis tamen melioribus reperio esse vel *tractarunt*, vel *pertractarunt*. Gron. Sch. *tractarunt.* Leid. II. *pertractarunt.* Bene Ed. Omn. *pertractaverunt.* Oud. *Pertractarunt* scripsit Sch. *Tractarunt* scripsit Orell. e Cod. Turic. *Tractaverunt*, ut vulgo, est in B. *L.*

Per rat. expolitur] Leid. I. *p. r. exponitur.* Oud.

Atque a Perip. et Theophr.] Leid. III. *et a Perip. atque Th.* Oud. Scripsit Sch. ex Victorino: *ab Aristotele et Theophrasto atque a Peripateticis.* Vulgatam retinuit Orell. Victorinus habet: *ab Aristotele et Theophrasto vel Peripateticis.* Idem paullo ante: *ab Aristotele et Theophrasto.* *L.*

huiusmodi rebus diutius, quam ratio praecipiendi postulat, commoremur.

CAP. XXXVI. Si quadam in argumentatione satis est uti propositione, et non oportet adiungere adprobationem propositioni; quadam autem in argumentatione infirma est propositio, nisi adiuncta sit adprobatio; separatum quiddam est a propositione adprobatio. Quod enim adiungi et separari ab aliquo potest, id non potest idem esse, quod est id, ad quod adiungitur, et a quo separatur. Est autem quaedam argumentatio, in qua propositio non indiget adprobatione; et quaedam, in qua nihil valet absque adprobatione, ut ostendemus. Separata est igitur a propositione adprobatio. Ostendemus autem id, quod polliciti sumus, hoc modo: Quae propositio in se quiddam

---

In huiusm. r. etc. postulat, commoremur] Leid. III. *hui. in r.* Leid. II. *postulat.* Idem cum III. *immoremur.* Nec male. Oud.

CAP. XXXVI. *Nisi adiuncta sit adpr.*] Leid. III. *si non.* Sch. Voss. II. *est.* Oud.

Separatum quiddam est] Sch. Leid. I. III. *separata est quidem,* ut paullo post. In aliis *est quidd.* Ed. Omn. *separata est quadam.* Vide infra. Oud.

Adiungi et separari] Sch. Voss. I. II. Leid. II. III. *et adiungi et sep.* Rectius omnino. Oud.

Ad quod adiungitur] Sch. Leid. I. II. *ad q. iungitur.* Oud.

Indiget approbatione] Leid. III. *ind. adprobationis.* Vice versa occurrit infra. Oud.

Et quaedam] Schol. *sed q.* supr. *et.* Voss. I. *et est q.* Leid. I. *sed q.* Voss. II. *sed et q.* Leid. III. *quaedam autem.* Puto simpliciter a Cicerone relictum *quaedam.* Oud.

Absque adprobatione] MSS. omnes dant cum Ed. Omnib. *sine adprob.* Ac nullus dubito, quin et alii viri docti invenissent suis in Codicibus, si adtentissent. Quis hoc primus mutaverit, nescio: perperam sane. *Absque* eo sensu Ciceronis aevo non erat Latinum. Vide me ad Lucan. L. VI, 152. Heinsii Advers. p. 145. quo in loco mire hallucinatur Withov. in Encaen. p. 142. Frustra igitur Cellarius in Cur. post. c. 5. protulit hunc locum, ut probet *absque* pro *sine* fuisse tunc in usu, subiecitque alterum Lib. I. ad Attic. Ep. 10. *Nullam a me epistolam ad te sino absque argumento ac sententia pervenire.* Sed quovis pignore contendere velim, in menda eum locum per verbum *sino* cubare. Pro *sine* male etiam *absque* suppletum fuit in Inscriptione Claudio Imp. dedicata apud Fabrett. p. 726, 728. Inscript. Oud. Sch. et Orell. ex omnibus Codicibus dederunt *sine appr.* id quod etiam in Codd. BT. diserte scriptum est. Non legitur apud Cic. praepositio *absque.* Cf. quae notavi ad Plauti Capt. VIII, 5, 96. *L.*

Ut ostendemus] Sch. *ut ostendimus.* Oud.

Ostendemus autem id] Sic Leid. III. In ceteris et Ed. Omnib. *ostendetur a. id.* Oud.

continet perspicuum, eo quod constare inter omnes necesse est, hanc velle adprobare et firmare nihil adtinet.

Ea est huiusmodi: Si, quo die ista caedes Romae facta est, ego Athenis eo die fui, interesse in caede non potui. Hoc quia perspicue verum est, nihil adtinet adprobari. Quare adsumi statim oportet, hoc modo: Fui autem Athenis eo die. Hoc si non constat, indiget adprobationis: qua inducta, complexio consequetur: Igitur in caede interesse non potui. Est igitur quaedam propositio, quae non indiget adprobatione. Nam esse quamdam, quae indigeat, quid adtinet ostendere, quod cuivis facile perspicuum est? Quod si ita est, ex hoc, et ex eo, quod proposueramus, hoc conficitur, separatum esse quiddam a
361 propositione adprobationem. Si autem ita est, falsum est non esse plus, quam tripertitam argumentationem.

Simili modo liquet alteram quoque adprobationem separatam esse ab adsumtione. Nam si quadam in argu-

---

Eo quod constare] MSS. O. Ed. Omn. *et quod stare.* Sane non mutandum fuerat *et.* p. 361. *non enim perspicua est neque constat inter omnes.* Forsan et hic delendum *quod*, ac leg. *et constare.* Oud.

Et firmare nihil adtinet] vid. Gronov. ad Lib. III. ad Herenn. cap. XI. Voss. I. et m. II. Sch. *adp. et affirmare.* Voss. II. Leid. I. *adp. et confirmare.* Ed. Omn. *et adprobare et affirmare.* Oud.

Ea est huiusmodi] Verbum abest Voss. II. *Ea est hoc modo* Sch. Oud.

Nihil adt. adprobari] Voss. I. Leid. I. *n. ad. adprobare.* Oud.

Indiget adprobationis] Voss. I. *ind. adprobatione.* Oud.

Complexio consequetur] Leid. II. *c. sequitur.* Voss. I. Leid. I. III. Ed. Omn. *c. consequitur.* Oud.

Igitur in caede interesse non potui] Non agnoscunt haec Sch. Voss. II. Ed. Omnib. Oud.

Est igitur q. prop.] Sch. *est autem q. propos.* Oud.

Quae non indiget adprob.] Sch. Leid. I. *q. n. indigeat adp.* Oudendorp.

Nam esse quandam] Uterque scriptus *nam esse quidem quandam*, ut fuit in primis editionibus. Gron. MSS. O. Ed. Omn. *n. e. quidem quamdam, q. indigeat.* Voss I. *indiget.* Oud.

Quod proposueramus] Desunt Leid. III. Oud.

Separatum esse quiddam] In MSS. O. Ed. Omn. *separatam.* Sch. *s. e. quidem quamdam.* Sed vulgaris lectio est in Marg. ab eadem manu. Voss. II. Ed. Omn. *quamdam.* Leid. I. III. Voss. I. *quidem.* Vide supra, sed et infra. Oud.

Si autem ita est] Leid. II. III. *sin a. i. e.* Oud.

Simili modo liquet etc.]. MSS. O. Ed. O. *sim. m. licet.* Quomodo saepe praesertim in praeterito hoc verbum exaratur in vetustissimis libris, ut apud Ciceronem Lib. I. de N. D. c. 42. *cui neutrum liquerit.* MSS. tres Leidd. optimi dant *licuerit.* Vide Priscianum L. IX. p. 865. et Davis. Eodem sensu MSS. O. et Edd. Solini c. XIX. *licuit* per *compertum est* praebent; quod non intellexerunt

mentatione satis est uti adsumtione, et non oportet adiungere adprobationem adsumtioni; quadam autem in argumentatione infirma est adsumtio, nisi adiuncta sit adprobatio: separatum quiddam est extra adsumtionem adprobatio. Est autem argumentatio quaedam, in qua adsumtio non indiget adprobationis, quaedam autem, in qua nihil valet sine adprobatione, ut ostendemus. Separata est igitur ab adsumtione adprobatio. Ostendemus autem id, quod polliciti sumus hoc modo:

Quae perspicuam omnibus veritatem continet adsumtio, nihil indiget adprobationis. Ea est huiusmodi: Si oportet sapere, dare operam philosophiae convenit. Haec propositio indiget adprobationis: non enim perspicua est, neque constat inter omnes, propterea quod multi nihil prodesse philosophiam, plerique etiam obesse arbitrantur. Adsumtio perspicua est, haec: Oportet autem sapere. Hoc

---

Interpretes, et hinc pro *perveniri, penetrari, pertendi*, ut est in antiquissimo MS. Leid. et aliis, ediderunt *pervenire, penetrare, pertendere.* Quod est falsissimum. Docet veritatem Plinius L. VI. c. 17. *Adiecit Varro, Pompeii ductu exploratum etc.* Quem locum Solinus ob oculos habuit. Loca sunt longiora, quam ut hic describi queant. Inepte hic Leid. III. *licet* etc. *ab ads. considerare.* OUDENDORP.

Nam si quadam in argumentatione] Istud otiosum *nam* dele, auctoribus MSS. O. et Ed. Omnib. A Sch. m. I. desunt quoque *quadam in argum.* et plane a Voss. I. Sed et in Leid. I. ponuntur post *adsumtione.* OUD.

Et non oportet] Deest *non* Leid. III. OUD.

Quadam autem in arg.] Sch *si quadam* etc. OUD.

Ab adsumtione approbatio] Sch. a m. I. *a probatione adsumtio.* OUD.

Id quod polliciti sumus] Exulat *id* a MSS. O. Ed. Omnib. Vv. *Ostendemus autem id — Ea est huiusmodi* et interposita eiecit Sch. ut ineptissimum emblema. Retinuit Orell. excusatione nulla adiecta. Sch. cur eiecta illa voluerit, caussam addidit hanc: *exemplum quod proxime sequitur, non est assumptionis, sed propositionis exemplum.* L.

Perspicuam omnibus] Ed. Omn. *p. in omnibus.* OUD.

Ea est huiusmodi] Sch. *ea e. hoc modo.* OUD.

Si oportet sapere] Atqui uterque noster scriptus *si oportet velle sapere.* Mox etiam *ex hisce omnibus.* Tum *oportet ut emanet.* GRON. *Si oportet sapere.* Sic alii legunt; in his Aldus; et paullo post, *oportet autem sapere*, sine verbo *velle.* BRUT. *Velle* h. l. et in seqq. in assumptione addidit Sch. secutusque est Orell. qui e Cod. Turic. scripsit: *Si oportet velle sapere.* Hoc loco exhibet v. *velle* etiam Cod. B. *L.*

Adsumtio perspicua est haec: Oportet autem sapere] MSS. O. *adsumtio est pers.* vel *persp. est. Est enim haec.* etc. Nisi quod in Sch. a m. I. sit *adsumtio perspicua. Est enim haec.* Bene, ut opinor, si deleas *autem* cum sequente hic confusum. In Ed. Omn.

autem quia ipsum ex re perspicitur, et verum esse intelligitur, nihil adtinet adprobari. Quare statim concludenda est argumentatio: Igitur dare operam philosophiae convenit. Est ergo adsumtio quaedam, quae adprobationis non indiget. Nam quamdam indigere perspicuum est. Separata est igitur ab adsumtione adprobatio. Falsum ergo est, non esse plus quam tripertitam argumentationem.

CAP. XXXVII. Atque ex his illud iam perspicuum est, esse quamdam argumentationem, in qua neque pro-
862 positio, neque adsumtio indigeat adprobationis, huiusmodi, ut certum quiddam, et breve, exempli caussa, ponamus: Si summopere sapientia petenda est, summopere stultitia vitanda est. Summo autem opere sapientia petenda est: summo igitur opere stultitia vitanda est. Hic et adsumtio, et propositio perspicua est: quare neutra quoque indiget adprobatione. Ex his omnibus illud perspicuum est, adprobationem tum adiungi, tum non adiungi. Ex quo cognoscitur, neque in propositione, neque in adsumtione contineri adprobationem, sed utramque suo loco positam, vim suam, tamquam certam et propriam obtinere. Quod si ita est, commode partiti sunt illi, qui in quinque partes distribuerunt argumentationem.

Quinque sunt igitur partes eius argumentationis, quae per ratiocinationem tractatur. Propositio, per quam locus

---

ads. perspicua est. Etenim hoc oportet ante sapere. Velle suprasc. in Sch. ante *sapere*. Oud. *Oportet autem velle sapere* scripserant Sch. et Orell. *Velle* est in Cod. Turic. in B. hoc loco deest. Cf. supra. *L.*

Hoc autem quia ipsum] Deest *autem* Leid. II. III. Oud.

Igitur dare operam phil. convenit] Carent his Sch. Voss. I. II. Ed. Omnib. Oud.

Falsum ergo est] Ed. Omn. *f. est igitur*. Oud.

CAP. XXXVII. *Atque ex his*] Leid. III. *at ex his*. Oud.

Neque propositio] Vide Gron. supra ad cap. X. Burm. Sch. *nec propos. neque adsumtio*. Bene. Oud.

Summopere h. p. e. summopere] Utrobique Leid. II. *summo opere*. Oud. Utrobique *summo opere* Cod. B. Quod autem hoc eodem sensu scribitur *summo igitur opere*, *summo autem opere*, ubi ex nostra sententia *summopere* unam efficit vocem, id non contra nos pugnat, ut putat Orellius. Eodem enim modo nemo non scribit *quomodocunque*; sed tamen inveniuntur: *quo cunque modo*, *quo enim cunque modo* et sic alia multa. *L.*

Ex his omnibus illud] MSS. O. et Ed. Omn. *ex hisce o. i.* Cur id mutarunt? Oud.

Non adiungi] Leid. II. *separari*. Oud.

In quinque partes distribuerunt] Sch. *quinque partibus d.* Leid. II. *distribuunt*. III. *tribuerunt*. Oud.

Eius argumentationis] Leid. II. *illius arg.* Oud.

is breviter exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet ratiocinationis. Propositionis adprobatio, per quam id, quod breviter expositum est, rationibus adfirmatum, probabilius et apertius fit. Adsumtio, per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, adsumitur. Adsumtionis adprobatio, per quam id, quod adsumtum est, rationibus firmatur. Complexio, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur. Quae plurimas habet argumentatio partes, ea constat ex his quinque partibus. Secunda est quadripertita. Tertia tripertita. Dein bipertita, quod in controversia est.

CAP. XXXVIII. De unaquaque parte potest alicui videri posse consistere. Eorum igitur, quae constant, ex- 863
empla ponemus: horum, quae dubia sunt, rationes adferemus.

Quinquepertita argumentatio est huiusmodi: Omnes leges iudices ad commodum reipublicae referre oportet, et eas ex utilitate communi, non ex scriptione, quae in literis est, interpretari. Ea enim virtute et sapientia ma-

---

Vis omnis oportet emanet r.] Sch. Leid. II. *vis o. oportet ut emanet.* Voss. I. *vis o. emanet oportet.* Supervacua credo *oportet ut.* OUD.

Propositionis adprobatio] Prima vox Sch. Voss. I. II. Leid. II. Ed. Omn. deest. in Voss. I. *adprob. est.* OUD.

Rationibus adfirmatum] Ed. Omn. *r. adprobatum.* OUD.

Rationibus firmatur] In Sch. *r. affirmatur.* Voss. II. Leid. II. *r. confirmatur.* OUD.

Plurimas habet] Leid. III. *plures h.* et mox *ex quinque p.* OUDENDORP.

Dein bipertita] Sic Sch. In ceteris et Ed. Omn. *Deinde bipertita* vel *bipartita.* OUD.

Quod in controversia est] Absunt Sch. a m. I. OUD.

CAP. XXXVIII. *De una quoque parte* etc.] Sic restitui hunc locum, partim auctoritate codicum manuscr. fretus, partim coniectura ductus, movit me postremo ut ita reponerem, locus simillimus infra, ibi: *Si qui autem ex una quoque parte*, etc. LAMB. Ita olim impressi; recedunt Pall., posteriores interseruere: *potest etc. argumentationem posse consistere.* Sunt etiam qui *quaque* mutarunt in *quoque.* GRUT. Male habent impressi, *de unaquaque parte.* Tu lege, *de una quoque parte*, tum rationi assensus, tum veterum codicum auctoritati. Ita quidem Victorius olim, et hoc tempore Lamb. edidit. BRUT. Sch. Voss. I. II. Leid. I. et Lamb. *de una quoque parte.* Forsan *dein una quoque p.* Mox *argumentationem posse cons.* Leid. II. OUD.

Eorum igitur, q. constant, ex. pon. Horum etc. *adf.*] MSS. O. excepto Leid. III. dant *consistant.* In Ed. Omnib. inverso ordine exhibetur: *Eorum generum quae dubia s. rationes adferemus. Horum, quae consistunt ex. ponemus.* OUD.

Ad comm. reip. referre op.] Voss. I. II. Ed. Omn. *referri.* OUD.

iores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis nihil sibi aliud, nisi salutem, atque utilitatem reipublicae proponerent. Neque enim ipsi, quod obesset, scribere volebant: et, si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant. Nemo enim leges legum caussa salvas esse vult, sed reipublicae, quod ex legibus omnes rempublicam optime putant administrari. Quam ob rem igitur leges servari oportet, ad eam caussam scripta omnia interpretari convenit: hoc est, quoniam reipublicae servimus, ex reipublicae commodo atque utilitate leges interpretemur. Nam ut ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectet, quoniam eius caussa est instituta; sic a legibus nihil convenit arbitrari, nisi quod reipublicae conducat, proficisci, quoniam eius caussa sunt comparatae.

Ergo in hoc quoque iudicio desinite literas legis perscrutari, et legem, ut aequum est, ex utilitate reipublicae considerate. Quid enim magis utile Thebanis fuit, quam Lacedaemonios opprimi? Cui rei magis Epaminon-
364 dam, Thebanorum imperatorem, quam victoriae Thebanorum, consulere decuit? Quid hunc tanta Thebanorum

---

Salutem, atque utilit. reip.] Sch. Ed. Omn. *sal. et util. r.* Oud.

Repudiatum iri legem] Abest *iri* a Leid. II. *legem* a Voss. I. Oudendorp.

Ex legibus omnes rempubl.] Vulgata *resp.* sed praeter Pall. et Grevenb. imo et edd. priscas, in quibus *omnem rempublic.* Grut. Voss. I. II. Leid. II. *ex l. omnibus r.* Ed. Omn. *ex l. omnem r.* Oudendorp.

Atque utilitate leges interpret.] Sch. a m. I. *et ut.* dein in nullo MS. praeter Voss. I. videas *leges*, neque in Ed. Omn. nec sane est necessaria vox. Oud. Vv. *Hoc est, quoniam reipublicae servimus, ex reip. commodo atque utilitate leges interpretemur,* tanquam a glossatore hic olim inculcata eiecit Sch., recte, ut opinor. Retinuit Orell. ineptum glossema. *L.*

Considerate. Quod hic fecit. quid enim] Haec verba *quod hic fecit* absunt a tribus codicibus manuscr. ego tamen ea mihi retinenda existimavi. Si quis vero delenda putabit, ita erit deinceps legendum: *Quid autem magis*, etc. quam lectionem putaverim esse rectam, et antiquam. Lamb. Editi nuper, *considerate, quod hic fecit. Quid enim.* quomodo nulli scripti, quos Lambinus consuluit, nulli Palatini, nullus Gulielmianus: sed nec conspicitur in editione veterrima, imo ne quidem in Stephaniana anni XLIV. Grut. Exsulat *enim* a Sch. Voss. II. Leid. III. In Victorino p. 175. *Considerate quid magis utile* etc. Oud.

Cui rei magis Epaminondam] Recepit istud Lambinus, sed ex libro aliquo. Sic certe Pal. sec. Vulgo: *Quid magis Epam.* Grut. Voss. I. Leidd. O. Ed. Omn. *quid m.* Sch. Voss. II. *Et quid m.* F. *Ecquid* vel *Eccui rei m.* Oud.

gloria, tam claro atque exornato tropaeo carius, aut antiquius habere convenit? Scripto videlicet legis omisso, scriptoris sententiam considerare debebat. Atque hoc quidem satis consideratum est, nullam esse legem, nisi reipublicae caussa scriptam. Summam igitur amentiam esse existimabat, quod scriptum esset reipublicae salutis caussa, id non ex reipublicae salute interpretari. Quod si leges omnes ad utilitatem reipublicae referri convenit, hic autem saluti reipublicae profuit; profecto non potest eodem facto et communibus fortunis consuluisse, et legibus non obtemperasse.

CAP. XXXIX. Quatuor autem partibus constat argumentatio, cum aut proponimus, aut adsumimus sine adprobatione. Id facere oportet, cum aut propositio ex se intelligitur, aut adsumtio perspicua est, et nullius adprobationis indiget. Propositionis adprobatione praeterita, quatuor ex partibus argumentatio tractatur ad hunc modum: iudices, qui ex lege iurati iudicatis, legibus obtem-

---

Atque exornato tropaeo] Sic legendum, non *trophaeo*; est enim nomen Graecum τρόπαιον, παρὰ τὸ τρέπειν, a Latinis usucaptum, neque est quod quisquam mihi dicat, Latinos addere adspirationem, ut dicant *trophaeum*, cum Graeci efferant *tropaeum*. Quamobrem enim non item efferunt *trophus* cum adspiratione, sed *tropus*, cuius eadem origo est? Eodem errore dicunt vulgo *Bosphorus*, cum sine dubio *Bosporus* sit et scribendum et pronuntiandum, ut alibi ostendimus. LAMB. *Quid hunc tanta Theb. gloria, t. cl. atque ex. tr. carius aut ant. habere conv.* Deest *hunc* Leid. III. *nunc* Voss. II. *hac* Voss. I. *hoc* Sch. suprasc. *huic sc. Epaminondae.* Tum *tantum* Leid. II *tantae Th. gloriae* Sch. *et ex.* Sch. *quam ex.* Ed. Omn. *clarius* Leid. II. *atque ant.* Sch. Voss. I. Leid. II. III. *haberi* Sch. OUD.

Carius aut antiquius] Solius hoc Gruteri est, quantum vestigare licet, quum in omnibus eum antecedentibus legatur *carius atque antiquius*, unde Nizolius citet *nihil carius, nihil antiquius.* GRONOV.

Atque hoc quidem etc.] Lambinus, *At hoc quidem.* Olim cusi, *Atque hoc idem.* Pal. pr. *Ac hoc quidem* sec. *Adhuc quidem*, quod ultimum placet. Nam tert. luxuriatur, in quo, *Ac per hoc quidem.* GRUT. *At hoc* Leidd. O. Voss. II. et Sch. a m. I. *ad hoc* Voss. I. i. e. praeterea. *at hoc idem* Ed. Omn. OUD.

Quod scriptum esset reip.] Vox *salutis* non reperitur in duob. libr. manuscr. In uno supra scripta est, alia manu. LAMB.

Leges omnes ad util. r. referri conv.] Deest *omnes* Leid. III. *referri* Ed. Omn. OUD.

Eodem facto] Leid. II. III. et Var. lect. Sch. *e pacto.* OUD.

CAP. XXXIX. *N. adprobationis indiget*] Leid. II. *n. probationis indigens.* OUD.

Qui ex lege iurati iudicatis, legibus etc.] Habet Lambinus, *lege iurati estis, legibus* etc. inepte, praeterque omnes libros. GRUT.

865 perare debetis. Obtemperare autem legibus non potestis, nisi id, quod scriptum est in lege, sequamini. Quod enim certius legis scriptor testimonium voluntatis suae relinquere potuit, quam, quod ipse magna cum cura, atque diligentia scripsit? Quod si literae non exstarent, magnopere eas requireremus, ut ex his scriptoris voluntas cognosceretur; nec tamen Epaminondae permitteremus, ne si extra iudicium quidem esset, ut is nobis sententiam legis interpretaretur, nedum nunc istud patiamur, cum praesto lex sit, non ex eo, quod apertissime scriptum est, sed ex eo, quod suae caussae convenit, scriptoris voluntatem interpretari. Quod si vos, iudices, legibus obtemperare debetis, et id facere non potestis, nisi quod scriptum est in lege, sequamini, quid caussae est, quin istum contra legem fecisse iudicetis?

Adsumtionis autem adprobatione praeterita, quadripertita sic fiet argumentatio: Qui saepenumero nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debe-

---

Nisi id quod scriptum est] *Tò id* vulgo omitti, sed in suis legi monet Cort. ad Plin. Lib. II. Epist. 9. *Id* male deest Ed. Omn. *sequimini* Sch. Oud.

Cognosceretur] Leid. II. *recogn.* Oud.

Epaminondae permitteremus] Voss. I. *Epaminondam p.* Oud.

Nisi extra iudicium quidem esset] In omnibus fere vulgatis eodem modo ita legitur. Aldus, ut iam olim Leonic. ediderat, *nisi extra iudicium quid esset.* In duobus manuscriptis, ut emendavit Manutius, *et, ne si extra iudicium quidem esset*, quam lectionem probat Lambinus, nos sequuti sumus. Ita enim prorsus est legendum. Brut. Sch. Leid. I. III. Voss. II. *nisi extr. i.* Ed. Omn. *nisi extra i. quid esset.* Oud.

Nedum nunc istud patiamur] Sic quidem omnes prorsus editi, quos consului, quum tamen sermo sit defectus, quem videbis eximie integrari, si reposueris *istum*, prout est in utroque scripto. Gron. Abest *nunc* a Leid. I. *hunc* Voss. II. Vere vidit Gronovius e suis MSS. legendum esse *istum*. Confirmant id omnino nostri omnes. Oud. *Nedum nunc istum patiamur* exhibet B. Sic etiam T. Dederunt ita Ern., Lallemand., Sch., Orell. recte. *L.*

Nisi quod scr. in l. e. sequamini] Sic Sch. a m. I. Sed MSS. reliqui et Cort. ad Plin. L. II. Ep. 9. *nisi id quod.* Rectissime, ut supra et sexcenties. Oud. *Nisi id quod* BT. atque ita ediderunt Sch. et Orell. *L.*

Quid caussae est, quin istum, etc.] Duo libri manuscripti habent: *quid dubitatis, quin istum*, etc. Lamb. Sch. *non oportet dubitare q.* etc. MSS. ceteri quinque et aliorum nonnulli cum Ed. Omnib. *Quid dubitatis, quin* etc. Tum *iudicatis* Voss. I. Oud.

Quadripertita sic fiet arg.] Prima vox deest Ed. Omnib. *fiat* Leid. II. Oud.

Or. fidem habere non deb.] Leid. I. *or. nos fid.* etc. Voss. II. *fid. adhibere.* Oud.

mus. Si quid enim perfidia illorum detrimenti acceperimus, nemo erit, praeter nosmet ipsos, quem iure accusare possimus. Ac primo quidem decipi incommodum est: iterum, stultum: tertio, turpe. Karthaginienses autem persaepe iam nos fefellerunt. Summa igitur amentia est in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis.

Utraque adprobatione praeterita tripertita fit, hoc pacto: Aut metuamus Karthaginienses oportet, si incolumes eos reliquerimus; aut eorum urbem diruamus. Ac metuere quidem non oportet.

CAP. XL. Restat igitur, ut urbem diruamus. Sunt 366
autem qui putant nonnumquam posse complexione et oportere supersederi, cum id perspicuum sit, quod conficiatur ex ratiocinatione. Quod si fiat, bipertitam quoque fieri

---

Primo quidem etc. *tertio t.*] Leid. III. *primum* etc. Leid. I. *tertium t.* Oud.

K. autem persaepe iam] Ed. Omn. *C. vero p. i.* Abest *iam* a Leid. III. Oud.

In eorum fide spem habere] Leid. III, Ed. Om. *in e. fidem spem h.* uti et Cap. XL. Oud.

Quorum perfidia] Suprasc. in Sch. *q. per fiduciam.* Oud.

Hoc pacto] Leid. III. *hoc modo.* Oud.

Ac metuere] Voss. I. Leidd. O. Ed. Omnib. *at metuere.* Oud.

Sunt autem qui putant] Varie hic locus legitur in vulgatis et manuscriptis. Alii ita habent, in his unus Gryph. vetustissimus, et alter recentior. *Sunt autem qui putant nonnumquam posse complexione, et oportere supersederi.* Ab iis stat Ald. Victor. et Manutius, qui sic ediderunt. Lamb. ita legit: *Sunt autem qui ita putant, nonnumquam posse conclusione supersederi.* Cui unus meus manuscriptus suffragatur, in quo utroque modo legi posse significatur, ad vocem illam, *complexione*, superne posita, *conclusione.* Brut. *Sunt autem, qui putant nonnunquam conclusioni supersederi cum id* B. *Putant* Codd. omnino omnes. *Putent* Ern. e coniectura, quam probavit Beier. ad Offic. Tom. I. p. 11. Recepit hoc Orell. Falso. *Sunt qui putant* et *sunt qui putent* utrumque dicitur. *Sunt qui putant* est: *Putant quidam;* nolo dicere, qui sint, sed certo scio. *Sunt qui putent* est: *Fortasse putant quidam;* nescio, qui sint, nec certo scio, id ipsum quo modo putent. Certe in his codicum consensus non negligendus est. *L.*

Posse complexione et oportere supersederi] Illud *et* interposui suasu Pall. omnium, neque aliter etiam editio Rob. Stephani. Victorius: *posse complexione supersedere opportune.* Lambinus *oportere* totum delevit. Ita scilicet fit, cum abitur a mss. Grut. Deest *posse* Voss. I. *non posse* Leid. II. *complexionem* Sch. *et* non comparet in Voss. I. II. Ed. Omn. *et oportere* non legas in Leid. I. Sch. a m. I. Quod probo cum Lambino. Oud. *Nonnumquam posse complexione supersederi* T. Atque ita dedit Orell. et Sch. *L.*

argumentationem, hoc modo: Si peperit, virgo non est; peperit autem. Hic satis esse dicunt proponere, et adsumere: quoniam perspicuum sit, quod conficiatur, complexionis rem non indigere. Nobis autem videtur et omnis ratiocinatio concludenda esse; et illud vitium, quod illis displicet, magnopere vitandum, ne, quod perspicuum sit, id in complexionem inferamus.

Hoc autem fieri poterit, si complexionum genera intelligantur. Nam aut ita complectemur, ut in unum conducamus propositionem, et adsumtionem, hoc modo: Quod si leges omnes ad utilitatem reipublicae referri convenit, hic autem saluti reipublicae profuit; profecto non potest eodem facto, et saluti communi consuluisse, et legibus non obtemperasse. Aut ita, ut ex contrario senten-

---

Argumentationem, hoc modo] Voss. I. *arg. aiunt h. modo.* Oud.

Satis esse dicunt proponere et ads.] Verbum *dicunt* exsulat a Leid. I. Sch. a m. 1. item τὸ [v.] *esse*. Sed in Voss. I. II. Leid. III. ponitur post *adsumere*. Unde insertionis fit suspectum; *propositione* Ed. Omn. Oud. *Dicunt omisit* Sch. Retinuit Orell. e Cod. T.; idem exhibet Cod. B. *L.*

Quoniam perspicuum sit quod conficiatur, complexionis etc. Habuerim quinque voces priores pro supervacuis, repetitis scilicet ex superiori clausula; quod ipsum adhuc magis detegunt libri nostri mss., in quibus: *conficiatur ex ratione, quod si fiat, complexionis* etc. quae omnia praecesserant, ut dixi. Grut. Voss. I. II. *quod conficiatur ex ratiocinatione* ceteris omissis. Quae retinet Ed. Omn. et tamen *ex ratiocinatione* addit. *rem* abest a Leid. I. III. In Sch. *quod conficiatur quoniam perspicuum sit*, eaque punctis sunt subducta: Certe verbosior est periodus, quam debet. Oud. Cod. B. ita locum exhibet: *et assumere quod conficiatur quoniam perspicuum est, conclusionis rem non indigere.* Vv. *complexionis rem non indigere* omisit Sch. uncis inclusit Orellius. Ernestio iam spuria visa sunt. Paullo post vv. *illud vitium* pariter eiecit Sch. iam Ernestio suspecta. Sed habent omnes Codices. *L.*

In complexionem inferamus] Leid. II. *in complexione i.* Oud. *Id in conclusionem inf.* B. *L.*

Poterit, si compl. gen. intelligantur] Leid. II. *potest.* Sch. Voss. I. II. Leid. III. Ed. Omn. *intelligentur.* Leid. I. *intelligantur.* Oud.

Non pot. eodem facto] Leid. II. *n. p. et eod.* Sch. Leidd. O. Ed. Omn. *pacto.* Oud.

Aut ita, ut ex contrario sententia conficiatur, hoc modo] Liber unus manuscriptus habet: *Aut contrarium conclusionis inferimus hoc modo.* Lamb. Notat Gothofredus, al. *aut contrarium conclusionis hoc modo.* Quae nescio an velit regi per praecedens verbum *conducamus*. Sed si MSStos rogemus, illi testantur id defectum esse, quum optimus illorum habeat: *aut contrarium conclusionis inferemus, hoc modo.* Mox MSSti *aut ex conductionibus aut ex contrario.* Gron. Leid. II. III. *aut contrarium conclusionis inferemus.* Sch. a m. 1. *aut ex contrario facienda est complexio.* Sch. a m. 1. *ad hunc modum.* Oud.

tia conficiatur, hoc modo: Summa igitur amentia est, in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis. Aut ita, ut id solum, quod conficitur, inferatur, ad 367
hunc modum: Urbem igitur diruamus. Aut ut id, quod eam rem, quae conficitur, sequatur, necesse est. Id est huiusmodi: Si peperit, cum viro concubuit; peperit autem. Conficitur hoc: Concubuit igitur cum viro. Hoc si nolis inferre, et inferas id, quod sequitur: Fecit igitur incestum; et concluseris argumentationem, et perspicuam fugeris complexionem.

Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet: in brevibus id solum, quod conficitur, exponere: in iis, in quibus exitus perspicuus est, consecutione uti. Si qui autem ex una quoque parte putabunt constare argumentationem, poterunt dicere, saepe satis esse hoc modo argumentationem facere: Quoniam peperit, cum viro concubuit. Nam hoc nullius neque adprobationis, neque adsumtionis, vel eius adprobationis, neque complexionis indigere. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Nam argumentatio nomine uno res duas significat, ideo, quod et inventum aliquam in rem probabile aut necessarium argumentatio vocatur, et eius inventi artificiosa expolitio.

Quando igitur proferent aliquid huiusmodi: Quoniam peperit, cum viro concubuit: inventum proferent, non expolitionem. Nos autem de expolitionis partibus loquimur.

CAP. XLI. Nihil igitur ad hanc rem ratio illa pertinebit: atque hac distinctione, alia quoque, quae videbuntur officere huic partitioni, propulsabimus, si qui aut

---

Aut ut id, quod eam rem] Leid. III. *aut ita ut id* etc. Leid. II. *eamdem rem*. Oud.

Et perspicuam fugeris complexionem] Sic legendum, *fugeris*, non *feceris*, ut quidam ediderunt: et ita habent duo libri manuscr. longe optimi. Nam et paullo ante dixit, id, quod perspicuum sit, in complexionem non esse inferendum, et id vitium esse vitandum. Lamb. *Fugeris complexionem.* Sic Leid. I. a m. I. et Leid. II. In ceteris *feceris c.* Oud.

Ex conductionibus] Leid. II. *aut c.* Oud.

Ex una quoque parte] Deest *quoque* Ed. Omn. Oud.

Nam hoc nullius] Leid. II. *n h. putabunt n.* Oud.

Neque adsumtionis vel eius adprobationis] Haec sunt in nullo MSto nec Ed. Omn. Oud. Absunt eadem a Codd. Oxonn., BT. et Victorino. Eiecerunt Sch. et Orell. *L.*

Proferent aliquid huiusmodi] Leid. III. *proferrent*. Ed. Omn. *perferunt*, et dein *proferunt*. Sch. *eiusmodi*. Oud.

CAP. XLI. *Videbuntur officere*] Voss. I. *videbantur off.* Oud.

368 adsumtionem aliquando tolli posse putent, aut propositionem. Quae si quid habet probabile, aut necessarium, quoquo modo commoveat auditorem necesse est. Quod si solum spectaretur, ac nihil, quo pacto tractaretur id, quod excogitatum esset, referret: nequaquam tantum inter summos oratores, et mediocres interesse existimaretur.

Variare autem orationem magnopere oportebit. Nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Id fieri poterit, si non similiter semper ingrediamur in argumentationem. Nam primum omnium generibus ipsis distinguere convenit orationem, hoc est, tum inductione uti, tum ratiocinatione. Deinde in ipsa argumentatione non semper a propositione incipere, nec semper quinque partibus abuti, neque eadem ratione partitiones expolire: sed tum ab adsumtione incipere licet, tum ab adprobatione alterutra, tum utraque, tum hoc, tum illo genere com-

---

Si qui etc. *putent*] Voss. I. Leid. I. III. *si quis putat* vel *putet;* sed Sch. *si qui putet.* Bene. Oud.

Commoveat audit.] Leid. II. *moveat audit.* Oud.

Solum spectaretur] Leid. I. *s. inventum sp.* II. *s. argumentum sp.* Ed. Omn. *s. spect. id quod inventum est.* Oud.

Quo pacto] Ed. Omn. *hoc p.* Oud.

Excogitatum esset] Sch. a m. l. *est excog.* Oud.

Inter summos oratores et mediocres] Verbum *oratores* abest a Pall. omn. et Grevenb. Videtur tamen necessarium. Grut. Deest *tantum* Ed. Omn. *oratores* non legas in Sch. Voss. I. II. Leid. III. pro *interesse* in Leid. I. simpliciter *esse.* Oud.

Ingrediamur in argum.] Deest praepositio Leid. III. male. Oud.

Disting. conv. orationem] Ultima vox in nullo MSto neque Ed. Omn. comparet, e superioribus intelligenda. Oud. *Orationem* omittunt T. et Oxonn. omiseruntque Sch. et Orell. Paullo post pro v. *argumentatione*, quod hic nimis infinitum, *ratiocinatione* scripsit Sch. de coniectura, quam confirmare videtur ipsi Victorinus, qui haec habet: *Propter fastidia, inquit, varia uti oratione debemus, ut nunc per inductionem argumentemur, nunc per ratiocinationem. Deinde in ratiocinationibus ut nunc quinquepartitam, nunc quadripartitam, nunc tripartitam faciamus argumentationem.* cet. *L.*

Nec semper quinque partibus abuti] *Uti*, quemadmodum legit Lamb., in uno Gryph. manuscripto habetur; ceteri et impressi et manuscr. *abuti*, praeter Leonicenum, qui habet *uti*, Ald. Victor. Manut. Lugduni, et Lutetiae excusi habent. Brut. Sch. Leid. III. *neque s.* Leid. II. *n. semp. convenit* etc. Abest *abuti* a Voss. II. *uti* Leid. II. III. Ed. Omn. Oud. *Uti* B. Paullo post *partes* pro v. *partitiones* posuit Sch. de sua coniectura, sensu postulante, ut ait. *L.*

Ab adprobatione] Leid. II. *a probatione.* Deest praep. Leid. III. Oud. Tum scripsit Sch. *tum ab utraque tum hoc* non monito lectore; *ab* vero abest ab omnibus Codd. *L.*

plexionis uti. Id ut perspiciatur, aut scribamus, aut in quolibet exemplo de iis, quae proposita sunt, hoc idem exerceamus, ut quam facile factu sit.

Ac de partibus quidem argumentationis satis nobis dictum videtur. Illud autem volumus intelligi, nos probe tenere, aliis quoque rationibus tractari argumentationes in philosophia multis, et obscuris, de quibus certum est artificium constitutum. Verum illa nobis abhorrere ab usu oratorio videntur. Quae pertinere autem ad dicendum 369
putamus, ea nos commodius, quam ceteros, adtendisse non adfirmamus, sed perquisitius et diligentius conscripsisse

---

Id ut perspiciatur, aut scribamus] Sch. *id ut et perficiatur, scribamus* supr. *videamus.* et in marg. *aut inscribamus ipsi, et nos exerceamus, aut si id piget facere.* Voss. I. Leid, III. Ed. Omn. *perspiciamus.* Oud. Verba ista omnia: *Id ut perspiciatur — quam facile factu sit* et interposita, tanquam ab interpolatore adiecta, Sch. uncis inclusit. Mire variant Codices, quorum lectiones ex seqq. collige. *L.*

Aut in quol. exemplo] Sch. caret τοῦ [v.] *aut.* Leid. II. non habet *exemplo.* Oud. *Aut in aliquo exemplo* B. *L.*

Hoc idem exerceamus] Post hoc verbum sequitur deinceps in vulgatis libris et nonnullis manuscript.: *ut quam facile factu sit.* in quibusdam aliis, *ut quam facile dictu sit, experiamur.* Hoc totum delevimus, ut alienum et supervacaneum; alioquin ita legendum erit: *id quod facile factu sit.* Supra proxime libri veteres habent: *quae posita sunt*, pro quo vulg. *quae proposita sunt.* Lamb. *Ut quam facile sit factu.* Haec verba Lamb. tollit tamquam his oratio redundet; ea varie leguntur in vulgatis, et manuscriptis libris. In quorum uno ita habetur, *de his, quae proposita sunt hoc idem exerceamus, quam facile sit factu.* In duobus Gryphii vetustiorib. sic scriptum legitur, *de iis quae proposita sunt, quam facile factu sit periclitari.* Brut. Sch. *quam id facile factu sit periclitari.* Sed vulgatum in marg. Leid. I. *facturus sit.* Leid. II. *factum s.* Voss. I. *ut quam f. f. sit, experiamur.* Contra Ed. Omn. caret τοῦ [v.] *ut.* Quid inde confici debeat, inquirant, quibus plus otii est. Oud. Assentior Schützio, haec adiectitia esse a seriore manu. *L.*

Nobis abhorrere ab usu oratorio videbitur] Vetertima impressio: *nobis ab usu oratorio visa sunt aliena.* Grev. et Pall. *nobis abh. ab usu orat. visa sunt.* Grut. MSS. tum aliorum, tum nostri omnes *abh. ab usu orat. visa sunt.* Hoc mutari non oportuerat. Ed. Omn: *illa n. ab usu orat. visa sunt aliena.* Sch. *oratoris*, non male. Oud. *Visa sunt* etiam BT. *L.*

Sed perquisitius etc.] Elegantius adversativa particula carent Sch. a m. I. et Leid. II. quam creberrime optimis auctoribus infarserunt librarii, vel indocti editores. Vide modo I. F. Gron. ad Senec. Ep. 24. et quae laudant Burm. ad Vellei. L. II. c. 72. Drakenb. ad Liv. L. VI. c. 32. Cortius ad Plin. L. II. Ep. 17. VIII, 2. Sic emendandus quoque e MSS. melioribus et Edd. Vett. Appuleius L. VIII. Met. p. 158. *Non sunt tota dentium vulnera. Lancea mali Thrasylli me tibi fecit alienum.* Non *sed lancea.* In Flor. N. 23. *pari studio, impari celeritati.* Ed. Floridi pravo *sed*

pollicemur. Nunc, ut instituimus, proficisci ordine ad reliqua pergemus.

CAP. XLII. Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut adlevatur. Haec fonte inventionis eodem utetur, quo utitur confirmatio, propterea quod, quibus ex locis aliqua res confirmari potest, iisdem potest ex locis infirmari. Nihil enim considerandum est in his omnibus inventionibus, nisi id, quod personis, aut negotiis adtributum est.

---

impari c. Atque ex hac observatione me post varias aliorum coniecturas et interpretationes arbitror indagasse veram Lucani mentem et lectionem L. I. v. 170.:

Tum longos iungere fines
Agrorum, et quondam duro sulcata Camilli
Vomere, et antiquos Curiorum passa ligones
Nolle; sub ignotis extendere rura colonis,

pro *sed extendere rura sub ign. col.* Tantummodo *longa*, quod ineptissimum erat, mutavi in *nolle.* Frequentissima illa est ellipsis Lucano, ut v. 31.:

Nulli penitus descendere ferro
Contigit; alta sedent civilis vulnera dextrae.

Sed olim iam plena manu congessi exempla ad L. II. v. 85.

Non ille favore
Numinis; ingenti superum protectus ab ira.

OUDENDORPIUS.

Ut instituimus proficisci o. ad r. pergemus] Sch. *ut statuimus proficisci, o.* etc. In tribus aliis *instituimus proficisci* iungitur. OUD. Distinxerat Ern.: *proficisci, ordine ad reliqua pergemus.* Antea distingui solebat: *proficisci ordine, ad r. p.* Omnem distinctionem sustulerunt Sch. et Orell. *L.*

CAP. XLII. *Aut allevatur*] Tres libri veteres habent, *alleviatur.* LAMB. P. Victorius, *levatur.* Pall. nostri ut et editi antiquitus *alleviatur.* GRUT. *Allevatur.* sic habet Manut. a patre dissentiens, qui *elevatur* emendat, quemadmodum scriptum reperitur in duobus Gryph. exemplar., Lamb. *levatur* edidit. BAUT. Leid. I. Voss. II. *et adlev.* Tum mira constantia perperam exhibent MSS. cum Ed. Omn. *alleviatur* praeter Leid. I. a m. 1. *levatur* est apud Victorin. p. 177. Hinc quis coniicere posset *elevatur.* Sed recte se habet quoque *adlevatur.* Nisi forte duae voces *aut allevatur* e glossa prioris *infirmatur* sint adsutae. Infra sic *diluere aut infirmare*, et porro. OUD. *Diluitur aut elevatur* Sch. scripsit, ex Nizolii lectione, vocesque: *aut infirmatur* pro glossa habet. Victorinus in lemmate legit: *diluitur aut infirmatur aut levatur*, quod deinde sic explicat: *aut omnino tollit, quod adversarius dixit, aut infirmat aut levius reddit;* unde hoc saltem constat, Vict. legisse voces *aut infirmatur.* Cod. B. *diluitur aut infirmatur aut allevatur.* Sed Cod. T. teste Orellio diserte: *diluitur aut infirmatur aut elevatur*, quod recepit Orell. recte tamen monens, in seqq. duo tantum ista recurrere, *diluere* et *infirmare.* Paullo inferius voc. *inventionibus* post v. *omnibus* omisit Sch. In Cod. B. est: *in his adinventionibus aliud nisi id. L.*

Quare inventionem, et argumentationum expolitionem ex illis, quae ante praecepta sunt, hanc quoque in partem orationis transferri oportebit. Verumtamen, ut quaedam praeceptio detur huius quoque partis, exponemus modos reprehensionis; quos qui observabunt, facilius ea, quae contra dicentur, diluere, aut infirmare poterunt.

Omnis argumentatio reprehenditur, si aut ex iis, quae sumta sunt, non conceditur aliquod unum, pluraye: aut, his concessis, complexio confici ex his negatur: aut si contra firmam argumentationem, alia aeque firma, aut firmior ponitur. Ex iis, quae sumuntur, aliquid non conceditur, cum aut id, quod credibile dicunt, negatur esse eiusmodi: aut quod comparabile putant, dissimile ostenditur: aut iudicatum aliam in partem traducitur, aut 870 omnino iudicium improbatur: aut, quod signum esse adversarii dixerunt, id eiusmodi negatur esse: aut si complexio, aut una, aut ex utraque parte reprehenditur: aut si enumeratio falsa ostenditur, aut si simplex conclusio falsi aliquid continere demonstratur. Nam omne, quod sumitur ad argumentandum, sive pro probabili, sive pro necessario, necesse est sumatur ex his locis, ut ante ostendimus.

CAP. XLIII. Quod pro credibili sumtum erit, id infirmabitur, si aut perspicue falsum erit, hoc modo: Nemo est, qui non pecuniam, quam sapientiam malit.

Et argumentorum expolitionem] Liber unus manusc. habet: *et argumentationem, et expolitionem.* Non placet. LAMB.

Aliquod unum pl.] MSS. quatuor *aliquid u. pl.* OUD.

His concessis comp. conf. ex his neg.] Leid. I. *ex his conc.* Mox *ex his* desunt Voss. II. et Sch. a m. I. OUD.

Negatur esse eiusmodi] Leid. I. II. *n. e. huiusmodi.* OUD. Hunc locum ita exhibuit Sch.: *aut id quod credibile, aut quod signum esse adversarii dixerunt, negatur esse eiusmodi*, dicens, verba ista: *aut quod — dixerunt*, quae vulgo sequuntur post v. improbantur, perperam transposita esse, quod pateat ex ordine, quo haec membra deinceps tractantur. Quae nulla caussa est, cur hoc loco traiiciantur. Neque secutus est Orell. *L.*

Comparabile putant] Leid. III. *c. dicunt.* OUD.

Si complexio aut una, aut ex utraque p. r.] Sch. Voss. II. Leid. I. III. *si comprehensio.* Tum *aut ex una* Leid. I. Voss. II. Bene. Leid. II. *aut utraque p.* OUD. *Aut una, aut utraque ex parte* T. Lamb. Lallemand. Oliv. Atque ita Sch. et Orell. *L.*

Falsa ostenditur] Leid. III. *f. esse ost.* OUD.

Continere demonstratur] Sch. Voss. I. *cont. monstratur.* OUD.

CAP. XLIII. *Qui non pec. etc. malit*] Sch. *quin pec.* etc. *malit.* OUD.

Aut ex contrario quoque credibile aliquid habebit, hoc modo: Quis est, qui non officii cupidior sit, quam pecuniae? Aut erit omnino incredibile, ut si quis, quem constet esse avarum, dicat alicuius mediocris officii causa, se maximam pecuniam neglexisse. Aut si, quod in quibusdam rebus, aut hominibus accidit, id omnibus dicatur usu evenire, hoc pacto: Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. Qui locus desertus est, in eo caedem factam esse oportet. In loco celebri homo occidi qui potuit? Aut si id, quod raro fit, fieri omnino negatur; ut Curius pro Fulvio: Nemo potest uno adspectu, neque praeteriens in amorem incidere.

Quod autem pro signo sumetur, id ex iisdem locis, quibus confirmatur, infirmabitur. Nam in signo, primum verum esse ostendi oportet: deinde eius esse rei signum proprium, qua de re agitur, ut cruorem caedis: deinde factum esse, quod non oportuerit; aut non factum, quod oportuerit: postremo scisse eum, de qua quaeritur, eius

---

Ex contrario quoque cred. al. habebit] Sch. *ex contr. quod* etc. Oudend.

Officii cupidior sit, quam pecuniae] MSS. O. praeter Sch. *off. quam pec. cup. sit.* Oud.

Aut erit omnino] Sch. a m. I. *Erit hoc omn.* Oud.

Si quis, quem constet esse avarum, dicat] Sch. Leid. II. *si aliquem constat e. a. d.* Voss. II, Leid. I. III. *si aliquem constet e. a. d.* Ed. Omn. *si aliquem constet* etc. *et dicat.* Sed Voss. I. *si aliquis, quem constet* etc. *dicat.* Bene, dummodo *constat* scribamus. Oud. *Ut si aliquis* B. *Ut si aliquem constet* T. Recte Sch. *ut si aliquis, quem constat.* Falso Orellius putat, lectionem *ut si aliquis, quem constat* ortam esse ex corruptione hac: *ut si aliquem constet.* Non opus est coniunctivo. *L.*

Dicatur usu evenire] MSS. quatuor *dicitur.* Sch. Leid. I. III. Voss. II. *usu venire.* Vid. ad Cap. X. Tum *hoc modo* Leid. III. Oud. *Usu evenire* Cod. B. *usu venire* Cod. T. Scripserunt Sch. et Orell. *usu venire*, sed scribendum *usu evenire.* Falsus est ad hunc locum Orellius, non dici posse opinatus *usu evenire.* Sed vide, quae notavi in excursu ad calcem adiecto. *L.*

Fieri omnino negatur] Leid. I. *f. o. negetur.* Bene, ut supra. V. et Victor. p. 179. Oud. *Negetur* scripsit Sch. secutus est Orellius; sed TB. habent indicativum. *L.*

Curius pro Fulvio] Sch. Voss. I. Leid. I. a m. II. et Leid. III. *Curio pro F.* Quod verum puto. Vid. Comm. ad Suet. Caes. c. IX. Oud. *Curio* scripserunt Ern. Sch. Orell. Atque ita etiam Cod. T. apud Orell. *L.*

Infirmabitur] Voss. I. *infirmatur.* Oud.

Ostendi oportet] Leid. II. *ostendere op.* Oud.

Ut cruorem caedis] Voss. I. *ut cruor est c.* Oud.

De qua quaeritur] MSS. O. et Ed. Omn. *de quo q.* Oud. *De quo queritur* B. *L.*

rei legem et consuetudinem. Nam eae res sunt signo adtributae: quas diligentius aperiemus, cum separatim de ipsa coniecturali constitutione dicemus. Ergo horum 371
unumquodque in reprehensione, aut non esse signo, aut parum magno esse, aut a se potius, quam ab adversariis stare, aut omnino falso dici, aut in aliam quoque suspicionem duci posse, demonstrabitur.

CAP. XLIV. Cum autem pro comparabili aliquid inducetur, quoniam id per similitudinem maxime tractatur, in reprehendendo conveniet simile id negare esse, quod conferetur ei, quicum conferetur. Id fieri poterit, si demonstrabitur diversum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: ac si, quo in numero illud, quod per similitudinem adferetur, et quo in loco hoc genus, cuius caussa adferetur, haberi conveniat, ostendetur. Deinde quid res cum re differat, demonstrabitur: ex quo docebimus, aliud de eo, quod comparabitur, et de eo, quicum comparabitur, existimari oportere. Huius facultatis maxime indigemus, cum ea ipsa argumentatio, quae per inductionem tractatur, erit reprehendenda. Si iudicatum aliquod inferetur, quoniam id ex his locis maxime firmatur: laude eorum, qui iudicarunt: similitudine eius rei, qua de agitur, ad eam rem,

---

Nam eae res] Deest *eae* vel *hae* Leid. I. Oud.

A se potius] Ed. Omn. *ab se p.* Oud.

Falso dici] Sch. a m. I. *falsum d.* cum Ed. Omn. *falsa* Sch. a m. II. Oud.

CAP. XLIV. *Ei, quicum conferetur*] Sic Pall., at Grevenb. *ei cui confertur*, quod malebat Gulielmius. Grut. *Quod conferetur ei, quicum conferetur.* Primo loco MSS. O. et Ed. Omn. dant *confertur.* Secundo loco in Sch. a m. I. Leid. II. III. et Ed. Omnib. etiam *confertur.* Bene, si primo loco legamus *conferatur.* Oud.

Ac si quo in n.] Voss. I. *aut s.* etc. Oud.

Et quo in loco hoc genus, cuius caussa adferetur] In Leid. II. III. desideratur *genus.* Sch. et Ed. Omn. *adfertur.* Oud.

Demonstrabitur] Sch. Leid. II. III. Ed. Omn. *demonstrabimus.* Oud. *Demonstrabimus* B. L.

Quicum comparab.] Voss. I. *cum quo c.* Oud. Paullo post *maxime indigebimus* Sch. de Lambini et Ernestii sententia. Atque ita Cod. B. Orellius retinuit praesens, quod futurum in nullo adhuc Codice repertum intellexerat. L.

Sin iudicatum aliquod inferetur] Exhibui *sin* e MSS. O. et Ed. Omn. pro *si.* Leid. III. *aliquid.* Voss. I. *afferetur.* Oud.

Quoniam id ex his locis maxime firmatur] Revocavi *his* ex libris, temere omissum a neotericis, certe a Lambinianis. Grut.

Qui iudicarunt] Sch. *q. iudicaverunt.* Ed. Omn. *iudicare.* Oud.

Qua de agitur] Sch. Leid. I. *de qua ag.* Oud.

qua de iudicatum est, commemorando non modo non esse reprehensum iudicium, sed ab omnibus adprobatum: et demonstrando, difficilius, et maius fuisse id indicatum, quod adferatur, quam id, quod instet: ex contrariis locis, si res aut vera, aut verisimilis permittet, infirmari oportebit. Atque erit observandum diligenter, ne nihil ad id,
372 quo de agatur, pertineat id, quod indicatum sit, et videndum est, ne ea res proferatur, in qua sit offensum, ut de ipso, qui iudicarit, iudicium fieri videatur.

Oportet autem animadvertere, ne, cum aliter multa sint indicata, solitarium aliquod, aut rarum iudicatum adferatur: nam his rebus auctoritas iudicati maxime potest infirmari. Atque ea quidem argumenta, quae quasi probabilia sumuntur, ad hunc modum tentari oportebit.

Qua de indicatum e.] Sch. Voss. I. Leid. I. *de qua i.* Oud.
Commemorando] MSS. O. cum Ed. Omn. *et commem.* Quod probo. Oud.

Et maius fuisse id iudicatum, quod ad iudicandum afferatur] Ita legitur in duobus Gryph. et in uno meo exemplari. Burm. Sch. Leidd. tres *quod ad iudicandum adferatur;* nisi quod in Leid. II. sit *inferatur.* Oud.

Instet ex contrariis locis] Voss. II. Leidd. tres carent praepositione. Ed. Omn. *inest contrariis l.* Oud.

Si res etc. *permittet*] Voss. II. *permittit.* In reliquis et Sch. a m. II. atque Ed. Omn. *permittat.* Bene. Oud. *Permittet* futurum retinuerunt Sch. Orell., licet etiam Codd. BT. *permittat* exhibeant. Recte. *L.*

Ad id, quod agatur] Legendum arbitror: *ad id, quo de agatur.* Lamb. Lambini hanc coniecturam adprobat Palatinus sec. vulgata enim *quod agatur.* Grut. MSS. O. Ed. Omn. *quod ag.* Oud. *Ad id, quod agitur* B. *ad id quod agatur* T. Sed recte Sch. et Orellius Lambini coniecturam a Cod. Palatino confirmatam secuti sunt. *L.*

Iudicatum sit] Ed. Omn. *i. est.* Oud.
Et videndum est, ne ea res pr.] Leid. I. caret verbo *est.* Recte. Leid. II. *an ea r.* Ed. Omn. *non ea r.* Oud.
Sit offensum] Sic MSS. et Edd. Vett. non *fit.* Oud.
Qui iudicarit] Leid. II. Ed. Omn. *q. iudicaverit.* Oud.
Solitarium aliquod aut rarum iudicatum] Voss. I. II. Leid. I. et Sch. a m. II. *aliquid.* Abest *iudicatum* Leid. I. et pro eo in Sch. suprascriptum *aliquid.* Oud.
His rebus auctoritas iudicati] Sch. *sic h. r.* Exsulat *iudicati* a Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. Oud.
Ea q. argumenta] Ultima vox deest MSS. O praeter Leid. I. Oud. *Ea argumenta quidem* B. V. *argumenta* omittit etiam T. omiseruntque Sch. et Orell. iam ab Ernestio deletum. Recte. Ostendit hoc etiam positio eius vocis in Cod. B. *L.*
Quae q. p. sumuntur] Exsulat pronomen Leid. III. in quo et Sch. cum Ed. Omn. *sumentur.* Oud.

CAP. XLV. Quae vero sicuti necessaria inducentur, ea si forte imitabuntur modo necessariam argumentationem, neque erunt eiusmodi, sic reprehendentur. Primum complexio, quae, utrum concesseris, debet tollere, si vera est, numquam reprehendetur; sin falsa, duobus modis, aut conversione, aut alterius partis infirmatione. Conversione, hoc modo:

Nam si veretur, quid eum accuses, qui est probus?
Sin inverecundum animi ingenium possidet,
Quid eum accuses, qui id parvi auditu aestimet?

Hic, si vereri dixeris, sive non vereri, concludendum hoc putat, ut neges esse accusandum. Quod conversione sic reprehendetur: Immo vero accusandus est. Nam si ve-

---

CAP. XLV. *Inducentur*] MSS. O. Ed. Omn. *dicentur*, nisi quod Leid. I. Voss. II. *dicuntur.* Supr. in Sch. *ducentur.* Oud.

Primum complexio] Sch. et Voss. I. a m. I, Leid. I. *p. comprehensio.* Oud.

Utrum concesseris] MSS. quatuor *utr. concesserit.* Oud.

Sin inverecundum] MSS. O. Ed. Omn. hic et mox *si inv.* Voss. I. *si vero inv.* Leid. III. *nam si inv.* Oud. *Si inverecundum* Cod. B. *L.*

Quid eum accuses, etc.] Hoc idem exemplum posuit supra lib. II. ad Herennium, quamquam paullo aliter. Nam pro *accuses*, quod hic bis usurpatum est, ibi toties, *accusem*, positum est. Quoniam autem omnes libri veteres uno consensu habent, *aestimet*, non, ut vulgati, *existimet*, sic edendum curavi. Neque me fugit versum postremum claudicare. Lamb. Voss. I. *non acc.* Oud. Non satis intelligitur ex hac Oudendorpii annotatione, pro qua voce *non* in Voss. I. scriptum sit. Equidem puto, scriptum ibi fuisse: *Quid non accuses.* Ceterum hic et in primo versu Sch. et Orell. *accusem*, quam necessariam esse Sch. correctionem, ex loco ad Herenn. II, 26. ubi idem locus, sed uno versiculo auctior, citatur, ostendere vult Orellius. Non consentio. Potuit enim Cicero memoria falli. Ceterum de reliqua lectione cf. quae notavi ad illum Rhet. ad Her. locum. *L.*

Parvi auditu aestimet] Ita etiam nostri, sed non omnes, nam tert. *existimet.* Editio Victorii *existimat;* ut et mox *existimabit* uterque. Grut. Sch. a m. I. *auditum.* Voss. I. Leid. II. Ed. Omn. *existimet.* Vid. Auct. ad Herenn. L. II. c. 26. Oud.

Si vereri dixeris, sive non vereri] Ed. Omn. *sive vereri dixeris, sive non.* Oud.

Concludendum hoc putat] Primitus cusi, et Pall. *concedendum hoc putat;* nisi quod sec. *concendum hic putat.* Grut. MSS. O. Ed. Omn. *concedendum h. p.* Oud.

Ut neges esse accus.] Leid. III. *neget.* Voss. I. Leid. I. *ut n. eum accus.* Oud.

Conversione sic reprehendetur] Sic Voss. I. Ed. Omn. In ceteris *cum conversione sic r.* Leid. II. *reprehenditur.* Oud.

retur, accuses: non enim parvi auditu aestimabit. Sin inverecundum animi ingenium possidet, tamen accuses: non enim probus est.

373 Alterius autem partis infirmatione, hoc modo reprehendetur: Verum si veretur, accusatione tua correctus, ab errato recedet. Enumeratio vitiosa intelligitur, si aut praeteritum quiddam dicemus, quod velimus concedere, aut infirmum aliquid adnumeratum, quod aut contra dici possit, aut caussa non sit, quare non honeste possimus concedere. Praeteritur quiddam in eiusmodi enumerationibus: Quoniam habes istum equum, aut emeris oportet, aut hereditate possideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus sit, aut, si horum nihil est, surripueris necesse est. Sed neque emisti, neque hereditate venit, neque domi natus est, neque donatus est; necesse est ergo surripueris.

Hoc commode reprehenditur, si dici possit ex hostibus equus esse captus, cuius praedae sectio non venierit:

Accuses] Voss. II. *accusandus est*. Oud.

Aestimabit] Leid. II. Ed. Omn. *existimabit*. Voss. II. *existimat*. Oud.

Animi ingenium] Deest ultima vox Leid. III. Oud.

Accusatione tua correctus] Voss. II. Ed. Omn. *acc. t. correptus*. Oud.

In eiusmodi enum.] Leid. III. *in huiusm. en.* Oud.

Domi tibi natus sit] Sch. *d. t. nutritus s.* Oud.

Neque domi natus est, neque donatus est.] Hic locus opponi posset Gothofredo notanti ad cap. 26. ordinem ibi hunc servari tenere *tempus, occasio, modus*, quum sic infra in explicandis singulis procedat. Sed hinc patet ab auctore non habitam eius definitam rationem, ubi non eo ordine repetit, quo primum recensuit. Sed scias oportet in optimo nostro legi: *neque donatus est, neque dominatus est*. Et in altero loco habuit suas caussas, cur mutare placuerit. Gron. Cur editores mutarint priorem ordinem, nescio. Sed MSS. mei omnes exhibent *neque donatus e. neque domi natus e.*, Vere, quae interpolavit Omnibonus *neque domi tibi natus est, neque dono accepisti*. Oud. *Neque donatus est neque domi natus est* BT. atque ita Codd. ad unum omnes, deditque ita Orellius. Recte. L.

Ergo surripueris] Voss. II. *ergo ut tu s.* Oud.

Comm. reprehenditur] Vossiani cum Sch. a m. II. *c. reprehendetur*. Leid. III. *reprehendatur*. Oud.

Cuius praedae sectio venierit] Exempla Veneta, Aldina, et Parisiensia a Rob. Stephano impressa habent, *cuius praedae sectione venierit*, et item quidam manuscripti; in nonnullis aliis vulgatis legitur, *cuius praedae sectio non venierit*, quam lectionem probo. Quidam viri docti legendum censent, *cuius praedae sectio venierit*: a quibus dissentio; utatur tamen suo quisque arbitratu. Lamb. Haud aliter editio prima, quam quod ipsa, *venerit*. sequentes *venierit*,

quo illato, infirmatur enumeratio, quoniam id sit inductum, quod praeteritum sit in enumeratione.

CAP. XLVI. Altero autem modo reprehendetur, si aut contra aliquid dicetur: hoc est, si, exempli caussa, ut in eodem versemur, poterit ostendi hereditate venisse; aut si extremum illud non erit turpe concedere: ut si 374
quis, cum dixerint adversarii: Aut insidias facere voluisti, aut amico morem gessisti, aut cupiditate elatus es, amico se morem gessisse fateatur.

Simplex autem conclusio reprehenditur, si id, quod sequitur, non videatur necessario cum eo, quod antecessit, cohaerere. Nam hoc quidem, Si spiritum ducit, vivit: Si dies est, lucet: eiusmodi est, ut cum priore necessario posterius cohaerere videatur. Hoc autem, Si mater est, diligit: Si aliquando peccavit, numquam corrigetur: sic conveniet reprehendi, ut demonstretur non necessario cum priore posterius cohaerere. Hoc genus, et cetera necessaria, et omnino omnis argumentatio, et eius reprehensio maiorem quamdam vim continet, et latius patet, quam hic

---

usque ad Victorianam credo; ea namque *sectione venierit*, quomodo item fere Pall. nostri. Nam pr. *qui praedae sectione venerit.* sec. ac tert. item Grev. *sectione evenerit;* quae ultima habet quo se tueatur. Consulantur tamen commentaria Fabii Victorini. GRUT. Nos *cuius praedae sectio venierit*, probata Lambini coniectura, edidimus. BRUT. In marg. Schol. et suprascr. in Voss. I. male *sectione*, ut in Leidd. O. hinc in Leid. III. et Ed. Omn. *sectione ven.* perperam omnino. In omnibus quoque *venerit*, nisi quod in Voss. I. sit *evenerit.* OUD.

Quod praeteritum sit] Ed. Omn. *q. pr. est.* OUD. Scripsit Sch. *quoniam id e s t inductum, quod praeteritum sit*, quia hoc loco non obliqua sit oratio, sed definita. Non secutus est Orell. *L.*

CAP. XLVI. *Reprehendetur*] Sch. a m. I. Leid. III. Ed. Omn. *reprehenditur.* OUD.

Si exempli caussa] Deest *si* Ed. Omn. OUD.

Ut si quis] Sch. Leid. I. Voss. II. Ed. Omn. *ut si qui.* OUD.

Se morem gessisse] Pronomen abest ab Ed. Omn. *gerere* Voss. I. OUD.

Si id, quod sequitur] Sch. *si hoc, q. s.* OUD.

Quod antecessit] Sch. Leid. II. III. Ed. Omnib. *q. antesit.* Sed in Sch. suprascr. *cesserit.* OUD.

Si mater est, diligit] Contra MSS. O. et Victor. p. 184. addit Ed. Omn. *d. filium.* OUD. *Diligit filium* etiam Codd. BT. *L.*

Et eius reprehensio] Leid. III. *et omnis r.* OUD.

Maiorem quandam vim obtinet] Sic habent duo libri manuscripti: omnes fere vulgati, *continet.* LAMB.

Quam hic exponitur] Leid. II. *q. h. exponatur.* Bene, si sequentia non iungerentur voce *sed*, verum per *scilicet* vel simile quid. OUD.

exponitur: sed eius artificii cognitio huiusmodi est, ut non ad huius artis partem aliquam adiungi possit, sed ipsa separatim longi temporis, et magnae atque arduae cogitationis indigeat. Quare illa nobis alio tempore atque ad aliud institutum, si facultas erit, explicabuntur. Nunc his praeceptionibus rhetorum ad usum oratorium contentos nos esse oportebit. Cum igitur ex iis, quae sumuntur, aliquid non conceditur, sic infirmabitur.

CAP. XLVII. Quum autem, his concessis, complexio ex his non conficitur, haec erunt consideranda: num aliud conficiatur, aliud dicatur, hoc modo: Si, quum aliquis dicat se profectum esse ad exercitum, contraque eum quis velit hac argumentatione uti: Si venisses ad exercitum, a tribunis militaribus visus esses; non es autem ab his visus: non es igitur profectus ad exercitum. Hic cum concesseris propositionem et adsumtionem, complexio est infirmanda. Aliud enim, quam cogebatur, illatum est.

At nunc quidem, quo facilius res cognosceretur, perspicuo et grandi vitio praeditum posuimus exemplum: sed saepe obscurius positum vitium pro vero probatur, cum aut parum memineris quod concesseris, aut ambiguum aliquod pro certo concesseris. Ambiguum si concesseris ex

---

Cognitio huiusmodi est] MSS. O. *c. eiusmodi e.* Oud.

Magnae atque arduae cogitationis indigeat] Istud voluit Gulielmius ex Grevenbruchiano; nostri tamen accedunt vulgatis, *cogitationis.* Grut. MSS. O. Ed. Omn. *cognitionis ind.* Oud.

Nos esse oportebit] Leid. III. *n. e. oportet.* Oud.

Quae sumuntur] Sch. Leid. III. *q. sumentur.* Oud.

CAP. XLVII. *Ex his non conficitur*] Voss. I. Leid. III. *conficietur.* Voss. II. *conficiatur.* Oud.

Aliud dicatur] Voss. I. *ac aliud dic.* vitiose. Oud.

Contraque eum] Deest copula Leid. I. III. Voss. II. Ed. Omn. ut pendeant a vocula *si*, non a voce *quum*. Sed ab ea ad repetitam *ei* est quasi parenthesis, exempli proponendi caussa. Oud. Copulam *que* om. Sch. et Orellius. Recte, neque exhibent eam Codd. BΓ. *L.*

Quam cogebatur] Ed. Omn. *q. colligitur.* male. Adi Victor. p. 184. Oud.

At nunc quidem] Sch. Vossiani, Ed. Omn. *ac n. q.* Oud.

Vitio praeditum] Leid. I. et Var. Lect. Sch. *v. praedictum*, ex vulgari librariorum more *c.* ante *t.* inserentium. Oud. Tum in vv. *obscurius positum vitium* mediam vocem *positum* omisit Sch. quam h. l. intrusam putat ex antec. *posuimus.* Non secutus est Orell. *L.*

Quod concesseris; aut ambig. aliquod] Voss. I. II. Leid. I. III. *quid.* Sch. Voss. II. Leid. I. III. *aliquid.* Oud.

ea parte, quam ipse intellexeris, eam partem si adversarius ad alium partem per complexionem velit adcommodare; demonstrare oportebit, non ex eo, quod ipse concesseris, sed ex eo, quod ille sumserit, confici complexionem, ad hunc modum: Si pecuniae indigetis, pecuniam non habetis; si pecuniam non habetis, pauperes estis. Indigetis autem pecuniae. Mercaturae enim, nisi ita esset, operam non daretis; pauperes igitur estis. Hoc sic reprehenditur: Cum dicebas, si indigetis pecuniae, pecuniam non habetis; hoc intelligebam, Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis: et idcirco concedebam. Cum autem hoc sumebas, Indigetis autem pecuniae; illud accipiebam, Vultis autem pecuniae plus habere. Ex quibus concessionibus non conficitur hoc, Pauperes igitur estis. Conficeretur autem, si tibi primo quoque hoc concessissem, Qui pecuniam maiorem vellet habere, eum pecuniam non habere.

CAP. XLVIII. Saepe autem oblitum putant, quid concesseris, et idcirco id, quod non conficitur, quasi conficiatur, in conclusione infertur, hoc modo: Si ad illum hereditas veniebat, verisimile est ab illo esse necatum. Deinde hoc adprobant plurimis verbis; post adsumunt: Ad illum autem hereditas veniebat. Deinde infertur: Ille igitur occidit. Id ex iis, quae sumserant, non conficitur. 376
Quare observare diligenter oportet, et quid sumatur, et

Quam ipse intellexeris] Deest *ipse* Voss. I. Oud.

Eam partem] Leid. III. *et eam p.* Oud.

Si pecuniam non habetis] Leid. II. Ed. Omn. *et si p. n. h.* Oud.

Indigetis autem pecuniae] Sch. Leid. II. Ed. Omn. *i. a. pecunia.* Oud.

Nisi ita esset] Sch. Leid. II. III. *ni ita e.* Oud.

Pecuniae plus] Leid. III. *plus pecuniam.* Oud.

Si tibi primo] Leid. II. *si ego p.* Oud. *Si primo concessissem.* B. ubi desunt *tibi* et *quoque* et *hoc.* L.

CAP. XLVIII. *In conclusione infertur*] Sch. *in conclusionem inf.* Oud.

Ab illo esse necatum] MSS. O. ignorant verbum *esse;* recte. Ed. Omn. *ab illo hereditate esse n.* Oud. *Esse* deest in omnibus Oxonn. item Victorio. Habet B. vulgato ordine, sed T. ponit ante v. *illo.* Orell. uncis inclusit. L.

Id ex iis, quae sumserant] MSS. O. et Ed. Omn. *idque ex iis* vel *his.* Omnino lege *id quod exc.* Confer notata ad cap. 17. Oud. *Id quidem ex his* T. a prima m. sed correctum *id quod ex his.* Etiam duo Oxonn. *id quod.* Sed Cod. B. et sex Oxonn. *idque ex i.* Recte Sch. et Orell. dederunt *id quod.* L.

Observare dil. oportet] Leid. sec. *et obs.* Sch. Leid. II. *oportebit.* Oud.

Et quid sumatur] Leid. I. *et q. assumatur.* Oud.

quid ex his conficiatur. Ipsum autem genus argumentationis, vitiosum his de caussis ostendetur, si aut in ipso vitium erit, aut si non ad id, quod instituitur, adcommodabitur. Atque in ipso vitium erit, si omnino totum falsum erit, si commune, si vulgare, si leve, si remotum, si mala definitio, si controversum, si perspicuum, si non concessum, si turpe, si offensum, si contrarium, si inconstans, si adversum.

Falsum est, in quo perspicue mendacium est, hoc modo: Non potest esse sapiens, qui pecuniam negligit. Socrates autem pecuniam negligebat: non igitur sapiens erat. Commune est, quod nihilo magis ab adversariis, quam a nobis facit, hoc modo: Idcirco, iudices, quia veram caussam habebam, brevi peroravi. Vulgare est, quod in aliam quoque rem non probabilem, si nunc concessum sit, transferri possit, hoc modo: Si veram caussam non haberet, vobis se, iudices, non commisisset. Leve est, quod aut post tempus dicitur, hoc modo: Si in mentem venisset, non commisisset: aut si perspicue rem turpem levi tegere vult defensione, hoc modo:

Cum te éxpetebant ómnes, florentíssimo

Vitiosum his de c.] Sch. *vitiosum esse his de c.* Oud.
Si aut in ipso vitium] Sch. *si aut ipsum vitiosum.* Oud.
Aut si non ad] Voss. et Sch. a m. l. deest *si.* Oud.
Quod instituitur] Leid. III. et Victor. p. 185. *q. instituit.* Oud.
Omnino totum] Exsulat ultima vox male a Sch. Oud.
Si mala definitio] Pal. sec. tert. *definitione*, Suffridi nostri libri, *si male definitum*, quod verum ut existimem, reliqua periodi fere cogunt, reponendumque ex eisdem mox cap. seq. Grut. *Si mala definitio.* Sic Leid. II. In ceteris MSS. *si mala definitione.* Quod defendi satis potest; sed *mala definitio* cap. seq. Temere Gruterus coniicit *si male definitum.* Oud.
Si adversum] Sch. a m. l. *si adversarium.* Oud.
In quo perspicue mendacium] Voss. II. *id quod perspicuum* m. Leid. II. a m. l. *perspicuum.* Oud.
A nobis facit] Voss. I. *a n. faciat.* Oud.
In aliam quoque rem] Sch. *ad aliam quamque r.* Oud.
Non probabilem] Desunt Leid. I. Oud.
Si nunc concessum sit] Ita Leid. II. In ceteris et Ed. Omn. *si non conc. sit.* Oud.
Possit hoc modo] Leid. III. *p. ut hoc.* Ed. Omn. *p. ut hoc m.* Oudendorp.

Aut si perspicue rem turpem etc.] Syllabam *si* addidi secutus fidem codicis Grev. Grut. Deest *si* MSS. O. et Ed. Omn. Oud.

Te expetebant] Ed. Omn. *te expectabant.* Oud.

Florentissimo regno] Voss. II. Leid. III. *in fl. r.* Leid. I. *fl. r. solus.* Oud. *Flor. in regno* Cod. B. L.

Regnó reliqui: núnc desertum ab ómnibus,
Summó periclo, sóla ut restituám, paro.

CAP. XLIX. Remotum est, quod ultra quam satis 377
est, petitur, hoc modo: Quod si non P. Scipio Corneliam filiam Ti. Graccho collocasset, atque ex ea duos Gracchos procreasset, tantae seditiones natae non essent. Quare hoc incommodum Scipioni adscribendum videtur. Huiusmodi est illa quoque conquestio:

Utinám ne in nemore Pélio secúribus
Caesá cecidisset ábiegna ad terrám trabes!

Longius enim repetita est, quam res postulabat. Mala definitio est, cum aut communia describit, hoc modo: Seditiosus est is, qui malus atque inutilis est civis. Nam hoc non magis seditiosi, quam ambitiosi, quam calumniatoris, quam alicuius improbi hominis vim describit. Aut falsum quiddam dicit, hoc pacto: Sapientia est pecuniae quaerendae intelligentia. Aut aliquid non grave, nec magnum

---

Summo periclo] Sch. Leid. I. *s. cum periculo.* Ed. Omn. *periculo.* Oud. *Summo opere solus ut rest.* B. *L.*

Sola ut restituam] Exsulat *sola* a Leid. I. II. In ceteris et Ed. Omn. *Solus.* Horum versuum varias lectiones videas quoque in Lib. II. ad Herenn. c. 25. Oud.

CAP. XLIX. *Remotum est, q. u. q. s. est*] Leid. I. caret utroque *est.* Leid. III. non habet primo loco. Oud.

Petitur, hoc modo] MSS. et Ed. Omn. *p. huiusmodi.* Oud.

Ex ea duos Gracchos] Monet ad oram Grev. etiam legi *duo*, antiquo videlicet modo. Grut.

Natae non essent]. Leid. I. *n. n. fuissent.* Oud.

Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes] Sic legendum. *Trabes* enim dicebant veteres in numero singulari. Lamb. MSS. O. et Ed. Omn. *caesae cecidissent ad t. trabes*, nisi quod in Sch. sit *concidissent.* Mihi certum est, tam hic, quam L. II. ad Herenn. C. 22. et in Topicis C. 16. ac Lib. III. de N. Deor. C. 30. de Fato C. 15. restitui debere *caesa accidisset abiegna.* Diserte enim in optimis Topicorum membranis Vossianis inveni *nisi enim accidissent abiegnae ad t. tr.* et, ut Davisius in suis, sic ego vidi in tribus membranis Leidd. de Nat. Deor., nec non in uno Voss. de Fato *caesae accidissent.* Veram lectionem ante Davisium ad locum de Nat. Deor. iam vidit Gifanius ad Lucret. L. IV. v. 216.

— — *Ad terram accidat oras.*

Quamquam ibi rectius e MSS. legas *in t.* uti docuit N. Heins. ad Ov. Fast. L. V. 360. *Accidere in mensas.* Oud. *Caesae cecidissent ad terram habenae trabes* B. *Caesa cecidisset — trabes* T. Sch. et Orell. Oudendorpium secuti: *caesa accidisset — — trabes*, quod ipse verum puto. *L.*

Malus atque inutilis est] Sch. cum Ed. Omn. *m. aut in.* deest verbum Sch. Oud.

Falsum quiddam] Leid. II. caret τῷ [v.] *quidd.* Oud.

continens, sic: Stultitia est immensae gloriae cupiditas. Est haec quidem stultitia, sed ex parte quadam, non ex omni genere, definita. Controversum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia caussa adfertur, hoc modo:

Eho tu, dii, quibus ést potestas mótus superúm atque inferúm,
Pácem inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.

Perspicuum est, de quo non est controversia: ut, si quis, cum Orestem accuset, planum faciat, ab eo matrem esse occisam. Non concessum est, cum id, quod augetur,
378 in controversia est, ut, si quis, cum Ulixem accuset, in hoc maxime commoretur: Indignum esse, ab homine ignavissimo virum fortissimum, Ajacem, necatum. Turpe est, quod aut eo loco, in quo dicitur; aut eo homine, qui dicat; aut eo tempore, quo dicitur; aut iis, qui audiunt; aut ea re, qua de agitur, indignum, propter inhonestam rem, videtur. Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem laedit: ut, si quis apud equites Romanos, cupidos iudicandi, Caepionis legem iudiciariam laudet.

Est haec quidem stultitia] Leid. I. *est autem haec st.* Oud.

Ad dubium dem. dubia caussa adf.] Sch. non ineleganter *ad d. dem. dubium adf.* Suprascr. *i. dubia causa.* Oud.

Pacem inter sese conciliant] Leid. I. *p. perpetuam* etc. Leid. II. *inter se.* Vide L. II. ad Herenn. c. 25. Oud.

Si quis cum Or. accuset, pl. faciat] Sch. *si qui Or. accusent, planum faciunt,* suprascr. *cum;* Leid. II. *si is qui Or. acc., pl. feciet.* Voss. II. Leid. III. *si qui cum Or. acc. pl. faciat.* Bene, ut mox. Oud.

Matrem esse occisam] Deest verbum Sch. Voss. II. Oud.

Quod augetur] Ed. Omn. *q. agitur.* Oud.

Si quis, cum Ulixem accuset, in h. m. commoretur] Sch. Leid. III. *si qui.* Sch. *Ulixen*, recte. In eodem *accusent et commorentur.* Oud.

Aut eo homine, qui dicat] Sch. Leid. II. III. *Aut ab h. q. d.* Voss. II. Ed. Omn. *aut hom. q. d.* Oud.

Ea re, qua de agitur] Sch. *ad eam rem, q. d. ag.* Leid. II. *ea, q. d. ag. re.* Leid. I. *de qua ag.* Oud. Paullo post *propter inhonestatem* scripsit Sch. pro eo, quod vulgata habet: *propter inhonestam rem.* Orellius iam vidit, *inhonestas* verbum esse Tertullianeum, non Ciceronianum. Idem scribendum censet *inhonestam rationem*, secundum Lambinum. Accedo. *L.*

Apud eq. Romanos, cupidos iud.] Sch. *apud eq. sit cupidus iud.* a m. I. *cupidus* Leid. III. *cupidius* Ed. Omn. Oud.

Caepionis L. iudiciariam laudet] Sch. *Cipionis* Voss. II. Leid. II. Ed. Omnib. *Scipionis.* Leid. III. *Scepionis.* Tum *agrariam* suprasc. in Leid. I. Voss. II. atque ita dant Voss. I. Leid. II. III. et Ed.

CAP. L. Contrarium est, quod contra ea dicitur, quae ii, qui audiunt, fecerunt: ut, si quis apud Alexandrum Macedonem contra aliquem urbis expugnatorem diceret: nihil esse crudelius, quam urbes diruere, cum ipse Alexander Thebas diruisset. Inconstans est, quod ab eodem de eadem re diverse dicitur: ut, si quis, cum dixerit, qui virtutem habeat, eum nullius rei ad bene vivendum indigere, neget postea sine bona valetudine posse bene vivere: aut se amico adesse propter benevolentiam; sperare enim aliquid commodi ad se perventurum.

Adversum est, quod ipsi caussae aliqua ex parte officit, ut si quis hostium vim, et copias, et felicitatem augeat, cum ad pugnandum milites adhortetur. Si non ad id, quod instituitur, adcommodabitur aliqua pars argumentationis, horum aliquo in vitio reperietur. Si plura pollicitus, pauciora demonstrabit; aut si, cum totum debebit ostendere, de parte aliqua loquatur, hoc modo: Mulierum genus avarum est. Nam Eriphyle auro viri vitam 379

Omn. Omnia male. Vide Comm. ad Val. Max. L. VI. c. 9. §. 13. Pighium in Ann. ad A. DCXLVII. Oud.

CAP. L. *Contrarium est*] Non agnoscunt verbum Voss. I. et Sch. a m. I. Oud.

Si quis apud Al. M.] Sch. a m. I. Leid. III. *si qui.* Addit Leid. III. *dicens.* Oud.

Si quis cum dixerit] Sch. Voss. I. Leid. II. III. Ed. Omn. *si qui.* Bene, ut supra. *dixerint.* Voss. I. Oud. Paullo post: *posse bene vivi* Orellius scripsit e Cod. T. Recte. Mox Sch. *aut aiat se amico*, sine caussa sufficiente, iudice etiam Orellio, qui recte ex anteced. *neget* h. l. *dicat* suppleri posse ostendit. Res est nota et pleni Latini scriptores eiusmodi zeugmatum. *L.*

Propter benevolentiam] Voss. II. *per ben. et.* Oud.

Sperare enim aliquid commodi etc.] Sic omnino Pal. sec. Nam pr. *sp. tamen*, quod erat in Grevenb. placebatque Gulielmio; non etiam mihi. Grut. MSS. O. et Ed. Omn. *Sperare tamen.* Mihi voculae *enim* et *tamen* a librariis intrusae videntur: quo facit Schol. qui diserte habet a m. I. simpliciter *sperare*, verum a m. II. *set sp. tamen.* Oud. *Tamen* etiam Cod. B. *Enim* T. Scripsit *tamen* Sch. retinuit *enim* Orellius. *L.*

Ad se perventurum] Leid. II. *ad se esse p.* Oud.

Si non ad id.] Leid. I. *sin non ad id.* Oud.

Debebit ost., de parte aliqua l.] Voss. I. *debeat.* deest *aliqua* Leid. II. Oud.

Mulierum genus avarum est] Leid. II. *mulier. g. av. est* Oud.

Eriphyle] Sic Leid. II. et m. II. Leid. I. In ceteris et Ed. Omn. *Eriphyla.* Latinam harum vocum terminationem nimis temere prosaicis scriptoribus, immo et poetis, contra MSS. auctoritatem abiudicarunt viri docti quidam. Quod cum ab aliis, tum a me monitum ad Sueton. Aug. c. 65. Oud. *Euriphila* B. *Eriphyla* T. quod

vendidit. Aut, si non id, quod accusabitur, defendet: ut si quis, cum ambitus accusabitur, manu se fortem esse defendet; ut Amphion apud Euripidem: item apud Pacuvium, qui, vituperata musica, sapientiam laudat. Aut si res ex hominis vitio vituperabitur, ut, si quis doctrinam ex alicuius docti vitiis reprehendat. Aut, si qui, cum aliquem volet laudare, de felicitate eius, non de virtute dicat. Aut, si qui rem cum re ita comparabit, ut alteram se non putet laudare, nisi alteram vituperarit: aut si alteram ita laudet, ut alterius non faciat mentionem.

Aut si, cum de certa re quaeretur, de communi instituetur oratio: ut, si quis, cum aliqui deliberent, bellum geratur, an non, pacem laudet omnino, non illud bellum inutile esse demonstret. Aut, si ratio alicuius rei redde-

---

ipsum probat Oudendorpius ad Apuleium Tom. I. pag. 96. Recte, ut mihi videtur. *L.*

Si quis, cum ambitus acc.] Sch. Leidd. O. rursus *si qui.* Om. *Accusetur* Sch. *L.*

Fortem esse defendet] Sch. a m. I. *defendat.* Oud. *Defendat* Sch. Notavit ad hunc locum Orellius, quam incerta sit in his rebus coniectura, quum propter compendia in Codd. obvia, tum quia scriptor orationis variandae caussa modo sic modo aliter loqui potuerit. *L.*

Item apud Pacuvium] Desunt Voss. I. Oud.

Si quis doctr. ex al. d. vitiis] Leid. I. III. *si qui.* Leid. III. *vitio.* Oud.

Si qui cum al. volet laudare] Voss. I. *si quis.* Leid. II. *si cum al. velit l.* Oud. Paullo post *de virtute dicet*, Lambinum secutus, scripsit Sch. *L.*

Si qui rem cum re] Voss. II. *si quis.* Leid. II. *si quam.* Ed. Omn. caret voce *qui.* Oud.

Alteram vituperant] Sch. *al. vituperaret.* Voss. I. *al. vituperabit.* Leid. II. III. *al. vituperaverit.* Oud. Paullo post *ita laudabit* scripsit Sch. secundum Lambinum. *L.*

Aut si, cum de certa re etc.] Periodum hanc, loco tanquam suo motam, sic transposuerat Ianus Gulielmius indicio Grevesb. membranarum. Adsentior et ego, cum et eundem deprehenderim situm in Pall. pr. ac sec. Grut. *Aut si cum de c. re* etc. *instituetur oratio.* Tota haec periodus deest Voss. II. ponitur post verbum *demonstret* in Leid. I. III. Ed. Omn. *cum* exsulat a Leid. I. *instruitur* Sch. a m. I. *constituitur* Voss. I. Oud.

Ut si quis] Sch. a m. I. Leid. I. *aut si*, omisso *quis*, quod abest etiam a Leid. II. Oud.

Deliberent] Voss. I. *deberent deliberare.* Oud.

Bellum geratur] MSS. O. *b. gerant.* Oud. *Gerant* etiam Ernestius ex tribus suis Codd. scripsit. Idem ex T. dedit Orell., et Ern. secutus est Sch. Consentit Cod. B. *L.*

Bellum inutile] Leid. III. *b. utile.* Oud.

tur falsa, hoc modo: Pecunia bonum est, propterea quod ea maxime vitam beatam efficiat. Aut si infirma, ut Plautus:

Amícum castigáre ob meritam nóxiam,
Immúne est facinus, vérum in aetate útile
Et cónducibile: nám ego amicum hodié meum
Concástigabo pró commerita nóxia.

CAP. LI. Aut eadem, hoc modo: Maximum malum est avaritia; multos enim magnis incommodis adficit pecuniae cupiditas. Aut parum idonea, hoc modo: Maximum bonum est amicitia; plurimae enim delectationes sunt in amicitia. 380

Quartus modus erat reprehensionis, per quem contra firmam argumentationem, aeque firma, aut firmior ponebatur. Hoc genus in deliberationibus maxime versabitur,

---

Pecunia bonum est] Ed. Omn. *pecuniam habere, b. e.* Oud.

Efficiat] Sch. *efficiet.* Oud. *Efficit* de Ern. sententia dedit Sch. secutusque est Orellius. *L.*

Aut si infirma] Omnibus MSS. exsulat *si*, praeterquam a Leid. I. In Sch. a m. II. Voss. II. *infirmatur.* Voss. I. Leid. I. II. *infirma datur.* Oud.

Amicum castigare] Voss. I. *am. suum c.* Vid. ad L. II. ad Her. c. 23. Oud.

Ob meritam noxiam] MSS. O. Ed. Omn. *ob m. noxam.* Oud. *Ob meritam noxam in pueritia* B. *L.*

Immoene est facinus] Sic legendum esse admonuimus supra lib. II. Rhetoric. Cornificii ad Herennium. Lamb. MSS. O. Ed. Omn. *immane.* Oud. *In mane* Cod. B. *L.*

Concastigabo pro commerita noxia. Aut eadem] Ita rescripsimus, secuti fidem Pall. et Grev. item editionum meliorum; nam Lambinus adiecerat adhuc versum: *Invitus, ni id me invitet ut faciam fides;* qui nuspiam aliorum in libris comparet. Grut. Sch. Voss. I. Leid. II. III. Ed. Omn. *non castigabo.* Voss. II. Leid. I. *castigabo* suprasc. *non.* Sch. Leid. I. *pro merita.* In MSS. quinque et Ed. Omn. *noxa.* Leid. I. *culpa.* Oud. *Non castigabo* B. Tum *noxa* idem. His subiiciunt versum: *Invitus, ni id me invitet, ut faciam, fides* Lamb. et aliquot Oxonn. *L.*

CAP. LI. *Maximum malum*] Voss. II. Leid. II. carent prima voce. Oud.

Incommodis adficit] MSS. O. Ed. Omn. *inc. adfecit.* Oud. *Affecit* ex MS. Casselano recepit Ern. E Cod. T. dedit idem Orell. *L.*

Plurimae enim del.] Deest *enim* Leid. I. Oud.

Quart. modus erat] Sch. Voss. II. *q. m. erit.* Oud.

Contra firmam argumentationem] Victorin. p. 185. *c. f. adversarii argum.* Oud.

Firmior ponebatur] Sch. Voss. II. Ed. Omn. *ponitur.* Quod cum superiori *erit* praefero. Oud.

Maxime versabitur] Pall. istud volebant et editio vetus. Recentior, *versatur*, quam etiam deserit Grev. Grut. Leid. II. *ver-*

cum aliquid, quod contra dicatur, aequum esse concedimus, sed id, quod nos defendimus, necessarium esse demonstramus: aut cum id, quod illi defendant, utile esse fateamur; quod nos dicamus, demonstremus esse honestum. Ac de reprehensione haec quidem existimavimus esse dicenda. Deinceps nunc de conclusione ponemus.

Hermagoras degressionem deinde, tum postremam conclusionem ponit. In hac autem degressione ille putat oportere quamdam inferri orationem, a caussa, atque a iudicatione ipsa remotam, quae aut sui laudem, aut adversarii vituperationem contineat, aut in aliam caussam deducat, ex qua conficiat aliquid confirmationis, aut reprehensionis, non argumentando, sed augendo per quamdam amplificationem. Hanc si quis partem putarit orationis, se-

---

setur. OUD. *Versatur* dedit Sch. *Versabitur* e Cod. T. retinuit Orell. Tum Sch. *defendamus.* — *fatemur* — *demonstramus;* ubique vulgatam retinuit Orell. *L.*

Quod nos dicamus] Leid. I. *q. n. dicimus.* OUD.

Deinceps nunc de conclusione ponemus] Pal. tert. *conclusionem ponemus,* ut publicavit Lambinus, sed alterum restat in ceteris mss., prima vero editio praefert: *de conclusione dicemus*, ut forte an ultima illa vox eiici debeat, tanquam adscititia. GRUT. *Conclusionem*, quemadmodum Lambin. emendat, scriptum invenimus in duobus Gryph. lib. *de conclusione*, excusi habent, Ald. Victor. Manut. alii. BRUT. Voss. I. Leid. I. III. *conclusionem ponemus.* Leid. II. *de concl. ponetur.* Ed. Omn. *de concl. dicemus;* uti in fine hui. capitis. Mihi haec omnia *deinceps nunc de concl. pon.* spuria videntur, ac plane otiosa. OUD. Eiecit haec Sch., uncis inclusit Orell. *L.*

Degressionem] Sic primus fecit Lambinus, ante quem omnes *digressionem*, quae scriptura quum sit quoque in nostris scriptis, habeat etiam Marius Victorinus, aliis quidem verbis, sed eadem sententia eam describens, qua Cicero, unde pateat, aliquem ea utentem non degredi a caussa, sed vel maxime ei inservire, laudando suos, et adversarium vituperando, ut ea magis sua confirmet, nihil video, cur non prius praeferretur. Contra cap. LV. retinui vetus *demittitur animus hominum*, ubi novicii *dimittitur.* GRON. *Degressionem*, et paullo infra, *degressione* et *degredi*, quam rationem scribendi sequitur Lamb., in duobus Gryph. exempl. vetustissimis habetur. BRUT. Ed. Omn. *Hermag. autem digr.* Ceterum MSS. O. hic et deinceps semper *digress. digredi.* Quod male mutavit Lambinus aliique in *degr.* OUD.

Postremam conclusionem] Leid. I. *extremam c.* III. *postremum c.* OUD.

Inferri orationem] Leid. I. *inferre or.* OUD.

Atque a iudicatione] Deest praepositio eidem. OUD.

Si quis partem putarit] Sch. Leid. III. *si qui*, ut supra saepe. *putabit* in MSS. quinque. *putavit* Voss. II. *esse* addit Leid. II. cum Ed. Omn. OUD.

quatur Hermagoram licebit. Nam et augendi, et laudandi, et vituperandi praecepta a nobis partim data sunt, partim suo loco dabuntur. Nobis autem non placet, hanc partem in numero reponi, quod de caussa degredi, nisi per locum communem, displicet, quo de genere posterius est dicendum. Laudes autem, et vituperationes non separatim placet tractari, sed in ipsis argumentationibus esse implicitas. Nunc de conclusione dicemus. 881

CAP. LII. Conclusio est exitus, et determinatio totius orationis. Haec habet partes tres, enumerationem, indignationem, conquestionem. Enumeratio est, per quam res disperse, et diffuse dictae, unum in locum coguntur, et reminiscendi caussa, unum sub adspectum subiiciuntur. Haec si semper eodem modo tractabitur, perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur. Sin varie fiet, et hanc suspicionem et satietatem vitare poterit. Quare tum oportebit ita facere, ut plerique faciunt propter facilitatem, singillatim unamquamque rem adtingere, et ita omnes transire breviter argumentationes: tum autem id, quod difficilius est, dicere, quas partes exposueris in

---

Sequatur Hermagoram licebit] In duobus codd. non legi mediam vocem, quam et priores omittunt editiones; in uno tamen exstat. Gron. Abest proprium nomen a MSS. O. et Ed. Omn. neque est necessarium. Oud.

Nobis a. n. placet] MSS. O. et Ed. Omn. *n. a. n. placuit.* Quod restituendum censeo. Oud.

In numero reponi] MSS. O. *in numerum.* Sch. et Voss. II. *in numerum deponi.* Vide ad C. 26. Oud. *In numerum* T. et sex Oxonn. Accedit B. L.

Esse inplicitas] Sch. Ed. Omn. *e. inplicatas.* Oud. *Implicitas* B. *Implicatas* T. Altera forma *implicitas*, indice Orelli, Ciceroni placuisse videtur. Statim post Sch. de coniectura: *Nunc igitur de concl. dic.* L.

CAP. LII. *Conquestionem*] Leid. I. *conversionem.* Oud.

Tractari intelligetur] Sch. Voss. I. Ed. Omn. *tr. intelligitur.* Oudendorp.

Sin varie fiet] Leid. II. *sin vero varie f.* Ed. Omn. non agnoscit *fiet*, haud male. Oud. *Sin variae fiet* B. *Fiet* omisit Sch. L.

Et hanc suspicionem et satietatem] Ed. Omn. *et satietatem hanc et suspicionem.* Oud. Paullo post vv. *ita facere* in mai. Ed. spuria iudicavit Sch. L.

Singillatim] Leid. II. III. Ed. Omn. *singulatim*, semper. Oud. *Singillatim* B. scripsitque ita Orell. Verum puto *singulatim.* L.

Et ita omneis transire breviter argumentationes] Quidam legendum putant, *et ita omneis transigere breviter*, quibus assentior. Lamb. Placebat Lambino aliorum *transigere:* sed contra exemplaria vetusta: neque ratio postulat. Grut.

Tum autem id] Sch. *tum ad id.* Leid. I. *t. a. idem.* Ed. Omn. *tum id.* Oud.

partitione, de quibus te pollicitus sis dicturum, et reducere in memoriam, quibus rationibus unamquamque partem confirmaris: tum ab iis, qui audiunt, quaerere, quid sit, quod sibi velle debeant demonstrari, hoc modo: Illud docuimus, illud planum fecimus. Ita simul et in memoriam
382 redibit auditor, et putabit nihil esse praeterea, quod debeat desiderare.

Atque in his generibus (ut ante dictum est) tum tuas argumentationes transire separatim, tum id, quod artificiosius est, cum tuis contrarias coniungere; et cum tuam argumentationem dixeris, tum, contra eam quod adferebatur, quemadmodum dilueris, ostendere. Ita per brevem comparationem, auditoris memoria et de confirmatione, et de reprehensione redintegrabitur. Atque haec aliis actionis quoque modis variare oportebit. Nam cum ex tua persona enumerare possis, ut, quid, et quo quidque loco dixeris, admoneas: tum vero personam, aut rem aliquam inducere, et enumerationem ei totam adtribuere.

Et reducere in memoriam] Quibusdam viris doctis placet legi, *redigere in memoriam.* LAMB. Pal. sec. ac tert. *reducturum.* quod monere visum est. GRUT.

Partem confirmaris] Leid. III. *rem c.* Leid. I. III. Voss. II. *confirmaveris.* OUD.

Ab iis, qui audiunt] MSS. O. et Ed. Omn. *ab his.* Voss. II. *audient.* OUD.

Quod sibi velle debeant demonstrari] Deest verbum *velle* Leid. I. Bene, si legamus *debeat.* Sensus enim, qui in vulgata constructione admodum contortus est, requirit: *quid sibi velint deinde demonstrari.* Vel, ut est apud Victorin. p. 186. *quid amplius velint cognoscere.* An inverso modo legendum *velint debere dem?* An vero *velint exinde d.*, vel simile? Dedit Sch. *quod sibi velint demonstrari amplius;* ceteris omissis. Victorinus enim interpretatur: *quid amplius velint cognoscere.* *L.*

Illud docuimus, illud planum fecimus] Sic Pal. pr. ac sec. neque abibat editionum prima, nisi quod haberet, *illud docuimus, hoc planum fec.* vulgata: *docuimus hoc, illud pl. fec.* GRUT. Leid. III. *docuimus hoc.* Voss. II. Ed. Omn. *hoc pl. fec.* Victorin. *cum hoc et hoc docuerimus, cum hoc et hoc planum fecerimus.* OUD. Verba: *illud docuimus, illud planum fecimus* recte eiecisse videtur Sch. Retinuit Orell. *L.*

Nihil esse praeterea] Deest vox ultima Leid. III. OUD.

Tum tuas argumentationes] Sch. Leid. III. *tum has arg.* OUD.

Quod adferebatur] Leid. III. *q. adferretur.* Sch. Leid. I. II. *q. adferetur.* Ed. Omn. *quid afferetur.* OUD. Deinde in vv. *aliis actionis quoque modis* Sch. scripsit *dictionis*, de coniectura, conferri iubens *ad Herenn.* IV, 45. *L.*

Nam cum ex t. persona] MSS. O. *Nam tum* etc. Ed. Omn. *Nam ex t. p. tum.* OUD.

Quid et quo quidque l.] Leid. II. *quod et q. quodque l.* OUD.

Personam, hoc modo: Nam si legis scriptor exsistat, et quaerat a vobis, quid dubitetis, quod possitis dicere, cum vobis hoc et hoc sit demonstratum. Atque hic, item ut in nostra persona, licebit alias singillatim transire omnes argumentationes; alias ad partitiones singula genera referre, alias ab auditore, quid desideret, quaerere, alias haec facere per comparationem suarum, et contrariarum argumentationum.

Res autem inducetur, si alicui rei huiusmodi, legi, loco, urbi, monumento adtribuetur oratio per enumerationem, hoc modo: Quid si leges loqui possent? nonne haec apud vos quererentur? Quidnam amplius desideratis, iudices, cum vobis hoc et hoc planum factum sit? In hoc quoque genere omnibus eisdem modis uti licebit. Commune autem praeceptum hoc datur ad enumeratio- 383
nem, ut ex unaquaque argumentatione, quoniam tota iterum dici non potest, id eligatur, quod erit gravissimum,

---

Aut rem aliquam] Leid. III. *tum r. al.* Oud.

Nam si legis scriptor] Equidem sic habent omnes editi, quos vidi, et sic etiam lego in scripto. Verum in meliore animadverto *numquid.* Et sane Victorinus in suis codicibus simile quid habuit, citans: *Nam quid si legis scriptor.* Sed etiam MS. meus unus: *et quaerat si id a vobis.* alter *et quaerat sic id a vobis.* Fortasse *scilicet.* Gron. Sch. Leid. II. *Num quid.* Suprasc. in Sch. *nam quid,* ut apud Victor. dein Victor. *assistat.* Leid. II. *et sic quaerat a v.* Voss. I. Leid. III. marg. Sch. et Ed. Omn. *et qu. sic id a v.* Leid. I. Voss. II. *et q. sic a v.* In Voss. II. additum a m. II. *id.* sed in Schol. *et q. si quid a nobis.* Oud.

Quod possitis dicere] Sch. Voss. duo, Leid. II. Ed. Omn. *quid.* Bene. In Voss. et Ed. Omn. ac suprasc. in Sch. *poscatis.* Desunt a Leid. I. *quod possitis.* Dein Ed. Omn. vitiose *dicendum nobis.* Hinc legendum puto, ceteris resectis: *Num quid, si legis scriptor exsistat, et quaerat si quid a vobis, dubitetis dicere.* Oud. Non audiendum esse Oudendorpium, docet Sch. in maiori Ed. ad h. l. *L.*

Cum vobis h. et h. sit dem.] Schol. *cum v. et hoc et hoc dem. est.* Oud.

Ut in n. persona] Sch. *uti in n. p.* Oud.

Si alicui rei huiusmodi] Voss. I. *si alienae rei h.* Oud. Verbis transpositis Sch. h. l. scripsit: *Res autem inducetur, si legi, loco, urbi, monumento aut alicui rei huiusmodi attribuetur;* cui transpositioni favere videtur Victorinus. *L.*

Quid si leges etc. nonne haec apud vos] Ed. Omn. *quod etc. non apud vos.* Oud.

Omnibus eisdem modis] Leid. III. *o. his m.* Oud.

Id eligatur] Schol. *delegatur,* supr. *id.* Leid. III. *deligatur* sine τῷ *id.* Oud.

et unumquodque quam brevissime transeatur; ut memoria, non oratio renovata videatur.

CAP. LIII. Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur. In hoc genere illud primum intelligi volumus posse omnibus ex locis iis, quos in confirmandi praeceptis posuimus, tractari indignationem Nam ex iis rebus, quae personis, atque negotiis adtributae sunt, quaevis amplificationes, et indignationes nasci possunt: sed tamen ea, quae separatim de indignatione praecipi possunt, consideremus.

Primus locus sumitur ab auctoritate, quum commemoramus, quantae curae res ea fuerit aut Diis immortalibus, aut eis, quorum auctoritas gravissima debeat esse. Qui locus sumetur ex sortibus, ex oraculis, vatibus, ostentis, prodigiis, responsis, et similibus rebus; item ex maio-

---

Et unum quodque] Sch. *et unumquidque*. Oud.

CAP. LIII. *Aut in rem*] Sch. *aut in aliquam rem*. Bene. Oud. Volgatam retinuerunt Sch. et Orell. Recte, ut mihi videtur. *L.*

In hoc genere] Leid. II. *hoc in g.* Oud.

In confirmandi praeceptis] Pessime Lambiniana *in confirmandis praeceptis*, quae tamen sequutus Gothofredus notat eum legisse *confirmationis* contra omnes credo scriptos, qui exhibent, ut recudi curavit Gruterus, nisi quod melior noster *in confirmandi praeceptione*, quod non temere contemnam. Gron. Praepositio exsulat a Leid. I. *confirmandis* Sch. a m. II. *confirmationis* suprascr. in Leid. I. *praeceptionibus* Leid. II. *praeceptione* Ed. Omnib. Oud. *In confirmationis praeceptis* scripsit Orell. ex uno Cod. Oxon. et Lamb., quod ipsum infra sine codd. varietate recurrit lib. II, 9. sub fin. *L.*

Quae personis atque negotiis adtributae sunt] Melius, ut opinor, habet manuscriptus: *quae personis, aut quae negotiis adtributae sunt;* et paulo supra *confirmationis* pro *confirmandi*. Fulv. Urs. Leid. III. *q. p. aut quae n.* Sch. *q. p. et quae n.* Rectius. Oud. *Et quae* dederunt Sch. et Orell. *aut quae* Cod. T. *L.*

Quaevis amplificationes et indignationes] Leid. II. *quaevis*. Sch. a m. I. *ex indignatione*. Desunt *et ind.* Ed. Omn. Oud. Vv. *et indignationes* omiserunt Sch. et Orell. neque leguntur ea in Cod. T. *L.*

Sumitur ab auctor.] Sch. *s. ex auctor.* Oud.

Aut Diis etc. *debeat esse*] MSS. O. et Ed. Omn. carent τῷ [v.] *aut.* In Sch. a m. I. *his, quor. a. gr. debeat esse, Diis immort.* Oud.

Sumetur ex sortibus] Sch. Ed. Omn. *sumitur* Leid. II. *sumitur a s.* dein *ex vatibus* Voss. I. Tum *ostensis* Leid. III. Oud.

Et similibus rebus] Deest copula Sch. Voss. I. II. Leid. III. Oudendorp.

Ex maioribus n.] Abest praepositio Sch. Voss. II. Leid. I. III. *a mai.* Leid. II. Oud.

ribus nostris, regibus, civitatibus, gentibus, hominibus sa-
pientissimis, senatu, populo, legum scriptoribus. Secun-
dus locus est, per quem, illa res ad quos pertineat, cum
amplificatione, per indignationem, ostenditur, an ad omnes,
an ad maiorem partem, quod atrocissimum est; an ad su-
periores, quales sunt ii, quorum ex auctoritate indignatio
sumitur, quod indignissimum est; an ad pares animo, for- 384
tuna, corpore, quod iniquissimum est; an ad inferiores,
quod superbissimum est. Tertius locus est, per quem
quaerimus, quidnam sit eventurum, si idem ceteri faciant:
et simul ostendimus, huic si concessum sit, multos aemu-
los eiusdem audaciae futuros: ex quo, quid mali sit even-
turum, demonstrabimus.

Quartus locus est, per quem demonstramus, multos alacres exspectare, quid statuatur, ut ex eo, quod uni concessum sit, sibi quoque tali de re quid liceat, intelligere possint. Quintus locus est, per quem ostendimus, ceteras res perperam constitutas, intellecta veritate, commutatas corrigi posse: hanc esse rem, quae si sit semel iudicata, neque alio commutari iudicio, neque ulla potestate corrigi possit. Sextus locus est, per quem consulto, et de industria factum esse demonstratur, et illud adiungitur, voluntario maleficio veniam dari non oportere: imprudentiae concedi nonnumquam convenire. Septimus locus est, per quem indignamur. quod tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per

---

An ad omnes, an ad m. p] Sch. a m. I. Voss. uterque tam hic quam in seqq. ubique praebent cum Ed. Omn. *aut* pro *an*. Rectius. Non enim *quaeritur*, ad quos pertineat, sed *ostenditur*, *ad quos pertineat, aut ad omnes, aut ad m p., aut ad superiores, aut ad pares, aut ad inferiores.* Oud. Scripserunt Sch. et Orell. *an ad omn. — aut ad mai.* *an ad sup.* Ern. ter scripserat *aut* ex Edd. vett. Cf. Sch. in Ed. mai. ad hunc locum et *Ochsnerus* in Ecl. Cic. p. 123. *L.*

Commutatas] Non agnoscit hanc vocem manus prima Schol. neque sane illa ad loci intellectum indigemus. Oud. Scripsit Sch. *commutari aut corrigi posse.* Vulgatam retinuit Orell. *L.*

Ulla potestate corrigi possit] Prima vox exsulat a Leid. III. *u. p. commutari possit vel corrigi* Voss. I. Ed. Omn. *posse.* II. *posset.* Oud.

Factum esse demonstratur] Abest infinitivus a Sch. Voss. II. Leid. II. Ed. Omn. *monstratur* Voss. I. *ostenditur* Ed. Omn. Oud.

Concedi] Non comparet hoc verbum in Leid. I. ut e prioribus subintelligamus *veniam dari.* Oud.

Per vim, per manum opulentam] Fere adsentiar scripturae Pal. sec. *per vim, manum, opulentiam,* neque abit tertius, quam quod is, *opulentam.* Habet tamen vulgata suam Venerem, quam

manum opulentam, quae res ab legibus, et ab aequabili iure remotissima sit.

CAP. LIV. Octavus locus est, per quem demonstramus, non vulgare, neque factitatum esse, ne ab audacissimis quidem hominibus, id maleficium, de quo agitur, atque id a feris quoque hominibus, et a barbaris gentibus, et immanibus bestiis remotum esse. Haec erunt, quae in parentes, liberos, coniuges, consanguineos, supplices, cru-
385 deliter facta dicentur; et deinceps si qua proferantur in maiores natu, in hospites, in vicinos, in amicos; in eos, quibuscum vitam egeris; in eos, apud quos educatus sis; in eos, a quibus eruditus; in mortuos, in miseros et misericordia dignos, in homines claros, nobiles et honore usos, in eos, qui neque laedere alium, nec se defendere potuerunt, ut in pueros, senes, mulieres: quibus omnibus acriter excitata indignatio, summum in eum, qui violarit horum aliquid, odium commovere poterit.

Nonus locus est, per quem cum aliis, quae constat esse peccata, hoc, quo de quaestio est, comparatur; et

---

non videtur assecutus Wouverius noster, arbitratus forte rescribendum, *manum violentam*. GRUT. *Per vim, per manum opulentam*. Sic bene Leid. II. A ceteris et Ed. Omn. abest alterum *per*. OUD. *Per vim, manum, opulentiam* scripsit Sch. e Pal. secundo. Recte, secutusque est Orell. *L.*

Ab legibus et ab aequabili iure remotissima] MSS. tres *a l.* Ed. Omn. caret copula, et dat cum Leid. II. *aequali*. Voss. I. *remota*. OUD. Cod. T. *aequali*, qui idem praestantissimam lectionem praebet: *quae res — remotissimae sint*, quam merito recepit Orell. *L.*

CAP. LIV. *Ne ab audac. quidem h.*] Sch. Ed. Omn. *neque ab aud. q.* Voss. I. Leid. I. II. *nec ab a. q.* OUD.

A feris quoque h. et a barbaris g.] Abest *quoque a* Sch. et Ed. Omn. *quam a b.* Ed. ead. *et barb.* Leid. III. OUD.

Facta dicentur] Voss. I. *f. esse d.* Voss. II. Leid. I. Ed. Omn. *dicuntur*. OUD.

In hosp. in vic. in amicos] Praepositio ter deest Sch. OUD.

In miseros et miseric. dignos] Sch. Voss. II. Leid. I. II. Ed. Omn. *in mis. in miser. d.* OUD. *In miseros et indignos* B. *L.*

Nec se defendere] Voss. I. *neque s. d.* Ed. Omn. *vel def.* st. OUD. Tum *potuerint* scripserunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Quibus omnibus acr. excitata ind.] Leid. III. *ex quibus* etc. *excita ind.* Sch. Voss. I. Leid. II. Ed. Omn. *quibus ex omn.* Bene. OUD. *Quibus ex omnibus* BT. quod dedit Sch. in mai. Ed. *L.*

Violarit horum aliquid] Leid. II. *violaverit*. Sch. *hor. aliquem violarit*, quod meis auribus praeplacet. OUD. Atque ita de Oudendorpii approbatione dedit Sch., quod Orellio a correctore profectum videtur. *L.*

Cum aliis, quae constat esse peccata] Sch. Leid. I. III. *c. al. peccatis, quae* etc. In solo Voss. II. est *constat*. Ceteri et Ed. Omn. dant *constant*. OUD.

ita per contentionem, quanto atrocius, et indignius sit illud, quo de agitur, ostenditur. Decimus locus est, per quem omnia, quae in negotio gerendo acta sunt, quaeque post negotium consecuta sunt, cum uniusque indignatione, et criminatione colligimus, et rem verbis quam maxime ante oculos eius, apud quem dicitur, ponimus, ut id, quod indignum est, perinde illi videatur indignum, ac si ipse interfuerit, ac praesens viderit. Undecimus locus est, per quem ostendimus, ab eo factum, a quo minime oportuerit, et a quo, si alius faceret, prohiberi conveniret. Duodecimus locus est, per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit, nec alicui unquam usu evenerit.

Tertius decimus locus est, si cum iniuria contumelia iuncta demonstratur, per quem locum in superbiam et arrogantiam odium concitatur. Quartus decimus locus 386
est, per quem petimus ab iis, qui audiunt, ut ad suas res nostras iniurias referant: si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent: si ad mulieres, de uxoribus: si ad senes, de patribus, aut parentibus. Quintus decimus locus est, per quem dicimus, inimicis quoque et hostibus, ea, quae nobis acciderint, indigna videri solere.

Illud, quo de agitur] MSS. O. *de quo.* Ed. Omn. *id de quo.* OUDENDORP.

In negotio gerendo] Leid. II. *in n. gerundo.* OUD.

Quaeque post negotium consecuta sunt] Legendum fortasse est: *quaeque negotium consecuta sunt.* LAMB. Excidisse hic opinor *gestum.* OUD.

Perinde illi vid. ind.] Sch. Voss. II. Leid. I. *proinde*, frequentissima variatione. OUD.

Ac praesens vid.] Leid. I. III. *et praes. vid.* OUD.

Primis acciderit] Leid. I. Ed. Omn. *primum ac.* Leid. II. *in primum ac.* OUD.

Alicui unquam usu evenerit] Ita Pal. sec. ceter. et Grev. *venerit*, quod maluit Gulielmius. GRUT. *Nec alicui u. usu evenerit.* MSS. quinque *neque.* Sch. Voss. II. Leid. III. *venerit.* Vide ad Cap. 10. *fuerit.* Leid. I. OUD. *Usu evenerit* est in B. atque ita etiam h. l. scribendum est. *Usu venerit* T. et tres Oxonn. teste Orellio, qui cum Sch. hoc recepit. Ceterum *neque alicui* est etiam in B. *L.*

Iuncta demonstratur] Leid. I. *coniuncta demonstretur.* OUD.

Odium concitatur] Haud secus Pall. quippe Grev. et primo cusus *incitatur.* Lambini editio prior, *odio concitatur.* GRUT.

Iniurias referant] Leid. I. *ini. faciant.* II. *ini. conferant.* OUD.

Quae nobis acciderint] Leid. I. *q. n. acciderunt.* OUD. Quae statim sequuntur verba: *Conquestionis — oportebit* et interposita tanquam spuria delevit Sch. Non secutus est Orellius, recte, ut mihi videtur. *L.*

CAP. LV. Et indignatio quidem his fere de locis gravissime sumetur.

Conquestionis autem huiusmodi de rebus partes petere oportebit. Conquestio est oratio, auditorum misericordiam captans. In hac primum animum auditoris mitem, et misericordem conficere oportet, quo facilius conquestione commoveri possit. Id locis communibus efficere oportebit, per quos fortunae vis in omnes, et hominum infirmitas ostenditur: qua oratione habita graviter, et sententiose, maxime demittitur animus hominum, et ad misericordiam comparatur, cum in alieno malo suam infirmitatem considerabit.

Deinde primus locus est misericordiae, per quem, quibus in bonis fuerint, et nunc, quibus in malis sint, ostenditur. Secundus, qui in tempora tribuitur; per quem, quibus in malis fuerint, et sint, et futuri sint, demonstratur. Tertius, per quem unumquodque deploratur incommodum, ut in morte filii, pueritiae delectatio, amor, spes, solatium, educatio, et, si qua simili in genere, quolibet de incommodo per conquestionem dici poterunt. Quartus, per quem res turpes, et humiles, et illiberales proferentur, et indignae aetate, genere, fortuna, pristino honore, beneficiis, quas passi, perpessurive sint. Quintus est, per
387 quem omnia ante oculos singulatim incommoda ponentur, ut videatur is, qui audit, videre, et re quoque ipsa, quasi adsit, non verbis solum, ad misericordiam ducatur.

Sextus, per quem praeter spem in miseriis demonstratur esse; et, cum aliquid exspectaret, non modo id non adeptum esse, sed in summas miserias incidisse. Septimus,

---

CAP. LV. *Demittitur animus*] vide Gronov. supra c. 51.

Et nunc, quibus in malis sint] Sch. et Ed. Omn. *et nunc, per quem q. in m. s.* Male. Oud. In supp. scripsit Sch., ne subiecto careat sententia: *per quem rei quibus in b. f.* Non opus est. *L.*

Secundus] Voss. I. Leid. II. *sec. locus est.* Oud.

Simili in genere] Addit Voss. II. *versantur.* Oud.

In lib. proferentur] Leid. II. Ed. Omn. *in l. proferuntur.* Oud.

Quas passi perpessurive sint] Leid. II. *quae passi essent* etc. Voss. I. *q. p. quae perp.* etc. Leid. I. a m. 1. *perpessuri s.* Oud.

Quintus est] Voss. II. *q. locus est.* Contra ceteris MSS. deest verbum. Oud.

Inc. ponentur] Leid. II. *inc. ponuntur.* Oud. H. l. *singulatim* diserte Cod. T. Sed *singillatim* etiam h. l. B. *L.*

In summas miserias] Deest adiectivum Leid. I. *in mis. summas* Ed. Omn. Oud. Paullo ante Sch. scripsit: *et quum aliquid boni exspectaret.* Sed recte voc. *boni* notio inesse iam in v. *adeptus* ostendit Orell. Tum Codd. omnes *adeptum esse*, etiam BT. Sed Sch. et Orell. Lambinum secuti *adeptus esse.* *L.*

per quem ad ipsos, qui audiunt, similem casum convertimus, et petimus, ut de suis liberis, aut parentibus, aut aliquo, qui illis carus debeat esse, nos cum videant, recordentur. Octavus, per quem aliquid dicitur esse factum, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit, hoc modo: Non adfui, non vidi, non postremam eius vocem audivi, non extremum eius spiritum excepi. Item, inimicorum in manibus mortuus est, hostili in terra turpiter iacuit insepultus, a feris diu vexatus, communi quoque honore in morte caruit.

Nonus, per quem oratio ad mutas et expertes animi res refertur: ut, si ad equum, domum, vestem, sermonem alicuius adcommodes, quibus animus eorum, qui audiunt, et aliquem dilexerunt, vehementer commovetur. Decimus, per quem inopia, infirmitas, solitudo demonstratur. Undecimus, per quem aut liberorum, aut parentum, aut sui corporis sepeliendi, aut alicuius eiusmodi rei commendatio fit. Duodecimus, per quem disiunctio deploratur ab aliquo, cum diducaris ab eo, quicum libentissime vixeris, ut a parente, filio, fratre, familiari. Tertius decimus, per quem cum indignatione conquerimur, quod ab iis, a quibus minime conveniat, male tractemur, propinquis, amicis, quibus benefecerimus, quos adiutores 388

Ad ipsos, q. a., s. casum convertimus] Sch. a m. I. *s. in caussam convertimur.* Leid. III. *apsos, q. a. s. in causam convertimus.* Oud. Paullo post *karus debeat esse* B. Atque ita etiam infra cap. 56. *qui kari nobis debent esse. L.*

Eius vocem audivi] Pronomen exsulat a Sch. Leid. II. III. Oud.

Spiritum excepi] Sch. *sp. percepi.* Leid. III. *s. accepi.* Oud. *Extremum spiritum eius accepi* B. *L.*

Hostili in terra turp. iac.] Sic Hom. Ἰλ. λ. [XI, 816.] Ἆ δειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες, ἠδὲ μέδοντες. Ὣς ἄρ᾽ ἐμέλλετε, τῆλε φίλων, καὶ πατρίδος αἴης, Ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας ἀργέτι δημῷ. Lamb.

A feris diu vexatus] *Divexatus*, expuncta littera vocali *v*, in nonnullis manuscr. habetur. Brut.

Ad m. et exp. an. res refertur] MSS. quinque *referetur.* Leid. III. *fertur.* Oud.

Aliquem dilexerunt] Voss. II. *al. qui dilex.* Oud.

Aut liberorum] Abest prima vox a Sch. Voss. II. Ed. Omn. Oud.

Fratre, familiari] Voss. I. *a fr. f.* Leid. I. non habet vocem *fratre.* Ed. Omn. ubivis repetit *ut a.* Oud.

Minime conveniat] Ed. Omn. *non conveniant.* Oud.

Quibus benefecerimus] Sch. Leid. II. *q. benigne fecerimus. Benigne fecerimus* etiam T. ex quo recepit Orell. qui haec adnotavit: *Vide orat. pro Plancio c. 19. Formula est antiquior, quod genus, sicubi in iuvenili hoc Ciceronis scripto a Codd. praebentur, non sunt aspernandae. L.*

Adiutores f. putaverimus] Ed. Omn. *auditores.* Sch. *putaremus.* Voss. II. *putavimus.* Oud.

fore putaverimus, aut a quibus indignum est, ut servis, libertis, clientibus, supplicibus.

CAP. LVI. Quartus decimus, qui per obsecrationem sumitur: in quo orantur modo illi, qui audiunt, humili et supplici oratione, ut misereantur. Quintus decimus, per quem non nostras, sed eorum, qui cari nobis debent esse, fortunas conqueri nos demonstramus. Sextus decimus est, per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus, et tamen amplum, et excelsum, et patientem incommodorum esse, et futurum, si quid acciderit, demonstramus. Nam saepe virtus et magnificentia, in qua gravitas et auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commovendam, quam humilitas, et obsecratio. Commotis autem animis, diutius in conquestione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius, lacrima nihil citius arescit. Sed quoniam et satis, ut videmur, de

---

A quibus indignum est, ut s.] Sch. *a. q. indignum sit.* supr. *sit.* Abest etiam *ut* a Leid. II. contra *ut a s.* Leid. III. Sed Voss. II. *a q. indignum sit, servis* etc. Optime. Certe subiunctivus requiritur modus, ut supra: *a quibus minime conveniat, propinquis* etc. OUD. *Ut* abest etiam a B. *Indignum sit, ut* dedit Orell. *L.*

CAP. LVI. *Sextus decimus est*] Deleatur verbum MSS. O. auctoribus, non magis hic necessarium, quam in praecedentibus. OUD.

Et excelsum] Voss. II. *misericordem.* OUD. Vv. *et excelsum* desunt in B. *L.*

Et patientem incommodorum esse] Genitivum non agnoscit Sch. nisi in margine a m. recentiore. Glossam esse reor. Passim Cicero aliique *patientem animum* absolute etiam dicunt. Ovid. L. IV. ex P. El. 10, 9.

Exemplum est animi nimium patientis Ulixes.

OUDENDORP.

Esse et futurum] MSSti iterant *esse et futurum esse*, quod non magis respui debet, quam quod paulo ante dixit: *praeter spem in miseriis demonstratur esse, et cum aliquid exspectaret, non modo id non adeptum esse.* Tanto autem minus id facere nunc debuerunt, quod ferre potuerunt cap. XXX.: *fons apertus est, nec minus dilucide, quam rei natura ferebat, demonstratus est.* GROS. MSS. O. addunt *esse.* Vide Gronov. OUD. *Et futurum esse si quid* B. *L.*

Virtus et magnificentia, IN QUA gravitas et auctoritas est, plus proficit etc.] Nemo quidquam de lectionis varietate monuit, cum tamen in MSS., quos vidi, omnibus exaratum sit, *in quo.* Verissime, ut arbitror, intellecto substantivo *animi*, qui praecessit, et quo de agitur; vel etiam pronomine demonstrativo, ut fit sexcenties. *profuit* Leid. III. et mox *dicit.* OUD. *In quo* BT. et septem Oxonienses; quod secuti sunt Sch. et Orell. Recte. *L.*

omnibus partibus orationis diximus, et huius voluminis magnitudo longius processit; quae sequuntur deinceps, in secundo libro dicemus.

M. TULLII CICERONIS RHETORICORUM, SEU DE INVENTIONE RHETORICA, LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Crotoniatae quondam, cum florerent omnibus copiis, et in Italia cum in primis beati numerarentur, templum Iunonis, quod religiosissime colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt. Itaque Heracleotem Zeuxin, qui tum longe ceteris excellere pictoribus existimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt. Is et ceteras complures tabulas pinxit, quarum nonnulla pars usque ad nostram memoriam propter fani religionem remansit: et, ut excellentem muliebris formae pulchritudinem muta in sese imago

---

Quoniam et satis, ut videmur, etc. *diximus*] Voss. II. *quoniam videmur, quod satis est* etc. *dixisse*. MSS. quatuor Ed. Omn. *quoniam satis videmur* etc. *dixisse*. Leid. I. *quoniam et satis videmur* etc. *dixisse*. Hoc verum puto. OUD.

CAP. I. *Religiosissime*] Leid. I. *religiose*. OUD.

Heracleotem Zeuxin] O. MSS. et Ed. Omn. carent adspiratione. *Eracleontem* MSS. quatuor. Sed in veterrimis membranis est *Eracleontem*. Tum MSS. tres et Ed. Omn. de more *Zeusin*, et mox *Zeusis*. OUD. *Eracleonthem Zeusim* B. Scribendum videtur *Zeuxim*. Cf. quae dixit Cour. Leop. Schneider in Formenlehre d. lat. Spr. I. pag. 297. seq. in nota. *L.*

Exc. pictoribus existimabatur] Sch. Leid. II. *aestimabatur*. OUDENDORPIUS.

Complures tabulas] Ed. Omnib. *quam plures t.* et mox *usque nostram ad m.* OUD. *Quam plures* B. Fortasse legendum: *quam plurimas*. *L.*

Propter fani religionem remansit] Legendum fortasse: *permansit*. Verum tamen nihil muto. LAMB.

Muta in sese im.] Sch. Leid. II. *m. in se im.* OUD. Paullo post variant Codd. in ordine verborum: *Helenae pingere ee si-*

continineret, Helenae se pingere simulacrum velle dixit. Quod Crotoniatae, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum aliis praestare saepe accepissent, libenter audierunt. Putaverunt enim, si, quo in genere plurimum posset, in eo magnopere elaborasset, egregium sibi opus illo in fano relicturum.

Neque tum eos illa opinio fefellit. Nam Zeuxis illico quaesivit ab eis, quasnam virgines formosas haberent. Illi autem statim hominem duxerunt in palaestram, atque ei pueros ostenderunt multos, magna praeditos dignitate. Etenim quodam tempore Crotoniatae multum omnibus corporum viribus et dignitatibus antesteterunt, atque honestissimas ex gymnico certamine victorias domum cum maxima laude retulerunt. Cum puerorum igitur formas,

---

mulacrum velle T. *H. pingere simulacrum velle se* Cod. Altorf. *II. se simulacrum pingere velle*, B. cui accedo. Orell. putabat *se* delendum esse, quod fieri posse nego. *L.*

Putaverunt enim eum, si quo etc.] Libri veteres non habent *eum*, quae vox tamen in omnibus vulgatis reperitur. Lamb. Delevi pronomen *eum*, quod erat in hactenus vulgatis, ita tamen, ut non compareret in editione principe, neque agnoscerent Pal. nostri. Grut. *Putaverunt enim.* Sic MSS. O. et Ed. Omnib. sine pronomine *eum.* Oud.

In eo magnopere elab.] Sch. *si in eo magnopere el.* Leid. I. Voss. II. *magno opere.* Oud. *Magno opere* TB. quod hoc loco recte rescripsit Orell. *L.*

Illa opinio f.] Leid. II. *ea.* Sed pronomine caret tert. Haud male. Oud. *Illa* omisit Sch. retinuit Orell. reliquorum omnium codd. auctoritate. *L.*

Zeuxis] Sch. *Zeuxes.* Oud.

Quasnam virg.] Legendum fortasse est: *ecquasnam virgines*, etc. Lambinus.

Duxerunt in palaestram] Sch. *adduxerunt in p.* In ceteris et Ed. Omnib. *deduxerunt in p.* Quod miror ab editoribus neglectum, cum sit lectio verissima. V. Broukh. ad Tib. L. I. IV. 80.

Deducat iuvenum sedula turba senem,

et passim: quamvis aliquoties librarii praepositionem omiserint. Nec mutandum in Cic. L. I. Acad. c. 3. *Nos in nostra urbe peregrinantes, tanquam hospites tui libri quasi domum deduxerunt.* Contra c. 5. malim e Voss. I. *in urbem ab illis ducitur ac reus fit.* vulgo *deduc.* Oud.

Omnibus corporum viribus] Voss. I. *omnibus corporibus corp. vir.* Oud.

Cum puerorum igitur formas et corpora magno] Est versus longus; quem destruendum putabat Gulielmius fide libri Grevenb. *corpora et formas.* Pall. adhaerent vulgatae. Grut. *Formas et corpora magno hic opere m.* Sch. *hic f. et c. magnopere.* Voss. I. *et c. hic magnopere.* Oud. Quum in vulgata versus heroicus inesset: *Quum puerorum igitur formas et corpora magno*, Sch. *corpora et formas* scripsit; ego malim cum uno vetustissimo Oudendorpii Cod. legere: *Quum puerorum igitur hic f. et c. magnopere.* *L.*

et corpora magno hic opere miraretur: Horum, inquiunt, sorores sunt apud nos virgines; quare, qua sint illae dignitate, potes ex his suspicari. Praebete igitur mihi, quaeso, inquit, ex istis virginibus formosissimas, dum pingo id, quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simulacrum ex animali exemplo veritas transferatur.

Tunc Crotoniatae publico de consilio virgines unum in locum conduxerunt, et pictori, quas vellet, eligendi potestatem dederunt. Ille autem quinque delegit, quarum nomina multi poëtae memoriae tradiderunt, quod eius essent iudicio probatae, qui verissimum pulchritudinis habere iudicium debuisset. Neque enim putavit, omnia, quae quaereret ad venustatem, uno in corpore se reperire posse; ideo quod nihil simplici in genere omni ex parte per- 391

Inquiunt illi] Sic praebent MSS. v. et Ed. Omn. Pronomen deest Leid. II. et vulgo. Oud. *Inquiunt illi* TB. atque ita recte restituit Orell. et Sch. *L.*

Praebete igitur mihi] Exsulat pronomen a Sch. Oud.

Tunc Croton.] MSS. quatuor *Tum Crot.* Oud.

Publico de consilio] Sic Pall. omnes Grev. tamen *communi de cons.* quod praeferebat Gulielmius; nondum ego. Grut.

Unum in locum conduxerunt] *conduxerunt*, συνήγαγον. Sic Lucretius: *parteis conducere in unum.* et alibi: *conductis partibus.* Iterum M. Tullius infra: *unum in locum conduxit Aristoteles.* Lamb.

Quas vellet, eligendi pot. dederunt] Sch. a m. I. item Voss. II. Leid. III. *quam.* Contra Voss. I. *quod* pro *quot*, ut opinor. Oud.

Quinque delegit] Voss. I. *q. virgines elegit.* Ed. Omn. *q. virgines del.* Oud.

Memoriae tradiderunt] Liber unus manuscript. habet: *prodiderunt.* Lamb.

Omni ex parte perfectum] Si sic correxerunt ex libris vetustis bonae notae, et non ex libri de Amicitia verbis, quae sunt cap. XXI, ubi fere ipsa haec occurrunt, sustinere possum. Sed quid ergo et unde est, quid et in antiquis editis, et tribus scriptis lego *omnibus ex partibus?* An non infra cap. XL. *totam omnibus ex partibus pertentare.* Etiam 2 de Nat. D. *perfectum expletumque omnibus numeris et partibus.* 1 de Legg. *mundum omnibus partibus inter se congruentibus cohaerere?* Sed etiam supra I, 34. *omnibus partibus commodius regitur.* et infra cap. XII. *si totius administratio negotii ex ipsius omnibus partibus pertentabitur.* ubi licet et in ipso Ciceronis contextu aliter legatur, et ut hodie leguntur, citentur quoque ab Mario Victorino; tamen is eam paraphrasin sic concludit: *Suspiciones ducentur, id est, coniectura capietur ex ipsis omnibus partibus, ex omnibus partibus pertentabitur* etc. certissimo indicio eum illic vel *ipsis* vel *ipsius* legisse. Gron. *Simplici in gen. omni ex parte.* MSS. omnes *omnibus ex partibus.* Verissime, et bene adseruit Gronovius. Sic saepe *multis partibus.* Et L. II. c. 46. *omnibus partibus.* Oud. *Omnibus ex partibus* TB. atque ita recte dederunt Sch. et Orell. *L.*

fectum natura expolivit. Itaque, tamquam ceteris non sit habitura quod largiatur, si uni cuncta concesserit, aliud alii commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur.

CAP. II. Quod quoniam nobis quoque voluntatis accidit, ut artem dicendi perscriberemus, non unum aliquod proposuimus exemplum, cuius omnes partes, quocumque essent in genere, exprimendae nobis necessario viderentur: sed, omnibus unum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime praecipere videbatur, excerpsimus, et ex variis ingeniis excellentissima quaeque libavimus. Ex his enim, qui nomine et memoria digni sunt, nec nihil optime, nec omnia praeclarissime quisquam dicere nobis videbatur. Quapropter stultitia visa est, aut a bene inventis alicuius recedere, si quo in vitio eius offenderemur, aut ad vitia quoque eius accedere, cuius aliquo bene praecepto duceremur.

392 Quod si in ceteris quoque studiis a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese uni alicui certo vellent addicere, minus in arrogantia offenderent;

Itaque, tamquam] Sch. *ita tamquam*. Oud.

Aliud alii commodi] Sch. *al. enim al. c.* Voss. II. *commodum*. Oudend.

Adiuncto incommodo] Voss. II. *iuncto inc.* Oud.

CAP. II. *Quod quoniam nobis voluntatis accidit*] Grev. *voluntati;* vultque Gulielmius, voluisse exprimere *voluptati*. Grut.

Exprim. nobis necessario viderentur] Ed. Omn. prave *sive in demonstrativo sive deliberativo expr.* etc. Sch. Voss. I. Leid. II. III. *necessaria*. Ed. Omn. *necessariae*. Oud.

Libavimus] Voss. II. *praelibavimus*. Oud.

Si quo in vitio eius offenderemur] Liber unus manuscrip. habet, *si quo invento*. Lamb. Gulielmius Lambinum secutus, deleverat *in*, et aberat ea syllaba Pal. tert., sed erat in pr. et sec. libris melioribus, sic et mox *offendere in arrogantia*. Ita enim Pall. nostri, non *arrogantiam*, ut vulgo editum est. Grut. Sch. a m. I. *invento ei*. Leid. II. *offenderemus*. Sed adi ad *Lib.* I. c. 17. *In oratore offenditur*. Oud.

Cuius aliquo bene praecepto] Secutus sum libros fere omnes vulgatos. Nam duo manuscripti habent, *bono precepto*, quibuscum consentiunt impressi nonnulli. Lamb.

Vellent addicere] vid. Schott. Lib. V. Observ. cap. 34. Nos, *mallent*, quod iam antea Lamb. certa coniectura adductus emendarat, centesimo abhinc anno Leonic. ediderat. Facilis autem fuit lapsus a verbo, *vellent:* quod perperam vulgati, atque adeo melioris notae retinent. Brut. — *Uni alicui c. vellent add.* Deest *uni* Leid. II. *mallent* Ed. Omnib. Male, cum *potius* de more subintelligatur. Adi Drakenb. ad Liv. L. XXXIV. c. 49. aliosque plurimos. Restituenda est illa ellipsis. Colum. L. III. c. 2. §. 27. *Spioma dapsilis musto, et amplitudine alioquin uvarum, quam numero fertilis.* Sic MSS. vel *alicui*, vulgo *magis*. Appuleio Flor.

non tantopere in vitiis perseverarent: aliquanto levius ex inscientia laborarent. Ac si par in nobis huius artis, atque in illo picturae, scientia fuisset, fortasse magis hoc suo in genere opus nostrum, quam ille in sua pictura nobilis eniteret. Ex maiore enim copia nobis, quam illi, fuit exemplorum eligendi potestas. Ille una ex urbe, et ex eo numero virginum, quae tum erant, eligere potuit, nobis omnium, quicumque fuerunt, ab ultimo principio huius praeceptionis, usque ad hoc tempus, expositis copiis, quodcumque placeret, eligendi potestas fuit.

Ac veteres quidem scriptores artis usque a principe illo atque inventore Tisia repetitos, unum in locum conduxit Aristoteles, et nominatim cuiusque praecepta magna conquisita cura perspicue conscripsit, atque enodata diligenter exposuit: ac tantum inventoribus ipsis suavitate et brevitate dicendi praestitit, ut nemo illorum praecepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes, qui, quod illi

---

N. 16. *Emere velis, quam rogare.* Sic enim MSS. cum Edd. Colv. Vulc. Pessime alii *potius* intruserunt. Eidem in Apol. p. 33. Ed. Pric. *susceptum officii gratia, quam lucri causa docebo.* Adde N. Heinsii advers. ad Tibull. I. 1, 51. *O quantum est auri pereat, pereatque zmaragdi, quam fleat* etc. cum nota P. Burmanni mei ad Lotich. p. 209. Oud. *Vellent* TB. quod recte vindicavit Oudendorpius, retinuerunt Sch. Orell. *L.*

In arrogantia offenderent] MSS. Omn. *arrogantiam.* Sed vide Grut. supra. Manut. ad L. V. Fam. 14. Graev. ad L. I. in Verr. c. 25. Oud.

Tantopere] Leid. I. *tanto opere.* Oud. *Tanto opere* BT. quod non recte h. l. rescriptum ab Orell. *L.*

Levius ex inscientia laborarent] Ita Pall. etiam omnes, non *inscitia*, ut aliae fere edd. Grut. *Aliquanto levius ex inscientia l.* Voss. I. Leid. I. *aliquando.* Leid. III. Ed. Omn. *inscitia.* Oud. *Inscitia* dedit Sch. male. Nam *inscitia* est indicii, et agentis et voluntaria magis; *inscientia* autem errantis, non voluntaria. Cf. Gernhard. in excursu ad ed. Cic. Lael. et Cat. p. 293. *L.*

Et ex eo numero v.] Copula deest Voss. I. Oud.

Quicumque fuerunt] Leid. II. *q. fuerint.* Ed. Omn. *quaecumque.* Oud.

A principe illo atque inventore Tisia] Sch. *ad principem illum a. inventorem Tysiam.* Ed. Omn. *ab pr. i. a. i. Tysia.* Voss. I. II. et Victor. p. 189. etiam *Tysia.* Leid. III. *Thysia.* Male cum hic, tum alibi. Siculus ille *Τισίας* Graecis. v. L. I. de Or. c. 20. in Bruto c. 12. Quinctil. L. IX, 3. Pantin. ad M. Apostolii Cent. X. §. 64. ubi male vulgo *Στιίας.* Fabric. ad Sext. Empir. Lib. II. adversus Rhetores p. 306. Oud.

Atque enodata dilig.] Ed. Omn. *a. enodate et d.* Oud.

Ac tantum] Sch. Leid. I. *at tantum.* Bene. Oud. Secutus est Ernestius, male; recte enim vidit Orell., nullam in his oppositionem inesse, unde vulgata retinenda. *L.*

Ex ipsorum libris cogn.] Sch. *ex illorum l. c.* Oud.

praecipiant, velint intelligere, ad hunc, quasi ad quemdam multo commodiorem explicatorem, revertantur.

Atque hic quidem ipse, et sese ipsum nobis, et eos, qui ante se fuerant, in medio posuit, ut ceteros, et se ipsum per se cognosceremus. Ab hoc autem qui profecti sunt, quamquam in maximis philosophiae partibus operae plurimum consumserunt, sicut et ipse, cuius instituta sequebantur, fecerat; tamen permulta nobis praecepta dicendi reliquerunt. Atque alii quoque alio ex fonte
393 praeceptores dicendi emanaverunt, qui item permultum ad dicendum, si quid ars proficit, opitulati sunt. Nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus et nobilis rhetor Isocrates: cuius ipsius quam constet esse artem, non invenimus.

Discipulorum autem, atque eorum, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte praecepta reperimus.

Et sese ipsum] Voss. I. II. *et se ipsum.* Oud. Saepe librarii *se* duplicatum obscuraverunt. Certum est, *se* simplex ponendum esse, ubi nulla magnopere vis inest, ut in his et similibus formulis: *Sic res se habet.* Contra ubicunque pondus aliquod sententiae inest, Cicero duplicare amat, ut in huiusmodi dictionibus: *sese ipsum diligere,* aliisque. Conf. Cic. Fin. V, 11.: *ita diligi a sese quemque.* Id ibidem: *non ad eum ipsum, qui sese diligat.* L.

Ante se fuerant] Deest *se* Leid. II. *fuerunt* Sch. cum aliis tribus. Oud.

Quamquam etc. *consumserunt*] Sch. *q. consumserint.* Subiunctivus modus saepe coniunctioni isti iunctus, in MSS. abiit in indicativum. V. ad Hirt. B. Gall. L. VIII. prol. Ovid. L. III. ex P. V, 9. ut legi debet. Sil. Ital. L. VII, 163. Liv. L. II. c. 4. in f. Hinc emendandus Apulei. in Flor. N. I. *quamquam oppido festine, praefanda venia:* immo *festinem,* ut N. 21. *quamquam oppido festinent.* Sic enim MSS. duo et Edd. ante Colv. vulgo *festinant.* Oud. Res est interdum difficilis ad iudicandum, ubi coniunctivus, ubi indicativus ponendus. *Quanquam* cum coniunctivo est concedentis et leviter subdubitantis: *wie sehr sie auch — mögen.* Contra *quanquam* cum indicativo est ponentis et nihil dubitantis: *wie sehr sie auch — aufgewendet haben.* Posterior ratio h. l. praeferenda videtur, quapropter acquiescendum in indicativo. Paullo post pro vv. *sicut et ipse* T. exhibet *siculi ipse,* quod praeferendum videtur, quanquam in hac formula *et ipse* Cicero Graecos videtur secutus esse, qui *καὶ αὐτός* tantopere frequentant, ut homini Latino, qui Graece sciret, formula *et ipse* vix evitabilis esset. *L.*

Isocrates] Voss. I. Sch. a m. 1. *Socrates,* inepte. Oud.

Constet esse artem] Leid. III. *instituisset art.* Sch. Leid. I. Ed. Omn. *constat e. a.* Oud.

De arte praecepta] Sch. a m. I. *de arte praefata.* Oud.

CAP. III. Ex his duabus diversis sicuti familiis, quarum altera cum versaretur in philosophia, nonnullam rhetoricae quoque artis sibi curam adsumebat, altera vero omnis in dicendi erat studio et praeceptione occupata; unum quoddam est conflatum genus a posterioribus, qui ab utrisque ea, quae commode dici videbantur, in suas artes contulerunt: quos ipsos simul, atque illos superiores, nos nobis omnes, quoad facultas tulit, proposuimus, et ex nostro quoque nonnihil in commune contulimus.

Quod si ea, quae in his libris exponuntur, tantopere eligenda fuerunt, quanto studio electa sunt, profecto neque nos, neque alios industriae nostrae poenitebit. Sin autem temere aliquid alicuius praeteriisse, aut non satis eleganter secuti videbimur, docti ab aliquo, facile et libenter sententiam commutabimus. Non enim parum cognosse, sed in parum cognito stulte et diu perseverasse, turpe est: propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari uniuscuiusque vitio est adtributum.

Quare nos quidem sine ulla adfirmatione, simul quaerentes, dubitanter unumquidque dicemus, ne, dum parvulum hoc consequimur, ut satis commode haec perscripsisse videamur: illud amittamus, quod maximum est, ut ne cui rei temere atque arroganter adsenserimus. Ve- 394

CAP. III. *In suas artes contulerunt*] Voss. II. *in s. a. retulerunt*. OUD. *Transtulerunt* B. *L.*

Et ex nostro quoque] Pall. duo priores, et Grev. *ex nostra*; quod forsan sequendum erit. GRUT. *Ex nostro quoque*. Sch. *ex nostra q.* suprasc. a m. II. *parte*. OUD.

Ind. nostrae poenitebit] Leid. II. *ind. n. pigebit*. OUD. Paullo ante pro *tantopere* cum codd. BΓ. scribendum *tanto opere*, quod dubitari non licet, cum sequatur *tanto studio*. *L.*

Aliquid alicuius praeteriisse] Sch. *aliquod*. Voss. I. *alicui*, ut construatur cum seq. *videbimur*. In MSS. V. et Ed. Omn. *praeterisse*. OUD.

Unius cuiusque vitio] Deest *unius* Leid. II. et Sch. a m. I. OUDENDORPIUS.

Unum quidque] Sic Sch. a m. I. Voss. II. In ceteris et Ed. Omn. *unum quodque*. OUD.

Parvulum hoc consequimur] Abest *hoc* Sch. a m. I. *consequamur* idem et Voss. I. *hoc parv. sequimur* Ed. Omn. OUD.

Perscripsisse videamur] Sch. Leid. I. Voss. II. *praescripsisse vid.* OUD.

Verum hoc quidem nos] Vocula postrema, quum in neutro MS. occurrat, et in praecedenti periodo illud *nos quidem* iam dixerit, merito suspecta haberi debet. GRON. Leid. I. *v. haec q. n.* OUD. *Nos* in duobus Gron. codd. et uno Oxon. omissum, omisit Sch. recte retinuit Orellius, oppositionis vim id flagitare intelligens. Tum Cod. B. *et in omni temp. et in omni vita*. Ceterum de prae-

rum hoc quidem nos, et in hoc tempore, et in omni vita studiose, quoad facultas feret, consequemur. Nunc autem, ne longius oratio progressa videatur, de reliquis, quae praecipienda videntur esse, dicemus.

Igitur primus liber exposito genere huius artis, et officio et fine, et materia, et partibus, genera controversiarum, et inventiones, et constitutiones, et iudicationes continebat. Deinde partes orationis, et in eas omnes omnia praecepta. Quare cum in eo ceteris de rebus distinctius dictum sit, disperse autem de confirmatione, et de reprehensione: nunc certos confirmandi et reprehendendi in singula caussarum genera locos tradendos arbitramur. Et quia, quo pacto tractari conveniret argumentationes, in libro primo non indiligenter expositum est, hic tantum ipsa inventa unamquamque in rem exponentur simpliciter sine ulla exornatione, ut ex hoc inventa ipsa, ex superiore autem expolitio inventorum petatur. Quare haec, quae nunc praecipientur, ad confirmationis et reprehensionis partes referre oportebit.

CAP. IV. Omnis et demonstrativa, et deliberativa, et iudicialis caussa, necesse est in aliquo eorum, quae ante exposita sunt, constitutionis genere, uno pluribusve

---

positione *in* ad temporis vocabula adiecta, hoc teneto. Significat ubique fere *per tempus*, vel *intra temporis alicuius spatium*. Sic Plaut. Capt. I, 2, 64. *in his diebus* h. e. *per hos dies*. Corn. Nep. I, 2, 3. *in tam multis annis*. Idem fragm. XII, 2. *in eo tempore*, i. e. *per illud tempus*. Et sic alibi. *L.*

Et in hoc tempore] Secutus sum libros vulgatos, et nonnullos manuscr.; nam manuscr. unus non habet vocem *tempore*, quae fortasse supervacanea est, et aliunde illata. *in hoc* enim ita intelligendum est, in hoc negotio a nobis instituto. Lamb.

Et in omni vita] Voss. I. caret praepositione. Oud.

Quoad facultas feret] Sch. *q. f. fert.* Oud.

Oratio progressa] Sch. *ratio pr.* Oud.

Et constitutiones, et iudicationes etc.] Sic Pal. sec. Grev. et Mss. Suffridi Petrei. Ante vulgatis plerisque abfuerat *et iudicationes*: praecipue vero Manutianis. Grut. Hic vocem unam, quae in vulgatis abest, et Lamb. et unius Gryph. codicis fidem secuti *iudicationes* addidimus. Brut. — Duae priores voces desunt Ed. Oxx. posteriores Sch. Leid. I. *et constitutiones earum* Voss. I. II. Sed agnoscit Victorin. p. 189. Oud. Vv. *et constitutiones et iudicationes* omisit Sch. Alterum membrum *et iudicationes* om. Cod. T. De Victorino incertum est; in lemmate habet utrumque. Utrumque retinuit Orellius. *L.*

Disperse a. de confirm. et de repreh.] Leid. II. *dispersim*. Posterius *de* exulat a Sch. Voss. I. Leid. I. II. Oud.

Tractari conveniret] Sch. Leid. III. *tr. convenisset*. Oud.

In libro primo] Sch. *in l. priori*. Oud.

versetur. Hoc quamquam ita est, tamen cum communiter quaedam de omnibus praecipi possint, separatim quoque aliae sunt cuiusque generis, et diversae praeceptiones. 395
Aliud enim laus, aut vituperatio, aliud sententiae dictio, aliud accusatio, aut recusatio, conficere debet. In iudiciis, quid aequum sit, quaeritur: in demonstrationibus, quid honestum: in deliberationibus, ut nos arbitramur, quid honestum sit, et quid utile. Nam ceteri utilitatis modo finem in suadendo, et in dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt.

Quorum igitur generum fines et exitus diversi sunt, eorum praecepta eadem esse non possunt. Neque nunc hoc dicimus, non easdem incidere constitutiones. verumtamen oratio quaedam ex ipso fine, et genere caussae nascitur, quae pertineat ad vitae alicuius demonstrationem, aut ad sententiae dictionem. Quare nunc in exponendis controversiis, in iudiciali genere caussarum et praeceptorum versabimur. Ex quo pleraque in cetera quoque caussarum genera simili implicata controversia, nulla cum difficultate transferentur: post autem separatim de reliquis dicemus.

Nunc a coniecturali constitutione proficiscemur, cuius

CAP. IV. *Quamquam ita est*] Leid. II. *q. i. sit* v. ad cap. 2. OUD. Non probandum h. l. *sit;* v. quae paullo ante ad cap. II. monuimus. *L.*

Possint, separatim] Leid. II. *possunt.* Leid. III. *possunt et* OUDENDORP.

Separatim quoque aliae sunt cuiusque generis et diversa] In nullo codice exstat copulativa. GROX. Sic Leid. I. A reliquis et Ed. Omnib. exsulat copula. Minus bene. OUD.

Honestum sit, et quid ut.] Deest verbum Leid. III. OUD.

Et in dissuadendo] Praepositio non comparet Voss. II. Leid. II. III. Sch. a m. I. OUD.

Generum fines] Deest prima vox Voss. I. OUD.

Ex ipso fine et genere] Repetunt scripti *et ex genere,* quod mutari non decuit. Sed et Oxonii inveni *ex ipsa fine.* GROX. Sic Sch. Repetitur in ceteris rectius praepositio *ex.* OUD. *Et ex genere* delevit ut superfluum et a sensu h. l. alienum Sch. *Et ex genere* B. *Et genere* a pr. m. T. Ascriptum supra versum *ex.* *Et ex genere* cum Ern. Orellius. *L.*

Et praeceptorum] Exsulant a Leid. II. OUD.

Implicata controversia] Leid. I. II. *inplicita c.* OUD. *Implicita* B. *implicata* T. *Implicita* rescripsit Orellius, quam formam magis videri Ciceroni placuisse, pronunciat idem Orell. ad Lib. I. de inv. cap. 51. fin. *L.*

Transferentur: post autem] Sch. Voss. II. *transferuntur.* Leid. II. *post haec d.* OUD.

Nunc ad coniecturalem constitutionem proficiscemur] Secutus sum nonnullos vulgatos et manuscr. nam alii habent: *nunc a con-*

exemplum sit hoc expositum: In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quemdam, et secum aliquantum nummorum ferentem, est consecutus. Cum hoc, ut fere fit, in via sermonem contulit, ex quo factum est, ut illud iter familiarius facere vellent. Quare cum in eamdem

---

iecturali constitutione proficiscamur, seu *proficiscemur*. Mendose, opinor. Lamb. Liber manuscriptus habet: *nunc ad coniecturalem constitutionem proficiscemur*. et, *praeceptionum* paulo supra pro *praeceptorum*. Ursin. Gulielmius malebat cum Lambinianis *ad coniecturalem constitutionem*. et sic editio prima. Grut. *Nunc a coniecturali constitutione proficiscemur*. Ita scriptum exstat in omnibus manuscriptis; quibus convenit cum excusis. Lamb. ut legitur in Leoniceni editione: *Nunc ad coniecturalem constitutionem proficiscemur*, usitatiore dicendi forma edidit. *A coniecturali* si legas, idem valet verbum *proficiscemur*, atque *faciemus initium, exordiemur*. Brut. — Sch. a m. 1. Leid. III. Ed. Omn. *ad coniecturalem constitutionem*. Male. Sed recipi debet *ab coni.* e Leid. I. Voss. II. *proficiscamur* Sch. Oud. *Ab coni. const.* scripserunt Sch. et Orell. Consentit cod. T. Sed B. *Nunc autem a coniecturali const.* *L.*

Sit hoc expositum] Non agnoscunt ultimam vocem Sch. et Leid. II. Elegantius, ut mihi videtur. Oud. Paullo post: *proficiscentem quendam ad mercatum et* hoc ordine in B., qui ordo mihi concinnior videtur. *L.*

Aliquantum numorum] Leid. III. *aliquantulum n.* Oud.

Est consecutus] Malui istud cum Pal. sec. et Grev. et marginalibus, quam quod hactenus obsedit libros, *est comitatus*. Vult enim in itinere posito supervenisse. Grut. *Est consecutus*. Sic quidem pro varia lectione occurrit in Sch. Sed a manu prima ille et reliqui MSS. a me visi cum Edd. ante Grut. praebent *est comitatus*. Sine dubio male. Vix proponere coniecturam audeo: sed quid? si Cicero scripserit, ut Sisenna apud Non. p. 93. Ed. Merc. *est continuatus*, sive protinus adcucurrit, et comitem se fecit? Quod certe frequens est Appuleio pluribusque sequioribus [serioribus]. Confer ibidem modo Mercerum: ac restituendum saltem Martiano Capellae L. VIII. p. 297. *Stilbon licet solem ex diversis circulis* c o n t i n u e t u r. Nam MSS. plerique *contineat*, vetustissimus Leid. *continetur*, quod perperam probat Salmasius; vulgo *comitetur*. At p. 301. *Iupiter Harmonien venire praecepit, tuncque alias in ordinem continuari, sive consequi et comitari.* Sed alias pluribus de hoc verbo, saepissime non intellecto, dicam. Oud. *Est comitatus* etiam B. *Est consecutus* T. quod verum est. *L.*

Ut fere fit] Sch. a m. 1. *ut sereret*. Voss. II. *ut saepe fit*. Oudendorp.

Iter familiarius] Voss. I. *tum famil. iter*. Oud.

In eandem tabernam] Et istud orae librorum nostrorum adsitum, intuli in contextum, auctoritate Pal. pr. sec. Grev. et libris a Suffrido nostro pertractatis. antea erat *quandam tabernam*. neque enim omnes, qui ad eundem devertebant, eadem utebantur mensa, nedum cubili. Grut. Voss. I. Leid. I. ac quinque L. Sch. et Edd. ante Grut. *in quamdam t.* MSS. O. et Ed. Omn. *div.* Oud.

tabernam devertissent, simul coenare, et in eodem loco somnum capere voluerunt. Coenati discubuerunt ibidem. Caupo autem (nam ita dicitur post inventum, cum in alio maleficio deprehensus esset) cum illum alterum, videlicet qui nummos haberet, animadvertisset: noctu, postquam illos arctius iam, ut fit, ex lassitudine dormire sensit, accessit, et alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter adpositum e vagina eduxit, et illum alterum occidit, nummos abstulit, gladium cruentatum in vaginam recondidit, ipse sese in lectum suum recepit. 396

Ille autem, cuius gladio occisio erat facta, multo ante lucem surrexit, comitem illum suum inclamavit semel et saepius. Illum somno impeditum non respondere existimavit: ipse gladium, et cetera, quae secum adtulerat, sus-

---

In eandem tabernam devertissent] Sic edidit Lamb. quomodo semper in manuscr. vetustioribus legitur. In iisdem, ubi in aliis *caupo*, *copo* semper, scriptum reperitur, prisco more Ita infra iidem *deversoribus* habent. BRUT. *In quandam tabernam divertissent* B. *L.*

Caupo autem] Sch. a m. I. hic et deinceps *Copo a.* ut *copa* pro *caupa*, et similia innumera. OUD.

Cum in al. m. d. esset] Voss. II. *qui*, ut suprascr. in Sch. *est* Sch. a m. I. OUD

Cum illum alterum, videlicet qui nummos haberet, animadvertisset] Sic omnes quidem libri habent, sed ego legendum puto: *cum illum alterum nummos habere animadvertisset*. LAMB. Lambinus tentabat: *alterum nummos habere animadvertisset*, quod non displicet, eiectis *videlicet qui*. GRUT.

Ut fit] Desunt Leid. II. Sch. a m. I. OUD. Deest *iam* in B. adest in T. retinuit Orellius. *L.*

E vagina eduxit] Leid II. *vag. ed.* OUD.

Gladium cruentum] Liber unus manuscr. habet: *gladium cruentatum*. et ita infra, ubi in aliis est, *cruentum*. LAMB. *Gl cruentatum in vaginam recond.* Sic Sch. Leid. III. In ceteris et Ed. Omn. *cruentum*. Leid. II. *in vagina*. OUD. *Cruentatum* B. quod retinuit cum Sch. Orellius. *Cruentum* T. *L.*

Sese in l. s. recepit] Ita Voss. I. In ceteris *se*. Leid. III. Ed. Omn. *recipit*. OUD. *Ipse se in suum lectulum* Cod. B. *Lectulum* pro vulgato *lectum* recepit Orell. ex Codd. T. et tribus Oxonn. tanquam huic generi narrationis maxime conveniens. Recte. Ceterum *sese* recte rescripsit Orell. quum Sch. *se* scripsisset. Cf. quae paullo ante notavimus. *L.*

Comitem illum suum] Media vox abest ab Ed. Omn. OUD. *Illum* delevit Sch. cum Ernestio. Secutus est Orell. *L.*

Illum somno impeditum] Manus I. Sch. non agnovit *illum*. Recte, ut opinor. OUD. Non videtur h. l. abesse commode posse v. *illum*. *L.*

Ipse gladium, et c. q. s. attulerat, sustulit.] Leid. I. *ille*. Sch. *detulerat, abstulit*. Nec male. OUD. *Attulerat, abstulit*. B. *L.*

tulit, solus profectus est. Caupo non multo post conclamavit, hominem esse occisum, et cum quibusdam deversoribus illum, qui ante exierat, consequitur. In itinere hominem comprehendit, gladium eius e vagina educit, reperit cruentum: homo in urbem ab illis deducitur, ac reus fit. In hac intentio est criminis: occidisti. Depulsio: non occidi. Ex quibus constitutio est. Quaestio eadem in coniecturali, quae iudicatio: occideritne.

397 CAP. V. Nunc exponemus locos, quorum pars aliqua in omnem coniecturalem incidit controversiam. Hoc autem et in horum locorum expositione, et in ceterorum, oportebit adtendere, non omnes in omnem caussam con-

---

Non multo post conclamavit] Sch. Leid. II. III. *non multum post*. Ed. Omn. *clamat.* Oud. Paullo post in vv. *hominem esse occisum* deest verbum Sch. Recte. Oud. Sustulit *esse* Schutzius. Non addicunt reliqui Codd. praeter B. in quo pariter abest. *L.*

Cum quibusdam deversoribus] Ms. sec. *diversoriis*. quod excutient non festinantes. Grut. *Deversoribus*. Sic habent manuscripti, ut supra *devertissent*. Brut. — MSS. O. et Ed. Omn. *diversoribus*. Oud. *Diversoribus* etiam B. *L.*

E vagina educit] Abest praep. Leid. II. *cruentatum educit*. III. Oud.

Reperit cruentum] Utraque membrana *cruentatum*, ut ante. Gron. Sch. Leid. III. *r. cruentatum*. Oud. *Cruentatum* h. quoque l. B. et quattuor Oxonn. deditque Orell. Recte. Differunt *cruentus* et *cruentatus*, ut nostra *blutig und blutig gemacht*. Itaque recte dicitur *cadaver cruentum* pro Milon. 13. male autem *gladius cruentus*. Cruentus ille tantum dici potest, ex quo cruor promanavit. *L.*

Ab illis deducitur] Sch. *ab aliis*. Voss. I. *ab aliis ducitur*. Vide ad cap. I. *Ducitur* h. l. scripsit Sch.; vulgatam retinuit Orell. *deducitur ab illis* B. Deinde *In hac causa* scripsit idem Sch. quum vulgo *causa* omittatur, quod ille supplevit e cod. Guelf. II. Non secutus est Orellius; male, ut mihi videtur. Nam *causae* vocabulum facile excidit, absorptum ab antecedente *hac*, quum locus sic scriptus esset per compendium: *In hac c̄.* *L.*

Constitutio est. Quaestio eadem] Sic quidem editi. Sed MSSti sunt ampliores *constitutio est, id est, quaestio, eadem.* ut I Inv. 8. *Eam igitur quaestionem, ex qua caussa nascitur, constitutionem vocamus.* Et similia in capite XIII. Gron. *Quaestio eadem.* Voss. II. Leid. II. et I. a m. II. *Id est q. ead.* Voss. I. et Sch. a m. II. *q. est eadem.* Oud.

Quae iudicatio] Leid. III. *quae et i.* Oud. Totum hunc locum Sch. ita exhibuit: *Ex quibus quaestio est eadem in coniecturali constitutione, quae iudicatio.* Ern. suspicabatur: *ex quibus quaestio eadem est, quae iudicatio.* Cod. Turic. apud Orell. *Ex quibus constitutio est id est quaestio eadem in coniecturali, quae iudicatio.* In qua lectione putat Orellius acquiesci posse, omissis *id est quaestio*, quae videntur interpretamentum esse. Idem ego sentio. *L.*

CAP. V. *Omnes in omnem causam*] Sch. *o. in unam c.* Oud.

venire. Ut enim omne nomen ex aliquibus, non ex omnibus literis scribitur: sic omnem in caussam non omnis argumentorum copia, sed eorum necessaria pars aliqua conveniet. Omnis igitur ex caussa, ex persona, ex facto ipso, coniectura capienda est.

Caussa distribuitur in impulsionem, et in ratiocinationem. Impulsio est, quae sine cogitatione per quamdam adfectionem animi facere aliquid hortatur; ut amor, iracundia, aegritudo, vinolentia, et omnino omnia, in quibus animus ita videtur adfectus fuisse, ut rem perspicere cum consilio et cura non potuerit: et id, quod fecit, impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecerit.

Ratiocinatio autem est diligens et considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur tum interfuisse, cum aliquid faciendum, aut non faciendum, certa de caussa vitasse, aut secutus esse animus videtur, ut, si

---

Ut enim omne nomen] Sch. Voss. I. II. Leid. III. Ed. Omn. *nam ut o. n.* OUD.

Eorum necessaria pars al. conv.] MSS. O. et Ed. Omn. *necessario.* Quod non mutatum oportuerat. OUD. *Necessario p. a. conveniret* B. *Necessario* scripserunt recte Sch. et Orell. *Necessaria* tamen etiam Cod. T. *L.*

Et in ratiocinationem] Deest praepositio Leid. II. Victor. p. 191. OUD.

Violentia] Sic post Gruterum Londini et Basileae nuper editur, prorsus maculose, quum omnes editi ante, quibus accedunt etiam nostri duo scripti, habeant *vinolentia*, nec est nisi typorum error in Gruteriana. Ideo mutavi. GRON. *Vinolentia.* Ita hic et ubique semper, eadem Gryph. exemplaria habent, quod etiam Faërnus scriptum observavit, in nobilissimo illo exemplari Orationum Cic. in Antonium, quod Romae in Vaticano asservatur. BRUT. — Recte sic Gron. restituit e MSS. ut est in meis O. At *violentia* iam editum est ab Omnib. OUD. *Vinolentia* Codd. omnes, scripseruntque ita recte Edd. omnes recentiores. Paullo post *impetu quodam potius* scripsit Sch. omissa v. *animi*, quod improbat Orellius. *Quis enim hoc*, inquit, *intrusisset?* Intruserunt, qui obliti essent, de animo sermonem esse in superioribus. Quis enim ita loquatur sanus quidem: *animus ita affectus — impetu animi fecerit?* Recte igitur Sch. omisit. *L.*

Ratiocinatio autem est] Sch. Voss. I. II. Ed. Omn. *rat. est autem.* Leid. II. *rat. est animi.* OUD. *Autem* abest a Cod. B. *L.*

Tum interfuisse] Inverso ordine MSS. O. et Ed. Omn. OUD. *Intercessisse* Ernestius, temere. *Interfuisse tunc* B. quod verum est. *Interfuisse tum* T. cum aliis Codd. Deinde *cum aliquid faciendi aut non faciendi certa de causa* BT. unde recte Orellius Schuetzium secutus verba: *faciendum aut non faciendum* tanquam male repetita e superioribus pro spuriis habuit uncisque inclusit. *L.*

Animus videtur, ut, si] Sch. *an. videbitur.* Deest *ut* eidem et Voss. II. *vid. verbi gratia ut si.* Leid. III. OUD.

amicitiae quid caussa factum dicetur, si inimici ulciscendi, si metus, si gloriae, si pecuniae, si denique, ut omnia generalim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiscendive commodi, aut contra reiiciendi, deminuendi, devitandive incommodi caussa. Nam horum in genus al-
593 terutrum illa quoque incident, in quibus aut incommodum aliquod maioris vitandi incommodi caussa, aut maioris adipiscendi commodi suscipitur: aut commodum aliquod maioris adipiscendi commodi, aut maioris vitandi incommodi, praeteritur.

Hic locus sicut aliquod fundamentum est huius constitutionis. Nam nihil factum esse cuiquam probatur, nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur. Ergo accusator, cum aliquid impulsione factum esse dicet, illum impetum, et quamdam commotionem animi, adfectionemque verbis et sententiis amplificare debebit, et ostendere, quanta vis amoris sit, quanta animi perturbatio ex iracundia fiat, aut ex aliqua caussa earum, qua impulsum aliquem id fecisse dicet. Hic et exemplorum commemoratione, qui simili impulsu aliquid commiserint, et similitudinum collatione, et ipsius animi adfectionis explicatione, curandum est, ut non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit.

Caussa factum dicetur] Leid. III. *f. esse.* Sch. Leid. II. III. Ed. Omn. *dicitur.* Oud.

Deminuendi devit.] Sic Gryph. manuscript. ut docuimus etiam alibi. (supr. cap. 58.) *diminuendi* vulgati habent. Burm. — MSS. quatuor, Ed. Omn. *dimin.* Leid. I. Voss. II. *minuendi d.* Oud. *Minuendi* etiam in B. quod melius videtur. *L.*

Aut maioris adipiscendi commodi] Exsulant ab Ed. Omnib. Oudendorp.

Aut maioris vitandi commodi] Exsulant ab Ed. Omnib. *comm. caussa* Leid. III. Oud. *Commodi causa* etiam B. Omnem locum ita exhibet cod. T. *in quibus aut commodi aliquid maioris adipiscendi causa aut maioris vitandi incommodi suscipitur, aut commodum maioris aliquod adipiscendi commodi aut vitandi maioris incommodi praeteritur. L.*

Ostenditur] Leid. III. *ostendatur.* Oud. Paullo post *quum impulsione aliquid factum esse* hoc ordine Sch. e coni. Firmant hanc coniecturam T. et unus Oxon. itemque Lamb. deditque ita recte Orell. In cod. B. est: *Erga accusator aliquid cum impulsione factum esse. L.*

Aliquid commiserint] Leid. II. Ed. Omn. *al. commiserunt.* Oud.

Animi adfectionis explicatione] Veram Ciceronis manum expressit, ut opinor, Sch. *explanatione*, de qua adi Nizolium. Oud. Nullus Codex Oudendorpio addicit. Unus Oxon. *examplificatione. L.*

Animus accesserit] Voss. I. *an. concesserit.* Oud. *Animus* de Ernestii sententia omisit Sch. retinuit Orell. *L.*

CAP. VI. Cum autem non impulsione, verum ratiocinatione aliquem commisisse quid dicet, quid commodi sit secutus, aut quid incommodi fugerit, demonstrabit, et id augebit, quam maxime poterit, ut, quoad eius fieri possit, idonea quam maxime caussa ad peccandum hortata videatur. Si gloriae caussa, quantam gloriam consecuturam existimarit. Item si dominationis, si pecuniae, si amicitiae, si inimicitiarum; et omnino quidquid erit, quod caussae fuisse dicet, id summe augere debebit.

Et hoc eum magnopere considerare oportebit, non
quid in veritate modo, verum etiam vehementius, quid in
opinione eius, quem arguet, fuerit. Nihil enim refert non 399
fuisse, aut non esse aliquid commodi, aut incommodi, si
ostendi potest, ei visum esse, qui arguatur. Nam opinio
dupliciter fallit homines, cum aut res alius modi est, ac
putatur, aut non is eventus est, quem arbitrati sunt. Res
alius modi est tum, cum aut id, quod bonum est, malum
putant: aut contra, quod malum est, bonum: aut quod
nec malum est, nec bonum, malum, aut bonum: aut quod
malum, aut bonum est, nec malum, nec bonum.

Hoc intellecto, si quis negabit, ullam esse pecuniam,

CAP. VI. *Verum ratiocinatione*] Voss. I. *v. ratione.* Oud.

Quoad eius fieri possit] Deest *eius* Sch. Voss. II. Ed. Omn. Oud. Omittunt etiam multi Oxonn. sed exhibent BT. Necessarium non est, sed desideratur exemplum huius formulae, ubi omittatur v. *eius*, apud Cic. quidem. *L.*

Hortata videatur] Leid. III. *hortatus v.* Oud.

Quod caussae f. dicet] Sch. Leid. III. *q. caussa f. dicetur.* Oud.

Summo augere] Leid. III. *s. addugere.* Oud.

Et hoc eum magnopere c.] Deest *eum* Voss. I. *magno opere.* Leid. II. Bene. Oud. *Magno opere* divise etiam Codd. BT. Sed h. l. scribendum *magnopere* coniunctim. *L.*

Quid in op. ei. quem arguet] Exsulat *quid* a Voss. I. *arguat* Sch. Oud.

Ei visum esse, qui arguatur] Ed. Omn. *ei v. fore.* Sch. *arguetur.* Leid. I. *arguitur.* Oud.

Res aliusmodi est ac putatur] In Gryphii libro longe optimo *alii modi* et hic et paullo infra legitur. Ita autem prisoi huius vocis patrium casum efferebant. Caecilius: *Nullius alii rei nisi amicitiae caussa.* Iam pridem vero ita Victor. ediderat. Brut. — Sch. Leid. II. Ed. Omn. *alio modo.* Ed. Omn. *quam p.* Sch. *putetur*; ut c. seq. *alium ac voluerit,* et saepe. Oud. *Alii modi* scribendum esse, ex falsa scriptura *alio modo* apparere videtur. *L.*

Res alius modi] In iisdem *res aliu modo.* Oud. *Res alio modo est.* Sic h. l. B.; supra exhibebat: *alius modi.* Etiam h. l. scribendum *alii modi.* Deinde *tunc, cum* B. sed h. l. praestat vulgata. *L.*

Si quis negabit] Sch. Leid. II. III. *si qui n.* Bene et c. 7. Oud. Inter *si quis* et *si qui* idem illud interest, quod inter *aliquis* et

fratris, aut amici vita, aut denique officio suo antiquiorem, aut suaviorem, non erit hoc accusatori negandum. Nam in eum culpa, et summum odium transferetur, qui id, quod tam vere et pie dicetur, negabit. Verum illud dicendum erit illi non esse ita visum: quod sumi oportet ex iis, quae ad personam pertinent, de quo post dicendum est.

CAP. VII. Eventus autem tum fallit, cum aliter accidit, atque ii, qui arguuntur, arbitrati esse dicuntur: ut,

---

aliqui, nescio quis et *nescio qui.* De vv. *aliquis* et *aliqui* cf. Beierus ad Offic. II, 7, 33. De *nescio quis* et *nescio qui* non circumspecte satis pronunciavit Goerenzius ad Acad. II, 25. 81. *Qui* adiective, *quis* substantive ponitur. Eodem modo *aliqui* et *aliquis* differunt, *nescio quis* et *nescio qui.* Sed quemadmodum apud Plautum *aliquid nomen* et *quid nomen* et alia eiusmodi plura leguntur, sic *quis homo, quis dolor, dolor aliquis* in usu remanserunt, quum proprie dicendum fuisset *qui homo, dolor aliqui,* veluti *casus aliqui* legitur apud Cic. Off. I, 32, 115. Off. II, 7, 33. At diligentior usus hoc fecit discrimen, ut, ubi substantiva forma diceretur, certum quiddam, quod in mente haberent, designarent; contra ubi adiectiva, id quod revera nescirent, vel quod nollent diligentius notare, significarent. Unde factum est, ut *nescio quis* si dicerent, saepe per contemptum dicerent, quum certum aliquem in mente haberent; contra *nescio qui* ponerent, ut recte notavit Goerenzius, quum vel revera ignoratum incognitumque aliquem, vel quem nollent significare, cogitarent. Idem fere valet de formulis *si qui* et *si quis.* Proprie *si qui* adiective tantum dici potest; *si quis* substantive. Sed etiam hoc utrumque sine nomine ponitur, ut hoc loco *si qui*, utrumque cum nomine. At *si qui* est *quicunque is demum; si quis* certus aliquis, quem in mente habes, vel certum aliquod genus, ex quo aliquem significas. *Si qui Deus,* quicunque is demum; quod rescribendum recte suspicatus est Goerenzius Cic. Fin. V, 3, 8. *Si quis Deus,* is qui potest, cui hoc negotii incumbit, quem probabile est, talia curare, vel qui in mente habetur; veluti *si quis Deus me musicam doceret,* ubi Apollo, vel Musarum una intelligitur. Caussa autem cur hoc ita sit, nulla esse potest, quam distinguendi voluntas aut necessitas. Discrimen autem inter *si qua* et *si quae* plane idem, est, atque illud, quod est inter *si quid* et *si quod.* *Si quae* et *si quod* sunt adiectiva, quae nonnisi cum nominibus substantivis struuntur; contra *si qua* et *si quid* substantiva sunt, sive pronomina absolute posita. Idem valet de pronominibus *quid* et *quod, aliquid* et *aliquod,* a qua tamen ratione, ut diximus, Plautus recedit, qui *quid nomen, aliquid genus* et talia frequentat. Deinde *officio suo antiquiorem* exhibent omnes codd. praeter unum apud Ern. *Suo* Ernestius iam sustulit, secutusque est Sch. Orell. uncis inclusit. *L.*

Qui id, quod t. v. et p. dicetur] Sch. Leid. I. III. Voss. II. carent τῷ *id.* Nec male: *dicitur* Sch. Voss. II. Mox *postea* Leid. III. Oud.

Eventus autem tum fallit] Mediae duae voces non comparent in Voss. I. Et certe satis otiosae atque inutiles sunt. Oud. Nemo editorum obsecutus est. *L.*

si quis dicatur alium occidisse, ac voluerit, quod aut similitudine, aut suspicione, aut demonstratione falsa deceptus sit: aut eum necasse, cuius testamento non sit heres, quod eius testamento se heredem arbitratus sit. Non enim ex eventu cogitationem spectari oportere, sed qua cogitatione et spe ad maleficium profectus sit, considerare: et quo animo quid quisque faciat, non quo casu utatur, ad rem pertinere.

In hoc autem loco, caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, alii nemini caussam fuisse faciendi. Se- 400
cundarium, si tantam, aut tam idoneam nemini. Sin fuisse aliis quoque caussa faciendi videbitur; aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas. Potestas, si aut nescisse, aut non adfuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur. Facultas, si ratio, adiutores, adiumenta, et cetera, quae ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur. Voluntas, si animus a talibus fa-

---

Si quis dicatur] Sch. Voss. I. Leidd. O. Ed. Omn. *si qui d.* Bene, ut supra, et sexcenties. OUD. Cf. quae paullo ante notavimus. *Si qui* h. l. scripserunt Sch. et Orell. *L.*

Eius testamento se heredem] Voss. I. II. Leid. I. *eo t. s. h.* OUD. *Eo testamento* B. *L.*

Sed qua cogitatione et spe ad maleficium profectus sit] Libri duo manuscripti habent, *qua cogitatione animus, et spe,* etc. Unde licet suspicari legendum, *qua cogitatione animi, et spe* etc. LAMB. Pall. omnes et Grev. amplius, *qua cog. animus et spe* etc. GRUT. MSS. O. Ed. Omn. *q. cogitatione animus* etc. ut cap. 5. *si quod ad facinus tali perturbatione conmotus animus accesserit.* Sed sequitur *et quo animo quid quisque faciat:* ubi MSS. O. carent copula. Forsan *quo animo quid quisque faciat* ex interpretatione in textum sunt inserta. *ac spe* Voss. II. OUD. *Qua cogitatione animus aut spe.* B. Lambinus dederat: *q. cogitatione animi et spe*, quae sive coniectura sive lectio nunc confirmatur a Cod. Turic. Reliqui Codd. *q. cogitatione animus et spe.* Sch. et Orell. in vulgata acquieverunt. — Paullo post *considerari* propter antecedens *spectari* scripsit Sch. idque exhibent codd. duo apud Orell. Tum quae verba sequuntur *et quo — faciat* non ex interpretatione orta esse posse, evicit Sch. sed particula *et* a plerisque codd. abest, etiam a BT. Eam Orell. uncis inclusit. *L.*

In hoc autem loco] Deest praepositio Sch. Voss. II. Leid. II. Ed. Omn. OUD.

Erit accusatori] Sch. Leid. II. *accusatoris erit.* OUD.

Si tantam aut tam idoneam] Sch. *si t. aut si t. id.* Leid. II. Ed. Omn. *et t. id.* OUD.

Aut potestas aliis] Voss. II. *at p. a.* OUD.

Aut non adfuisse] Sch. a m. l. Leid. I. *aut n. fuisse.* OUD.

Et cetera] MSS. O. *ceteraque.* OUD.

Quae ad rem pertinebunt] Sch. Leid. III. *q. ad r. pertinent.* OUDENDORP.

ctis vacuus, et integer esse dicetur. Postremo, quas ad defensionem rationes reo dabimus, iis accusator ad alios ex culpa eximendos abutetur. Verum id brevi faciendum est, et in unum multa sunt conducenda, ut ne alterius defendendi caussa hunc accusare, sed huius accusandi caussa defendere alterum videatur.

CAP. VIII. Atque accusatori quidem haec fere sunt in caussa facienda, et consideranda. Defensor autem ex contrario primum impulsionem aut nullam fuisse dicet, aut, si fuisse concedet, extenuabit, et parvulam quamdam fuisse demonstrabit, aut non ex ea solere huiusmodi facta nasci docebit. Quo erit in loco demonstrandum, quae vis et natura eius sit adfectionis, qua impulsus aliquid reus commisisse dicetur: in quo et exempla, et similitudines erunt proferendae, et ipsa diligenter natura eius adfectionis quam lenissime quietissimam ad partem explicanda, ut et res ipsa a facto crudeli et turbulento ad quoddam mitius et tranquillius traducatur, et oratio tamen ad ani-

CAP. VIII. *Facienda et consideranda*] Sch. a m. I. *faciendi cons.* Leid. II. desunt *et consid.* Oud. *Faciendi considerands*, ut egregiam lectionem recepit Orell. Rectissime. Nam paullo ante dixerat Cicero de causa faciendi criminis, quod haec maxime verba declarant: *Sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur* cet. Igitur h. l. superius dicta colligens et concludens ait: *atque haec quidem sunt in causa faciendi consideranda;* h. e. atque haec quidem, quae diximus, consideranda sunt, ubi de causa faciendi criminis sermo est. *L.*

Aut non ex ea solere] Voss. I. *q. n. ex ea re s.* Suprascriptum *re* in Leid. I. *causa* in Voss. II. Oud.

Quo erit in loco] MSS. O. *quo et erit in loco.* Vere, ut opinor. Oud. *Et* recepit Sch. sed rectissime sprevit Orell., recte arbitratus, fulcrum istud *et* ab iis librariis intrusum esse, qui vim pronominis relativi nescirent. Abest *et* recte a Cod. B. *L.*

Et ipsa dil. natura] Voss. II. *et erit dil. natura.* Oud.

Quam levissime quietissimam] Sic omnes quidem habent libri: sed quidam docti arbitrantur esse legendum, *quam levissima*, nonnulli, *quam lenissime;* ego, si quid immutandum sit, putem potius sic legendum, *quam lenissimam, et quietissimam,* etc. Lamb. *Quam lenissime.* MSS. quatuor, Ed. Omn. *q. levissime.* Oud. *Quam lenissimam et quietissimam* dedit Lambinus, secutusque est Sch. quod perperam factum iudicat Orell. *Q. lenissime quietissimam* B. *Lenissime* etiam Oxonn. duo. Ceteri omnes *q. levissime quietissimam*, quod tenuit Orell. Recte. *L.*

Ad partem explicanda] Subnectunt scripti *est.* Mox unus *similiter in incommodi vitatione.* Gronov.

Ad quoddam mitius] Ed. Omn. *ad quiddam m.* Oud.

Oratio tamen] Voss. I. Ed. Omn. *Or. tunc.* Sch. et Leid. I. a m. II. *Or. tum.* Nam male. Oud. *Tum* etiam in B. *L.*

num eius, qui audiet, et ad animi quemdam intimum sensum adcommodetur.

Ratiocinationis autem suspiciones infirmabit, si aut 401
commodum nullum fuisse, aut parvum, aut aliis magis fuisse, aut nihilo sibi magis, quam aliis, aut incommodum sibi maius, quam commodum dicet: ut nequaquam fuerit illius commodi, quod expetitum dicatur, magnitudo aut cum eo incommodo, quod acciderit, aut cum illo periculo, quod subeatur, comparanda: qui omnes loci similiter incommodi quoque vitatione tractabuntur.

Sin accusator dixerit, eum id esse secutum, quod ei visum sit commodum, aut id fugisse, quod putarit esse incommodum, quamquam in falsa fuerit opinione: demonstrandum erit defensori, neminem tanta esse stultitia, qui tali in re possit veritatem ignorare. Quod si id concedatur, illud non concessum iri; ne dubitasse quidem hunc,

---

Adcommodetur] Leid. III. *adcommodabitur.* Oud. Legendum suadet Sch. vel: *tamen ad eius, qui audiet, intimum sensum;* vel *tamen ad mentem eius, qui audiet, et ad animi* etc. Locus non eget emendatione. In vulgata, in qua omnes Codd. consentiunt, nisi quod quidam *tum* pro *tamen*, acquievit recte Orellius. *L.*

Ratiocinationis autem] Voss. I. *rationis a.* Oud.

Fuisse aut parvum] Sch. *esse dicat.* Supra sc. *aut parvulum.* Voss. II. *parum.* Oud.

Aut aliis magis fuisse] Leid. II. *maius esse.* In Sch. etiam *esse.* Oud. *Maius* etiam T. sed *magis* recte B. *L.*

Aut nihilo sibi magis] Nos, ut est in Gryph. duobus manuscr. *aut nihilo sibi maius;* quae lectio etiam Lamb. probatur. Burm. Sch. Leid. II. III. Ed. Omn. *n. s. maius.* Oud. *Maius* T. *magis* B. quod verum. *L.*

Quod subeatur, comparanda] Sch. *q. s. sit comp.* Oud.

Incommodi q. vitatione] Sic Leid. III. In reliquis est *in incommodi q. vitatione.* Et recte. Oud. Statim post Sch. e praeclara coniectura: *Sin accusator dixerit, reum id esse secutum,* quam recepit Orell. *L.*

Aut id fugisse] Deest pronomen Voss. I. Oud.

Neminem tanta esse stultitia] In duobus meis reperio, ut fuit in editis ante Lambinum, Gothofredum, et Gruterum: *tantae stultitiae.* Qua loquutione non minus potuit hic uti, quam scripsit cap. XII. *amentiae igitur fuisse*, quum cap. XIV. dicat *amentiam fuisse.* Gron. Leid. I. *esse tanta stultitia.* Sch. Leid. II. III. Ed. Omn. *tantae esse stultitiae.* Sed Voss. I. dat *in t. esse stultitia;* sicut praecedit *in falsa opinione.* Et ita *in sententia, culpa, vitio esse,* et innumera similia. Oud. *Esse tantae stultitiae* B. *tantae esse stultitiae* T. Ablativum sine praepositione dederunt Sch. et Orellius. *L.*

Quid si id concedatur, illud] *Id* abest a Voss. I. *hoc* Sch. *illud c. id* Ed. Omn. Oud. *Hoc* etiam in B. *L.*

Ne dub. q. hunc, quid] MSS. tres, Ed. Omn. *nec.* Exsulat pronomen a Sch. *quod* Ed. Omn. Oud.

quid eius iuris esset, sed id, quod falsum fuerit, sine ulla dubitatione pro falso; quod verum, pro vero probasse. Quod si dubitaverit, summae fuisse amentiae, dubia spe impulsum, certum in periculum se committere.

Quemadmodum autem accusator, cum ab aliis culpam dimovebit, defensoris locis utetur: sic iis locis, qui accusatori dati sunt, utetur reus, cum in alios ab se crimen volet transferre.

CAP. IX. Ex persona autem coniectura capietur, si eae res, quae personis adtributae sunt, diligenter considerabuntur, quas omnes in primo libro exposuimus. Nam et de nomine nonnumquam aliquid suspicionis nascitur. Nomen autem cum dicimus, cognomen quoque intelligatur
402 oportet. De hominis enim certo, et proprio vocabulo agitur: ut si dicamus, idcirco aliquem Caldum vocari,

---

Sed id quod falsum] Voss. I. II. Leid. III. *Sed et id q. f.* Oud. Totum hunc locum ita exhibuit Sch.: *ne dubitasse quidem hunc, quid verius esset, sed id quod falsum fuerit, sine ulla dubitatione pro vero probasse.* Quam emendationem eatenus confirmat praeclarus Cod. Turic. quod verba *pro falso quod verum* omittit. Ceterum idem Cod. *quid ei iuris.* In B. est: *nec dubitasse quidem hunc quod eius iuris esset, sed et id quod falsum fuerit, s. u. d. pro falso probasse, quod verum pro vero. Quod.* Quae lectio pariter confirmat Schuetzianam coniecturam. Nec dubito, quin verum viderit Sch. pro vv. *eius iuris* seponens *verius*, quod ex repetitione obscuratum fuit. *L.*

Quod si dubitaverit] Sch. Leid. II. Voss. II. *q. si dubitarit.* Bene. Oud. *Dubitarit* T. deditque ita Orell. *L.*

Quemadmodum autem] Voss. I. *Nam q.* Oud.

CAP. IX. *Nomen a. c. dicimus*] Sch. *dicemus.* Oud. In superioribus *nam et de nomine*, quod in omnibus Codd. inesse videtur, lege: *Nam etiam de nom.* *L.*

Cognomen quoque et agnomen intelligatur oportet] In duobus libris manuscr. non est, *et agnomen:* ut neque in aliquot exemplis impressis. Lamb. Prima editio, *cognomenque et agnomen intell.* et vero editi a Victorio et Lambino, *cognomen quoque et agnomen intelligatur* etc. nec aliter Grev. aut Pal. pr. sed malim tamen primo loco positum, cui respondet sec. ac tertius. Grut. *Cognomen quoque.* Addunt *et agnomen* Voss. I. Leid. I. III. *cognomenque et agnomen* Ed. Omn. Oud. *Cognomen quoque* B. in margine addens: *et agnomen.* Idem adduut Oxonn. sex. Recte tamen omittit T. cum eoque Orell. Deinde vv. *de hominis enim certo et proprio vocabulo agitur* delevit Sch., quippe intrusa ex Inv. I, 14.; retinuit Orell. *L.*

Aliquem Caldum vocari] vid. Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. p. 883. qui *Calidium* legit. Memoratur apud Ascon. in Arg. Orat. Cic. pro Mil. pag. 185. — *Callidium* habetur in Leonic. editione. *Calidium* Aldus, quam lectionem sequitur Lamb. in uno meo manuscr. utroque modo legi significatur, et *Caldum*, et *Cadum*. Brut. — Leid. I. a m. I. et Ed. Omn. *callidum*, prave. *calidum* Leid. III.

quod temerario et repentino consilio sit: aut si ea de re hominibus Graecis imperitis verba dedisse, quod Clodius, aut Caecilius, aut Mucius, vocarentur.

Et de natura licet aliquantulum ducere suspicionis. Omnia enim haec, vir, an mulier; huius an illius civitatis sit; quibus sit maioribus, quibus consanguineis, qua aetate, quo animo, quo corpore, quae naturae sunt adtributa, ad aliquam coniecturam faciendam pertinebunt. Et ex victu multae trahuntur suspiciones, cum, quemadmodum, et apud quos, et a quibus educatus et eruditus sit, quaeritur, et quibuscum vivat, qua ratione vitae, quo more domestico vivat.

Et ex fortuna saepe argumentatio nascitur, cum servus, an liber; pecuniosus, an pauper; nobilis, an ignobilis; felix, an infelix; privatus, an in potestate sit, aut fuerit, aut futurus sit, consideratur: aut denique aliquid

---

Callidium cum Stephano et aliis lego. Oud. *Caldum* habent plurimi Cdd. etiam B. Recteque ita scripserunt Sch. et Orellius. *L.*

Ea de re hominibus Graecis inperitis] In Sch. a m. I. et Leid. III. *ob eam rem.* Sed in ceteris MSS. et Ed. Omn. *ea re.* Bene, ut sexcenties. Atque sic MSS. O. et Ed. Omn. c. 20. *et ea re nomen extra ordinem sit acceptum.* Vulgo *ex ea re.* c. 31. *Et ea re traduci non potuerunt.* In eodem Sch. *homines.* In Vossianis quoque, Leid. I. III. Sch. a m. II. et Ed. Omn. *Graecos.* Oud. *Aut si ob eam rem* BT. *Graecos* B. *Ea re* scripsit Sch. secutusque est Orell. *L.*

Verba dedisse] Sch. a m. I. *v. dederit.* Oud.

Aut Caecilius aut M. vocarentur] In Leid. I. non comparet *aut.* Sch. *vocaretur.* Oud. Putat Sch. Ciceronem scripsisse *Cascellius*, ut sint tria nomina ICtorum clarissimorum. Nam in Cascelliorum familia iurisprudentiae laus paene hereditaria fuit. Codd. non addicunt. *Vocaretur* etiam in T. atque ita ediderunt Sch. et Orell. *L.*

Licet aliquantulum d. suspicionis] Voss. II. *quidem al.* MSS. vero O. praebent *aliquantum d. suspiciones.* Oud.

Quibus sit maioribus] Abest verbum a Voss. I. Ed. Omnib. Oudendorpius.

Et ex victu] Deest copula Voss. I. Oud. *Ex victu* deficiente copula, B. atque ita scribendum videtur. Deinde *quo more domestico utatur* pro *vivat* scripsit Sch. de sua coniectura, orationis variandae causa. Tum pro *Et ex fortuna* lege: *Ex fortuna,* omisso *et.* *L.*

Privatus, an cum potestate sit] Tres libri manuscrip. habent, *privatus, an in potestate sit.* Lamb. Lambini tres istud *in potestate* habent, item totidem Pall. ideoque eieci publicatum prius, *cum potestate.* Sic et lege 13 ff. de iurisd. magist. *vel is qui in potestate aliqua.* Grut. *In potestate sit, aut fuerit, aut fut. s.* Leid. II. Ed. Omn. *cum potest.* Idem cum Voss. I. *an f. an fut. s.* Oud. *An in potestate* BT. *An fuerit an futurus sit* etiam B. *L.*

eorum quaeritur, quae fortunae esse adtributa intelliguntur. Habitus autem, quoniam in aliqua perfecta et constanti animi, aut corporis absolutione consistit, quo in genere est virtus, scientia, et quae contraria sunt; res ipsa, caussa posita, docebit, ecquid hic quoque locus suspicionis ostendat. Nam adfectionis quidem ratio perspicuam solet prae se gerere coniecturam, ut amor, iracundia, molestia:
403 propterea quod et ipsorum vis intelligitur, et, quae res harum aliquam rem consequantur, faciles cognitu sunt.

Studium autem quoniam est adsidua et vehemens ad aliquam rem adplicata magna cum voluntate occupatio, facile ex eo ducetur argumentatio, quam res ipsa desiderabit in caussa. Item ex consilio sumetur aliquid suspicionis. Nam consilium est aliquid faciendi, non faciendive excogitata ratio. Iam facta, et casus, et orationes, quae sunt omnia (ut in confirmationis praeceptis dictum est) in tria tempora distributa, facile erit videre, ecquid adferant ad coniecturam confirmandam suspicionis.

Contraria sunt] Sch. *contrariae s.* Oud.

Caussa posita] Voss. I. c. *apposita.* Oud.

Ecquid hic quoque locus] MSS. O. Ed. Omn. *et quid*, constanter. Deest *quoque* Sch. Oud.

Prae se gerere] Voss. II. Leid. III. *per se g.* Ed. Omnib. *posse generare.* Oud.

Ut amor, iracundia, molestia, protervia, quod etc.] Ita legitur in Gryph. vetustiore exemplari. Plautus quidem in Bacchid. [IV, 3, 1.] fere eadem coniunxit. — *protervo*, inquit, *iracundo animo, indomito, incogitato;* Cicero ad animi mollitiam transtulit, de Fin. 5. [c. 12.] *Et flexi fractique motus, quales protervorum hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt.* Idem pro Coelio [c. 12.] *De corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de sumtibus immensa oratio est.* Alibi ad animi fastidium et insolentiam: [Cic. de Fin. I, 18.] *Alii audaces, protervi, iidem intemperantes et ignavi.* Plaut. Amphitr. [II, 2, 206.] — — *quae non deliquit, decet Audacem esse et confidenter pro se, et proterve loqui.* Brut.

Et ipsorum vis] Non agnoscit copulam Voss. I. *ipsarum* in Leid. I. Oud. *Et* deest etiam in B. *L.*

Quae res harum al. rem c.] Leid. I. *quae harum aliq. c.* Voss. II. *horum.* Oud.

Faciles cognitu sunt] Voss. I. *facile c. est.* Oud.

Studium autem quoniam est] Sch. a m. I. *st. enim quod est.* Oud. *Studium autem quod est* B. *L.*

Aliquam ad rem adplicata] Sic MSS. O. et Ed. Omn. vulgo *ad al. r.* Leid. III. caret voce ultima. Oud.

Ex eo ducetur arg.] Sch. Leid. III. *ex eo deducetur arg.* Oud.

Item facta, et casus] Libro duo manuscript. habent, *Iam facta*, etc. Lamb. *Iam facta, et casus* Gryph. duo manuscr. libri habent, vetustior alter, alter recentior; quibus unus meus, qui est inter hos medius, suffragatur. Brut.

Ecquid afferant] Voss. II. Leid. III. *quid adf.* Oud.

CAP. X. Ac personis quidem res eae sunt adtributae, ex quibus omnibus unum in locum coactis, accusatoris erit improbatione hominis uti. Nam caussa facti parum firmitudinis habet, nisi animus eius qui insimulatur, in eam suspicionem adducatur, ut a tali culpa non videatur abhorruisse. Ut enim animum alicuius improbare nihil adtinet, cum caussa, quare peccaverit, non intercesserit; sic caussam peccati intercedere leve est, si animus nulli minus honestae rationi adfinis ostenditur. Quare vitam eius, quem arguit, ex ante factis accusator improbare debebit, et ostendere, si quo in pari ante peccato convictus sit. Si id non poterit; si quam in similem ante suspicionem venerit, ac maxime, si fieri poterit, simili aliquo in genere eiusdem modi caussa aliqua commotum peccasse, aut in aeque magna re, aut in maiore, aut in minore: ut si, quem pecunia dicat inductum fecisse, possit 404
demonstrare, aliqua in re eius aliquod factum avarum.

CAP. X. *Parum firmitudinis*] Voss. II. *p. fortitudinis.* OUD.

In eam suspic. adducatur] Sch. *ad eam s.* Leid. I. Ed. Omn. *adducetur.* OUD.

A tali culpa] Sch. Voss. II. Leid. I. II. *in t. culpa.* OUD.

Animum alicuius] Addit *hominis* Leid. II. OUD.

Quare peccaverit] Voss. I. *q. peccavit.* In ceteris *peccarit.* Bene. OUD. *Peccarit* scripsit Orell. *Peccarit* T. *Peccaverit.* B. *L.*

Non intercesserit] Sch. a m. I. Voss. I. Leid. O. cum Ed. Omn. *non intercessit.* Et hoc recte. OUD. *Intercessit* scripserunt Sch. et Orell. Atque ita Cod. T. Sed B. *intercesserit.* *L.*

Rationi adfinis] Leid. III. *rationis adf.* OUD.

Quem arguit] Sch. *qui arguitur.* OUD.

Si id non poterit] Voss. I. II. Leid. II. *si id n. potuerit.* OUD. In Ernest. ed. *Sed id non poterit* ex errore typogr. *L.*

Si fieri poterit] Voss. II. *si f. potuerit.* OUD.

Eiusdem m. caussa aliqua commotum] MSS. plerique Ed. Omn. *eiusmodi.* Sch. Voss. I. Leid. III. *in c. aliqua commotum.* OUD. *Eiusmodi* etiam BT. Sed T. a m. s. *eiusdem modi.* *L.*

Peccasse] Sch. *p. dicendum.* Suprascriptum in Voss. II. *dicet.* OUDENDORP.

Ut si, quem pecunia] Sic restitui, cum reperissem in tribus libr. manuscriptis, *ut si quidem:* vulgati autem habeant, *si quis,* mendose. *quem* autem hoc loco relativum est, ut grammatici appellant, et legendum: *si, quem* etc. divisim, non *si quem*, pro, *si aliquem*, coniunctim. LAMB. Est ab editione prima; ne hoc forte quis attribuat Lambino. Vulgata, *si qui pecunia.* Mss. *si quidem p.* item *si quid pec.* etc. GRUT. *Ut si quem pecunia dicat ind.* Sic Ed. Omn. in aliis *si qui.* Sed in MSS. O. *ut si quidem p.* Fortasse, *ut si qui, quem pec. dic. ind.* OUD. *Ut si quidem pecunia* B. *Ut si quem pec.* T. atque ita Sch. et Orell. Paullo post Sch. de Ern. coniectura voc. *eius* transposuit, sic: *eius possit demonstrare aliqua in re aliquod factum avarum.* Sane negligentior est

Item in omni caussa naturam, aut victum, aut studium, aut fortunam, aut aliquid eorum, quae personis adtributa sunt, ad eam caussam, qua commotum peccasse dicet, adiungere, atque ex dispari quoque genere culparum, si ex pari sumendi facultas non erit, improbare animum adversarii oportebit: ut si avaritia inductum arguas fecisse, et avarum eum, quem accuses, demonstrare non possis, aliis adfinem esse vitiis doceas, et ex ea re non esse mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re eum deliquisse. Quantum enim de honestate et auctoritate eius, qui arguitur, detractum est, tantundem de facultate totius est defensionis deminutum.

Si nulli adfinis poterit vitio reus ante admisso demonstrari; locus inducetur ille, per quem hortandi iudices erunt, ut veterem famam hominis nihil ad rem putent pertinere. Nam eum ante celasse, nunc manifesto teneri;

---

vulgata structura, sed non tamen sine Codd. mutanda, quia non intelligitur, qui factum sit, ut mutaretur. *L.*

Peccasse dicet] Sch. Voss. I. *p. dicitur.* Oud.

Ex dispari] Sch. a m. I. *ex impari.* Oud. *Ex impari* etiam in B. *L.*

Ut si avaritia ind.] MSS. O. carent τοῦ [v.] *ut.* Oud.

Ex ea re non esse m.] Praepositio non adest Leid. I. Vid. cap. 9. Oud. Praepositionem agnoscunt BT. Eam omiserunt Sch. et Orell. Non omiserim. Deinde scripsit Sch. *eundem deliquisse* pro eo quod vulgo legitur: *eum del.*, ex coniectura Purgoldi. Sed *eum* abest a cod. T. quapropter Orell. omisit. Neutrum, puto, verum est. *L.*

Tantundem de facultate totius est defensionis deminutum] In MSS. lego vel *de facultate totius eius defensionis*, vel *totius est eius.* Quam scripturam etsi memoret nemo, vix dubito tamen, quin extet in pluribus codicibus, nec puto spernendam, certe prae vulgata. Gron. — Voss. I. Leid. I. Ed. Omn. *tantum.* Leid. II. *tantum et de f. t. e. eius defens.* Sch. *t. de facultate e i.* Quod pronomen omnino mihi videtur esse addendum; sed malim hoc ordine, *tantumdem ei de fac.* Leid. III. *tot. def. diminutum est.* MSS. quattuor *dimin.* Sch. et Ed. Omn. *inminutum.* Oud. *Tantum de fac.* BT. Sed bene habet *tantundem*, quod quum scriptum esset *tantumdē;* ultima syllaba a sequente praepositione absorpta est. *Ei* et *eius*, iudice Orellio, e glossa sunt. Recte; nec debebat Sch. Oudendorpii auctoritatem hoc loco sequi. Deinde vv. *reus ante admisso* Sch. delevit, et videntur mihi quoque spuria. Cod. B. exhibet *reus ante dimisso.* *L.*

Si nulli adfinis poterit vitio reus ante admisso demonstrari] *Admittere vitium* videtur durius et insolens: *admittere peccatum* usitatius; itaque aut sic legendum putem: *si nulli affinis poterit peccato ante admisso reus demonstrari*, aut delendas has duas voces, *ante admisso.* Lamb. Videntur *reus ante admisso*, esse a manu potius interpretis quam auctoris. Grut.

quare non oportere hanc rem ex superiori vita spectari, sed superiorem vitam ex hac re improbari, et aut potestatem ante peccandi non fuisse, aut caussam. Aut, si haec dici non poterunt, dicendum erit illud extremum, non esse mirum, si nunc primum deliquerit. Nam necesse est, eum, qui velit peccare, aliquando primum delinquere. Sin vita ante acta ignorabitur, hoc loco praeterito, et cur praetereatur, demonstrato, argumentis accusationem statim confirmare oportebit.

CAP. XI. Defensor autem primum, si poterit, debebit vitam eius, qui insimulabitur, quam honestissimam demonstrare. Id faciet, si ostendet aliqua eius nota, et communia officia: quod genus, in parentes, cognatos, amicos, adfines, necessarios: etiam quae magis rara, et eximia sunt, si ab eo cum magno aliquo labore, aut periculo, aut utraque re, cum necesse non esset, officii caussa, aut in rempublicam, aut in parentes, aut in aliquos eorum, qui modo expositi sunt, facta esse dicet, deinde si nihil deliquisse, nulla cupiditate impeditum ab officio recessisse. Quod eo confirmatius erit, si, cum potestas impune ali-

---

Ex superiori vita] Sch. cum tribus aliis *ex superiore v.* Oud. Deinde pro vulgato: *nam necesse est* Lamb. et Ern. coniecerunt: *n. necesse esse*, quod recte receperunt Sch. et Orell. *L.*

CAP. XI. *Si ostendet*] Sch. *si ostendit.* Oud.

Et communia officia] Leid. II. *et comm. eius officia.* Oud. *Nota aut comm. off.* B.

Etiam quae magis rara etc.] Grevenb. habet omnino: *et quae magis rara et eximia sunt, ab eo cum magno aliquid labore* etc. *factum esse dicet.* quod *factum* etiam restat in Pall., sed in ceteris confirmant vulgatam, ut videatur legendum distinguendumque: *etiam quae magis rara et eximia sunt, si ab eo cum magno aliquid labore* etc. *factum esse dicet.* Grut. *Si ab eo cum magno aliquo labore* etc. *facta esse d.* Gruteri lectionem ex MSS. haustam confirmant nostri libri, nam excepto Leid. II. habent *factum*, et pro *aliquo*, quod deest Leid. II. veterrimae membranae praebent *aliquid.* Id quod unice verum videtur. Oud. *Cum magno aliquid labore — factum esse dicet* B. *factum esse dicet* etiam T. Sed Cod. Alt. Ed. Victor. aliique: *facta esse*, relatum superiora: *quae magis rara et eximia sunt;* ex qua ratione scribitur in supp. *c. magno aliquo labore* ab iisdem. Atque ita scripserunt Sch. et Orell. *L.*

Deinde si nihil deliquisse] Lamb. *Deinde se nihil deliquisse:* quemadmodum scriptum est in vetustissimo Gryph. et Leonic. exemplari. In meo libro multo clarius: *Deinde si nihil dicet deliquisse.* in altero Gryph.: *Deinde nihil deliquisse*, ut pendeat oratio a superiore verbo *ostendet.* Brut. — Sch. *denique.* Voss. I. Leid. I. III. *se n. d.* Mox *et nulla cup.* Leid. I. Oud. *Denique se nihil* B. *Se* etiam in T. *L.*

quid faciendi minus honeste fuisse dicetur, voluntas ei faciendi demonstrabitur abfuisse.

Hoc autem ipsum genus erit eo firmius, si eo ipso in genere, quo arguetur, integer antea fuisse demonstrabitur: ut si, cum avaritiae caussa fecisse arguatur, minime omni in vita pecuniae cupidus fuisse doceatur. Hic illa magna cum gravitate inducetur indignatio, iuncta conquestioni, per quam miserum facinus esse, et indignum demonstrabitur, cum animus omni in vita fuerit a vitiis remotissimus,
406 eam caussam putare, quae homines audaces in fraudem rapere soleat. castissimum quoque hominem ad peccandum potuisse impellere: aut iniquum esse, et optimo cuique perniciosissimum, non vitam honeste actam tali in tempore quam plurimum prodesse, sed subita ex criminatione, quae confingi facile possit, non ex ante acta vita,

---

Voluntas ei faciendi] Sch. *v. a faciendo.* Voss. I. Leid. III. *eius faciendi.* Leid. II. *faciundi.* Voss. II. *faciendo.* Oud.

Demonstrabitur abfuisse] Sic legendum esse constat inter omnes, qui Latine sciunt. Lamb. *Afuisse*, ut alibi docuimus, in eodem Gryphii libro vetustiore recte legitur. Brut.

Erit eo firmius] Leid. III. *e. eo confirmatius.* Oud. In proxime supp. v. *genus* expunxit Sch., ut repetitum ex seqq. Nam non *genus* aliquod hic firmius dici, sed argumentum, quod modo propositum erat. *L.*

Quo arguetur, integer antea] Sch. Leid. II. III. *q. arguitur.* Tum Ed. Omn. *integer animi*, pro *ante*, quod est in Sch. Leid. I. Voss. II. Oud. *Arguitur, integer antea* B. *Antea* etiam in T. idque dedit Orell. dederatque Sch. *L.*

Per quam miserum facinus etc. *demonstrabitur*] Spurium quid sapit auribus meis illud *demonstrabitur;* si abesset, et *perquam* unica dictione enunciatur, melius esset sententiae. Grut. Sch. Voss. I. Leid. I. III. addunt *demonstr. ut.* — Putem, tam verbum *demonstrabitur*, quam illud *ut* e praecedentibus male repetita esse, et cum Grutero *perquam* una voce legendum esse. Oud. Sch. scripsit: *perquam miserum facinus esse et indignum, quum animus* ex Gruteri coniectura, quam egregiam vocat recepitque Orell. *esse aut indignum — demonstrabitur ut cum animus* BT. *L.*

Omni in vita fuerit] Sch. Voss. I. et alii cum Ed. Omn. *in v. f. omni.* Oud. *In vita fuerit omni* etiam in B. *L.*

Quae confingi facile possit] Meliores codices auctiores: *quae confingi quamvis facile possit.* Vix credi potest id non reperiri etiam in aliorum libris. An repudiarunt, quia ignarum id Nizolio? Sic tamen Cicero pro S. Rosc. 16: *quamvis multos proferre.* et cap. 32. *quamvis diu aliquid dicere.* [infra de Inv.] 2, 48. *re quamvis leviter probabili.* Tacitus 2 Ann. 82, *quamvis leviter audita.* Adde IV. ad Heren. 42. Gron. In nonnullis Gronovii libris est *q. c. quamvis facile p.* Sed in optimis membranis Sch. inveni *q. c. quamvis false, p.* suprasc. *facile.* An scripsit auctor: *q. c. facile, quamvis false, p.* Oud. *Quamvis facile* scripserunt Sch. et Orell. Atque ita Cod. T. Sed in B. est: *quamvis falso; false* et *falso*

quae neque ad tempus fingi, neque ullo modo immutari possit, facere iudicium.

Sin autem in ante acta vita aliquae turpitudines erunt; aut falso venisse in eam existimationem dicentur, aut ex aliquorum invidia, aut obtrectatione, aut falsa opinione, aut imprudentiae, necessitudini, aut persuasioni adolescentiae, aut alicui non malitiosae animi adfectioni adtribuentur, aut dissimili in genere vitiorum, ut animus non omnino integer, sed a tali culpa remotus esse videatur. Ac si nullo modo vitae turpitudo, aut infamia leniri poterit oratione; negare oportebit de vita eius, et moribus quaeri, sed de eo crimine, quo de arguatur: quare, ante factis omissis, illud, quod instet, agi oportere.

CAP. XII. Ex facto autem ipso suspiciones ducentur, si totius administratio negotii ex omnibus partibus pertentabitur: atque hae suspiciones partim ex negotio separatim, partim communiter ex personis, atque ex negotio proficiscentur. Ex negotio duci poterunt, si eas res, quae

---

ortum ex non intellecta vera scr. *quamvis facile.* Cod. Altorf. utrumque coniungens exhibet: *quamvis facile fingi possit, quamvis falso possit. L.*

Immutari possit] MSS. Ed. Omn. *mutari p.* OUD.

Turpitudines erunt] Voss. I. Leid. III. *t. inerunt.* Bene. Vid. ad L. I. c. 2. OUD. Receperunt Sch. et Orell. Sed in BT. vulgatum *erunt. L.*

In eam existimationem dicentur] Sch. *in e. aestimationem.* Leid. I. II. Ed. Omn. *dicetur.* OUD. *Estimationem dicetur* B. *L.*

Aut ex aliquorum inv.] MSS. O. *et ex al. inv.* OUD.

Aut persuasioni ad.] Deest cop. Leid. II. A ceteris abest vox sec. OUD. *Et persuasioni ad.* BT. Recte Orell. *persuasioni, adolescentiae,* omisso *et* vel *aut,* quae interpolationem arguunt. *L.*

Malitiosae animi adfectioni] Voss. II. *malitiosi an. adf.* OUD.

In genere vit.] Leid. II. *genere vit.* OUD. Ita dedit Sch. *dissimili generi vit.;* non recepit Orellius. In BT. vulgatum *dissimili in genere. L.*

Non omnino integer.] Ed. Omn. *non modo int.* OUD.

A tali culpa rem] MSS. quinque *ab tali c. r.* Bene. OUD. *Ab tali c.* etiam B. *tali ab culpa* T. Vulgatam tenuerunt Sch. et Orell. *L.*

De vita eius, et moribus] Scriptus uterque *et de moribus.* GRON. MSS. O. *de v. ei. et de m. q.* Vere. OUD. *Et de moribus* etiam in BT. et ita scripserunt Sch. et Orell. *L.*

Quo de arg.] Sch. Leid. I. *de quo arg.* OUD. *Quo de arg.* etiam BT. secutique sunt Editores omnes. *L.*

Quod instet] Sic Leid. II. In reliquis *q. instat.* OUD. *Instat* etiam in B. *L.*

CAP. XII. *Ex omnibus partibus*] Vide Gronov. supra ad cap. 1. BURM. Sch. *ex o. ipsius partibus.* OUD.

Atque hae suspiciones] Sch. *atque eae s.* Caret pronomine Voss. II. OUD.

negotiis adtributae sunt, diligenter considerabimus. Ex iis igitur in hanc constitutionem convenire videntur genera eorum omnia, partes generum pleraeque.

407 Videre igitur primum oportebit, quae sint continentia cum ipso negotio, hoc est, quae ab re separari non possunt. Quo in loco satis erit diligenter considerare, quid sit ante rem factum, ex quo spes perficiendi nata, et faciendi facultas quaesita videatur; quid in ipsa re gerenda; quid postea consecutum sit. Deinde ipsius est negotii gestio pertractanda. Nam hoc genus earum rerum, quae negotio adtributae sunt, secundo in loco nobis est expositum.

Hoc ergo in genere spectabitur locus, tempus, occasio, facultas: quorum uniuscuiusque vis diligenter in confirmationis praeceptis explicata est. Quare, ne aut hic non admonuisse, aut ne eadem iterum dixisse videamur, breviter demonstrabimus, quid quaque in parte considerari

---

Partes generum pleraeq.] Sic habent omnes libri et vulgati et manuscr. praeter unum, in quo est: *pleraeque, non omnes.* qua ex scriptura coniicere quis possit, legendum, *pleraeque omnes.* ita enim saepe haec coniuncte ponuntur, *plerique omnes.* Verum tamen nihil muto. Lamb. Sch. *p. eorum pl.* Oud. Statim ante *genera earum omnia* scripsit e coni. Sch. secutusque est Orellius. Ceterum de Lambini coniectura recte statuit Sch. illud *non omnes* e glossa adiectum et propterea Lambini *omnes* repudiandum esse. *L.*

Continentia cum ip. neg.] Voss. II. *convenientia c. i. n.* Oud.

Diligenter considerare] Sch. Voss. II. *d. considerasse.* Ed. Omn. *d. considerandum.* Oud. *Considerasse* B. et Oxonn. unus. *L.*

Perficiendi nota et faciendi f.] Voss. I. Ed. Omn. *perficiundi* Voss. I. *n. faciundi.* Oud.

Deinde ipsius] Sch. a m. I. *denique ips.* Oud. Paullo post *sunt attributae*, hoc ordine, scripserunt Sch. et Orell. Consentiunt Codd. BT. *L.*

Breviter demonstrabimus] MS. melior *breviter iniecimus*, qui et mox *aut quibus sine omnino*, et *Quarta autem pars restat ex iis.* Gron. Sch. *br. iniecimus.* supr. *demonstravimus*, e glossa. In Mediceo quoque *iniecimus.* Ac placet. Oud. *Iniecimus* etiam B. et tres Oxonn. Sed in T. est vulgatum *demonstrabimus.* Sch. ex Ern. coniectura scripsit: *iniiciemus*, id quod recepit Sch. In vulgata acquievit Orellius. Mihi scribendum videtur *iniecimus*, ex melioribus Codicibus. Praeteritum, ut saepe, de re, quam nunc scribimus, et quae praeterita erit, si ad lectorum oculos pervenerit. Ceterum *iniicere* pro eo quod est mentionem facere, loquendo interponere, saepissime legitur apud Ciceronem veluti pro Quinctio c. 21. *Quid affertur, quare P. Quinctius absens negetur esse defensus? An vero id, quod Hortensium, quia nuper iniecit, et quia Naevius semper id clamitat, dicturum arbitror* cet. Et Trebonius in Epist. Cic. XII, 16. *Qui quum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere* cet. *L.*

oportet. In loco igitur opportunitas, in tempore longinquitas, in occasione commoditas ad faciendum idonea, in facultate copia et potestas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, aut sine quibus omnino confici non potest, consideranda est.

Deinde videndum est, quid adiunctum sit negotio, hoc est, quid maius, quid minus, quid aeque magnum sit, quid simile: ex quibus coniectura quaedam ducitur, si, quemadmodum res maiores, minores, aeque magnae similesque agi soleant, diligenter considerabitur. Quo in genere eventus quoque videndus erit, hoc est, quid ex unaquaque re soleat evenire, magnopere considerandum est; ut metus, laetitia, titubatio.

Quarta autem pars erat ex iis, quas negotiis diceba- 408
mus esse adtributas, consecutio. In ea quaeruntur ea, quae gestum negotium confestim, aut ex intervallo consequuntur. In qua videbimus ecquae consuetudo sit, ecquae

---

Propter quas al. fac. fit, aut sine quibus] *Aut quibus sine*, duo Gryph. exempl. antiqua, et unum e meis. BRUT. — Primo in vetustissimis membranis exaratum est *per quas*, tum in Voss. I. II. Leid. I. II. *quibus sine*. Vere utrumque, prius quoque exigente Ciceronis sententia, qui agit de copia et potestate rerum, *per quas* facilius aliquid fit, non *propter quas*. OUD.

Confici non potest] Leid. I. *c. n. poterit*. OUD.

Adiunctum sit negotio] Abest verbum Leid. II. OUD.

Hoc est quid ex unaquaque re s. ev.] Sch. a m. I. *hoc quod ex qua re s. ev.* Voss. II. *ex quaque re*. Leid. I. II. *ex qua re*, non male: Imo praefero *quid ex qua re*. OUD. *Quid ex unaquaque re* T. atque ita scripserunt Sch. et Orell. *Quod ex qua re* B. Vulgatam recte habere puto. *L.*

Titubatio] Subiiciunt Sch. Voss. I. Leid. III. *t. avaritia*. OUD. Idem voc. subiicit B. Deinde verba: *magnopere considerandum est* Ern. spuria iudicavit, Sch. delevit, recte, opinor, licet non assentiatur Orellius. *Magno opere* BT. quam scripturam arguere putat Orell., locum non esse a glossatore profectum. Imo hic ipse locus ostendit, librarios *magno opere* ex arbitrio scripsisse, etiam ubi sua adiicerent; unde conficitur, in talibus rebus parum tribuendum esse codicibus. *L.*

Pars erat ex iis] Sch. Voss. I. *pars restat ex iis*. OUD.

Ecquae consuetudo] Videtur legendum potius, *ecqua*, id est, num aliqua, et ita infra, *ecqua lex*. Ita denique omnibus in locis, ubi est, *ecquae*, legendum putarim: *ecqua*. LAMB. Male exciderunt editionibus Gruteriana posterioribus post verbum *sit* voces *ecquae* vel *ecqua lex*, ab O. MSS. agnitae. OUD. *Et quae lex* pro vv. *ecqua lex* exhibet B. *Ecqua* utrobique T. atque ita scripserunt Sch. et Orell. Credibile est, *ecquae* eodem iure scribi, atque *si quae*, eodemque etiam modo distingui. Hoc si verum, *ecqua lex* nullo modo dici potest; nam *ecqua* feminino et neutro genere substantive tantum dicitur, ut *si qua*, *aliqua*. Sed *ecquae lex* recte

actio, ecquod eius rei artificium sit, aut offensio; ex quibus nonnumquam elicitur aliquid suspicionis.

CAP. XIII. Sunt autem aliquae suspiciones, quae communiter et ex negotiorum, et ex personarum adtributionibus sumuntur. Nam et ex fortuna, et ex natura, et ex victu, studio, factis, casu, orationibus, consilio, et ex habitu animi, aut corporis pleraque pertinent ad easdem res, quae rem credibilem, aut incredibilem facere possunt, et cum facti suspicione iunguntur.

Maxime enim quaeri oportet in hac constitutione, primum potueritne aliquid fieri: deinde ecquo ab alio po-

---

dicitur, quum *ecquae*, ut *siquae* neutro et feminino genere adiectiva dicantur. Cf. quae supra diximus ad cap. huius libri VI. *L.*

Ecquae actio] Pal. pr. non habet voculam ultimam. sec. praefert litera una plus *pactio*, quod placet. Nam tert. *orat.* Gart. Sch. a m. I. habuit *quae pactio:* ut in palat. II. Verissime. Hinc in Victorino p. 196. in f. *Quarta pars, quae gestum negotium consequitur, ad coniecturam tribuat argumenta: ubi quaeritur lex, consuetudo, p a c t i o, usus, exercitatio.* Oud. *Et quae actio* B. *Pactio* etiam T. Sed recte citat Schützius de Inv. I, 28. *L.*

Ecquod ei. rei artif. sit] Sch. *quod* etc. Leid. III. *ecquid* a II. abest *sit.* Oud. *Et quod* B. Tum exciderunt ex Graeviana editione verba: *aut usus aut exercitatio, hominum aut approbatio,* quae post vv. *artificium sit*, interponenda sunt, quaeque ab omnibus Codd. mss. agnoscuntur. *L.*

Elicitur] Leid. II. *ducitur.* cum Victor. p. 197. Sed vide C. 14, 22. Oud.

CAP. XIII. *Sunt autem aliquae*] MSS. habent vel *sunt autem et aliae*, vel *sunt autem aliae.* Id quod tanto magis ridiculum in vulgatis, quod in harum nonnullis notent ad marginem (Aliae suspiciones.) Ita quod ipsi intelligunt et pronunciant, nolunt tamen Ciceronem dicere. Marius Victorinus. *Invenitur autem argumentatio praeterea, quae communiter* etc. Gron. — Ed. Oxon. *aliae s.* Sch. Voss. I. Leid. II. III. *et aliae s.* Bene; nisi legamus *et aliae aliquae*, quae saepe his in libris iunguntur, V. c. 19, 25, 53. sic *alius aliquis* Cic. pro Sext. c. 24. Quamvis in voce *aliquis* comprehendatur *alius quis.* Hinc creberrime voces illae confunduntur, ut mox. Adi quos laudat Cl. Ernesti ad Tac. Annal. L. I. c. 4. *Aliquid, quam iram.* Quare etiam hic *et aliquae* rescribi posset. Oud. *Sunt autem et aliquae* dedit Sch. id quod exhibent etiam Oxonn. duo. *Sunt autem aliquae*, omisso *et*, exhibet *T.* quod dedit Orell.; recte, puto. *Sunt autem et aliae.* B. et Altorf. *L.*

Animi aut corporis] Leid. I. *an. et corp.* Oud.

Ad easdem res] Leid. II. *ad eas r.* Oud.

Quaeri oportet] Sch. Voss. I. Leid. III. *quaerere op.* Oud.

Potueritne aliquid f.] Voss. I. Leid. III. *poteritne al. fieri.* Oudendorpius.

Ecquo ab alio potuerit] Sch. *hoc quomodo ab aliquo p.* Voss. I. *hoc quomodo ab alio p.* II. *et si quo ab alio p.* Leid. I. *haec si quo ab aliquo p.* III. *hoc quomodo ab alio aliquo p.* Non dir-

tuerit: deinde facultas, de qua ante diximus: deinde utrum id facinus sit, quod poenitere fuerit necesse: item quod spem celandi haberet: deinde necessitudo, in qua, num necesse fuerit id aut fieri, aut ita fieri, quaeritur. Quorum pars ad consilium pertinet, quod personis adtributum est, ut in ea caussa, quam exposuimus. Ante rem erit, 409
quod in itinere se tam familiariter adplicaverit, quod sermonis caussam quaesiverit, quod simul diverterit, coenarit. In re, nox, somnus. Post rem, quod solus exierit, quod illum tam familiarem comitatum tam aequo animo reliquerit, quod cruentum gladium habuerit.

---

plicet *si* pro *an.* Oud. *Deinde hec si quo ab alio* B. *deinde hoc quo modo ab alio* T. *deinde si hoc quo ab alio* Oxonn. unus. Recte statuit Orellius, has omnes esse corruptiones vulgatae et verae lectionis *ecquo ab alio*, quapropter non secutus est Schützium, qui *si quo ab alio* recepit. *L.*

Quod poenitere fuerit] Fortasse legendum, *cuius poenitere fuerit necesse;* verum tamen nihil mutandum censeo. Lamb. Cave, ne cum Lamb. legas *cuius.* Adi Victor. p. 199. Sanct. in Min. L. III. c. 1. ibiq. Perizon. p. 266. Et Davis. ad Cic. L. V. Tusc. c. 28. *Nihil, quod poenitere possit, facere;* et ad Minuc. Fel. c. 28. *unum solummodo, quod non ante fuerit, poeniteret.* Oud. *Quod fuerit penitere necesse* B. *L.*

Quod spem celandi haberet] Ut ex Lambino edidit Gothofredus: *quod spem celandi non haberet*, sic legitur in utroque nostro, qui etiam mox uterque *quaesirit,* de quo supra. et *quod simul diverterit, dein* vel *deinde coenarit.* Gron. *Spem celandi haberet.* MSS. O. Ed. Omn. et Victor. p. 198. *sp. c. non haberet.* Oud. *Non haberet* BT. et octo Oxonienses, quare recte sic dederunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Id aut fieri, aut ita f.] Voss. I. *id ita fieri.* II. Leid. III. *id a. f. a. i. non f.* Oud.

Ante rem erit] Sch. a m. I. caret verbo. Oud.

Adplicaverit] Leid. II. Ed. Omn. *adplicuerit.* Oud.

Sermonis causam quaesiverit] MSS. O. Victor. Ed. Omn. *quaesierit.* Perperam hoc mutaverunt. Oud. *Quaesierit* dedit Sch. Orell. et ante hos Ern. *L.*

Quod simul diverterit] Quidam libri veteres habent: *quod simul deverterit;* quod probo. Lamb. Voss. I. Leid. I. *q. s. deverterit.* Optime: ut iam editum c. 4. *devertissent,* et sexcenties. Oud. *Deverterit* recte Ern. Sch. Orell. *Diverterit* BT. *L.*

Dehinc coenarit] Nos vocem *dehinc* sustulimus, quae quidem non temere abest in manuscriptis, et in Leonicen. libro. Elegantior sane oratio, ea expuncta efficitur. Mox in uno Gryph. manuscr. legitur: *tam laeto animo liquerit.* Brut. — *Coenarit.* Leid. II. *deinde coen.* Sch. Voss. I. Leid. III. *dein coen.* Bene, Oud. *Deinde cenarit* B. *dein coenarit* T. *Deverterit, coenarit,* ἀσυνδέτως, Ern, Sch. Orell. *L.*

Tam familiarem comitatum] Victorii editio *comitem*, neque aliter Pal. tert. aut Grev. Haud tamen temere aliquid mutarim. P. Manutius expressit: *tam familiarem comitatum.* Grut. Voss. I.

Horum pars ad consilium pertinet. Quaeritur enim, utrum videatur diligenter ratio faciendi esse habita et excogitata, an ita temere, ut non verisimile sit, quemquam tam temere ad maleficium accessisse. In quo quaeritur, num quo alio modo commodius potuerit fieri vel a fortuna administrari. Nam saepe si pecuniae, adiumenta, si

---

f. comitem. Sch. a m. I. non agnoscit ultimam illam vocem. Et sine sensus detrimento abesse poterat; sed habet quoque Victorinus. Oud. *Familiarem comitem* T. et tres Oxonn. atque ita Ern. Sch. Orellius scripserunt. *L.*

Cruentum gladium] Leid. III. *cruentatum gladium.* Oud. *Cruentum* BT. et multi alii. Sed *cruentatum* etiam unus Oxonn. id quod recte recepit Orell. Cf. quae supra notavimus ad Lib. II. cap. 4. *L.*

Horum pars ad consilium pertinet. Quaeritur enim] Pro his omnibus Sch. a m. I. tantum habet *rursum*, et a m. II. *quaer. ergo.* In Voss. II. desunt *quaer. enim.* Oud. Codicem Voss. cum Sch. secutus est Schützius. Idem in priore editione dederat: *Rursum quaeritur, utrum.* Mihi videtur in codice, ex quo descriptus est ille Vossianus cum scholiis, integer excidisse versus; in cuius lacunae supplementum alii *Rursum*, alii *Quaeritur ergo* substituerunt. Recte Orellius vulgatam retinuit. *L.*

An ita temere, ut non verisimile sit, quemquam tam temere ad maleficium accessisse] A duobus codd. absunt haec verba: *ut non verisimile sit, quemquam tam temere,* etc. ex qua scriptura coniicere possit aliquis, ita hunc locum esse legendum: *an temere ad maleficium accessisse.* Lamb. Etiam Grevenb. non agnoscit illa omnia: *ut non verisimile* etc. *accessisse,* et abesse poterant sine damno sententiae. Conspiciuntur tamen in Palatinis, quorum primus supra amplius habet: *quod cruentum gladium habuerit. quorum pars dicit propter facultatem, quae ad consilium non pertinet, si ipsa negatur, vel quorum locorum pars continet ad consilium, pars ad fortunam, pars ad naturam, quod reus hic cruentatum habuit gladium, non pertinet ad consilium. Itaque dicit: horum pars pertinet ad consilium. Quaeritur* etc. Grut. *Quemquam tam temere.* Exsulat *tam* a Voss. I. Oud. Verba a Lambino reiecta in Codd. propter repetitum illud *temere* exciderunt, aberrantibus librarii oculis a superiore ad inferius. Prius *temere* in mai. edit. eiecerat Sch. in minore totius Cic. reduxit. *L.*

Quo al. m. c. potuerit] Voss. II. caret *quo*, et *potuit* dat. Oud.

Vel a fortuna] S. a m. I. *partim a f.* Leid. III. *vel e f.* Oud.

Si pecuniae adiumenta, si adiutores] Pall. pr. *si pecuniae, si adiumenta, si adiutores.* Tertius: *si pecuniae, si adiumenta, adiutores.* Media locum hic habere posset. Grut. *Si pecuniae, adiumenta, si adiutores desint.* Voss. I. et alii cum Ed. Oma. *pecuniae adiumenta,* II. Leid. I. Sch. a m. II. *si pec. si adiumenta* sine ultimo *si*, quod et deest Leid. II. *desunt* Voss. I. Leid. III. Oud. In Cod. B. haec sic scripta exstant: *si pecuniae adiumenta* (with *si* written above) *si adiutores* (sic). Ter *si* legitur etiam in Turic. id quod recepit Orellius; idem iam fecerant Ern. et Sch. *L.*

adiutores desint, facultas fuisse faciendi non videtur. Hoc modo si diligenter adtendamus, apta inter se esse intelligimus haec, quae negotiis, et illa, quae personis sunt adtributa. Hic neque facile est, neque necessarium distinguere, ut in superioribus partibus, quo pacto quidque accusatorem, et quomodo defensorem tractare oporteat. Non necessarium, propterea quod, causa posita, quid in quamque conveniat, res ipsa docebit eos; qui non omnia hic se inventuros putabunt, sed ad ea, quae praecepta sunt, comparationis modo quamdam in commune mediocrem intelligentiam conferent.

Non facile autem quod et infinitum est tot de rebus utramque in partem singulatim de unaquaque explicare, et alias aliter haec in utramque partem caussae solent convenire.

CAP. XIV. Quare considerare haec, quae exposuimus, oportebit. Facilius autem ad inventionem animus incedet, si gesti negotii et suam, et adversarii narrationem saepe et diligenter pertractabit, et quid quaequae pars suspicionis habebit, eliciens, considerabit, quare, quo consilio, qua spe perficiendi quidque factum sit: cur hoc modo potius, quam illo: cur ab hoc potius, quam ab illo:

Facultas fuisse faciendi] Exsulat infinitivus a Voss. II. *faciundi.* Voss. I. Leid. II. OUD.

Neque facile est, neque necess.] Sch. Voss. I. Leid. III. *non facile* etc. Sch. *neque enim est necess.* OUD. *Non fac. neque nec.* B. *L.*

Inventuros putabunt] Leid. I. *inv. putabant.* OUD.

Ad ea, quae praecepta sunt, comparationis] Haec desunt Sch. a m. I. *et ea* a m. II. cum Voss. II. *Modo ad ea* Leid. II. OUD. Quae ibi desunt, iam ab Ern. uncis inclusa, praeter voc. *modo,* quod male Sch. delevit, ab Ernestio non damnatum. Absunt eadem a Cod. Turic. *L.*

Quamdam in commune m.] Ed. Omn. *q. animi in c. m.* OUD.

Dilig. conferent] Sch. *dil. conferant.* OUD.

CAP. XIV. *Ad inventionem animus incedet*] Nihil muto: quamvis tres libri manuscripti habeant: *animus incidet.* LAMB. MSS. O. et Ed. Omn. *an. incidet.* OUD. *Animus incidit* BT. Plures codd. apud Orell. *animus incidet*, ut Oudendorpii. Sch. coniiciebat: *animo incident.* Orellius vulgatam tenuit, *animus incedit ad* dictum fere putans, ut *ingredi in aliquid.* Sed hoc mihi videtur aliusmodi esse. *L.*

Gesti negotii] Sch. *gestione n.* OUD.

Suspicionis habebit] Leid. II. III. *s. habeat.* OUD. *Quod quaeque pars* T. idem correxit iam Ern. Recte, scripseruntque ita Sch. et Orell. Opus est relativo, quod pendet a verbo *eliciens; eliciens, quod quaeque pars — habebit.* *L.*

Spe perficiendi] Voss. I. *spe perficiundi.* OUD.

cur nullo adiutore, aut cur hoc: cur nemo sit conscius, aut cur sit, aut cur hic sit: cur hoc ante factum sit: cur hoc ante factum non sit: cur hoc in ipso negotio: cur hoc post negotium: aut quid factum de industria: aut quid rem ipsam consecutum sit: constetne oratio aut cum re, aut ipsa secum: hoc huiusne rei sit signum, an illius, an huius et illius, et utrius potius: quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit.

Cum animus hac intentione omnes totius negotii partes considerabit, tum illi ipsi in medium conservati loci procedent, de quibus ante dictum est: et cum ex singulis, tum ex coniunctis argumenta certa nascentur. Quorum argumentorum pars probabili, pars necessario in genere versabitur. Accedunt autem ad coniecturam saepe quae-
411 stiones, testimonia, rumores: quae contra omnia uterque simili via praeceptorum torquere ad suae caussae commodum debebit. Nam et ex quaestione suspiciones, et ex testimonio, et ex rumore aliquo pari ratione, ut ex caussa, et ex persona, et ex facto duci oportebit.

Quare nobis et ii videntur errare, qui hoc genus suspicionum, artificii non putant indigere, et ii, qui aliter

---

Aut quid factum de ind. aut quid] Primo loco deest *quid* Sch. Leid. I. Voss. II. Ed. Omn. Secundo loco abest iisdem MSS. et Voss. I. Oud.

Aut ipsa secum] Ed. Omn. *aut cum i. s.* Oud.

An huius et illius] MSS. O. *an et huius et ill.* Bene. Oud. *At et huius et illius* B. *an et h. et illius* etiam T., dederuntque sic Sch. et Orellius. *L.*

Et utrius potius] Voss. I. *et utriusque p.* Oud.

Procedent, de q. ante d.] Leid. II. *procedant.* In Sch. non comparet *ante.* Oud. Pro v. *conservati* Sch. suspicabatur *universi.* Orellio legendum videtur *conserte.* Equidem legendum suaserim *conferti*, translatione ducta ab *acie conferta*, *hostibus confertis*, qui in medium ad pugnam procedunt. *L.*

Cum ex singulis] MSS. quatuor *tum ex s.* Oud. *Tum* BT. idque recte rescripserunt Sch. et Orell. Aperte enim h. l. temporis diversitas ostenditur. *Nunc ex singulis, nunc ex coniunctis* argumenta nasci vult. *L.*

Torquere ad s. c. commodum] Voss. I. *praetorquere ad s. c. c.* Oud. Paucis ante pro vv. *quae contra omnia* B. exhibet: *contra quae omnia.* *Contra* iam Ernestio suspectum fuit, delevit Sch. reposuit Orellius; locus in codd. incertus videtur glossema arguere. *L.*

Nam et ex quaestione] Leid. I. *Nam saepius et ex q.* Oud.

Ex quaestione suspiciones etc.] Lambini editiones praeferunt *suspiciosior*, quo quid sibi velit nescio. Alterum enim restat in mss. nostris et editis; nisi quod P. Manutii *suspicionem*. Grut.

Et ex testimonio] Ed. Omn. *et ex testimoniis.* Oud.

Artificii n. p. indigere] Sch. Voss. I. II. *artificio* etc. Oud.

hoc de genere, ac de omni coniectura praecipiendum putant. Omnis enim iisdem ex locis coniectura sumenda est. Nam et eius, qui in quaestione aliquid dixerit, et eius, qui in testimonio, et ipsius rumoris caussa, et veritas ex iisdem adtributionibus reperietur. Omni autem in caussa pars argumentorum est adiuncta ei caussae solum, quae dicetur, et ab ipsa ita ducta, ut ab ea separatim in omnes eiusdem generis caussas transferri non satis commode possit: pars autem est pervagatior, et aut in omnes eiusdem generis, aut in plerasque caussas adcommodata.

CAP. XV. Haec ergo argumenta, quae transferri in multas caussas possunt, locos communes nominamus. Nam locus communis aut certae rei quamdam continet amplificationem; ut si quis hoc velit ostendere, eum, qui parentem necarit, maximo supplicio esse dignum; quo loco, nisi perorata, et probata caussa, non est utendum: aut dubiae, quae ex contrario quoque habeat probabiles rationes argumentandi: ut suspicionibus credi oportere, et contra, su- 412

Paullo post pro vv. *et ii qui aliter* in B. est: *et si qui aliter;* qui etiam in supp. variat: *Quare nobis videntur errare.* *L.*

Ac de o. c. praecipiendum p.] Voss. II. *ac qui* etc. Voss. I. *praecipiundum.* OUD. *Praecipiundum* etiam Erfurtensis, teste Wundero, qui Cod. etiam in supp. hanc formam cum Vossiano I. tuetur. Puto ego, non obscurandas esse has formas priscas, sicubi a Codicibus exhibentur. Paullo post Sch. de coniectura: *Nam et eius, quod — aliquis — et eius quod.* Vulgatum reduxit Orellius. *L.*

Et ipsius rumoris caussa, et veritas ex etc.] Editio prima, *rumoris veritas ex.* Pall. sec. *caussa et veritatis ex* etc. GRUT. Ed. Omn. solum *rumoris veritas.* OUD.

Quae dicetur] MSS. O. Ed. Omn. *quae dicitur.* Quod frustra mutarunt. OUD. *Dicetur* retinuit Orellius, *dicitur* scripsit Sch. quod est etiam in BT. In eiusmodi rebus potior codicum familia sola est audienda. *Dicitur* etiam in Cod. Erf. *L.*

Ut ab ea separatim] Leid. I. Voss. II. Sch. a m. II. Ed. Omn. *ut ab ea, in qua est, sep.* OUD. Sic etiam Cod. Turic. *L.*

Et aut in omnes] Voss. I. *ac aut in o.* Leid. III. *ac et in o.* OUD. *Et aud* (sic) *in omnes generis eiusdem aut in* B. *L.*

CAP. XV. *Haec ergo argumenta*] Leid. II. *haec vero arg.* OUDENDORP.

Si quis hoc velit ost.] Voss. II. *si qui.* Sch. non agnoscit τὸ [v.] *hoc.* OUD. *Si qui* etiam Turic. Contra *si quis velit,* omisso *hoc* etiam B. Recepit *si qui* Orellius. Non recte. *L.*

Nisi perorata et probata caussa] Sch. *nisi perorata caussa.* Suprascripta glossa i. e. *confirmata et probata.* Quare delerem ego voces *et probata.* OUD. Verba *et probata* omittit etiam unus Oxonn. In B. est: *perorata causa et probata,* ex quibus pariter manifestum intelligitur glossema. Recte Sch. omisit verba: *et probata,* uncis inclusit Orell. *L.*

Aut dubiae] Addit *rei* Voss. II. OUD.

Ut suspicionibus credi oportere, et contra, suspicionibus credi

spicionibus credi non oportere. Ac pars locorum communium, aut per indignationem, aut per conquestionem inducitur, de quibus ante dictum est; pars per aliquam probabilem utraque ex parte rationem.

Distinguitur autem oratio, atque illustratur maxime, raro inducendis locis communibus, et aliquo loco iam certioribus illis auditoribus, et argumentis confirmatis. Nam et tum conceditur commune quiddam dicere, cum diligenter aliquis proprius caussae locus tractatus est, et auditoris animus aut renovatur ad ea, quae restant, aut omnibus iam dictis exsuscitatur. Omnia enim ornamenta elocutionis, in quibus et suavitatis, et gravitatis plurimum consistit, et omnia, quae in inventione verborum, et sententiarum aliquid habent dignitatis, in communes locos conferuntur.

Quare, non ut caussarum, sic oratorum quoque multorum communes loci sunt. Nam nisi ab iis, qui multa

---

non oportere] MS. melior immutat, et voculam negativam apposuit prioribus verbis, non postremis; quomodo sane videtur et in suis legisse Marius Victorinus, dum hic ita scribit: *Suspicionibus credi non oportere, aut oportere.*] *Id est thesis.* Gron. Sch. *ut susp. cr. non oport.* et in marg. a m. II. *et contra s. cr. oportere* Voss. I. *credi oportere et non oportere.* Ut cap. 16. Oud. *Credi non oportere et — credi oportere* B. et Erf. *L.*

Aut per indignationem] MSS. O. caret coniunctione. Oud. *Aut* abest a TB. omisitque Orellius. *L.*

Et aliquo loco] Voss. I. *et ex al. l.* Oud. Purgoldus teste Sch. coniecerat *apto loco.* Recte v. *aliquo* e glossa profectum existimat Orell. *L.*

Certiorib. illis auditoribus et argumentis confirmatis] Schol. vocem *auditoribus* non habet, nisi inter versus pro interpretatione cum Victorino p. 201. *certioribus illis auditoribus scilicet.* Contra *et argumentis* desunt Ed. Omnib. ac copula *et* MSStis O. Hinc voce *auditoribus* eiecta omnino legendum: *Et aliquo loco* (Sch. pro glossa *i. opportuno*) *iam certioribus illis argumentis.* (Sch. scil. *proprii et caussae ipsius*) *confirmatis. De auditoribus* male hic locus vulgo capitur. C. 17. *hunc locum totum communi loco confirmare.* Oud. *Illis auditoribus argumentis* exhibent BT. et Erf.; propterea recte videtur coniecisse Orell. vocem *auditoribus* e Victorini glossa in contexta irrepsisse, qui sic: *certioribus illis*] *auditoribus scilicet.* Iam Sch. *auditoribus et* eiecerat. *L.*

Exsuscitatur] Sch. Leid. II. *suscitatur.* Oud. *Inscitatur* etiam B. *L.*

Omnia enim argum.] Sch. Leid. III. *omnia autem arg.* Oud.

In inventione verborum] Deest praepositio Sch. Voss. I. Leid. I. Ed. Omn. *rerum* Sch. a m. I. Oud.

In comm. l. conferuntur] Sch. *referuntur.* Leid. I. *conferentur.* Oud.

Qui multa exercitatione] Membrana utraque *qui multa in exercitatione.* Gron. MSS. O. et Ed. Omn. *m. in exercitatione.* Hoc est *inter*, et dum saepissime se exercuerunt. Bene et sic MSS.

exercitatione magnam sibi et verborum, et sententiarum copiam comparaverint, tractari non poterunt ornate, et graviter, quemadmodum natura ipsorum desiderat. Atque hoc sit nobis dictum communiter de omni genere locorum communium.

CAP. XVI. Nunc exponemus, in coniecturalem con-
stitutionem qui loci communes incidere soleant: suspicio-
nibus credi oportere, et non oportere, rumoribus credi
oportere, et non oportere: testibus credi oportere, et non
oportere: quaestionibus credi oportere, et non oportere: 413
vitam ante actam spectari oportere, et non oportere: eius-
dem esse, qui in illa re peccarit, et hoc quoque admi-
sisse, et non esse eiusdem: maxime spectari caussam opor-
tere, et non oportere. Atque hi quidem, et si qui eius-
modi ex proprio argumento communes loci nascentur, in
contrarias partes deducentur.

Certus autem locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem; et alter, per quem negat malorum misereri oportere. Defensoris, per quem calumnia accusatorum cum indignatione ostenditur; et per quem cum conquestione misericordia captatur. Hi, et ceteri omnes loci communes, ex iisdem praeceptis sumuntur, quibus ceterae argumentationes: sed illae tenuius, et acutius, et subtilius tractantur: hi autem gravius, et ornatius, et cum verbis, tum etiam sententiis excellentibus. In illis enim finis est, ut id, quod dicitur, verum esse videatur: in his, tametsi

---

Medic. OUD. *In* exercitatione BT. Erf. et sex Oxonn. teste Sch. Nemo editorum obsecutus est. *L.*

Et verborum et sententiarum] In utroque nostro codice copula prior non exstat, et forsan eam non scripsit auctor, ut cap. V. *affectionemque verbis et sententiis amplificare.* GRON. Prior copula deest MSS. O. OUD. Deest item in BT. *L.*

CAP. XVI. *Et hoc quoque admisisse, et non esse eiusdem*] Voss. I. II. Leid. I. III. Sch. a m. II. *adm. dicitur.* Ed. Omn. *quod adm. dicitur.* Voss. I. II. Leid. I. Sch. a m. II. Ed. Omn. *eiusdem caussae.* OUD. *Et hoc quoque admisisse dicitur* B. *Et* omisit Orell. ante v. *hoc*, quia natum putat ex interpolatione codd. eorum, qui *dicitur* exhibent. Recte, opinor. *L.*

In cont. partes diducentur] Leid. I. *diducuntur.* Sch. Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. *deducuntur.* Victor. p. 202. *deducentur.* Verissime. *Diducere* divisionem vel dilatationem significat, quae hic locum non habent, sed permutatio et conversio. OUD. *In cont. partes ducentur* B. *i. c. p. deducuntur* T. *Diducuntur* Erf. Recte scripserunt *deducentur*, ut Oudendorp. volebat, Ern. Sch. Orell. *L.*

Misericordia captatur] Sch. *m. coaptatur.* OUD.

Illae tenuius] Voss. I. Leid. II. III. *illi t.* OUD.

In his, tametsi] Leid. II. *in istis t.* Voss. II. *in his, tamen etsi.* Vide collecta ad Caes. L. V. B. G. c. 34. *Erant et* (i. etiam)

hoc quoque videri oportet, tamen finis est amplitudo. Nunc ad aliam constitutionem transeamus.

CAP. XVII. Cum est nominis controversia, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva dicitur. Eius generis exemplo nobis posita sit haec caussa: C. Flaminius is, qui consul rempublicam male gessit bello Punico secundo, cum tribunus plebis esset, invito senatu, et omnino contra voluntatem omnium optimatum, per seditionem ad populum legem agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit: arces-
414 situr maiestatis. Intentio est, Maiestatem minuisti, quod tribunum plebis de templo deduxisti. Depulsio est, Non minui maiestatem. Quaestio est, Maiestatemne minuerit. Ratio, In filium enim quam habebam potestatem, ea usus sum. Rationis infirmatio, At enim, qui patria potestate, hoc est privata quadam, tribunitiam potestatem, hoc est, populi potestatem infirmat, minuit is maiestatem. Indica-

---

virtute pugnandi Eburones pares: Nostri tamen etsi ab duce etc. Sic nunc lego. Oud.

CAP. XVII. *Rempublicam male gessit bello*] Leid. I. Sch. et Voss. II. a m. I. *rem m. g.* Male. Leid. I. *in bello*. Oud. *Rem publicam* BT. et Erfurt. *L.*

Concilium plebis] Leid. I. Voss. II. *c. plebi.* Oud. *Plebi* etiam T. unde legendum coniicias *plebei*. *L.*

Accersitur maiestatis] Quum in uno codice legam diserte *arcessitur*, putavi hunc unum vere declarantem, quid antiquae manus fuerit, praegravare debere omnes alios, qui vitiosum retinent, maxime quum sic et ex Lambinianis notet Gothofredus. Illud *arcessitur* etiam exstat in Laudiano, sed is amplior *arcessitur reus mai.* Quod mireris, habes hoc ipsum mox cap. 24. et 31. *capitis arcessierunt*. Gron. *Arcessitur maiestatis.* Sic Leid. III. al. *accers.* Sch. Voss. I. cum Laudiano *a. reus maiestatis*. Oud. *Reus* additur etiam in B. Est interpretamentum. *L.*

Tribunitiam potestatem, id est, populi potestatem] Non opinor quemquam credidisse aut crediturum, sic ab Cicerone scribi potuisse; praesertim qui praemisit *patria potestate, hoc est, privata quadam.* Itaque adsentirer ferme codici ignoranti voces postremas quatuor; sed ut tenorem suum servet, puto delendam solam ultimam. Gron. *Hoc est privata quadam trib. potestatem, hoc est populi potestatem.* Sch. *quandam.* A Voss. I. exsulant *hoc e. pr. q. trib. potestatem.* A Leid. I. Voss. II. *hoc e. pop. potestatem.* Putem a Cicerone scriptum, *qui patria potestate, hoc est privata quadam, tribunitiam, hoc est populi potestatem.* Oud. Vv. *hoc est populi potestatem* om. Erf. Sch. delevit vv. *quadam* et *potestatem* post v. *tribunitiam*. Eadem uncis inclusit Orell. Ceterum scribendum censeo *tribuniciam*. *L.*

Minuit is maiest.] Deest pronomen Sch. sine sensus detrimento. Oud. Deest item in B. Paullo post *minuatne hic mai.* B. *L.*

tio est, Minuatne is maiestatem, qui in tribunitiam potestatem patria potestate utatur? Ad hanc iudicationem argumentationes omnes adferri oportebit.

Ac, ne quis forte arbitretur nos non intelligere aliam quoque incidere constitutionem in hanc caussam, eam nos partem solam sumimus, in quam praecepta nobis danda sunt. Omnibus autem partibus hoc in libro explicatis, quivis omni in caussa, si diligenter adtendet, omnes videbit constitutiones, et earum partes, et controversias, si quae forte in eas incident. Nam de omnibus perscribemus. Primus ergo accusatoris locus est, eius nominis, cuius de vi quaeritur, brevis, et aperta, et ex hominum opinione definitio, hoc modo: Maiestatem minuere, est de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare. Hoc sic breviter expositum, pluribus verbis est et rationibus confirmandum, et ita esse, ut descripseris, ostendendum. Postea ad id, quod definieris, factum eius, qui accusabitur, adiungere oportebit, et ex eo, quod ostenderis esse; verbi caussa, Maiestatem minuere; docere, adversarium 415
maiestatem minuisse, et hunc locum totum communi loco

Adferri oportebit] Sch. Victor. p. 204. *adferre op.* OUD. Postea *ne qui forte* scripsit Orell. e cod. T.; non recte. *L.*

In quam praecepta] Voss. I. II. *in qua pr.* OUD. *In qua praecepta — data sunt* B. *In quam* T. et Lamb. quod cum reliquis Editt. dedit Orell. *L.*

Si dil. adtendet] Leid. II. *adtendat.* OUD. *Attenderit* B. *Attendat* Erf. *L.*

In eas incident] Sch. Voss. I. Leid. III. *in e. inciderint.* OUD. *In eis incident* B. *L.*

Nam de omnibus perscribemus] MSS. O. *n. d. o. praescribemus.* Verissime, sive *praecepta dabimus.* c. 22. *Certi loci praescribi non possunt.* OUD. *Praescribemus* etiam T. quod dedit Orell. *Perscribemus* B. *L.*

Brevis et aperta et ex hom. opinione] Ed. Omn. *br. quod aperta ex op. hom.* Leid. II. Sch. a m. 1. caret etiam *et* ante *ex.* Sed v. c. 18. OUD.

Hoc sic br. expositum] Ed. Omn. *si* Leid. II. *h. si br. expositum est.* OUD.

Verbis est et rationibus conf.] Verbum deest Voss. II. *orationibus* Ed. Omn. OUD. *Pluribus v. et rationibus est conf.* B. *L.*

Et ex eo, quod ostenderis esse, verbi caussa, etc.] Id est ex eo, quod ostenderis esse maiestatem minuere, nempe esse de dignitate, aut amplitudine, aut potestate, etc. derogare: oportebit docere, etc. Sed non dissimulabo, has voces, *verbi caussa,* mihi videri esse delendas. Quid enim attinet eas addere, cum paullo ante huius definitionis exemplum posuerit? LAMB. Vv. *verbi caussa* a Lamb. in suspicionem vocata delevit Sch. retinuit Orell. *L.*

confirmare, per quem ipsius facti atrocitas, aut indignitas, aut omnino culpa cum indignatione augeatur.

Post erit infirmanda adversariorum descriptio. Ea autem infirmabitur, si falsa demonstrabitur. Hoc ex opinione hominum sumetur, cum, quemadmodum, et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi, aut sermocinandi eo verbo uti soleant, considerabitur. Item infirmabitur, si turpis, aut inutilis esse ostendetur eius descriptionis adprobatio, et si, quae incommoda consecutura sint, eo concesso, ostendetur. Id autem ex honestatis et utilitatis partibus sumetur, de quibus in deliberationis praeceptis exponemus. Et si cum definitione nostra adversariorum definitionem conferemus, et nostram veram, honestam, utilem esse demonstrabimus; illorum, contra.

Quaeremus autem res, aut maiori, aut minori, aut

In consuetudine scrib.] Leid. III. *consuetudinem scr.* Oud.

Aut inutilis esse ostendetur] Leid. I. Voss. II. *aut si inut. esse.* Tum Leid. I. *demonstretur.* Sch. Voss. I. Leid. III. *ostenditur.* Deest verbum Ed. Omn. Oud. *Ostenditur* B. Erf. *L.*

Et si quas etc.] Deest *si* Leid. II. Oud. *Si* pariter deest in B. et Erf. *L.*

Eo concesso, ostendetur] Liber unus manuscr. habet, *eis concessis.* alius, *eius concessis*, plane mendose. Ego putabam legendum, *ea concessa:* nempe descriptione. Lamb. Ed. Omn. *Eis concessis.* Sch. Voss. I. Leid. III. uti vel *eius* in aliquot MSS. Lambini, qui coniecit *ea concessa* nempe descriptione. Forsan dedit Cicero *eius concessu*, vel *concesso* substantive et passive. V. Graev. ad Cic. pro Coelio c. 12. *concessu omnium;* ubi in aliis *concesso om.* Dein *ostenditur* Sch. Voss. I. *demonstrabitur* Leid. I. Et sane alterutro loco malim hoc verbum, quam bis *ostendetur.* Hic positum *demonstrabitur* suavius ad aures accidit. Oud. *Eo concesso ostenditur* B. *Ea concessa demonstrabitur* Sch. *Eo concesso ostendetur* Orell. *L.*

Ex honestatis et utilitatis partibus] MS. alter repetit *et ex utilitatis.* Id vide ne sit melius. Habes enim cap. 13. *Ex negotiorum et ex personarum attributionibus.* 2 Orat. 3. *Et ex nostrorum et ex Graecorum copia.* Gron. quem vide ad Lib. III. ad Herenn. cap. 13. Burm. Voss. I. II. Leid. II. III. *ex honest. et ex ut. p.* Vere, ut saepius supra. Oud. *Et ex utilitatis p.* T. Erf. quod dedit Orell. *L.*

Et si cum definitione nostra etc.] Libri Suffrid. nostri verbo auctiores: *et si infirmabitur cum defin.* Pall. non variant, nisi quod exstet in sec. *Aut sic cum de definitione* etc. Grut. Sch. a m. II. *Et sic cum d. n.* Ed. Omn. simpliciter *in defin.* Oud.

Illorum contra] Sch. Leid. III. *ill. econtra*, vitiose. Oud.

Quaeremus autem res] Sch. *q. a. has res.* Oud.

Aut maiori] Sch. *aut a mai.* Leid. I. *aut in mai.* Oud. Vv. quae sequuntur: *aut minori* in editionibus Ernestianis et Schützianis exciderunt, errore typorum ex Ernestiana propagato. Notavit Orell. *L.*

pari in negotio similes, ex quibus adfirmetur nostra descriptio.

CAP. XVIII. Iam si res plures erunt definiendae: ut, si quaeratur: fur sit, an sacrilegus, qui vasa ex privato sacra subripuerit; erit utendum pluribus definitionibus: 416
deinde simili ratione caussa tractanda. Locus autem communis in eius malitiam, qui non modo rerum, verum etiam verborum potestatem sibi adrogare conetur, ut et faciat quod velit, et id, quod fecerit, quo velit nomine adpellet. Deinde defensoris primus locus est, item nominis brevis, et aperta, et ex opinione hominum descriptio, hoc modo: Maiestatem minuere, est aliquid de republica, cum potestatem non habeas, administrare. Deinde huius confirmatio est similibus, et exemplis, et rationibus. Postea sui facti ab illa definitione separatio. Deinde locus communis, per quem facti utilitas, aut honestas adaugetur.

Deinde sequitur adversariorum definitionis reprehensio, quae iisdem ex locis omnibus, quos accusatori praescripsimus, conficitur: et cetera post eadem praeter communem locum inducentur. Locus autem communis erit defensoris is, per quem indignabitur, accusatorem sui periculi caussa, non res solum convertere, verum etiam verba commutare conari. Nam illi quidem communes loci, qui aut calumniae accusatorum demonstrandae, aut misericordiae captandae, aut facti indignandi, aut a misericordia deterrendi caussa sumuntur, ex periculi magnitudine, non ex caussae genere, ducuntur. Quare non in omnem caussam, sed in omne caussae genus incidunt. Eorum mentio-

---

CAP. XVIII. *Adrogare conetur*] Sch. Voss. II. Ed. Omn. *conatur*; sed in Sch. pro var. lect. *contendat*. Oud.

Deinde defensoris] Deest prima vox Leid. III. *def. deinde* in Victor. p. 204. Oud.

D. huius confirmatio] Voss. I. Leid. III. addunt *facienda erit*. Oud. Paullo post: *honestas adaugeatur* Erf. *honestas augetur* B. Tum *Deinde sequetur* scripsit Orell. cum Sch. e Cod. T. L.

Accusatori praescripsimus] Sch. *acc. praescribimus*. Oud. Deinde *conficietur* scripsit Orell. e necessaria, ut ait, Sch. coniectura, si supra *sequetur*, infra *inducentur* e Codd. legatur. Recte. L.

Defensoris is] Pronomen deest Sch. a m. I. Oud.

In sui periculi caussa] Id est, *in suo periculo; suo* autem, nempe defensoris. Quod si quis malit legi, *in suo periculo*, non repugnem. Verum non dissimulabo a libris vulg. abesse praepositionem *in*. Lamb. *Accusatorum sui periculi caussa*. Ita legitur in omnib. manuscr. minime a vulgatis dissentientibus. Brut.

In omne caussae genus incidunt] Deest *caussae* Voss. I. *incident* Leid. II. *incidet* Ed. Omn. Oud.

nem in coniecturali constitutione fecimus. Inductione autem eorum, cum caussa postulabit, utemur.

CAP. XIX. Cum autem actio, translationis, aut
417 commutationis indigere videtur, quod non aut is agit, quem oportet, aut cum eo, quicum oportet, aut apud quos, qua lege, qua poena, quo crimine, quo tempore oportet, constitutio translativa adpellatur. Huius nobis exempla permulta opus sunt, si singula translationum genera quaeramus: sed quia ratio praeceptorum similis est, exemplorum multitudine supersedendum est. Atque in nostra quidem consuetudine multis de caussis fit, ut rarius incidant translationes. Nam et praetoriis exceptionibus multae excluduntur actiones, et ita ius civile habemus constitutum, ut caussa cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit.

Quare in iure plerumque versantur. Ibi enim et exceptiones postulantur, et quodammodo agendi potestas datur, et omnis conceptio privatorum iudiciorum consti-

---

Inductione autem eorum] Ed. Omn. *horum locorum*. Contra *eorum* non comparet in Sch. Voss. I. II. Leid. III. ac probo. Oud. *Eorum* deest in BT. Omiserunt Sch. et Orell. *L.*

CAP. XIX. *Aut cum eo, quicum oportet*] Scripti duo *aut non cum eo q. o.* ut scilicet sicut τὸ [v.] *oportet* repetitur sic vocula *non*. Mox etiam iidem *nam et ex praetoris exceptionibus* vel *nam ex praet.* Grut. Leid. I. II. Sch. a m. II. *aut non cum eo*: interpretationis gratia, cum *non* ἀπὸ κοινοῦ sit subintelligendum. Leid. III. *q. oporteret*. Oud. *Aut non cum eo* B. *L.*

Aut apud quos] Sch. a m. II. *aut non ap. q.* Leid. II. addit *oportet*. Oud. *Aut apud quos aut qua* B. *L.*

Qua lege] Sch. a m. II. *aut non q. l.* Oud.

Translativa adpellatur] Leid. I. *tr. nominatur*. Oud.

Huius nobis exempla] Sch. Voss. I. II. Leid. III. *Bius n. ex.* Oudendorpius.

Genera quaeramus] Leid. III. *g. requiramus*: Oud. *Genera quaerantur* B. Paullo post in vv. *ratio praeceptorum similis est* Pargoldus coniecerat *facilis est*, Iacobsius *simplex est*. Neutrum secuti Editores. *L.*

Nam et praetoris exceptionibus] Nos, *praetoriis*, edidimus, ut olim Leonicenus et Manut. postea, et postremo edidit Lamb. Brut.— Leid. I. *ex praetoriis*. MSS. O. *praetoriis exc.* Oud.

Caussa cadat] Leid. III. Ed. Omn. *a c. cad.* Male, sed ex hoc loco corrigendum locum in Quinctiliani Declam. 350. *ut per ius civile excidisse formula, si aliter, quam oportuerit, ageret, dicatur*, recte vidit doct. P. Boudam. Var. Lect. p. 295. Oud.

Quodammodo] Sch. a m. I. *quonam m.* Oud.

Omnis conceptio] Leid. I. *o. exceptio*. Oud. Tum *privatarum actionum* pro vv. *privatorum iudiciorum* scripsit de coni. Sch., quia *actiones* tantum concipi dicantur, *iudiciorum* nulla sit conceptio. Non secutus est Orell. *L.*

tuitur. In ipsis autem iudiciis rarius incidunt, et tamen si quando incidunt, eiusmodi sunt, ut per se minus habeant firmitudinis: confirmentur autem adsumta alia aliqua constitutione. Ut in quodam iudicio, cum venefici cuiusdam nomen esset delatum, et, quia parricidii caussa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum, cum in accusatione alia quaedam crimina testibus et argumentis confirmarentur, parricidii autem solum mentio facta esset: defensor in hoc ipso multum oportet, ut diu consistat: cum de nece parentis nihil demonstratum sit, indignum facinus esse ea poena adficere eum, qua parricidae adficiuntur: Id autem, si damnaretur, fieri necesse esse, quo-

---

Si quando incidunt, eiusm. sunt] Leid. II. *si aliquando* etc. *sunt* deest Voss. II. Oud.

Confirmentur etc. *alia aliqua constitutione*] Voss. I. II. Leid. II. Ed. Omn. *confirmantur.* Exsulat *alia* a Leid. I. Vid. ad c. 12. Oud.

Extra ordinem] Extra ordinem nomen accipiebatur, cum primo quoque tempore, omissis aliis iudiciis, de eo, quod postremum in iudicium venerat, quaerebatur, nec servabatur temporis ordo, quo quaeque caussa ordine in iudicium deducta erat. Lamb.

Cum in accusatione] Autem additur in Sch. Voss. I. Leid. III. *ante* in Ed. Omnib. Oud.

Solum mentio] Leid. I. *sola m.* Oud. Paullo post a vv. *defensor in hoc* novam periodum puncto antea posito incipit Sch. Sed Orell. quum supra ante vv. *Ut in quodam iudicio* colo tantum distinguit, tum inde a vv. *defensor in hoc* apodosim incipit, haec notans: *Ἀνακόλουθον hoc loco agnoscendum. Quod si eiusmodi causa, inquit, in iudicio versetur, qualis hic exposita est, defensor cet.* Accedo huic sententiae. *L.*

Multum op. ut diu consistat] Sch. Leid. II. *m. op. et d. cons.* Voss. I. Leid. III. *et ut d. cons.* Praeferenda omnino elegans lectio *multum et diu.* Quae quasi formularis est locutio, quam hic non ceperunt librarii. V. Comm. ad Suet. Aug. c. 63. Non minus elegans est particulae *ut* subintellectus. Oud. *Multum oportet et diu consistat* exhibet Cod. T. apud Orell. qui merito recepit, praeeunte Sch. *L.*

Id autem, si damnaretur, fieri necesse esse] Sic animadverto edidisse Gruterum ex inductione Lambini, in quo primo id reperio. Sed perperam sine dubio, et certe utique contra geminam nostram membranam. Non enim haec sic sunt annexa praecedentibus proxime, ut ex ore defensoris dici videantur, atque ideo egeant infinitivo; sed tanquam parenthesin faciunt immissam medio defendentis sermoni, quae ex sua persona auctor interponit, praecedentem sermonem, qui ex defendentis persona concipitur in infinitivo, confirmantis. Ideo quum omnia alia tangat, hanc interpositionem solam, utpote explicantis Ciceronis, omittit Marius Victorinus: *Reus parricidii factus, probatis aliis criminibus, an damnandus sit, quaestio est. Utitur translatione reus, cum dicit se non parricidii damnandum esse, quia nihil inde sit approbatum, sed aliorum criminum, quae probata sint, affici oportere supplicio: ac ne eo quidem, quod non inde iudicium constitutum sit. Ita si neque*

418 niam et id caussae subscriptum, et ex ea re nomen extra ordinem sit acceptum.

Ea igitur poena si adfici reum non oporteat, damnari quoque non oportere, quoniam ea poena damnationem necessario consequatur. Hic defensor poenae commutationem ex translativo genere inducendo, totam infirmabit accusationem. Verum tamen ceteris quoque criminibus defendendis coniecturali constitutione translationem confirmabit.

CAP. XX. Exemplum autem translationis in caussa nobis positum sit huiusmodi: Cum ad vim faciendam quidam armati venissent, armati contra praesto fuerunt, et cuidam equiti Romano quidam ex armatis resistenti, gladio manum praecidit. Agit is, cui manus praecisa est, iniuriarum. Postulat is, quicum agitur, a praetore exceptionem, EXTRA QUAM IN REUM CAPITIS PRAEIUDICIUM FIAT.

Hic is, qui agit, iudicium purum postulat. Ille, qui-
419 cum agitur, exceptionem addi ait oportere. Quaestio est: Excipiendum sit, an non. Ratio: Non enim oportet, in recuperatorio iudicio, eius maleficii, de quo inter sica-

---

probatorum criminum poena esse debet, quia non inde iudicium constitutum est; neque parricidii, quia nihil probatum, confirmat non esse damnandum. Propterea veterem lectionem prorsus retineo *necesse esset.* Gron. *Fieri necesse esse.* Sic MSS. O. excepto Leid. II in quo et Ed. Omn. *f. n. esset.* Quare Gronovio haud accedere possum. Oud. *Fieri necesse est quoniam et id c. esset subscr.* B. L.

Et ex ea re nomen] MSS. O. et Ed. Omn. carent praepositione; ac recte. Vid. ad c. 9. Oud.

Reum non oporteat] Voss. I. *r. n. oportet.* Oud.

Damnationem n. consequatur] Voss. I. Leid. III. *sequatur.* Oud. Infra *criminibus defendendis* recte explicat Sch. *propulsandis,* citans Cic. pro Roscio Am. I. *iniuriam oportere defendi.* *L.*

Coniecturali constitutione] Voss. II. *coniectura.* Oud. Paulo post suspicatus erat Sch. *translationis in caussa positae sit nobis.* *L.*

CAP. XX. *Quidam ex armatis resistenti*] Ed. Omn. *q. ex ar. resistens.* Oud.

Extra quam in reum capitis etc.] Scio eruditos haec mendi suspecta habuisse, et conatos mederi tanquam corruptis. sed frustra. Postulat enim a Praetore exceptionem, ne in reum capitis praeiudicium fiat, extra quam praeiudicium fiat. Actor sine ulla conditione vult agi; is quicum agitur, petit exceptionem. *Wouwerius.* Gruter.

In reciperatorio iudicio] Si standum est auctoritate veterum codicum, sic legendum est. Ita certe scriptum est in uno Gryph. exempl. vetustiss. Sed hoc iam animadverterat Lamb. vir doctiss. et peritissimus antiquitatis. Brut. *Recuperatorio iud.* Codd. omnes. Ceterum Sch. monuit, *recuperatorium iudicium esse* in quo iudices dantur iniuriis aestimandis, qui recuperatores dicti. *L.*

rios quaeritur, praeiudicium fieri. Infirmatio rationis: Eiusmodi sunt iniuriae, ut de his indignum sit non primo quoque tempore iudicari. Iudicatio: Atrocitas iniuriarum satisne caussae sit, quare, dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit, praeiudicetur. Atque exemplum quidem hoc est. In omni autem caussa ab utroque quaeri oportebit, a quo, et per quos, et quo modo, et quo tempore aut agi, aut quid statui de ea re conveniat.

Id ex partibus iuris, de quibus post dicendum est, sumi oportebit, et ratiocinari, quid in similibus rebus fieri soleat, et videre, utrum malitia quid aliud agatur, aliud simuletur, an stultitia, an necessitudine, quod alio modo agi non possit, an occasione agendi sic sit iudicium, aut actio constituta, an recte sine ulla re eiusmodi res agatur. Locus autem communis contra eum, qui transla-

---

Primo quoque tempore] Deest ultima vox Leid. II. OUD.

Dum de ea iudicetur] Ed. Omn. *cum de ea i.* MSS. O. excepto Leid. I., *iudicatur.* Male. OUD. *Dum de ea iudicetur velut de aliquo* B. *L.*

Utrum malitia quid aliud agatur] Quum sic in omnibus, quantum scio, editis legatur, idque approbent scripti nostri (unde iudicium de aliis etiam facio) nec ratio Latini sermonis repudiet, nescio quid mentis vel Gothofredo (nam in Lambini editionibus etiamnum anno 1608. ad plenum sic legitur) fuerit, qui neglexit vocem quartam sine monitione ulla; vel Grutero, qui sequutus est nulla data ratione, quem coeco impetu suspexerunt sequentes. In Laudiano sane tertio vox primitus omissa, dein superscripta est. Nec dubito, quin per eosdem mera depravatio invecta mox sit, quum edi curaverunt *hanc orationem ad perturbationem iud. omn. pertinere.* Non enim ullus locus illic est orationi, sed innuit auctor, quod testantur omnes ante hos editi simul et scripti, *hanc rationem*, hoc est, hunc usum translationis, hanc decursionem ad translationem. GRON. Schol. cum Laudiano a m. I. omittit vocem *quid*, elegantius, ut opinor, et Ciceroniano stilo convenientius. Adi Nizolium. In Victorino p. 207. vitiose editur: *utrum malitia quid aliud agatur, cum aliud similiter.* OUD. *Utrum malicia quid aliud agatur.* B. Erf. *Utrum malitia aliud ag.* T. atque ita Orell. Dederat iam ante Sch. e cod. Guelf. 2. *L.*

Agi non possit] Sch. Voss. II. Leid. II. Ed. Omn. *agere n. p.* OUDENDORP.

Occasione agendi] Leid. III. *in occasione ag.* OUD.

Sine ulla re] Leid. II. *sine aliqua re ulla.* OUD. Pro his quae sequuntur: *eiusmodi res* Sch. scripsit *eiusmodi* omisso v. *res.* Ait enim aptius h. l. *agitur* absolute poni, quam *res agitur*, ubi quaeratur, an aliquis ita, uti oportet, egerit. Deinde *omnium fore perturbationem*, ut vulgo, BT. Erf. Sed Ernestius putabat, ante v. *omnium* excidisse v. *iudiciorum* id quod in quattuor Oxonn. legitur, sed post v. *perturbationem*, quae lectio placet Orellio. *L.*

tionem inducet, fugere iudicium ac poenam, quia caussae diffidat. A translatione autem, omnium fore perturbationem, si non ita res agantur, et in iudicium veniant, quo pacto oporteat: hoc est, si aut cum eo agatur, quicum non oporteat, aut alia poena, alio crimine, alio tempore: atque hanc rationem ad perturbationem iudiciorum omnium pertinere. Tres igitur eae constitutiones, quae partes non habent, ad hunc modum tractabuntur. Nunc generalem constitutionem, et partes eius consideremus.

CAP. XXI. Cum et facto, et facti nomine concesso, neque ulla actionis illata controversia, vis, et natura, et genus negotii ipsius quaeritur; constitutionem generalem adpellamus. Huius primas esse partes duas nobis videri diximus, negotialem, et iuridicialem. Negotialis est, quae in ipso negotio iuris civilis habet implicitam controversiam. Ea est huiusmodi: Quidam pupillum heredem fecit; pupillus autem ante mortuus est, quam in suam tutelam veniret. De hereditate ea, quae pupillo venit, inter eos, qui patris pupilli heredes secundi sunt, et inter agnatos pupilli controversia est. Possessio heredum secundorum est. Intentio est agnatorum: Nostra pecunia est, de qua is, cuius agnati sumus, testatus non est. Depulsio est: Immo nostra, qui heredes secundi testamento patris sumus. Quaestio est: Utrorum sit? Ratio est: Pater enim et sibi, et filio testamentum scripsit, dum is pupillus esset. Quare, quae filii fuerunt, testamento patris nostra fiant necesse est. Infirmatio est rationis: Immo pater sibi scripsit, et secundum heredem non filio, sed sibi iussit esse. Quare,

---

Quicum non oporteat] Sch. Voss. II. Leid. II. *quocum n. op.* Oud. *Cum quo non oportet* B. suprascripto v. *non.* *L.*

Facti nomine concesso] Schol. habet suprascriptum *al. confesso.* Oud.

Implicitam controvers.] Leid. I. *inplicatam c.* Oud. *Implicitam* B. Erf. Lamb. *Implicatam* dederant Ernest. Sch. *Implicatam* Orell. Deinde *veniret* omnes Codd. exhibent, sed Ern. de coniectura sua *venisset*, quod sine caussa factum iam Sch. intellexit. *L.*

CAP. XXI. *Quam in suam tutelam veniret*] Id est, quam pubes factus esset, etc. Lamb. Non variant Pall. at *in sui* placet Wouverio, ex duobus nescio quibus Mss. Grut.

De hereditate ea, quae venit p.] Leid. I. Voss. II. *illa*, quod suprascr. in Sch. pro *ea*. deest Ed. Omn. Oud.

Depulsio est] Verbo caret Sch. Oud. *Depulsio imo* B. *L.*

Qui heredes secundi test. p. sumus] Deest *secundi* Sch. a m. I. et Voss. II. Oud.

Ratio est] Sch. Voss. II. ignorant verbum. Oud. Tum: *infirmatio rationis imo* B. *L.*

praeterquam quod ipsius fuit in testamento, ullius vestrum esse non potest. Iudicatio: Possitne quisquam de filii pupilli re testari? An heredes secundi, ipsius patris familias, non filii quoque eius pupilli heredes sint?

Atque hoc non alienum est, quod ad multa pertineat, ne aut nusquam, aut usquequaque dicatur, hic admonere. 421
Sunt caussae, quae plures habent rationes in simplici constitutione: quod fit, cum id, quod factum est, aut quod defenditur, pluribus de caussis rectum, aut probabile videri potest, ut in hac ipsa caussa. Supponatur enim ab heredibus haec ratio: Unius enim pecuniae plures dissimilibus de caussis heredes esse non possunt, nec umquam factum est, ut eiusdem pecuniae alius testamento, alius lege heres esset.

Infirmatio autem haec erit: Non est una pecunia, propterea quod altera iam erat pupilli adventitia: cuius heres non, illo in tempore, in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset: et de altera, patris etiam nunc mortui voluntas plurimum valebat, quae iam mortuo pupillo suis heredibus concedebat. Iudicatio est: Unane pecunia fuerit, ac, si hac erunt usi infirmatione: Posse plures esse unius pecuniae heredes dissimilibus de caussis;

Praeterquam quod ipsius fuit in testamento] Voss. I. *praeter quod:* V. me ad Suet. Claud. c. 4: dein *in ipsius f. testam.* Voss. I. II. Leid. II. III. Sed Sch. et Ed. Omn. carent praepositione, et pro ullius in Ed. Omn. *illius.* Recte. Distinguendum enim, *praeter quod ipsius fuit, testamento illius vestrum esse non potest.* Opponuntur enim praecedentibus, *quae filii fuerunt, testamento patris nostra fiant, necesse est.* Vide quoque pag. seq. Oud. *In ipsius fuit testamento illius* Erf. *In testamento ullius* B. Ern. Sch. Orell. Oudendorpium secuti sunt. *L.*

Atque hoc non alienum] Sch. et Voss. I. a m. I. *at hoc n. a.* Oud. *Fortasse scripsit Cicero: Atque hoc loco non alienum est — pertineat, admonere.* Ita Sch. Vulgatam tenuit Orell. *L.*

Infirmatio autem haec erit] Deest vox *autem* Sch. Voss. II. Oudendorp.

In testamento] Non legitur praepositio in Voss. I. II. Utraque vox abest a m. I. Sch. Oud. *Illo in tempore in testamento* Erf. *Illo in tempore* etiam Iunt. Ern. dedit *illo tempore testamento,* quod reliqui Edd. secuti sunt. *Illo tempore in testamento* etiam B. *L.*

Suis heredibus concedebat] Liber unus manuscr. habet, *celebat.* Lamb. Sch. Leid. III. *cedebat.* Recte, ni fallor, sc. *altera patris pecunia.* Oud. *Concedebat* B. quod retinuit Orell. Paullo ante *valebit* Sch. et Orell. probante Ern. e Codd. Cass. Gu. *quae illam* Sch. e coni. *quam iam dederat* Lamb. *qui eam* coniecit Orell. quum Oxonn. unus exhibeat *qui.* *L.*

de eo ipso iudicatio nascitur: Possintne eiusdem pecuniae plures dissimilibus generibus esse heredes?

CAP. XXII. Ergo una in constitutione intellectum est, quomodo et rationes, et rationum infirmationes, et praeterea iudicationes plures fiant.

Nunc huius generis praecepta videamus. Utrisque aut etiam omnibus, si plures ambigent, ius ex quibus rebus constet, est considerandum. Initium ergo eius ab natura ductum videtur: quaedam autem ex utilitatis ratione aut perspicua nobis, aut obscura, in consuetudinem venisse: post autem, adprobata quaedam aut a consuetudine, aut
422 a vero utilia visa, legibus esse firmata. Ac naturae quidem ius est, quod nobis non opinio, sed quaedam innata vis adferat, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem.

De ipso iudicatio n.] Voss. I. *et de* etc. Leid. III. *etiam de* etc. Sch. a m. I. *et de eo ipso esse controversiam i. n.* Oud.

CAP. XXII. *Ergo una in constitutione* etc.] Aberat *una* codici Grevenb. et probabat Gulielmius. Grut.

Et praeterea iudicationes plures fiant] In manuscr. omnibus et in Leonic. editione *et propterea* legitur; fortassis non male. Brut. *Propterea* etiam margo Cratandri, teste Orell. *L.*

Utrisque] Sch. Voss. II. *utrique.* Oud. *Utrisque autem aut omnibus* B. *L.*

Si plures ambigent] Sch. *si pl. ambient.* Victor. p. 209. *petant* explicat. Oud.

Ab n. ductum videtur] Voss. II. *ab n. d. videatur.* Oud.

In consuetudinem venisse] Voss. I. Leid. II. III. Ed. Omn. *in cons. ven. videntur.* Oud.

Post autem approbata quaedam aut a consuetudine aut a vero utilia visa] Hunc locum in plerisque exemplis perversa interpunctione depravatum, interpunctis mutatis emendavi. Lamb. Est ab editione prima, et lectio, et interpunctio: neque aliter expressit voces Victorius, sed interpunxit aliter; praeter Mss. nostros. Grut. *Aut a consuetudine.* Deest *aut* Sch. a m. I. et Leid. II. praepositio deest Voss. I. Leid. I. III. Oud. — *Aut a vero utilia. Aut vero,* legit Lamb. *aut a verbo* habent omnes manuscr. Brut. *A consuetudine aut a vero* dedit Orellius, *a vero* explicans *a iusto.* Sch. autem *aut vero* scripsit et pro coniunctionibus habuit, quae significent Gallorum *ou bien*, nostrum *oder aber.* Prius *aut* aliquot tantum codd. omittunt; *aut a vero* codd. Oxonn. 1. 3. et noster B. *L.*

Legibus esse firmata] Voss. I. Leid. III. *l. e. f. videntur.* Oud.

Ac naturae quidem ius est] *Ius esse videtur* nostri codices; quorum tamen ultimum quum ignoret membrana Laudiana, eo libenter omisso retinuerim τὸ [v.] *esse.* Gron. [Leid. II. *n. q. ius esse videtur.* Sch. Leid. I. Voss. II. *n. q. i. esse.* Quod cum Gronovio verum censeo. Oud. *Ac natura quidem ius esse quod* B. Atque ita dederunt Sch. et Orell. *L.*

Nobis non opinio] Deest pronomen Leid. Oud.

Religionem, eam, quae in metu et cerimonia deorum sit, adpellant. Pietatem, quae erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conservare moneat. Gratiam, quae in memoria, et remuneratione officiorum, et honorum, et amicitiarum, observantiam teneat. Vindicationem, per quam vim, et contumeliam, defendendo, aut ulciscendo, propulsamus a nobis, et a nostris, qui nobis esse cari debent; et per quam peccata punimus. Observantiam, per quam aetate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes veremur, et colimus. Veritatem, per quam damus operam, ne quid aliter, quam confirmaverimus, fiat, aut factum, aut futurum sit.

Ac naturae quidem iura minus ipsa quaeruntur ad hanc controversiam, quod neque in hoc civili iure versantur, et a vulgari intelligentia remotiora sunt: ad similitudinem vero aliquam, aut ad rem amplificandam saepe sunt inferenda. Consuetudinis autem ius esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit. In ea autem iura sunt quaedam ipsa iam certa propter vetustatem, quo in genere et alia sunt multa, et eorum multo 423
maxima pars, quae praetores edicere consuerunt; quaedam autem genera iuris, iam certa, consuetudine facta sunt, quod genus, pactum, par, iudicatum.

Pactum est, quod inter aliquos convenit, quod iam ita iustum putatur, ut iuri praestare dicatur. Par, quod

---

In metu et cerimonia] Voss. I. Leid. I. III. *in m. et in cerim.* Ut passim. OUD.

Officiorum et honorum] MSS. O. et Ed. Omn. *off. et honoris.* OUD. *Et honoris* B. Hoc dederunt Sch. et Orell. *L.*

Veremur, et colimus] Duo libri manuscr. habent, *veremur, et colimus:* unus, *veneramur, et colimus.* LAMB. Habent alii complures *reveremur.* Sed nostri duo *veneramur et col.* GRON. Voss. I. Leid. III. *veneremus et c.* Sch. Leid. I. II. Ed. Omn. *veneramur et col.* Bene. OUD. *Veremur* recte retinuerunt Sch. et Orell. *Veneramur* B. *Veneremur* unus Oxonn. quemadmodum volebat Ern., qui scil. omnes illos indicativos post v. *vindicationem* in coniunctivos mutabat. *Reveremur* veteres editiones Iu. Crat. Lambin. exhibent. *L.*

Quod neque in hoc civ. iure v.] Sch. a m. I. Voss. I. *quae n.* etc. OUD.

Remotiora sunt] Voss. I. Leid. III. *remota s.* OUD.

Quae pr. ed. consuerunt] Sch. Voss. I. II. Leid. III. Ed. Omn. *quam* Voss. I. II. Leid. III. Ed. Omn. *consueverunt.* OUD. *Consueverunt* etiam B. et edd. Iunt. Lamb. *L.*

Quod genus] Sch. a m. I. *ut.* OUD.

Ut iuri praestare dicatur] Nostri codices, ut priores editi habent *iure*, quod ego repellendum non puto. Praeterquam enim quod sic auctor ad Herennium XI, 13. *Sunt item pacta, quae sine legibus observantur ex conventu, quae iure praestari dicun-*

in omnes aequabile est. Iudicatum, de quo iam ante sententia alicuius, aut aliquorum constitutum est. Iam iura legitima ex legibus cognosci oportebit. His ergo ex partibus iuris quidquid aut ex ipsa re, aut ex simili, aut ex maiore minoreve nasci videbitur, adtendere, atque elicere pertentando unamquamque partem iuris oportebit. Locorum autem communium, quoniam (ut ante dictum est) duo sunt genera, quorum alterum dubiae rei, alterum certae continet amplificationem, quid ipsa caussa det, et

---

tur; tum non alio respectu haec dici opinor, quam quo dixerunt *leges iure rogatas*, *tribus iure vocatas*, de quo pater ad Livium XXVII, 6. Paullo ante codices quoque nostri, *quam praeterea edicere consueverunt*, quod ideo animadvertendum, quia sic quoque citat haec verba Marius Victorinus, non *quae*. Sed et in Laudiano codice vidi *consuerunt*, quod secutus sum. Gron. *Ut iuri praestare d.* Sic in solo Voss. II. In quattuor MSS. et Ed. Omn. *iure*. Sed optimae illae membranae praebent *iura*, et insuper superiora a m. I. exhibent cum Leid. II. *quod inter quos convenit, ita iustum putatur, ut iura pr. d.* Hinc saltem *iura* recipiendum arbitror. Mox *iura legitima*. De quarto casu verbo *praestare* iuncto consulas viros doctos ad Hirt. L. VIII. B. G. c. 6. Livium L. XXXVII, 50. Frontinum L. IV. c. 2. §. 2. Vulgo editur in Solino c. XI. p. 22. Ed. Ultr. *lapidem*, *qui marmore quidem praestat*. Sed in MSS. duobus *marmori*. Puto scribendum *marmor* vel *marmora*, ut saepe in Hygini Astronomicis. Oud. *Iure praestare* exhibent B. Oxonn. septem; secuti sunt Sch. Orell. *Iure praestari* de coniectura dedit Ern. E.

Par, quod inter omnes aeq] *Quod in omnes* edidit Manut. et multis ante illum annis Leonicen. Ita quidem scriptum legitur in omnibus manuscr. exemplaribus. Brut. Leid. II. *in omnibus aeq.* Oudendorp.

Aliquorum constitutum est] Sic legendum, et ita habent duo libri manuscr. et nonnulli vulg. Denique ex simili loco, qui est infra, perspicuum est, ita hic legi debere. Lamb. Leid. III. *constituta e.* Oud.

Ex legibus cognosci] Sch. *ex l. agnosci.* Oud.

Quidquid aut ex ipsa re] Sch. *quod quisque* etc. Voss. I. Leid. III. *quod* etc. Oud.

Aut ex maiore minorive nasci videbitur, attendere etc.] Ita Pall. nostri, comptius multo quam hactenus vulgata: *aut ex maiore, aut ex minore nasci videbitur, quemque attendere* etc. Nam editio prima, *quisque attendere* etc. habebat. Grut. Cur ita Gruterus, non intelligo. Certe comptius non est. *Minore* est manifestum in Laudiano. Gron. Desunt a m. I. *aut ex* in Sch. sup. *aut*. In Voss. I. Leid. III. *vel mai.* etc. Voss. II. Leid. III. *vel mai.* etc. Voss. II. Leid. I. II. *aut mai.* Ed. Omn. *aut minore.* Victor. p. 210. *aut ex minore.* Oud. *Aut maiore minoreve* B. E.

Adtendere etc. *oportebit*] Leid. I. II. *quemque adt.* etc. *oportebit.* Ed. Omn. *quisque adt.* etc. *debebit.* In Victorino etiam *debebit*. Oud. *Attendere quemque elicere atque egerere pertemptando* B. Pro *quemque* alii *quisque*, alii *quemquam*, ita tamen, ut pronomen verbo *adt.* praeponant. E.

quid augeri per communem locum possit, et oporteat, considerabitur. Nam certi, qui in omnes incidant, loci, praescribi non possunt: in plerisque fortasse ab auctoritate iurisconsultorum, et contra auctoritatem dici oportebit. Adtendendum est autem et in hac, et in omnibus, num 424
quos locos communes, praeter eos, quos exposuimus, ipsa res ostendat. Nunc iuridiciale genus, et partes eius consideremus.

CAP. XXIII. Iuridicialis est, in qua aequi et iniqui natura, et praemii aut poenae ratio quaeritur. Huius partes sunt duae, quarum alteram absolutam, adsumtivam alteram nominamus. Absoluta est, quae ipsa in se, non ut negotialis implicite et abscondite, sed patentius et expeditius recti et non recti quaestionem continet. Ea est huiusmodi: Cum Thebani Lacedaemonios bello superavissent, et fere mos esset Graiis, cum inter se bellum gessissent, ut ii, qui vicissent, tropaeum aliquod in finibus statuerent, victoriae modo in praesentia declarandae caussa, non ut in perpetuum belli memoria maneret; aeneum statuerunt tropaeum. Accusantur apud Amphictyonas, id est, apud comune Graeciae concilium.

Qui in omnes incidant] In omnes caussas. Lamb.

Praescribi n. possunt] Victorin. p. 211. *perscribi n. p.* Vid. c. 17. Oud. Verum est *praescribi*. Cf. supra ad c. 17. L.

Dici oportebit] Sic Sch. a m. I. In ceteris MSS. et Ed. Omn. *duci op.* quod melius videretur componi posse cum vocibus *ab auctoritate*. Sed Victorin. simpliciter. *Loci communes hi esse possunt. Contra auct. iurisc. ab auctor. iurisc.* Oud. *Duci* etiam Oxonn. unus. *L.*

Num quos locos] Sch. *num aliquot l.* Oud.

Quos exposuimus] Leid. I. *quosque exponimus.* Sch. quoque Vossiani et Ed. Omn. *exponimus.* Sch. a m. II. Voss. II. et Ed. Omn. etiam *quos nos exp.* dein *genus caussae* Leid. III. Oud. *Quos non expos.* B. *L.*

CAP. XXIII. *Bello superavissent*] Leid. II. *b. superassent.* Oud. *Superavissent* etiam B. *Superassent* Lambinum secutus dedit Orell. *L.*

Trophaeum aliquod] Non est dissimulandum, quod Lamb. emendat certa adductus ratione, *tropaeum* in antiquissimo Gryphii libro scriptum inveniri. Brut. MSS. O. et Ed. Omn. *tropheum aliquod*, et mox. Oud. In his codices non esse audiendos, satis decantatum. *Tropheum* utrobique etiam B. *L.*

Belli memoria maneret] Leid. II. *b. causa m.* Oud.

Apud Amphictyonas, id est, apud commune Graeciae concilium] Hoc totum, *id est apud commune Graeciae concilium*, suppositium videtur, et annotationem olet. Lamb. Gulielmius habet pro adulterinis, et poterant abesse sine detrimento sententiae, visuntur tamen in membranis nostris omnibus. Grut. Voss. II. *concilium.*

Intentio est: Non oportuit. Depulsio est: Oportuit. Quaestio est: Oportueritne. Ratio est: Eam enim ex bello gloriam virtute peperimus, ut eius aeterna insignia posteris nostris relinquere vellemus. Infirmatio est: Attamen aeternum inimicitiarum monumentum Graios de Graiis statuere non oportet. Iudicatio est: cum summae virtutis celebrandae caussa Graii de Graiis aeternum inimicitiarum monumentum statuerint, rectene, an contra fecerint. Hanc ideo rationem subiecimus, ut hoc caussae genus ipsum, de quo agimus, cognosceretur. Nam si eam subposuissemus, qua fortasse usi sunt: Non enim iuste, neque pie bellum gessistis; in relationem criminis delaberemur, de qua post loquemur. Utrumque autem caussae genus in hanc caussam incidere perspicuum est. In hanc argumentationes ex iisdem locis sumendae sunt, atque in caussam negotialem, qua de ante dictum est.

Locos autem communes et ex caussa ipsa, si quid inerit indignationis aut conquestionis, et ex iuris utilitate, et natura multos et graves sumere licebit, et oportebit, si caussae dignitas videbitur postulare.

CAP. XXIV. Nunc adsumtivam partem iuridicialis consideremus. Adsumtiva igitur tunc dicitur, cum ipsum ex se factum probari non potest; aliquo autem foris ad-

---

Viris doctis accedo, qui haec spuria censent, et pro glossemate habent. Patet satis ex Alcaino p. 363. V. ad Suet. Aug. c. 32. et alibi. Oud. Lambino iubente illa delevit Sch., retinuit Orell. *L.*

Ex bello gloriam] Leid. II. *in bello gl.* Oud.

Summae virtutis celebrandae caussa] MSS. *concelebrandae*, qui et mox, *ut hoc caussae genus ipsum, de quo agimus, demonstraretur*, mira postremi verbi immutatione. Gron. *Concelebrandae*, duo manuscr. lib. meus unus, Gryphii alter habet. Brut. *Concelebrandae* recepit Orell. assentientibus Codd. Oxonn. quinque. Idem exhibet B. *L.*

Monumentum statuerint] Voss. I. Leid. I. II. Sch. a m. II. Alc. m. *statuerunt.* Oud. *Statuerint* dedit Orell. *Statuerunt* etiam in B. *L.*

De quo agimus, cognosceretur] Sch. Voss. I. Leid. III. *de q. ag. demonstraretur.* Oud.

Neque pie] Sch. Voss. I. II. Leid. II. *nec pie.* Oud.

Utrumque autem c. g.] Deest secunda vox Leid. III. Oud.

Locos a. communes et ex c. ipsa] Exsulat *communes* a Sch. *aut ex c. ipsa.* Voss. II. Sch. a m. II. Oud.

Aut conquestionis] Sch. a m. I. Voss. I. Leid. III. *et c.* Oud.

Et natura] Leid. II. *et ex n.* Oud.

CAP. XXIV. *Adsumtivam partem*] Leid. III. *ab adsumtiva p.* Oud. In seqq. *tum dicitur* pro vulgato *tunc dicitur* dedit Orell. *Nunc videtur* B. *L.*

Aliquo autem foris adi.] Sch. a m. I. *alio a. forte.* Oud.

iuncto argumento defenditur. Eius partes sunt quatuor: comparatio, relatio criminis, remotio criminis, concessio.

Comparatio est, cum aliquod factum, quod per se ipsum non sit probandum, ex eo, cuius id caussa factum est, defenditur. Ea est huiusmodi: Quidam imperator, cum ab hostibus circumsideretur, neque effugere ullo modo posset, depactus est cum eis, ut arma et impedimenta relinqueret, milites educeret, itaque fecit: armis et impedimentis amissis, praeter spem milites conservavit. Accusatur maiestatis. Incurrit huc definitio. Sed nos hunc locum, de quo agimus, consideremus.

Intentio est: Non oportuit arma et impedimenta 426 relinquere. Depulsio est: Oportuit. Quaestio est: Oportueritne. Ratio est: Milites enim omnes periissent. Infirmatio est, aut coniecturalis: Non periissent: aut altera coniecturalis: Non ideo fecisti. Ex quibus sunt indicationes: Periissentne; et, Ideone fecerit; aut haec compara-

---

Cum aliquod factum] Sch. *quando al. f.* OUD.

Per se ipsum] Desunt duae primae voces Sch. OUD.

Circumsideretur] Voss. II. *circumdaretur.* Leid. II. *circumsederetur.* Ed. Omn. *circum obsederetur.* OUD. *Circumsederetur* etiam B. et Erf. quod videtur praeferendum. Nisi forte *circumsidēre* pronunciatione tantum differt. Nam *circumsidĕre* esset circumquaque collabi. *L.*

Depactus est cum eis] Duae ultimae voces desiderantur in Leid. III. *cum hostibus* Ed. Omn. OUD. *Cum hostibus* etiam B. Deinde *et impedimenta amitteret milites sanos educeret* B. *abduceret* Lamb. *L.*

Incurrit huc definitio] Ea verba, quae deinceps sequebantur in nonnullis libr. vulgatis, trium manuscriptorum auctoritatem secuti delevimus: quin sola ratione freti, pro nostro iure delevissemus. Fuerunt enim a semidocto aliquo temere inculcata; cui rei argumento est, ut alia omittam, ipsa locutio. Non enim ita loquitur M. Tullius, *laedere maiestatem*, neque ita loquuntur Latini, *accusatus est laesae maiestatis* (est enim barbarum) *sed accusatus est lege maiestatis*, vel simpliciter, *accusatus maiestatis*, ut hoc loco. LAMB. *Incurrit huc definitio.* Leid. I. *hic.* Ed. Omn. *huic.* Addunt Voss. I. Leid. III. *quid sit minuere maiestatem*, e glossa, quae suprascribitur in Sch. *quid laedere maiestatem sit.* OUD. *Incurrit hinc diffinitio* B. *L.*

Hunc locum] Voss. II. *hanc comparationis l.* OUD.

Milites en. o. periissent] Sic Leid. II. sed MSS. III. et Ed. Omn. hic et deinceps omnes constanter *perissent.* Voss. I. Leid. III. hic loci dant *perirent.* OUD. Deinde Lamb. *aut haec coniecturalis;* pronomen, quod Codd. ignorant, rectius abesse, docet Sch. ad h. l. Rem aliter comparatam esse idem ait in altero membro, ubi verbis: *aut haec comparativa* respondent haec: *cuius nunc indigemus. L.*

Ex quibus sunt iudicationes] Non erat illud *sunt* in Pal. pr. unde verum videtur, *ex quibus iudicatio est*, quod repraesentat secundus. GRUT. Deest verbum Voss. II. *ex q. iudicatio est* Sch. *ex q. est iudicatio* Voss. I. OUD. *Ex quibus iudicationes: Per.* B.

tiva, cuius nunc indigemus: At enim satius fuit amittere milites, quam arma et impedimenta hostibus concedere. Ex qua iudicatio nascitur: Cum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, utrum satius fuerit amittere milites, an ad hanc conditionem venire? Hoc caussae genus ex his locis tractari conveniet.

Oportebit adhibere ceterarum quoque constitutionum rationem, atque praecepta, ac maxime coniecturis faciendis infirmare illud, quod cum eo, quod crimini dabitur, ii, qui accusabuntur, comparabunt. Id fiet, si aut id, quod dicent defensores futurum fuisse, nisi id factum esset, quo de facto iudicium est, futurum fuisse negabitur: aut si alia ratione, et aliam ob caussam, ac dicet se reus fecisse, demonstrabitur esse factum. Eius rei confirmatio, et item contraria de parte infirmatio ex coniecturali consti-

---

Ex quibus est indicatio Erf. *Sunt indicationes* retinuerunt Sch. et Orell. *L.*

Nisi ad hanc pactionem venissent] Ita quidem constanter video legi in editis pariter et in scriptis, nec tamen probare possum, quum haec pactio militum non fuerit, neque hi se excusent de pactione quadam sua, sed, ut ante dixit, ipse imperator, et omnino militum hic nulla vel caussa vel persona est; unde vide, an non auctor dederit *venissem*, quod censebam tum hic, tum capite sequenti, ubi quidem perspicue dicit agi de eo, quod vitarit reus, utrum fuerit honestius, quam illud quod fecerit. Non autem rei sunt milites, sed ipse imperator. Gron. *Venisset* sing. num. recepit Sch. *venissent* vulgatum retinuit Orell. Recte. *Ad pactionem venire* de militibus recte dicitur, quum idem sit, quod pactionis participem fieri. *L.*

Ad hanc conditionem venire] Sch. *ad h. pactionem v.* ut c. sq. dein *ex suis locis* Leid. I. Oud.

Hoc caussae genus ex his locis tractare conveniet] Verbum *conveniet* abest ab uno codice manuscr. ut fortasse ita sit legendum: *tractrari oportebit, et adhibere ceterarum* etc. verum tamen nihil muto. Lamb. Grevenb. *ex suis locis.* Ceterum nostri omnes retinent *conveniet,* quod uni suorum abesse testatur Lambinus. Grut. *Tractari conveniet. Oportebit adhibere.* Voss. I. *tractare.* Tum Sch. Voss. I. Leid. III. *tr. oportebit et adh.* ut coniecit recte Lamb. A Voss. II. et Leid. II. abest quoque *conveniet.* In Leid. II: *tr. oportebit. Oportet adh.* Oud. Scripsit Sch. *Hoc causae genus et ex suis locis tractare oportebit, et adhibere — quoque.* Orellius autem primum: *Hoc causae genus ex suis locis* e Grevenb. et tribus Oxonn.; tum: *tractari oportebit et adhibere — quoque.* In B. est: *Hoc causae genus ex his locis tractari convenit. Oportebit adhibere — quoque. L.*

Id fiet, si aut id.] Leid. III. *id autem fiet* etc. Voss. II. *non aut id.* Oud.

Quo de facto] MSS. quatuor *de quo f.* *Quo de facto iudicatum est* B. *L.*

tatione sumetur. Sin autem certo nomine maleficii vo- 427
cabitur in iudicium, sicut in hac caussa (nam maiestatis arcessitur,) definitione et definitionis praeceptis uti oportebit.

CAP. XXV. Atque hoc quidem plerumque in genere accidit, ut coniectura et definitione utendum sit. Sin aliud quoque aliquod genus incidet, eius generis praecepta licebit huc pari ratione transferre. Nam accusatori maxime est in hoc elaborandum, ut id ipsum factum, propter quod sibi reus concedi putat oportere, quam plurimis infirmet rationibus: quod facile est, si quam plurimis constitutionibus adgrediatur id improbare.

Ipsa autem comparatio separata a ceteris generibus controversiarum sic ex sua vi considerabitur, si illud, quod comparabitur, aut non honestum, aut non utile, aut non necessarium fuisse, aut non tantopere utile, aut non tantopere honestum, aut non tantopere necessarium fuisse demonstrabitur. Deinde oportet accusatorem, illud,

---

Constit. sumetur] Sch. Leid. II. *const. sumitur.* Oud.

CAP. XXV. *Atque haec quidem plerumque in genere incidunt, ut coniectura*] Tres libri manuscr. habent: *in hoc genere accidunt*, ex qua scriptura putabam sic potius legendum: *Atque hoc quidem plerumque in genere accidit, ut et coniectura*, etc. vel sic: *Atque hoc quidem plerumq. in hoc genere accidit, ut coniect.* Lamb. Ita emendavit Gulielmius, secutusne Lambini coniecturam, an libros suos, nescio. Nam Pall. omnes praeferunt: *Atque hoc quidem pl. in hoc genere accidunt, ut coni.* Vulgata: *Atque haec quidem plerunque in hoc genere accidunt* etc. Grut. *Accidunt* habent manuscripti omnes; *accidit* Leonic. et in clausulae initio: *Atque hoc quidem*, quomodo ratio docet legendum. Brut. MSS. O. et Ed. Omn. *haec q. pl. in h. g. accidunt*, nisi quod in Ed. sit *accidit*. Deest *in* a Leid. II. Oud. *Atque haec quidem — in hoc genere accidunt* B. Sch. e Lambini coniectura dedit: *Atque hoc quidem — in hoc genere accidit.* Atque ita etiam Orellius, ablegans ad cap. XXX, ubi: *Atque in hoc genere hoc accidit novi* cet. *L.*

Ut coniectura et defin.] Ed. Omn. *ut in coni.* MSS. O. *ut et coni. et def.* Verissime. Oud. Sic etiam Cod. B. nisi quod vocabula transposuit: *ut et coniectura utendum sit et definitione.* Oudendorpio obsecuti sunt Ern. Sch. et Orell. *L.*

Sin aliud quoque] Leid. II. *sin autem al. q.* Tum *incidit* Sch. et mox *transferri* Leid. II. Oud. *Sin aliud quoque aliquod genus incidit* B. *L.*

In hoc elaborandum] Exsulant *in hoc* ab Ed. Omn. *laborandum* Sch. Voss. I. Leid. III. Oud.

Putat oportere] Leid. II. *putet op.* Oud.

Adgrediatur id impr.] Sic Voss. II. In ceteris et Ed. Omn. *adgredietur id imp.* Oud. *Aggreditur id improbare* B. Atque ita iam ex uno Cod. Ern. Sed Sch. qui *aggredietur* retinuit, supra scripsit: *quod facile erit.* Vulgatam retinuit Orell. nisi quod *aggredietur* futuro scripsit, quod exhibet etiam Erf. *L.*

Non tantopere] Voss. II. *non tanto opere*, ter. Oud.

Fuisse demonstrabitur] Ultimum verbum non comparet in Sch.

quod ipse arguat, ab eo, quod defensor comparat, separare. Id autem faciet, si demonstrabit non ita fieri solere, neque esse rationem, quare hoc propter hoc fiat, ut propter salutem militum ea, quae salutis caussa comparata sunt, hostibus tradantur. Postea comparare oportebit cum beneficio maleficium, et omnino id, quod arguitur, cum eo, quod factum ab defensore laudabitur, aut faciendum fuisse demonstrabitur, contendere, et hoc extenuando, maleficii magnitudinem simul adaugere. Id fieri poterit,
128 si demonstrabitur, honestius, utilius, magis necessarium fuisse illud, quod vitarit reus, quam illud, quod fecerit.

Honesti autem, et utilis, et necessarii vis et natura in deliberationis praeceptis cognoscetur. Deinde oportebit ipsam illam comparativam iudicationem exponere, tamquam caussam deliberativam, et de ea ex deliberationis praeceptis deinceps dicere. Sit enim haec iudicatio, quam ante exposuimus. Cum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, utrum satius fuerit perire milites, an ad hanc pactionem venire? Hoc ex locis deliberationis, quasi aliquam in consultationem res veniat, tractari oportebit.

CAP. XXVI. Defensor autem, quibus in locis ab accusatore aliae constitutiones erunt inductae, in iis ipse quoque ex iisdem constitutionibus defensionem comparabit; ceteros autem omnes locos, qui ad ipsam comparationem pertinebunt, ex contrario tractabit.

Loci autem communes erunt, accusatoris, in eum, qui

Voss. II. Ed. Omn. Oud. *Demonstrabitur* a plerisque abesse testatur Orellius; *fuisse* omisit Ern. Utrumque habet Cod. B. retinuitque Orell. *Tanto opere* exhibet B. scripsitque, ut semper, Orellius, male. *L.*

Ab defensore laudabitur] Voss. I. *a. d.* Sch. Voss. I. II. Leid. II. *laudatur* et iidem mox cum Leid. III. *demonstratur.* Oud. *Laudatur — demonstratur* dedit Sch. *Arguetur — laudabitur — demonstrabitur* volebat Orellius. *L.*

Aut faciendum fuisse] Leid. I. *aut bene f. f.* Oud.

Illud, quod vit. r.] Leid. II. *id quod v. r.* Oud. *Id* recepit Ern. Paullo post vv. *ipsam illam* Lamb. correxit *illam ipsam*, ut saepe, recte notatus ab Orellio. *L.*

Deinceps dicere] Deest prima vox Sch. Leid. III. Oud. *Deinceps* abest etiam a cod. B. *L.*

Sit en. haec iudicatio] Voss. I. *s. en. in hac i.* Oud. Statim post *venisset* dedit Sch. pro *venissent*; de qua mutatione iam supra est expositum. *L.*

In consultationem res veniat] Leid. I. *veniant.* Oud.

CAP. XXVI. *Loci communes erunt*] *Inerunt* legitur in manuscriptis. Brut. *Loci autem comm. erunt.* Ita in Victorino, sed

cum de facto turpi aliquo, aut inutili, aut utroque fateatur, quaerat tamen aliquam defensionem; et facti inutilitatem, aut turpitudinem cum indignatione proferre. Defensoris est, nullum factum inutile, neque turpe, neque item utile, neque honestum putari oportere, nisi, quo animo, quo tempore, qua de caussa factum sit, intelligatur: qui locus ita communis est, ut bene tractatus in hac caussa, magno ad persuadendum momento futurus sit. Et alter locus, per quem magna cum amplificatione, beneficii magnitudo ex utilitate, aut honestate, aut facti necessitudine demonstratur.

Et tertius, per quem res expressa verbis, ante oculos eorum, qui audiunt, ponitur, ut ipsi se quoque idem facturos fuisse arbitrentur, si sibi illa res, atque ea faciendi 429
caussa per idem tempus accidisset. Relatio criminis est, cum reus id, quod arguitur, confessus, alterius se inductum peccato, iure fecisse demonstrat. Ea est huiusmodi: Horatius occisis tribus Curiatiis, et duobus amissis fratribus, domum se victor recepit. Is animadvertit sororem suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autem nomen appellantem identidem Curiatis cum gemitu et lamentatione. Indigne passus, virginem occidit. Accusatur.

MSS. O. et Ed. Omn. carent vocula *autem*. Leid. I. Voss. II. *inerunt*. Oud. *Loci communes accusatoris in eum* Cod. B. *Inerunt* Oxonienses quatuor, et Erf. *L.*

Aut utroque fateatur] Sch. a m. II. *utrumque*. Oud. *Aut utrumque fateatur* etiam Cod. Cass. *L.*

Et facti inutilitatem] Aut manca oratio est, aut quod Lamb. fecit, copula *et* est inducenda. Brut. *Et* retinuerunt Sch. et Orell. Recte. Nam oratio ita procedit: accusatoris *locus communis est in eum —; et* (est accusatoris) — *proferre*. *L.*

Et alter locus] Leid. II. *et alterius l.* Deest *locus* Leid. III. Oudendorp.

Tribus Curiatiis] Ita Lambinus, neque abit Pal. sec. quam quod is *Curiatis;* vulgata *Curiatibus;* non damno: imo ideo mox retinui *Curiatis*, quod sic quoque esset in sec. ac reliquis, cum Lambinus oggessisset *Curiatii*, nihil enim vetat, quin utraque terminatio fuerit in usu. Grut. *Curiatis* alii habent impressi, et duo manuscr. alii *Curiatibus*, ut scriptum exstat in uno Gryph. exempl. cui suffragatur Leonic. editio Aldi, Victor. Manut. *Curiatiis* legit Lamb., ut congruat cum Livii melioribus exemplaribus. Brut. Voss. I. II. Leid. I. II. ac supr. in Sch. cum Ed. Omn. *Curiatibus*. Leid. III. *Curiatis*. Oud. *Curiatis* Erf. *Curiatiis* B. *L.* „Inauditae istae formae ortae sunt ex script. *CuriatIs, CuriatE*." Orell.

Is animadvertit] Leid. I. *is cum an.* Ed. Omn. *is cum animadverterit*. Oud.

Curiatis] Leid. III. *Curiati*. Sch. a m. I. *Curiacii* pro *Curiatii*; ut debet, si supra *Curiatiis* retinemus; quod faciendum opinor.

Intentio est: Iniuria sororem occidisti. Depulsio est: Iure occidi. Quaestio est: Iurene occiderit. Ratio est: Illa enim hostium mortem lugebat, fratrum negligebat; me et populum Romanum vicisse moleste ferebat. Infirmatio est: Tamen a fratre indemnatam necari non oportuit. Ex qua iudicatio fit: Cum Horatia fratrum mortem negligeret, hostium lugeret, fratris et populi Romani victoria non gauderet, oportueritné eam a fratre indemnatam necari.

CAP. XXVII. Hoc in genere caussae, primum si quid ex ceteris dabitur constitutionibus, sumi oportebit, sicut in comparatione praeceptum est. Postea si qua facultas erit, per aliquam constitutionem illum, in quem crimen transfertur, defendere.

Deinde, levius esse illud, quod in alterum peccatum reus transferat, quam quod ipse susceperit. Postea translationis partibus uti, et ostendere a quo, et per quos, et quo modo, et quo tempore aut agi, aut iudicari, aut statui de ea re convenerit: ac simul ostendere, non oportuisse ante supplicium, quam iudicium, interponere. Tum leges quoque et iudicia demonstranda sunt, per quae potuerit id peccatum, quod sponte sua reus punitus sit, moribus et iudicio vindicari. Deinde negare debebit, audiri oportere id, quod in eum criminis conferatur, de quo is ipse, qui conferat, iudicium fieri noluerit: et id, quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportere.

Vide ad Livii L. I. c. 24. Oud. *Curiatii* recte Sch. et Orell. Tum *et lacrimatione indigne passus* B. *Hoc indigne passus* Lamb. *L.*

Fratrum negligebat] Voss. I. *fratrem negl.* Oud.

Indemnatam nec.] Sch. Voss. I. *indamnatam nec.* Oud.

CAP. XXVII. *Hoc in gen. causae*] Addit *quidem* Sch. Oud.

Ex ceteris] Leid. II. *de cet.* Oud. Statim post Sch. de Lambini coni. *sumi ab accusatore oportebit;* non addicunt Cod. *L.*

Sicut in comp.] Leid. III. *sicuti in comp.* Oud.

In quem crimen transfertur] Sic Sch. et Victor. In ceteris MSS. *transferetur.* Oud. *Transferetur* etiam in B. *L.*

Levius esse illud] Ultima vox non est in Voss. I. Oud. *Levius esse illuc quod* non sine causa scripsit Lamb. quum constet, interdum ex litterarum assimilatione *illuc*, *istuc* scriptum esse, sequentibus c, q, litteris. *L.*

Tum leges quoque] Deest copula Voss. I. Oud.

Quod sponte sua reus punitus sit] *Poenitus sit*, duo vetustissima Gryph. exemplar. habent, prisco more. Et rursus infra *poenitum.* Brut. *Sponte sua.* Rarior ordo verborum, quum usitate ad evitandam metri formam *sua sponte* dicendum visum fuerit, Ciceroni certe. *L.*

D. negare debebit] Postremum verbum exsulat a Sch. Voss. I. II. Leid. III. Oud.

De quo is ipse] Non comparet *is* in Sch. Voss. I.

Postea impudentiam demonstrare eorum, qui eum nunc apud iudices accusent, quem sine iudicibus ipsi condemnarint; et de eo iudicium faciant, de quo iam ipsi supplicium sumserint. Postea perturbationem iudicii futuram dicemus, et iudices longius, quam potestatem habeant, progressuros, si simul et de reo, et de eo, quem reus arguat, iudicarint. Deinde, hoc si constitutum sit, ut peccata homines peccatis, et iniurias iniuriis ulciscantur, quantum incommodorum consequatur. Ac si idem facere ipse, qui nunc accusat, voluisset, ne hoc quidem ipso quidquam opus fuisse iudicio: si vero ceteri quoque idem faciant, omnino iudicium nullum futurum.

Postea demonstrabitur, ne, si iudicio quidem illa damnata esset, in quam id crimen ab reo conferatur, potuisse hunc ipsum de illa supplicium sumere. Quare esse indignum, eum, qui ne de damnata quidem poenas sumere potuisset, de ea supplicium sumsisse, quae ne adducta 431
quidem sit in iudicium. Deinde postulabit, ut legem, qua

Perturbationem iudicii futuram] Repete ἀπὸ κοινοῦ *demonstrare*, et dele verbum *dicemus*, tanquam ab aliquo indocto inculcatum. LAMB. *Dicet* Oxon. unus. *Dicemus* Lamb. et Sch. deleverunt, Orell. uncis inclusit. *L.*

Quem reus arguat] Sch. *q. r. accusat.* OUD.

Ipse qui nunc accusat, voluisset] Leid. II. *ille q. n. a. v.* Ed. Omn. *valuisset.* Additur in Voss. I. Leid. III. *si potuisset sine iudicio quem accusat punire.* In Sch. est haec nota marginalis. OUD. *Qui nunc accuset* de coni. Ern. quem secuti sunt Orell. et Sch. *L.*

Si vero ceteri quoque idem faciant] In uno codice manuscr. sequuntur deinceps haec: *ut sine iudicio eos puniant, quos accusant,* quae ego puto fuisse ab aliquo lectore ad oram libri annotata, huius loci declarandi caussa, deinde a scriptore librario in contextum verborum Ciceronis coniecta. LAMB. Addit Leid. III. *ut sine iudicio puniant eos, quos accusant;* quae glossa suprascripta in Sch. OUD.

Omnium iudicium nullum futurum] Unde hoc? nam editi priores et nostri duo scripti *omnino iudicium*, quae integerrima scriptura est, quam agnoscit quoque Victorinus, et ideo eam recipiendam iudicavi. GRON. *Omnino iudicium n.* est in MSS. O. In Gruterianam vitio operarum irrepserat *omnium.* OUD.

Quare esse indignum] Voss. II. *q. e. d. ind.* OUD.

Sumere potuisset] Augent efficaciam intentionis membranacei nostri interponendo *ipse*, quod et Gothofredus ex lib. V. agnoscit, ut sit quoque in praecedente versu. GRON. *Sumere potuisset.* Sic Leid. I. In reliquis *s. ipse p.* Nequaquam video, efficaciam hic ea voce augeri. OUD. *Sumere ipse potuisset* quatuor Oxonn. *L.*

Adducta sit in iudicium] Sch. Voss. I. *ad iudicium.* OUD. *Adducta quidem in indicium sit* B. Deinde pro *postulabit* B. *postulet.* Neque praetervidenda est tironibus dicendi ratio haec: *ut*

lege fecerit, proferat. Deinde quemadmodum in comparatione praecipiebamus, ut illud quod comparabatur, extenuaretur ab accusatore quam maxime: sic in hoc genere oportebit illius culpam, in quem crimen transferetur, cum huius maleficio, qui se iure fecisse dicat, comparare. Postea demonstrandum est, non esse illud eiusmodi, ut ob id hoc fieri conveniret. Extrema est, ut in comparatione, adsumtio indicationis, et de ea per amplificationem ex deliberationis praeceptis dictio.

CAP. XXVIII. Defensor autem, quae per alias constitutiones inducentur, ex iis locis, qui traditi sunt, infirmabit. Ipsam autem relationem comprobabit, primum augendo eius, in quem refert crimen, culpam et audaciam, et quam maxime per indignationem, si res feret, iuncta conquestione, ante oculos ponendo. Postea levius demonstrando reum punitum, quam sit ille promeritus, et suum supplicium cum illius iniuria conferendo. Deinde oportebit eos locos, qui ita erunt ab accusatore tractati, ut refelli, et contrariam in partem converti possint, quo in genere sunt tres extremi, contrariis rationibus infirmare.

---

legem, qua lege fecerit, proferat. Cf. quae monui ad Vit. duumviror. p. 143. et supra aliquoties. *L.*

Praecipiebamus] Leid. III. *praecipiebatur.* Oud.

Quod comparabatur] Sch. a m. I. *q. compararetur.* Oud. *Comparabitur* ex uno Cod. dedit Ern. *Comparabatur*, ut vulgo, B. quod recte reposuerunt Sch. Orell. *Comparetur* exhibet Erf. *L.*

Crimen transferetur] Sch. Voss. I. *cr. transfertur.* Oud.

Se iure fecisse d.] Sch. a m. I. *rem iure f. d.* supr. *se.* Voss. I. *se rem i. f. d.* Oud.

Praeceptis dictio] Sch. a m. I. Leid. III. *pr. dicatur.* Oud.

CAP. XXVIII. *In quem refert crimen*] Sic in solo Leid. III. *referet* MSS. quatuor, *referat* Leid. I. *feret* Ed. Omn. Oud. *Referet* dedit Lamb. *Referat* exhibet B. Vulgatam retinuerunt Sch. et Orell. *Referet* etiam Cod. Erf. *L.*

Ante oculos ponendo] Sch. *a. o. ponenda*, prave. Oud.

Demonstrando reum punitum] Sch. *se p. demonstrandum* et a m. II. *demonstrando se reum punit.* Oud. *A se reum punitum* Erfurt. *L.*

Quam sit ille promeritus] Legendum fortasse, *quam sit ille meritus.* Lamb. Vulgo hic profertur locus, ut contra Donatum et Servium probetur, hoc compositum etiam malam in partem esse usurpatum pro *commeritus:* nam frustra coniecit Lamb. *meritus.* Sed vide veterrimarum membranarum praestantiam. Exhibent enim nobis verissimam simul et elegantissimam lectionem: *quam sit illius pro meritis*, nisi forsan *sit* excludi oporteat. Oud. *Quam illius pro meritis* Oudend. secutus scripsit Sch. quam tamen lectionem errori tribuendam putat Orell. Vulgatam: *quam sit ille promeritus* tuentur B. et Erf. *L.*

Cum illius ini. conferendo] Sch. *conferendum.* Oud.

Converti possint] Leid. III. *conv. n. p.* Oud.

Illa autem acerrima accusatorum criminatio, per quam perturbationem fore omnium iudiciorum demonstrant, si de indemnato supplicii sumendi potestas data sit, levabitur: Primum si eiusmodi demonstrabitur iniuria, ut non modo viro bono, verum omnino homini libero videatur non fuisse toleranda: Deinde ita perspicua, ut ne ab ipso 432
quidem, qui fecisset, in dubium vocaretur: Deinde eiusmodi, ut in eam is maxime debuerit animadvertere, qui animadvertit: ut non tam rectum, non tam fuerit honestum, in iudicium illam rem pervenire, quam eo modo, atque ab eo vindicare, quomodo, et a quo sit vindicata: Postea sic rem fuisse apertam, ut iudicium de ea re fieri nihil adtinuerit.

Atque hic demonstrandum est rationibus, et rebus similibus, permultas ita atroces, et perspicuas res esse, ut de his non modo non necesse sit, sed ne utile quidem, quin mox iudicium fiat, exspectare. Locus communis accusatoris in eum, qui cum id, quod arguitur, negare non possit, tamen aliquid sibi spei comparet ex iudiciorum perturbatione. Atque hic utilitatis iudiciorum demonstratio, et de eo conquestio, qui supplicium dederit indemna-

---

De indemnato] Sch. *de indamnato.* Voss. II. *de indemnatis.* OUDENDORPIUS.

Levabitur] Leid. I. *leviabitur.* Voss. I. Leid. II. III. *alleviabitur*, barbare, pro *elevabitur.* Sed Iustin. L. XII. c. 10. *Ut communi facto crimen regis levaretur*, ubi frustra alii legunt *velaretur.* Recte istum locum protulit inter alia Cl. Drakenb. ad Liv. L. III. c. 72. *bono caussae levatur dedecus iudicii.* OUD. *Alleviabitur* B. Oxon. unus: *alleviabitur hoc modo.* Lamb.: *levabitur sic.* L.

Verum omnino homini libero] Sic habent tres libri manuscr. longe melius, quam vulgati, *verum etiam.* Nam hic *omnino* idem valet, quod apud Graecos ἁπλῶς. LAMB.

Qui fecisset] Leid. II. *quod f.* OUD.

Deinde eiusmodi] Leid. II. *deinde de ei.* OUD.

Qui animadverterit] Leid. II. *quod.* Sch. Voss. I. Leid. I. II. *animadvertit.* OUD. Statim ante dederat Lamb.: *ut in eum is maxime* pro *eam.* Desiderabat Lamb., iudice Orell., exemplum formulae *animadvertere in aliquam rem.* Quod non mirum videtur, hoc sensu, quo dicitur *animum advertere ad aliquid.* L.

Illam rem pervenire] Sch. a m. I. Voss. I. *i. r. pertinere.* OUD.

Vindicare, q. et a quo] Leid. II. III. *vindicari.* III. Ed. Omn. *ab quo.* OUD. *Vindicari* B. Erf. Ern. Sch. Orell. L.

Et rebus similibus] Leid. I. *et his similibus rebus.* OUD. Paullo post *quam mox iudicium fiat* recte scripsit Ern. Consentit editio vetus apud Orell. et Cod. Erf. L.

Aliquid s. spei] Leid. I. Ed. Omn. *aliquod s. spei.* OUD.

Indemnatus] Sch. *indamnatus.* OUD.

tus; in eius autem, qui sumserit, audaciam et crudelitatem, indignatio.

Ab defensore, in eius, quem ultus sit, audaciam sui conquestione: rem non ex nomine ipsius negotii, sed ex consilio eius, qui fecerit, et caussa, et tempore considerari oportere: quid mali futurum sit, aut ex iniuria, aut ex scelere alicuius, nisi tanta, et tam perspicua audacia ab eo, ad cuius famam, aut ad parentes, aut ad liberos pertinuerit, aut ad aliquam rem, quam caram esse omnibus, aut necesse est, aut oportet esse, fuerit vindicata.

433 CAP. XXIX. Remotio criminis est, cum eius intentio facti, quod ab adversario infertur, in alium, aut in aliud dimovetur. Id fit bipertito: nam tum caussa, tum res ipsa removetur.

Caussae remotionis hoc nobis exemplo sit: Rhodii quosdam legarunt Athenas. Legatis quaestores sumtum, quem oportebat dari, non dederunt. Legati profecti non sunt. Accusantur. Intentio est: Proficisci oportuit. De-

---

In eius autem, qui sumserit etc. *indignatio*] Deest *autem* Sch. a m. I. *quod s.* Leid. II. *indignatio est.* Leid. I. III. Oud.

Ab defensore in eius, q. etc.] Sic restitui, cum in lib. omnibus legatur, *sui conquestione*, plane mendose. Verum, ne quid dissimulem, nondum mihi videtur hic locus satis integer, et fortasse aliquid desideratur. Lamb. Sch. Leid. II. *a def.* Oud. *A defensore est in eius.* Erf. *A defensore est in eum quem* B. *L.*

Audaciam sui conquestione] Coniecit Lambinus, *audaciam conquestio*, quod secutus fuerat Gulielmius: non ausim ego, Palatinis nihil variantibus. Grut. Leid. II. *sua.* Sch. a m. I. *conquestio est.* Leid. III. *conquestione est.* Oud. *Audaciam sui conquestio* Orellius dedit ex Oxon. uno. *Audaciam conquestio* cum Lambino Sch. *L.*

Aut ex iniuria, aut ex scelere] Voss. II. *an.* Sch. Voss. I. II. *aut scelere.* Oud.

Ad liberos pertinuerit] Sch. Leid. III. *ad l. pertinet.* Oud.

Aut ad aliquam rem] Praepositione carent Leid. I. Voss. II. Oudendorp.

Oportet esse, fuerit v.] Sch. *op. esse v.* Voss. I. Leid. III. *op. esse, sit v.* Voss. II. ingnorat τὸ [v.] *fuerit.* Oud.

CAP. XXIX. *Aut in aliud demovetur*] Ita ex vetustiss. codicum auctoritate et certa ratione innixi edidimus; *dimovetur* alii excusi habent, Victor. Manut. alii *removetur*, ut Leonic. Ald. Lamb. *dimovetur* etiam in nonnullis manuscr. legitur. *Demovetur* autem rursus infra in iisdem habetur. Brut. Sch. *in aliud crimen demovetur* supr. *i.* Oud. *Removetur* etiam h. l. Erf. *Dimovetur* B. *Demovetur* scripserunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Tum caussa] Voss. I. Leid. III. *t. c. ipsa.* Oud.

Caussae remotionis] Sch. Leid. I. *caussa r.* Oud.

Legarunt Athenas] Sch. *legatorum Ath. miserunt.* Voss. I. *legatos Athen. miserunt.* Oud.

pulsio est: Non oportuit. Quaestio est: Oportueritne. Ratio est: Sumtum enim, qui de publico dari solet, is ab quaestore non est datus. Infirmatio est: Vos tamen id, quod publice vobis datum erat negotii, conficere oportebat. Iudicatio est: Cum iis, qui legati erant, sumtus, qui de publico debebatur, non daretur, oportueritne eos conficere nihilominus legationem? Hoc in genere primum, sicut in ceteris, si quid aut ex coniecturali, aut ex alia constitutione sumi possit, videri oportebit. Deinde pleraque ex comparatione, et ex relatione criminis in hanc quoque caussam convenire poterunt.

Accusator autem illum, cuius culpa id factum reus dicet, primum defendet, si poterit; sin minus poterit, negabit, ad hoc iudicium, illius, sed huius, quem ipse accuset, culpam pertinere. Postea dicet: Suo quemque officio consulere oportere; nec, si ille peccasset, hunc oportuisse peccare. Deinde si ille deliquerit, separatim illum, sicut hunc, accusari oportere, et non cum huius defensione coniungi illius accusationem. Defensor autem cum cetera, si qua ex aliis incident constitutionibus, pertractarit, de ipsa remotione sic argumentabitur.

Primum cuius acciderit culpa, demonstrabit. Deinde, 434
cum id aliena culpa accidisset, ostendet se aut non potuisse, aut non debuisse id facere, quod accusator dicat

---

Depulsio est] Deest verbum Sch. Oud.

Is ab quaestore] Sch. Voss. I. Leid. I. *is a q.* Oud. *A quaestore* etiam B. *L.*

Id quod pub.] Abest *id* a Leid. II. Oud.

Iudicatio est] Deest verbum Sch. Oud. Paullo post pro vulgato *videri oportebit* Lamb. Ern. Sch. *videre oportebit*. Sed in ea editione Lambini, qua ego utor, *videri* legitur. Est ea anni CIↃIↃLXXX. Verum est *videri*, quod omnes codd. exhibent, quod merito tuetur Orell. Deinde *convenire potuerunt* Ern. exhibet, fortasse errore typographi. *L.*

Aut ex coniect., aut ex definitiva] Hoc totum, *aut ex definitiva*, abest a duobus libris manuscr. et plerisque vulgatis. Lamb.

Aut ex alia constitutione] Sch. a m. I. *aut ex fine.* Oud.

Ex comparatione] Sch. Leid. I. II. *et ex comp.* Bene. Oud.

Defendet, si poterit] Sch. *d. si potuerit.* Ed. Omn. *si poterit, def.* Oud.

Ad hoc iudicium illius, sed huius etc. *culpam*] Sch. Voss. I. Leid. II. III. *hoc iud. ad illius, sed ad huius* etc. *culpam.* Victor. p. 225. *dicat hoc iudicium aliud esse, illud aliud.* Oud.

Cum huius defensione] Voss. I. Leid. III. *c. huiusmodi d.* Oud.

Cum cetera] Sch. a m. II. Leid. I. Voss. II. Ed. Omn. *cum et cetera.* Oud.

Cuius acciderit culpa] Voss. II. *si quid acc. c.* Mox deest *culpa* Leid. III. Oud.

oportuisse. Quod non potuerit, ex utilitatis partibus, in quibus est necessitudinis vis implicata, demonstrabit. Quod non debuerit, ex honestate considerabitur. De utroque distinctius in deliberativo genere dicetur. Deinde omnia facta esse ab reo, quae in ipsius fuerint potestate; quod minus, quam convenerit, factum sit, culpa id alterius accidisse.

Deinde in alterius culpa exponenda demonstrandum est, quantum voluntatis, et studii fuerit in ipso: et id signis confirmandum huiusmodi, ex cetera diligentia, ex ante factis, aut dictis; atque hoc ipsi utile fuisse facere, inutile autem non facere, et cum cetera vita magis hoc fuisse consentaneum, quam quod propter alterius culpam non fecerit.

CAP. XXX. Si autem non in hominem certum, sed in rem aliquam caussa dimovebitur, ut in hac eadem re, si quaestor mortuus esset, et idcirco legatis pecunia data non esset; accusatione alterius, et culpae depulsione dempta ceteris similiter uti locis oportebit, et ex concessionis par-

---

Quod non poterit] Nos ex duobus Gryphii nunquam satis laudandis exemplaribus *quid potuerit;* et paulo infra, *quid debuerit,* curavimus excudendum. Ita certe praeclare legi docent, quae mox sequuntur: *Deinde omnia facta esse ab reo, quae in ipsius fuerint potestate; quod minus quam convenerit factum sit, culpa id alterius accidisse.* quae quamquam ita sint, minime tamen lectionem vulgatam improbandam puto; quam Victorius praesertim agnoscit. Brutus.

Vis implicata] Verbum *demonstrabit*; quod deinceps sequitur in vulgatis, non est in duobus manuscr. idcirco ego delevi, cum praesertim sit supervacaneum. Nam verbum *considerabitur*, quod paullo post sequitur, etiam ad hoc membrum pertinet. Adde quod Latini non solent ita loqui: *quod non potuerit, demonstrabit*, sed hoc modo potius: *non potuisse demonstrabit.* Lamb. *Vis implicata, demonstrabitur.* MSS. quatuor *inplicita.* Tum Sch. a m. I. Leid. II. carent verbo *demonstr.* Optime. Pro eo Voss. II. vitiose dat *est.* Oud. *Implicita* B. *amplificata* Erf. *L.*

Quod non debuerit, ex honestate c.] Sch. caret negativa particula, male. *ex honestatis* Leid. II. scil. *partibus.* Leid. I. *ex honesto.* Oud.

Facta esse ab reo] Sch. *facta ea ab r.* Oud.

In alterius culpa exp.] Abest praepositio a Sch. *alt. in culp.* Voss. II. Oud.

Cum cetera vita etc. *consentaneum*] Sch. *ceterae vitae* etc. *consent.* Utrumque bene. Oud.

CAP. XXX. *Si autem non*] Leid. II. Victor. p. 216. *sin a. n.* Oudendorp.

Causa dimovebitur] Sch. *c. demovebitur.* Oud. *Demovebitur* B. Erf. *L.*

tibus quae convenient, adsumere: de quibus post nobis dicendum erit.

Loci autem communes, iidem utrisque fere, qui superioribus adsumtivis, incident. Hi tamen certissimi: ac- 435
cusatoris, facti indignatio; defensoris, cum in alio culpa sit, in ipso non sit, supplicio reum adfici non oportere. Ipsius autem rei sit remotio, cum id, quod datur crimini, negat neque ad se, neque ad officium suum reus pertinuisse: nec, si quod in eo sit delictum, sibi adtribui oportere. Id genus caussae est huiusmodi: In eo foedere, quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis porcam sustinuit iussu imperatoris. Foedere autem ab senatu improbato, et imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoque dicit, qui porcam tenuerit, dedi oportere. Intentio est: Dedi oportet.

Depulsio est: Non oportet. Quaestio est: Oporteatne.

Quae convenient] Voss. II. *q. conveniant*. Oud.

Post nobis dicendum] Sch. Leid. I. Voss. II. carent adverbio. Oudendorp.

Iidem utrisque fere] Lambinus *utrique*, quod et in Grev. et Pal. sec. tert. at enim pr. *utriusque*. Grut. Leid. I. Voss. II. Ed. Omn. *i. utrique f.* minus bene. Oud.

Hi tamen certissimi] Voss. I. *hic*. Sch. a m. I. *hi tunc*. Voss. I. Leid. III. *hi autem*. MSS. O. Ed. Omn. *certissime*. Oud.

Facti indignatio] Voss. I. *f. ind. est*. Oud.

Defensoris] Leid. III. *def. autem*. Oud.

Et in ipso non sit] Alii libri habent, *aut in ipso non sit;* in aliis hoc totum desideratur. Lamb. Delevi voculam *aut*, quae his praemittebatur, suasu Palatini secundi. Grut. MSS. quinque Ed. Omn. *aut in ipso n. s.* Leid. III. *autem in ipso n. s.* Oud.

Reum affici non op.] Leid. I. II. Voss. II. ac suprasc. in Sch. *se aff.* Nec male. Hinc utrumque in Ed. Omn. *se reum aff.* Oud. *Se affici* B. *Reum affici* Erf. *Se affici* scripserunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Nec, si quod in eo sit delictum] Duo libri manusc. habent: *nec si quid* etc. quae lectio si placebit, *delictum* erit participium. Lamb. Leid. II. *neque*. Voss. I. Leid. III. *si quid in eo s. delicti*. Optime. Oud. *Si quid in eo sit delictum* B. *Si quod in eo sit delictum* Erf. *Si quid in eo sit delictum*, ut *delictum* sit participium, Orell. Eodem modo, sed alio ordine: *si quid in eo delictum sit*. Sch. Qua auctoritate ille ordinem vulgatum immutaverit, non dixit. *L.*

Quidam adolescens nobilis porcam sustinuit] Mirifice hic locus illustratur denario quodam argenteo, quem ab Italicis populis, quo tempore bellum Marsicum motum est, cusum existimare possumus ex eo, quod Italia inscriptum in eo sit, et in medio militum foedus ferientium vir incisus, qui porcam huiusmodi sustinet. Ursin. Leid. II. *adol. praenobilis*. Oud.

Foedere a. ab Senatu imp.] Leid. II. *f. a. hoc a s. inp.* Oud.

Quidam etc. dicit] Leid. I. Ed. Omn. *q.* etc. *dicunt*. Oud.

Depulsio est non op.] Abest verbum substantivum Sch. *d. e.: dedi non op.* Leid. III. Oud.

Ratio est: Non enim meum fuit officium, nec mea potestas, cum et id aetatis, et privatus essem, et esset summa cum auctoritate et potestate imperator, qui videret, ut satis honestum foedus feriretur. Infirmatio est: At enim quoniam tu particeps factus es in turpissimo foedere summae religionis, dedi de convenit. Iudicatio est: Cum is, qui potestatis nihil habuerit, iussu imperatoris in foedere, et in tanta religione interfuerit, dedendusne sit hostibus,
436 necne. Hoc genus caussae a superiore hoc differt, quod in illo concedit se reus oportuisse facere id, quod fieri dicat accusator oportuisse, sed alicui rei, aut homini caussam adtribuit, quae voluntati suae fuerit impedimento sine concessionis partibus. Nam earum maior quaedam vis est; quod paullo post intelligetur.

In hoc autem non accusare alterum, nec culpam in alium transferre debet, sed demonstrare, eam rem nec

---

Non enim meum off.] Exsulat *enim* a Voss. I. Leid. III. Oud.

Cum et id aetatis, et p.] Mendose legitur in quibusdam lib. vulg. atq. adeo manusc. *cum et id aetatis non haberem, et privatus essem*, etc. Nam hoc totum, *non haberem*, suppositum est, et adulterinum. Lamb. Copula non comparet in Sch. Voss. I. Leid. III. dein *non habui* prave addit Sch. et suprascr. in Voss. I. *habui.* Oud.

Qui videret] Sch. *mandavit, qui videret.* Oud.

Dedendusne sit hostibus, nec ne] Sch. Voss. I. Leid. III. carent priore *ne*, frequentissima et eleganti ellipsi. Oud. *Dedendusne sit* B. Erf. quod retinendum erat, mutatum ab Ern. Sch. Orell. *L.*

A superiore hoc differt] Sch. Leid. II. *cum superiore* (Leid. ori) *hoc diff.* Quod nequaquam spernendum. Nam L. I. c. 27. *occasio cum tempore* hoc differt. Cap, 44. *Quid res cum re differat.* In Alcuino etiam p. 365. *Hoc genus caussae cum superiori* differt. Oud. *A superiore loco hoc diff.* B. *Cum sup. hoc diff.* Erf. *Cum* Oudend. secuti dederunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Dicat accus. oportuisse] Infinitivus exsulat a Voss. II. Oud.

Homini causam adtribuit] Leid. I. Voss. II. *h. c. tribuit.* Oud.

Earum quaedam mai.] Voss. II. Ed. Omn. *Eorum q. m.* Oud.

Paullo post intelligetur] Sch. Leid. I. *p. p. intelligitur.* Oud.

Non accusare alterum] Leid. III. *nec acc. a.* Oud.

Eam rem nec ad se, nec ad potest.] Sic omnes omnino editi, quos vidi. In tribus tamen scriptis observavi *eam rem nihil ad se, nec ad potestatem, neque ad officium suum pertinuisse*, ut debeat sic quoque exstitisse in aliis, licet taceant, a quibus illi sunt inspecti. Quod miror. Sed caussam fuisse suspicor particularum varietatem, quum inhaereret eis, quod pueri didicerant *nec* et *nec*, *neque* et *neque* iungi solere, unde meminimus nos vidisse complura loca, ubi in MStis τῷ *nec* apponebatur *neque*, sed studiose in editionibus mutata. Etiam lib. I. Orat. cap. 35. MS. habebat: *Itaque nec hoc possum dicere me omnino ignorare, quid possideat, neque plane nosse ac vidisse;* nisi quod etiam prioribus *hoc ipsum nec omnino.* Gron. V. Gronov. supra ad lib. I. de Invent. c. 10. *Nec ad se*

ad se, nec ad potestatem, neque ad officium suum pertinuisse aut pertinere. Atque in hoc genere hoc accidit novi, quod accusator quoque saepe ex remotione criminationem conficit. Ut si quis eum accusat, qui, cum praetor esset, in expeditionem ad arma populum vocarit, cum consules adessent. Nam ut in superiore exemplo reus ab suo officio, ac potestate factum dimovebat; sic in hoc ab eius officio ac potestate, qui accusatur, ipse accusator factum removendo, hac ipsa ratione confirmat accusationem.

In hac ab utroque ex omnibus honestatis, et utilitatis partibus, exemplis, signis, ratiocinando, quid cuiusque officii, iuris, potestatis sit, quaeri oportebit, et, fueritne ei, quo de agitur, id iuris, officii, potestatis adtributum,

---

nec ad potestatem. MSS. O. et Ed. Omn. *Nihil ad se.* Verissime. Dein *neque ad p.* Leid. I. Ed. Omn. Et hoc bene. Sic enim amarunt optimi, sequente vocali. OUD. Scripserunt Ern. et Sch. *nihil ad se neque ad p.* Secutus est Orellius. Consentiunt plane B. et Erf. *L.*

Si quis eum accusat.] Sch. Voss. II. *si qui.* Dein in MSS. O. et Ed. Omn. *accuset.* Quod mutatum non oportuerat. OUD. Mirum, quod h. l. Orell. non scripsit *si qui.* Ceterum *accuset* B. Erf. dederuntque ita Ern. Sch. Orell. *L.*

In expeditionem ad arma populum vocavit] Nos secuti fidem duorum Gryph. exemplarium antiquiorem, *in seditione* edidimus; quae quanto melior lectio, quam vulgata sit, nemo non videt. BRUT. *In expeditionem.* Sic habet bene solus Leid. II. In ceteris exaratur *in expeditione.* OUD.

Cum Coss. adessent] Sch. Voss. II. *c. C. essent.* OUD.

In super. exemplo] Deest *in* Ed. Omn. OUD.

Ab suo officio ac potestate] Sch. *a potestate sua et officio.* Voss. I. Leid. III. *ab s. of. et a sua pot.* Leid. I. Voss. II. *ab s. of. et a pot.* Leid. II. *ab s. off. ac sua a potestate.* Non male. OUD. *Ab suo officio et a sua potestate* scripserunt Ern. Sch. Orell. *A suo off. et a potestate* Erf. *Ab suo off. et a pot.* B. Deinde *demovebat* Erf. quod recte dederunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Hac ipsa ratione] Leid. II. *ab ipsa r.* Voss. I. subiicit *remotionis.* OUD.

Ex omnib. honestatis et utilitatis partib.] Ita et Pal. sec. nam editio prima omisit *honestatis et:* ideo videlicet quod reperisset in antiquis: *et omnibus honestatis partibus, et omnibus utilitatis partibus,* quod et in vulgata, arbitrareturque alterum membrum esse e varia lectione. GRUT. Vid. Gronov. ad Lib. III. ad Herenn. cap. 13. Ed. Omn. carent *honestatis et.* Contra MSS. O. ostentant: *Ex omnibus partibus honestatis et ex omnibus partibus utilitatis* vel *util. part.* nisi quod repetita praepositio desit Voss. I. II. Leid. III. Mihi videtur scripsisse Cicero *ex omnibus honestatis, ex omnibus utilitatis partibus.* OUD.

Quo de agitur] MSS. quatuor Ed. Omn. *de quo.* Sch. *quo de agetur.* OUD.

Id iuris, officii, potestatis] Leid. II. *id i. ac potestatis et officii.* OUD.

437 necne. Locos autem communes ex ipsa re, si quid indignationis, ac conquestionis habebit, sumi oportebit.

CAP. XXXI. Concessio est, per quam non factum ipsum improbatur ab reo: sed ut ignoscatur, id petitur. Cuius partes sunt duae, purgatio et deprecatio. Purgatio est, per quam eius, qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntas defenditur. Ea habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitudinem.

Imprudentia est, cum scisse aliquid is, qui arguitur, negatur; ut apud quosdam lex erat: Ne quis Dianae vitulum immolaret. Nautae quidam, cum adversa tempestate in alto iactarentur, voverunt, si eo portu, quem conspiciebant, potiti essent, ei deo, qui ibi esset, se vitulum immolaturos. Casu erat in eo portu fanum Dianae eius, cui vitulum immolari non licebat. Imprudentes legis, cum ex-

---

Ac conquestionis] Sch. Voss. I. *aut conq*. Oud.

CAP. XXXI. *Non factum ipsum improbatur*] Sequentia volunt legamus, *probamus;* quod et Vossius noster vidit electis illis Oratoriarum Institutionum libris: neque aliter Pall. sec. Grut. Nos, ut iam Aldus ediderat, *probatur*, excudi curavimus, eius editionem duobus Gryph. libris antiquis et praeterea duobus aliis manuscript. tuentibus. Eodem modo et Lamb. legit. Brut. — *Non factum ipsum inprobatur ab reo.* Imo vero *non f. i. probatur*, et deinde dum legendum esse monuit G. I. Vossius L. I. Inst. Orat. c. 9. exhibent egregiae membranae Sch. Leid. I. a m. I. Voss. II. cum Palatino Gruteri, ac Victorino, et Alcuino p. 365. In Voss. I. et Leid. III. *negatur*. Oud. *Probatur* dederunt Ern. Sch. Orell. Sed *improbatur* exhibent B. et Erf. *L.*

Sed ut ignoscatur id, petitur] Sic distinguendus mihi videtur locus. Saepius occurrit *ignoscere aliquid*. Vulgo *ignoscatur*, id *petitur*. In Voss. I. *Sed ut id ignoscatur, pet*. Leid. III. caret pronomine. Oud. Non probanda Oudendorpii distinctio, unde oratio non satis Latina efficitur; dicendum enim fuisset: *sed id ut ignoscatur, petitur. L.*

Sed voluntas defenditur] Exsulat verbum a Voss. II. Oud.

Necessitudinem] Leid. O. Victor. *necessitatem*. Oud. *Necessitatem* etiam B. Sed Erf. *necessitudinem. L.*

Scisse aliquid etc. *negatur*] Sch. *s. aliquod*. Voss. I. Leid. III. *negat*. Oud.

In alto iactarentur] Voss. I. Leid. III. *in altum i*. Oud. Paullo post pro vv. *si eo portu — potiti essent* Car. Langius apud Beier. ad Cic. de Off. Tom. II. p. 156. emendavit: *si eum portum — p. e.* Codices non addicere videntur. Neque ita scribi debet, si vera est Beieri norma, qui dicit, v. *potiri* apud Cic. strui tantum cum accusativo *loci, quem quis expugnet. L.*

Ei deo, qui ibi esset] Desunt Leid. II. Oud.

Casu erat] Voss. I. Leid. II. III. *c. autem er*. Oud. Sic etiam Lamb. *L.*

Vitulum immolari n. licebat] Leid. II. III. Alcuin. *immolare*. Oud. *Immolare* etiam B. *L.*

sent, vitulum immolaverunt. Accusantur. Intentio est: itulum immolastis ei deo, cui non licebat. Depulsio est ı concessione posita. Ratio est: Nescivi non licere. Inrmatio est: Tamen, quoniam fecisti quod non licebat, ex ›ge supplicio dignus es. Iudicatio est: Cum id fecerit, uod non oportuerit, et id non oportere nescierit, sitne ıpplicio dignus.

Casus autem inferetur in concessionem, cum demonrabitur aliqua fortunae vis voluntati obstitisse, ut in hac: um Lacedaemoniis lex esset, hostias nisi ad sacrificium uoddam redemtor praebuisset, capitale esset, hostias is, ui redemerat, cum sacrificii dies instaret, in urbem ex 438
gro coepit agere: tum subito magnis commotis tempestati-

Immolastis eo deo] Voss. I. Alcuin. *i. ei deae.* Oud.
Et id non oportere] Sch. *et tamen id n. op.* Oud.
Inferetur in concessionem] Leid. I. Ed. Omn. Alcuin. *infertur.* eid. I. II. *concessione.* Oud.
Lex esset, hostias etc.] MSS. O. Alcuin. et Ed. Omn. addunt t, quae vulgo subintelligitur. Sed cap. sq. *Lex est apud Rhodios,* t *si qua* etc. *publicetur.* Oud. *Lex esset, nisi ad sacrificium ut* ›stias *redemptor.* B. Erf. *Ut* addiderunt recte Ern. Sch. Orell. *L.*
Capitale esset] Sic quidem vulgo codices antiqui: ut tamen iquid scrupuli in eo agnoscas, in meo codice postrema prioris ocis litera puncto subnotata est: quo ut scias quid valuerit, idem ı eo fit paulo ante in his, ubi scriptum fuit *ei deo, qui ibi essent,* bi quintam literam postremae vocis similiter tribus punctis subnoıvit, ut scilicet deleretur, agnito vitio. Hinc patet eum saltem ›luisse *capital esset.* Etiam pater in suo exemplari literam istam duci monuit. Gron. Si fides habenda est antiquitati, vetustiss. duo ryph. codices veram Ciceronis lectionem repraesentant; in quibus ılla litura voce inquinata, nulla sublata litera, *capital* legitur. sum autem hac voce praeter Plautum Nonius (pag. 38. Merc.) afrmat Lucil. lib. XXVI. *Facile deridemur, scimus capital esse ascier.* Ciceronem certe oblectatum fuisse priscis vocibus adole›entem, qua aetate haec scripsit, ex libro de perfecto Oratore ad rutum coniici potest. Quid proprie autem *capital* esset, unde est ›c translatum, docet Festus: qui linteum fuisse quoddam, quo in cris uterentur, affirmat. Brut. — *Capitale esset.* Sic quidem ISS. O. a me visi et Alc. habent. Sed vid. Gron. et adi me ad ıeton. Cal. c. 24. *Capital fuit.* Salm. ad Solin. p. 6. *Capital est, si* ırs *alterutra noceatur,* ut praebent MSS. optimi Leidd. Oud. *Ca*›*talis* B. ex qua lectione, meo iudicio, defenditur *capital.* Vix ıim sciolus librarius, *capitale* si invenisset, corrigendum putasset. rn. Orell. Sch. scripserunt *capitale.* *L.*
Coepit agere: tum subito] Voss. II. *coeperit* Sch. Voss. I. ›id. III. *c. a. cum s.* Oud.
Magnis commotus tempestatibus;] Sic omnes libri habent, ›que ego quidquam immuto: sed putaverim tamen legi debere, *agnis commotis tempestatibus,* id est, coortis, aut excitatis. ıms. *Commotis* est a Pal. sec. quemadmodum coniecerat Lambiıs, retro cum *commotus.* Grut. Imo iam Veneta anni 1545.

bus fluvius Eurotas is, qui propter Lacedaemonem fuit, ita magnus et vehemens factus est, ut eo traduci victimae nullo modo possent.

Redemtor, suae voluntatis ostendendae caussa, hostias constituit omnes in litore, ut, qui trans flumen essent, videre possent. Cum omnes studio eius subitam fluminis magnitudinem scirent fuisse impedimento, tamen quidam capitis arcessierunt. Intentio est: Hostiae, quas debuisti ad sacrificium praesto non fuerunt. Depulsio est, concessio. Ratio: Flumen enim subito adcrevit, et ea re traduci non potuerunt. Infirmatio est: Tamen, quoniam, quod lex iubet, factum non est, supplicio dignus es. Iudicatio est: Cum in ea re redemtor contra legem aliquid fecerit, qua in re studio eius subita fluminis obstiterit magnitudo, supplicione dignus sit.

CAP. XXXII. Necessitudo autem infertur, cum vi

---

commotis habet; et miror cur in postrema Leidensi fuerit receptum *commotus*, ut et modo sequuta est Basileensis. GRON. *Commotu temp.* Sic Leid. II. a m. I. In ceteris et Ed. Omn. atque Ak. *commotus*. OUD. *Commotus* etiam Oxonn. quattuor. *L.*

Propter Lacedaemonem] Sch. Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. Ak. *praeter L.* OUD.

Ut eo traduci] Malim legi, *ut ea traduci*, quamquam enim *eo* ferri potest, id est, per eum fluvium vel *eo*, id est, ad sacrificium; malim tamen *ea*, id est, per eum locum, seu per eam viam. LAMB. Recte ostendit Orellius, *eo* significare h. l. *ideo*, ea de caussa. *L.*

Trans flumen essent] Voss. I. *tr. fluvium essent*. OUD.

Arcessierunt] Sch. a m. I. Voss. II. *arcesserunt*. OUD. *Accerserunt* B. *Arcessierunt* recte scripserunt omnes. Sed video adhuc quibusdam dubium esse de scriptura huius verbi. Quod vehementer miror. Non enim obscurum est, esse hoc v. deducendum ab antiquo *arcio* i. e. *adcieo*, *accieo*. *Ar* enim antique pro *ad* dictum esse, testimonio est locus apud Priscian. I, c. VIII, 45. Ut igitur *lacesso* a *lacio*, sic *arcesso* ab *arcio* recte dicitur, atque aliter fieri non potuit. Sed hoc ipsum iam a Prisciano l. c. satis est demonstratum. *L.*

Depulsio est conc.] Deest verbum Sch. Voss. II. OUD.

Subito adcrevit] Voss. I. *in subito*. Leid. III. *vi subito*. OUD.

Traduci non potuerunt] Voss. I. *tr. victimae n. p.* OUD.

Infirmatio est] Sine verbo Sch. Voss. II. OUD.

Iudicatio est] Abest verbum a Voss. I. OUD.

Aliquid fecerit] Sch. a m. I. non agnoscit *aliquid*. Recte. OUD. *Aliquid fecerit* B. Erf. *Aliquid* recte omiserunt Ern. Sch. Orell. Est enim manifestum glossema. *L.*

Obstiterit magnit.] Voss. I. Leid. III. *obstitit m.* OUD.

Supplicione dignus sit] Leid. I. II. *suppliciisne*. Ed. Omn. *suppliciis dignusne s.* Voss. I. *dign. est*. OUD. *Supplicio dignusne sit* B. Erf. *L.*

CAP. XXXII. *Necess. a. infertur*] Leid. I. *inferetur*. OUD.

quadam reus id, quod fecerit, fecisse defenditur, hoc modo: Lex est apud Rhodios, ut, si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur. Cum magna in alto tempestas esset; vis ventorum, invitis nautis, Rhodiorum in portum navim coëgit. Quaestor navim populi vocat. Navis dominus negat publicari oportere. Intentio est: Ro- 439
strata navis in portu deprehensa est. Depulsio est, concessio. Ratio: Vi et necessario sumus in portum coacti. Infirmatio est: Navim ex lege tamen populi esse oportet. Iudicatio est: Cum rostratam navim in portu deprehensam lex publicarit, cumque haec navis, invitis nautis, vi tempestatis in portum coniecta sit; oporteatne eam publicari.

Horum trium generum idcirco unum in locum contulimus exempla, quod similis in ea praeceptio argumentorum traditur. Nam in his omnibus primum, si quid res ipsa dabit facultatis, coniecturam induci ab accusatore oportebit, ut id, quod voluntate factum negabitur, consulto factum suspicione aliqua demonstretur: deinde inducere definitionem necessitudinis, aut casus, aut imprudentiae, et exempla ad eam definitionem adiungere, in quibus imprudentia fuisse videatur, aut casus, aut necessitudo, et ab his id, quod reus inferat, separare, id est, ostendere dissimile, quod levius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit: postea demonstrare, potuisse vitari, et hac ratione provideri potuisse, si hoc, aut illud fecisset, aut nisi fecisset, praecaveri: et defini-

---

Navim coëgit] MSS. tres Alc. *navem* et mox *n. coniecit* Leid. III. Oud. *Navim* utrobique, et hic et paullo post B. sed *navem* Erf. Scripserunt *navim* Ern. Sch. Orell. *L.*

Depulsio est conc.] Abest verbum a Sch. Voss. II. Alc. Oud.

Ex l. tamen populi esse] Exsulat *tamen* a Voss. I. Leid. III. *tunc* Sch. a m. I. *t. publicari* Voss. II. Oud.

Deprehensam lex publicarit] Lambini editio, *lex iubeat publicari*, sed praeter editionem caecam et Pall. tres. Grut. *In portum deprehensam lex puplicat* B. Sed nihil mutandum. *L.*

In p. coniecta sit] Sch. a m. I. *in p. coacta sit*, ut bis supra. Sed *coniecta* hic quoque apud Alc. Oud.

Praeceptio argumentorum] Ultima vox non comparet in Voss. I. Oud. Paullo ante *in unum contulimus* omisso v. *locum* B. *L.*

Potuisse vitari] Voss. I. *p. evitari.* Oud. Paullo ante vv. *id est ostendere dissimile* Ern. et Orell. uncis incluserunt, Sch. delevit, praeter Codd. *L.*

Et hac ratione pr.] Sch. a m. I. *ac rat. pr.* Oud. *Ac ratione* etiam B. *L.*

Provideri potuisse] Vide Gronov. ad Lib. III. ad Herenn. cap. 13.

Si hoc aut illud f.] Leid. II. *si aut hoc aut illud f.* Oud.

Ac, ne sic faceret, praecaveri] Sic restitui, cum in codicibus manuscr. scriptum reperissem: *ne sic*, non, ut in plerisque vulga-

tionibus ostendere, non hanc imprudentiam, aut casum, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

440 Ac si qua necessitudo turpitudinem videbitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonstrare, quidvis perpeti, mori denique satius fuisse, quam eiusmodi necessitudini obtemperare. Atque tum ex his locis, de quibus in negotiali parte dictum est, iuris et aequitatis naturam oportebit quaerere, et, quasi in absoluta iuridiciali, per se hoc ipsum ab rebus omnibus separatim considerare. Atque hoc in loco, si facultas erit, exemplis uti oportebit, quibus in simili excusatione non sit ignotum: et contentione, magis illis ignoscendum fuisse: et ex deliberationis partibus, turpe aut inutile esse concedi eam rem, quae ab adversario commissa sit; permagnum esse, et magno futurum detrimento, si ea res ab iis, qui potestatem habent vindicandi, neglecta sit.

---

tis, *nisi.* LAMB. Editionum prima, *aut ne sic fecisset praec.* quomodo et Pal. sec. Nam pr. tres priores voces non habet. Offendi tamen vulgatum in Pal. tertio. Lambinus finxit: *ac ne si faceret, praec.* Gulielmius scribebat e plerisque Suffridi libris: *aut nec fecisset praec.* quod non contempserim. GRUT. *Aut nisi fecisset.* MSS. quinque et Ed. Omn. *aut ne sic f.* Leid. II. *aut ni sic f.* Optime sane, et claro sensu, qui omnino flagitat *sic*, uti fecisse reum accusator inferet. OUD. *Aut ne sic fecisset* B. *aut nisi fecisset* duo Oxonn. quod recepit Orell. Quod idem ait, apud Ciceronem non scribi posse *ni* pro *nisi*, id mirum mihi accidit. Poterat enim vel Nizolius aliud docere. *L.*

Atque tum ex his locis] Orellius recte ex Iuntina et Lamb. scripsisse videtur: *atque tum ex iis locis.* Nam *hi*, *qui* et *ii qui* ita differunt, ut, si scribatur *hi*, ante de his ipsis sermo fuisse non possit; *ii* autem si dicas, etiam ad quosdam antea commemoratos referri possit. Dicas tamen etiam *ii, qui*, ubi demonstratione non tam gravi opus fuerit; contra *illi*, *qui* ubi prius commemorati gravissime sint monstrandi. *Hi*, *qui audiunt*, sunt qui nunc maxime audiunt, quos veluti digito monstres; *ii*, *qui audiunt* audientes in universum. *Illi, qui audiunt* sunt qui illo loco vel tempore audierunt. *L.*

Illis ignoscendum f.] Voss. I. *ill. ignoscendis f.* OUD. Paullo ante *exemplis eorum hominum uti oportebit* scripsit Sch. ex Lambiniana, cui addicunt duo Oxonn. Recte ut glossema reiecit Orellius. *L.*

Ex deliber. partibus] Praepositio abest Sch. OUD.

Permagnum esse et magno futurum d.] Sch. a m. I. *permagnam* etc. *futuram.* In Ed. Omn. *permagno.* Non male. OUD. *Permagnam* etiam B. *L.*

Qui potestatem habent iudicandi] Tres libri manuscr. habent *vindicandi*, ubi vulg. *iudicandi.* LAMB. Ita quoque Pall. pr. ac tert. item Grev. et Suffridati; recepta lectio *iudicandi.* GRUT.

CAP. XXXIII. Defensor autem conversis omnibus his partibus poterit uti. Maxime autem in voluntate defendenda commorabitur, et in ea re adaugenda, quae voluntati fuerit impedimento: et se plus, quam fecerit, facere non potuisse: et in omnibus rebus voluntatem spectari oportere: et se convinci non posse, quod non absit a culpa: et ex suo nomine communem hominum infirmitatem posse damnari. Deinde nihil indignius esse, quam eum, qui culpa careat, supplicio non carere. Loci autem communes accusatoris, unus in confessione, et alter, quanta potestas peccandi relinquatur, si semel institutum sit, ut non de facto, sed de facti caussa quaeratur.

Defensoris conquestio calamitatis eius, quae non 441
culpa, sed vi maiore quadam acciderit, et de fortunae potestate, et hominum infirmitate, et uti suum animum, non eventum considerent. In quibus omnibus conquestionem suarum aerumnarum, et crudelitatis adversariorum indignationem inesse oportebit. Ac neminem mirari conveniet, si aut in his, aut in aliis exemplis scripti quoque controversiam adiunctam videbit. Quo de genere post erit nobis separatim dicendum, propterea quod quaedam genera caussarum, simpliciter et ex sua vi considerantur:

Voss. II. Leid. II. Ed. Omn. *p. h. iudicandi.* OUD. *Qui potestatem habeant* coniunctivo scripsit Sch. Indicativum recte revocavit Orell. *L.*

CAP. XXXIII. *In omnibus rebus voluntatem*] Leid. III. *omn. in reb. l. voluntates.* OUD. Statim post Ern. suspectum habuit *se* in vv. *et se* convinci non posse. Non iure. *L.*

Et ex suo nomine] Desunt primae duae voculae Sch. a m. I. OUD. Deleverunt *ex* Sch. et Orell. *L.*

Posse damnari] Leid. II. caret primo verbo. OUD. Deleverunt *posse* Sch. et Orell. *L.*

Loci autem communes] Sch. a m. I. ignorat τὸ [v.] *autem* Ed. Omn. *l. a. c. hi sunt.* OUD.

Unus in confessione, et alter, quanta] In tribus scriptis memini et istud *unus* et istud *alter* mihi non fuisse observatum, nec exstitisse. GRON. MSS. O. et Ed. Omn. carent vocibus *unus, alter.* A Sch. m. I. abest etiam *et*: probo; praeterea *in confessionem* sive *contra* dant MSS. excepto Leid. II. OUD. In B. est: *accusatoris in confessionem et quanta potestas pecc.* Sch. et Orellius scripserunt *in confessionem*, reliquis nihil mutatis. Coniecit tamen, sed dubitanter, Orell. *in concussionem.* *L.*

Relinquatur] Voss. I. Leid. III. *relinquetur.* OUD.

Defensoris conquestio] MSS. O. et Ed. Omn. *def. conq. est* vel *est conq.* Voss. I. Leid. III. *def. autem c. est.* OUD. *Defensoris questio est* B. *Defensoris autem conq.* Iunt. Lamb. *L.*

Simpliciter et ex sua vi] Copula abest Sch. Leid. I. II. OUD. Eadem abest a B. *L.*

quaedam autem sibi aliud quoque aliquod controversiae genus adsumunt.

Quare omnibus cognitis, non erit difficile in unamquamque caussam transferre, quod ex eo quoque genere conveniet: ut in his exemplis concessionis inest omnibus scripti controversia ea, quae ex scripto et sententia nominatur: sed quia de concessione loquebamur, in eam praecepta dedimus. Alio autem loco de scripto et sententia dicemus. Nunc in alteram concessionis partem considerationem intendemus.

CAP. XXXIV. Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Hoc genus vix in iudicio probari potest, ideo quod concesso peccato, difficile est ab eo, qui peccatorum vindex esse debet, ut ignoscat, impetrare. Quare parte eius generis, cum cau-

---

Quod ex uno quoque genere] Sic restitui, unum codicem manuscr. secutus, cum vulgati omnes habeant, *ex eo quoque*. Lamb. Lambini scripturae nullus alius Cod. addicit. *L.*

De scripto et sententia dic.] Sch. Voss. II. Leid. I. III. *de sc. et de sent. dic.* ut creberrime. Oud.

In alt. etc. considerationem intendemus] Sch. a m. I. *iam contendemus*. Voss. II. *alt.* etc. *consideremus*. Oud. Schutzius dedit: *Nunc ad alteram concessionis partem contendemus.* Orellius Oudendorpii codicem cum Schol. secutus est, scripsitque: *Nunc in alteram concessionis partem iam contendemus. Nunc in a. c. p. aciem tendemus* Oxonn. unus. *L.*

CAP. XXXIV. *Quare parte eius generis* etc.] Hic locus non uno modo in lib. manuscr. legitur. Nam in nonnullis sic: *Quare parte eius generis cum caussam non in eo, ut depreceris, constitueris, uti licebit*; in aliis sic *Quare partibus eius generis* etc. in aliis sic: *Quare parte eius generis cum caussam in eo constitueris, ut depreceris, uti licebit*; libri vulg. autem non habent hoc totum, *ut depreceris*. Ego olim sic legendum putaram: *Quare parce eo genere, cum caussam in eo constitueris, ut depreceris, uti licebit.* Lamb. Unus est Gryph. liber recentior, in quo, ni fallor, germanae lectionis vestigia, quae manca est in vulgatis, continentur; unum modo verbum mutuati sumus ex altero antiquiore; eam antea tamen mirifice a Lamb. emendatam fatemur, sed ut non nihil dissentiat *Quare parte eius generis cum causam non ideo constitueris ut depreceris, uti licebit.* negationem autem retinuimus, minime ea impediri sensum arbitrati. Valet autem, *non ideo*, non eo consilio, non ea spe, ut magnum caussae adiumentum futurum in deprecatione constitutum habueris. Nihil tamen subtilius aut elegantius Lambini coniectura: *quare parce eo genere, cum caussam in eo constitueris.* Duo autem verba, quae in vulgatis desiderantur, *ut depreceris*, clarissime in eo libro scripta leguntur. Adiuvant nostram coniecturam quae paullo infra dicuntur: *Quare hoc genus quamquam in iudiciis non versatur nisi quadam ex parte*, etc. Brut. *Parte eius generis*] Leid. II. *partem ei. g.* Oud.

sam non in eo constitueris, uti licebit. Ut si pro aliquo claro, aut forti viro, cuius in rempublicam multa sint beneficia, dixeris; possis, cum videaris non uti deprecatione, uti tamen, ad hunc modum: Quodsi, iudices, hic pro suis beneficiis, pro suo studio, quod in vos habuit semper, tali suo tempore, multorum suorum recte factorum caussa, uni delicto ut ignosceretis postularet, tam dignum vestra mansuetudine, quam virtute huius esset, iudices, a vobis hanc rem, hoc postulante, impetrari. Deinde augere beneficia licebit, et iudices per locum communem ad ignoscendi voluntatem ducere. 442

Quare hoc genus, quamquam in iudiciis non versatur, nisi quadam ex parte: tamen quia et pars ipsa inducenda nonnumquam est, et in senatu, aut consilio saepe omni in

---

Constitueris] Praemittunt Voss. I. Leid. II. III. *ut depreceris* e glossa. Oud. *Ut depreceris* exhibent etiam Oxonn. et Erf. *L.*

Si pro aliquo claro aut forti] Abest *si* Sch. a m. I. *Et forti* Voss. I. Leid. III. Placet mihi *et forti viro.* Ita enim solent coniungere haec adiectiva cum alii tum imprimis Cicero. Sic de Fin. I, 10. *claris et fortibus viris commemorandis.* *L.*

Sint beneficia, dixeris] MSS. O. *sunt.* Sch. a m. I. Ed. Omn. *dicere.* Oud.

Cum videaris non uti deprecatione] Non celabo lectorem, uno in codice manuscr. desiderari negationem: quem non sum secutus. Lambinus.

Pro suo studio] Leid. I. *suo pro st.* Oud.

Tam dignum vestra mansuetudine, quam virtute huius] Secutus sum Victorianam, cui favet etiam editio princeps, item Pal. III. nam I. *tunc dign.* etc. at II. *tamen dignum v. mans. dignum virtute* etc. quod quidem restat in vulgata, sed reiicit etiam codex Grev. item liber Augustanus, in quo nihilominus remanet *tamen* pro *tam.* Grut. Sch. *tunc dignum v. m. dignum.* Oud. *tam vestra mans. dignum* B *L.*

Augere benef.] Leid. II. Ed. Omn. *Augeris.* Oud.

Iudices per l. comm.] MSS. quatuor *iudicem.* Leid. II. *ad l. comm.* Oud.

Ad ignoscendi voluntatem ducere] Pal. pr. *inducere.* sec. *deducere,* quod et in ed. prima. Grut. Nostri duo *deducere,* et id verius videtur. I. Orat. *ut is qui audit, ad fletum misericordiamque deducatur.* 9. ad Attic. II. ipse scribit ad Caesarem: *spe tamen deducebar ad eam cogitationem.* Gron. Leid. II. Voss. II. Ed. Omn. *ad ign. vol. deducere.* Quod non displicet mihi cum Gronovio. Oud. *Deducere* dedit Orell. et Sch. *Perducere* Oxonn. unus. *L.*

Nisi quadam ex p. tamen] Deest *nisi* Sch. a m. I. in quo *nunc* pro *tamen.* Oud.

Et pars ipsa] Media vox sola legitur in Leid. II. *et p. haec ipsa* Sch. Voss. I. Leid. III. Oud.

In senatu aut consilio] Sch. Voss. I. Leid. I. II. *in S. aut in consilio.* Vere, ut mox et c. 37. et millies. *consilio* Leid. II. *Aut*

genere tractanda, in id quoque praecepta ponemus. Nam in senatu, et in consilio de Syphace diu deliberatum est; et de Q. Numitorio Pullo apud L. Opimium, et eius consilium diu dictum est. Et magis in hoc quidem ignoscendi, quam cognoscendi postulatio valuit. Nam semper animo bóno se in populum Romanum fuisse, non tam facile pro-
443 babat, cum coniecturali constitutione uteretur, quam ut, propter posterius beneficium, sibi ignosceretur, cum deprecationis partes adiungeret.

CAP. XXXV. Oportebit igitur eum, qui sibi ut ignoscatur, postulabit, commemorare, si qua sua poterit beneficia, et si poterit, ostendere, ea maiora esse, quam haec, quae deliquerit, ut plus ab eo boni quam mali profectum esse videatur: deinde maiorum suorum beneficia, si qua exstabunt, proferre. Deinde ostendere, non odio, neque crudelitate fecisse quod fecerit, sed aut stultitia, aut impulsu alicuius, aut aliqua honesta, aut probabili caussa: postea polliceri, et confirmare, se et hoc peccato doctum, et beneficio eorum, qui sibi ignoverint, confirmatum,

---

in S. aut in consilio B. *Aut in cons.* hic scripserunt Sch. et Orell. *L.*

Et in consilio] Vide Gronov. ad Lib. III. ad Herenn. c. 15. Sch. *aut cons.* Voss. I. *aut in c.* OUD. *Nam in S. aut in cons.* B. Erf. Vulgatam *et in cons.* h. l. retinuerunt Sch. et Orell. *L.*

Q. Numitorio Pullo] Vide Fulv. Ursini notas ad Cic. Lib. V. de Finib. pag. 29. Voss. I. Leid. II. Ed. Omn. *q. munitorio* vel *mumit.* OUD. *De quinto numitori apullo* B. *L.*

Et eius consilium] Leid. I. et Sch. a m. I. *et ius et cons.* OUD.

Apud L. Opimium, et eius consilium diu dictum est] Omnes fere libri manuscripti et vulg. habent, *diu ductum est*, quos non sequor. LAMB. Amicus meus addit *praetorem.* Recte, si ex libro aliquo manuscripto; consentit enim historia. Livius in Epitoma Lib. IX. *L. Opimius Praetor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit, Fregellas diruit.* URSIN. *Diu dictum est. Diu ductum est*, habet Gryph. liber recentior, et unus e meis. BART. MSS. quinque et Sch. a m. II. cum Ed. Omn. *d. ductum e.* OUD. *Praetorem*, ut amicus Ursini voluerat, addidit Sch. *L.*

In hoc quidem] Deest ultima vox Sch. OUD.

Non tam facile] Media vox exsulat a Leid. I. III. OUD.

Propter posterius ben.] Adiectivum non comparet in Voss. II. OUDENDORP.

CAP. XXXV. *Eum qui sibi*] Leid. III. *cum is qui.* OUD.

Quae deliquerit] Leid. I. *q. dereliquerit.* OUD.

Fecisse, quod fecerit] Leid. III. *f. quae fec.* OUD. *Fecisse se q. f.* Erf. *L.*

Hoc peccato doctum] Leid. III. et Sch. a m. II. *h. pacto* Voss. II. *h. p. solum d.* Ed. Omn. *edoctum.* OUD.

omni tempore a tali ratione absuturum: deinde spem ostendere, aliquo se in loco, magno iis, qui sibi concesserint, usui futurum.

Postea, si facultas erit, se aut consanguineum, aut iam a maioribus inprimis amicum esse demonstrabit; et amplitudinem suae voluntatis, et nobilitatem generis eorum, qui se salvum velint, et dignitatem ostendere, et cetera

---

A tali ratione afuturum] Sic omnes fere libri manuscr. habent, praeter unum atque alterum: in quibus est, *a tali ratione cautum futurum.* Vir quidam doctus, amicus meus, putabat legendum, *sibi a tali ratione cauturum.* Lamb. Sch. Voss. I. Leid. II. III. *a t. rat. cautum futurum.* Hoc est: *sibi a t. rat. cauturum;* quod reponi minime necesse est: Luc. L. IV, 409. *Cautus ab incursu belli.* Oud. *A tali ratione afuturum* scr. Orell. Sed Codd. omnes *absuturum.* Turbat h. l. B, sed ut veram lectionem ostendat: *a tali ratione omni tempore a t a l i r a t i o n e v e l c o n d i t i o n e a l i a futurum. L.*

Se aut consanguineum, maioribus in primis etc.] In duobus libris manuscr. scriptum reperi, *consang. aut a maiorib. primis,* quae scriptura mihi videtur probabilis. Cetera iam huius loci vulnera, verbis in suum ordinem restitutis, a me sanata sunt. Lamb. Pall. repetita vocula, *aut in primis.* Grev. *maioribus aut primis;* quomodo emendatum in Pal. III. videturque probasse Gulielmius. maluissem ego cum libro Augustano, *a maioribus primis.* Lambinus hic regnum suum exercuit, transponentis vocibus, praeter omnes Mss. Grut. *Aut iam a maioribus.* Desunt *iam a* Leid. II. III. *aut etiam a m* Ed. Omn. *Inprimis amicum.* Supr. in Sch. *aut in primis am.* Voss. I. Leid. II. III. *primis am.* Ed. Omn. *et primis am.* Oud. Locum hunc inde a v. *postea* usque ad vv. *in se esse demonstrabit*, corruptum esse, neque ullius ἀνακολούθου excusatione vindicari posse, recte vidit accutissimus Lambinus. Nullo enim modo continuatur oratio inter vv. *demonstrabit — ostendere — demonstrabit — proferre.* Codd. nihil iuvant, nisi quod pro priore *demonstrabit* Oxonn. unus *demonstrare oportebit* [et quod v. *ostendere* desit post v. *dignitatem* in Cod. Oud. cum Sch.] Lambin. de coniectura locum ita constituit: *aut cons. maioribus inprimis eorum, qui s. s. velint, aut am. esse demonstrare; et ampl. suae v. et nob. gen. et dignitatem ostendere — in se esse demonstrare.* At verior ratio haec videtur: *Aut cons. aut i. a. m. inpr. a. e.* [*demonstrare*] *eorum, qui s. s. v., et amplitudinem suae v. et n. g. et d. ostendere — in se esse demonstrare O r e l l.* Non possum plane accedere Orellio. Sine dubio utrobique illud *demonstrabit,* ex quo *demonstrare* fecit Lamb., adiecticium est, quo sublato optime cohaeret oratio, quae ita procedit: *Oportebit igitur — commemorare — et, si poterit, ostendere —; deinde — proferre; deinde ostendere —; postea polliceri —; deinde spem ostendere —; postea animum esse — ostendere, et cetera, — in se esse, ut honore* cet. *L.*

Et nobilitatem gen. eorum] Deest copula Sch. Voss. I. II. Leid. III. *et eorum* Voss. II. Oud.

Et dignitatem ostendere] Deest copula MSS. O. Verbum non comparet in Sch. a m. I. Oud. Statim post pro vv. *et cetera ea* Sch. scripsit *et cetera,* omissa v. *ea,* quod Orellius comprobavit. *L.*

ea, quae personis ad honestatem, et amplitudinem sunt adtributa, cum conquestione, sine arrogantia in se esse demonstrabit, ut honore potius aliquo, quam ullo suppli-
444 cio dignus esse videatur: deinde ceteros proferre, quibus maiora delicta concessa sint. Ac multum proficiet, si se misericordem in potestate, et propensum ad ignoscendum fuisse ostendet. Atque ipsum illud peccatum erit extenuandum, ut quam minimum obfuisse videatur; et aut turpe, aut inutile demonstrandum, tali de homine supplicium sumere.

Deinde locis communibus misericordiam captare oportebit ex iis praeceptis, quae in primo libro sunt exposita.

CAP. XXXVI. Adversarius autem malefacta augebit: nihil imprudenter, sed omnia ex crudelitate et malitia facta dicet. Ipsum immisericordem, superbum fuisse, et, si poterit, ostendet semper inimicum fuisse, et amicum fieri nullo modo posse. Si beneficia proferet: aut aliqua de caussa facta, non propter benevolentiam demonstrabit; aut postea odium esse acre susceptum, aut illa omnia maleficiis esse deleta: aut leviora beneficia, quam maleficia: aut, cum beneficiis honos habitus sit, pro maleficio poenam sumi oportere. Deinde turpe esse, aut inutile, ignosci.

Cum conquestione] Sch. a m. I. *cum questu.* Voss. I. *cum questione.* Oud.

Et propensum ad ign.] Sic Leid. II. A reliquis MSS. et Ed. Omn. abest copula. Oud.

Sunt exposita] Voss. I. *s. posita.* Oud.

CAP. XXXVI. *Nihil inprudenter*] Voss. I. Leid. III. *si nih. inpr.* Oud.

Immisericordem, superbum] Sic edidi eiecta copulativa, quam et pristinae editiones ignorant, et in nullo fuit mihi conspecta MSto. Imo et ipse Victorinus sic indigetat. Saepe idem contigit in Livio. Gron.

Inimicum fuisse] Deest verbum Voss. I. Leid. III. Oud.

Nullo m. posse] Leid. II. *n. m. potuisse.* Oud.

Aut aliqua de caussa facta] *Facta beneficia*, rarum loquendi genus. *beneficia collata*, aut *data*, usitatius, quamquam infra proxime ita loquitur. Lamb. Statim ante Lamb., haud dubie de coniectura, edidit: *Si beneficia sua reus proferet.* L.

Aut postea odium esse acre susceptum etc.] Liber unus manuscr. habet, *hac re susceptum.* Lamb. Pal. pr. *ab re susceptum.* sec. tert. *hac re susc.* Utrumque habet quo se tueatur; praesertim ultimum, quod et comparet in amplissimi Caroli Rechlingeri membranis Ulricianis. Grut.

Honos habitus sit] Voss. II. *honos adhibitus s.* Oud.

Poenam sumi] Sch. Voss. I. Leid. III. *poenas sumi.* Oud.

Deinde t. e. a. inutile] Leid. I. Sch. a m. II. *denique.* Voss. I. Leid. III. *t. e. a. inutile esse.* Oud.

Deinde, de quo ut potestas esset, saepe optarint, in eum potestate non uti, summam esse stultitiam: et cogitare oportere, quem animum in eum, vel quale odium habuerint. Locus autem communis erit, indignatio maleficii, et alter, eorum misereri oportere, qui propter 445
fortunam, non propter malitiam, in miseriis sint. Quoniam igitur in generali constitutione tamdiu propter eius partium multitudinem commoramur, ne forte varietate et dissimilitudine rerum diductus alicuius animus in quemdam errorem deferatur: quid etiam nobis ex eo genere restet, et quare restet, admonendum videtur. Iuridicialem caussam esse dicebamus, in qua aequi et iniqui natura, praemii aut poenae ratio quaereretur. Eas caussas, in quibus de aequo et iniquo quaeritur, exposuimus.

CAP. XXXVII. Restat nunc, ut de praemio, et de poena explicemus. Sunt enim multae caussae, quae ex praemii alicuius petitione constant. Nam et apud iudices de praemio saepe accusatorum quaeritur, et a senatu, aut

---

Saepe optarint] Leid. II. *semper opt.* OUD.

Et cogitare oportere] Deest copula Sch. Leid. II. OUD.

Vel quale odium] A quibusdam libris manuscr. abest vox *quale:* et loco disiunctionis *vel* est copulatio *et.* LAMB. Leid. II. *et q. o. h.* Voss. I. II. Ed. Omn. *et quam optime h.* suprascr. in Schol. *et quam iuste.* OUD.

Et alter, eorum] Sch. Voss. I. Leid. III. *et alter locus eorum.* Voss. II. *et alt. locus communis, eorum.* OUD. Paullo post *non qui propter malitiam* scripsit Sch. de coniectura, qua non opus esse videtur. *L.*

Quoniam igitur] Leid. II. III. *q. ergo.* OUD. *Ergo* etiam B. *L.*

Diductus alicuius animus] Sch. Leid. I. II. Ed. Omn. *deductus al. anim.* OUD. *Deductus* etiam in BT. *Ductus* Lamb. *L.*

In qu. err. deferatur] Voss. I. *in q. e. differatur.* II. *difer.* OUDENDORP.

Praemii aut poenae] MSS. O. Ed. Omn. *et praemii aut p.* Bene. OUD. *Et praemii aut poenae ratio* scripserunt Orell. et Sch. atque ita Cod. T. *Aut pr. aut p. r.* Cod. B. *L.*

CAP. XXXVII. *Ut de praemio et de poena*] Abest *ut* a Leid. III. *de* a Sch. et Leid. II. OUD. *Ut* et *de* desunt in B. *L.*

Petitione constant] Voss. I. *expeditione constant.* OUD.

A senatu aut consilio] *Et cons.* Leid. II. In reliquis *a s. aut a cons.* Bene. Vid. c. 34. *concilio* Sch. a m. I. OUD. *Aut a consilio* legitur etiam in T. Videtur mihi praepositio in talibus repetenda esse, ubicunque substantiva, quae coniunctione aliqua copulantur, non unam, sed diversas notiones conficiunt. Quum vero particula interposita notiones duorum substantivorum in unam coëunt, vel alterum altero explicatur, non videtur repetenda esse praepositio. Cf. Beier. ad Cic. de Offic. I, 14.; adde ibi Heusingerum. *L.*

consilio aliquod praemium saepe petitur. Ac neminem conveniet arbitrari, nos, cum aliquod exemplum ponamus, quod in senatu agatur, ab iudiciali genere exemplorum recedere. Quidquid enim de homine probando, aut improbando dicitur, cum ad eam dictionem, sententiarum quoque ratio adcommodetur, id non, si per sententiae dictionem agitur, deliberativum est: sed quia de homine statuitur, iudiciale est habendum. Omnino autem qui diligenter omnium caussarum vim, et naturam cognoverit, cum genere primo, tum etiam forma eas intelliget dissidere. Ceteris autem partibus aptas inter se omnes, et aliam in aliam implicatam videbit.

Nunc de praemiis consideremus. L. Licinius Crassus consul quosdam in citeriore Gallia, nullo illustri, neque
446 certo duce, neque eo nomine, neque numero praeditos, ut digni essent, qui hostes populi Romani esse dicerentur; quod tamen excursionibus, et latrociniis infestam provinciam redderent, consectatus est, et confecit: Romam rediit:

Saepe petitur] Voss. I. Leid. III. *s. expeditur.* Oud.

Cum al. exemplum] Addit Leid. III. *ut de Syphace.* Oud. Paullo inferius *accommodetur* exhibent cum Edd. etiam BT. *accommodatur* Oxonn. I. Erf. et Lamb. *L.*

Si per sent. dict. agitur] Leid. II. *etsi p. s. d. agatur.* Probo τὸ [v.] *etsi.* Oud. *Etsi* dedit Orell., Ernestium et Schützium secutus. *Si* exhibent TB. et Erf. *L*

Cum genere primo] Vox *primo* non exstat in ullo Pall., habet tamen editio princeps. Grevenb. praefert, *genere primo et forma*, sine illo *cum*, aut *tum etiam.* Grut. *Cum genere primo et forma intelliget dissidere.* Ita habet meus manuscript. liber; duo Gryph. vetustiores, *genere, et prima confirmatione intelliget dissidere.* Brut. *Cum genere primo, tum etiam forma.* Vox *primo* abest a MSS. quatuor. In Sch. est *genere et prima conformatione:* Ac supra: *de genere primo et forma*, claro indicio istud *primo* e glossa irrepsisse. In Voss. I. et Leid. I. *tum genere, tum etiam f.* Bene Voss. II. *cum g. primo, tum forma.* Oud. *Cognoverit, genere e prima confirmatione* T. *Tum genere primo, tum etiam forma a se eas* B. *Cognoverit, genere primo et forma* Erf. *Primo* haud dubie serius additamentum. Ceterum *tum* — *tum etiam* h. l. recte scripserunt Sch. et Orellius. *L.*

Eas intelliget diss] Voss. I. *e. intelligit d.* Oud.

In aliam inplicatam] Voss. I. Leid. II. III. *in alia* Voss. I. II. Leid. III. II. *implicitam.* Oud. *Implicatum* BT. *Implicitam* scripsit Orell. e quatuor codd. *L.*

Quod tamen excursionibus] Sch. Voss. I. Leid. I. *qui tunc.* Voss. II. Leid. II. *qui t.* Sch. *excursibus.* Voss. I. Leid. III. *ex concursibus* Oud. *Qui tamen excursionibus* B. Statim ante *esse dicerentur* omnes Codd. praeter unum Oxoniensem, qui *esse* omittit, quem secutus est Orell. Atque ita iam Ern. et Sch. *L.*

Romam rediit] MSS. O. *R. redit.* Voss. I. *R. redit et.* Oud.

triumphum ab senatu postulat. Hic, ut et in deprecatione, nihil ad nos adtinet, rationibus et infirmationibus rationum subponendis, ad iudicationem pervenire: propterea quod, nisi alia quoque incidet constitutio, aut pars constitutionis, simplex erit iudicatio, et in quaestione ipsa continebitur. In deprecatione, huiusmodi: Oporteatne poena adfici; in hac, huiusmodi: Oporteatne praemium dari.

Nunc ad praemii quaestionem adpositos locos exponemus.

CAP. XXXVIII. Ratio igitur praemii quatuor est in partes distributa: in beneficia, in hominem, in praemii genus, in facultates. Beneficia ex sua vi, ex tempore, ex animo eius, qui fecit, ex casu considerantur. Ex sua vi quaerentur, hoc modo: Magna, an parva; facilia, an difficilia; singularia sint, an vulgaria; vera, an falsa qua-

---

Redit e Cod. iam asciverat Ern., quem secutus est Sch. Idem Orell. dedit e T. Non consentit B. *L.*

Ut et in deprecatione] Prima voce carent Sch. Leid. I. a m. I. Ed. Omn. *etiam ut in d.* Voss. I. Leid. III. Oud. *Hic, et in depr.* omisso *ut* BT. Erf. et Oxonn. unus. Atque ita rectissime scripsit Orell. Vulgata *Hic, ut et in depr.* soloeca est; neque enim *ut* neque *et* recte h. l. dicitur, quum dicendum erat: *quemadmodum etiam.* Statim post *nihil ad nos attinet* omnes; sed vv. *ad nos* Lamb. deleverat, Orell. uncis inclusit. *L.*

Nihil attinet] Sic legendum, non, ut in omnibus libris vulg. et nonnullis manuscr., *nihil ad nos attinet.* Lamb.

Nisi al. q. incidet c.] Sch. *ni al. q. incidat c.* Oud. *Incidit* dedit Ern. *Incidet* Sch. et Orell. Atque ita exhibent T. *Nisi quoque alia incidat* B. *L.*

In quaestione i. contin.] Abest praepositio Leid. III. Oud.

In hac huiusmodi] Sch. a m. I. *in praemii petitione.* Oud.

CAP. XXXVIII. *Ex casu considerantur*] Sic non cunctatus fui in hac editione corrigere, quum videns fluctuantes editiones animadverterem et in utroque MS. meo sic exhiberi, et ipsum Ciceronem ordine procedentem explicare de ipsorum beneficiorum vi, tum tempore, tum animo auctoris, tandem quoque addere de casu, (ubi consentiunt iam in id editiones omnes) atque adeo ipsum sic confirmare quid scripserit, non modo quod ibi dicat *ex casu*, sed etiam quod vere interpretetur fortuita et ex casu frequenter intervenientia. Equidem plane non intelligo, quem locum hic obtinere queat τὸ [v.] *ex caussa*, quum caussa tantum non sedeat in eo ipso, quod *ex animo* dicit Cicero. Gron. *Ex casu considerantur*, Sic MSS. O. cum Ed. Omn. nisi quod in Leid. I. sit *et ex casu c.* Oud. *Qui fecit et consideratur* casu B. *Et ex casu cons.* Erf. *L.*

Ex s. vi quaerentur] Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. *ex s. vi quaeruntur.* Oud.

Singularia sint, an vulgaria] Deest verbum Voss. I. Leid. III. in quibus est *an communia.* Oud.

An falsa quadam ex oratione honest.] Liber unus manuscr. habet, *ratione.* Lamb. Haec scriptura plane mihi non satisfacit,

dam ex oratione honestentur. Ex tempore autem: Si
447 tum, cum indigeremus; cum ceteri non possent, aut nollent opitulari; si tum, cum spes deseruisset. Ex animo: Si non sui commodi caussa, sed eo consilio fecit omnia, ut hoc conficere posset. Ex casu: Si non fortuna, sed industria factum videbitur, aut si industriae fortuna obstitisse.

In hominem autem: Quibus rationibus vixerit, quid sumtus in eam rem, aut laboris insumserit; ecquid aliquando tale fecerit, num alieni laboris, aut deorum bonitatis praemium sibi postulet; num aliquando ipse talem ob caussam praemio aliquem adfici negarit oportere; aut num iam satis pro eo, quod fecerit, honos habitus sit; aut num necesse fuerit ei facere id, quod fecerit; aut num huiusmodi sit factum, ut, nisi fecisset, supplicio di-

---

quum et nibili sit (cur enim *quaedam oratio* potius, quam plura, quam omnes omnium, qui consuli favent?) et facinus aliquod honestari possit non tantum ex oratione, sed diversimoda ratione, ut ex opibus et factione et cognatione eius qui fecit, imo etiam conivendo et adulando. Tum scias licet in utraque membrana nostra exstare illud ipsum *ratione*, quod est pulcherrimum et verissimum. GRON. Sch. a m. I. et Ed. Omn. *quanam*. Tum Voss. I. Leid. III. *exornatione*. Sed Leid. I. Sch. a m. II. Ed. Omn. *ex ratione*. Quod unice verum esse, iam docuit Gronovius. OUD. *Quadam ex ratione* TB. Atque ita dedit Ern. *Quadam exornatione* cum Sch. dedit Orellius. Recte, ut mihi videtur. *L.*

Cum spes deseruisset] Adtextum hacteuus, *opitulatus sit*, cuius nullum indicium in Pal. II. aut Grev.; ideoque abieci. GRUT. In omnibus manuscriptis exemplaribus duo haec verba absunt: et recte quidem, ut suspicor. BRUT. *Si tum, cum spes des.* Voss. I. Leid. III. *aut si* etc. Addunt MSS. O. cum Ed. Omnib. *opitulatus sit.* praeter Schol. in quo suprasc. *opitulatis.* Qui glossematis est fons. OUD. *Opitulatus sit* addunt etiam B. et Erf., omittit T. quem secutus omisit Orell. *L.*

Sed eo cons. fecit] Sch. Leid. III. *si eo c. f.* Leid. II. *fecerit.* OUDENDORP.

Ut hoc conf. p.] Voss. I. *ut in hoc c. p.* OUD.

Si industriae f. obstitisse] Abest *si* a Leid. III. *obstitisset* MSS. O. et Ed. Omnib. male. OUD. *Obstitisset* etiam BT. et Erf. *L.*

Quibus r. vixerit] Voss. I. *si quibus r. vix.* OUD.

Ecquid aliquando] Leid. II. *si quid al.* III. *et si quid al.* OUD.

Aut deorum bonitatis] Huius rei esto exemplum Timothei felicitas: cui dormienti pictores fortunam adstantem, urbesque ei in plagas et retia coniicientem faciebant. LAMB.

Num iam satis etc. *honos habitus sit*] Editio Lambini habet appositum orac, fortasse *honoris*, non alterum aeque Latine dicitur, ut pluribus ostendi in libellis Suspicionum. GRUT. Sch. *honor h. s.* OUD. *Honor* etiam B. *L.*

Huiusmodi sit f.] Sic Leid. I. In reliquis *eiusmodi s. f.*, OUD. *Eiusmodi* dedit Orell. Atque ita in TB. et Erf. *L.*

Ut nisi fecisset] Sch. *ut ni fec.* OUD.

gnus esset, non, quia fecerit, praemio; aut num ante tempus praemium petat, et spem incertam certo venditet pretio; aut num, quo supplicium aliquod vitet, eo praemium postulet, uti de se praeiudicium factum esse videatur.

CAP. XXXIX. In praemii autem genere, quid, et quantum, et quam ob rem postuletur, et quo, et quanto quaeque res praemio digna sit, considerabitur. Deinde, apud maiores quibus hominibus, et quibus de caussis talis honos sit habitus, quaeretur. Deinde ne is honos minium 448
pervagetur.

Atque hic eius, qui contra aliquem praemium postulantem dicet, locus erit communis: Praemia virtutis et officii sancta et casta esse oportere; neque ea aut cum improbis communicari, aut in mediocribus pervulgari. Et alter: minus homines virtutis cupidos fore, virtutis praemio pervulgato; quae enim rara, et ardua sint, ea ex praemio pulcra, et iucunda hominibus videri. Et ter-

---

Non quia fecerit, praemio] MSS. tres *nunc q. f. p.* Oud.

Spem incertam c. venditet pretio] Voss. II. *certam.* idem cum Leid. I. *vindicet.* Leid. II. *premio.* Oud. *Vindicet* B. *L.*

Quo supplicium vitet] Leid. II. III. Ed. Omn. *quod s. v.* Oud.

Uti de se praei. f. esse v.] Voss. II. *ita de se* etc. Sch. Voss. I. Leid. III. *ut de se* etc. Abest verbum substantivum a Leid. II. Oudendorpius.

CAP. XXXIX. *Et quo et quanto*] Caveant hic, oro, Basileenses, nec vitium ab sola nupera Leidensi importatum propagare velint omissa secunda copulativa, quam et scripti et editi agnoscunt omnes. Gron.

Quanto q. r. praemio digna] Vox *praemio* non comparet in Voss. I. Leid. III. Oud.

Nimium pervagetur] Nihil equidem muto, neque quicquam varietatis in codicibus manuscr. reperi: sed doctus quidam putat legendum *pervulgetur*, ut infra non longe. Lamb. Lambinus ait esse, qui autument substituendum *pervulgetur*, quod ea voce mox utatur. At ideo mihi minime quid mutandum videtur. Grut.

Cum inprobis communicari] Sic Leid. II. in ceteris *c. i. communicare.* Oud.

Et alter] Deest copula Voss. I. Leid. III. Oud.

Ea ex praemio pulcra etc.] Duo libri manuscripti habent, *ea experiendo:* unus, *ea experienda;* quos non sum secutus. supra autem legendum quidam putant: *Quae enim amara, et ardua sunt.* Lamb. Revocavi *experiundo*, quod erat in Pall. tribus et Grevenb. neque recedebat editio antiqua, nisi quod ea *expediendo,* deinceps publicata, *ea ex praemio pulcra* etc. quam lectionem non sollicitassem, nisi a nostra stetissent etiam Mss. Lambiniani, item Rechlingeranus. Grut. Ergo doctum virum fefellit memoria. Certe etiam in duobus nostris est *experiendo.* Et tamen sequor exemplum Gruteri, quum non impetrem a me, ut mutem, quod sententiae necessitas flagitat. Gron. MSS. O. et Ed. Omn. *experiendo*

tius, si exsistant, qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt, nonne de sua gloria, cum pari praemio tales homines adfici videant, deliberari putent? et eorum enumeratio, et cum eis, quos contra dicat, comparatio. Eius autem, qui praemium petet, facti sui amplificatio, et eorum, qui praemio adfecti sunt, cum suis factis contentio.

Deinde ceteros a virtutis studio repulsum iri, si ipse
449 praemio non sit adfectus. Facultates autem considerantur, cum aliquod pecuniarium praemium postulatur: in quo utrum copiane sit agri, vectigalium, pecuniae, an penuria, consideratur. Loci communes: Facultates augere, non minuere oportere, et: Impudentem esse, qui pro bene-

---

p. Oud. *Experiendo* BT. Erf. Oxonn. septem. Recte ita dedit Orellius. Paullo post *dignati sunt*, pro quo unus Oxonn. *donati sunt*, immerito suspectum fuit Ernestio. *L.*

Delibrari putent?] Cum reperissem in quatuor libris manuscript. et nonnullis vulgatis, *deliberari*, ego *delibrari* reposui. *Delibrari* autem interpretor, detrahi, deminui, deteri: ut apud Lucret. lib. 3. *nec delibrare valemus Tempore de mortis*, etc. item saepe. de quo leges plura in scholiis nostris Lucretianis. Lamb. Lambinus emendat *delibrari*. Mihi videbatur ferri posse vulgata. Si vellemus in dubium vocari, an operae pretium fecerint, alioquin veniebat sub stilum, *delibari*. Videatur et huius libri cap. penultimum. Grut. Par haesitatio iam apud atavos; quum in MS. uno legatur *deliberari*, supernotatum video *derogari:* et in margine *deliberari* l. *delibrari* l. *subtrahi de sua gloria*. Sed in altero liquide *delibari*. Gron. Aldus, quem secuti sumus, *deliberari* iam pridem edidit. Lamb. *delibrari*, quam lectionem et ratione et auctoritate tuetur. Brut. Voss. I. Leid. III. *derogari*, quae interpretatio est verbi *delibari*. Vide ad c. 58. *de honestate delibatum:* ubi in aliis *deliberatum*, et mox *de honestate derogetur*. Oud. *Deliberari* BT. Erf. *Delibari* Sch. Orell. *L.*

Eorum enumeratio] Sch. a m. I. *eor. dinumeratio*. Oud.

Quos contra dicat] Voss. I. Leid. I. III. suprasc. in Sch. Ed. Omn. *q. c. dicant*. Sch. a m. I. *dicas*. Oud. *Quos contradicas* BT. Erf. *L.*

Qui praemio adfecti s.] Sch. *qui eodem pr. adf. s.* Oud.

Aliquod pecuniarium praemium p.] MSS. O. a m. I. *pecuniarum*. Margo Sch. *aliter aliquid pecuniarum in praemio p.* Leid. I. II. *in praemium*. Leid. III. simpliciter *aliquid pecuniarum p.* Ed. Omn. *aliquod pecuniarum in praemium p.* Oud. *Pecuniarum praemium* Ern. Sch. Orell. *Praemium pecuniarium* B. *L.*

Utrum copiane sit agri etc. *an penuria*] Voss. I. Leid. III. *utrumne copia s. agri* etc. Sch. *utrum copia sit agri* etc. Vere. Vide ad L. I. c. 31. pessime Voss. II. *aut pen.* Oud. *Utrum copia sit* Orell. e cod. T. *Utrum copiane sit* B. et Erf. *Utrumne copia sit* dedit Lamb. *L.*

Non minuere] Voss. I. *et non min.* Oud.

Impudentem esse] Sch. a m. I. Voss. Ed. Omn. *imprudentem esse.* Oud.

ficio non gratiam, verum mercedem postulet: contra autem de pecunia ratiocinari, sordidum esse, cum de gratia referenda deliberetur: et se non pretium pro facto, sed honorem, ita ut factitatum sit, pro beneficio postulare. Ac de constitutionibus quidem satis dictum est: nunc de iis controversiis, quae in scripto versantur, dicendum videtur.

CAP. XL. In scripto versatur controversia, cum ex scriptionis ratione aliquid dubii nascitur. Id fit ex ambiguo, ex scripto et sententia, ex contrariis legibus, ex ratiocinatione, ex definitione. Ex ambiguo autem nascitur controversia, cum, quid senserit scriptor, obscurum est, quod scriptum duas pluresve res significat, ad hunc modum: Paterfamilias, cum filium heredem faceret, vasorum argenteorum centum pondo uxori suae sic legavit: HERES MEUS UXORI MEAE VASORUM ARGENTEORUM PONDO CENTUM, QUAE VOLET, DATO. Post mortem eius vasa magnifica, et pretiose caelata petit a filio mater. Ille se, quae ipse vellet, debere dicit. Primum, si fieri poterit, demonstrandum est, non esse ambigue scriptum, propterea quod omnes in consuetudine sermonis sic uti solent eo verbo uno, pluribusve in ea sententia, in qua is, qui dicet, accipiendum esse demonstrabit.

De gratia referenda] Voss. II. *de gr. referunda.* Oud.

Non pretium pro facto] Sic Leid. II. Sed MSS ceteri cum Ed. Omn. dant *pretium non pro facto.* Oud.

Ita ut factitatum sit] Deest *ut* Voss. I. in quo *sit factit.* Leid. I. *uti.* Sch. a m. 1. *ita ut facti tantum sit.* Latet ulcus in his explicatu difficillimis verbis, quae si abessent, non desiderares. Oud. Sine caussa haec: *ita ut factitatum sit* suspecta visa sunt Ern. delevit Sch. *Uti* dedit Orell. Recte locum defendit idem. *L.*

Satis dictum est] Voss. I. *s. d. sit.* Oud.

CAP. XL. *In scripto versatur*] Voss. I. Leid. III. *in scripto autem v.* Oud.

Ex scripto et sententia] Voss. I. *et scr. et sent.* Sch. *ex scr. ex sent.* Dein *et defin.* Voss. I. Oud.

Petit a filio] Sch. *p. e filio.* Oud. Paullo ante scripserat Sch. *vasa pretiosa et magnifice caelata* ex lib. ad Her. I, 12. *L.*

Propterea quod etc. *solent*] Leid. III. *p. quia* etc. *soleant.* Oud. Paullo ante *quae ipse velit* pro vulgato *q. i. vellet* falso scribi volebat Ern. scripsit Sch. refutati ab Orellio. *L.*

In ea sententia, in qua] Legendum putaverim, *in eam sententiam, in quam.* Lamb. in membranis vetustissimis legas *u. v. in eam sententiam, in quam is, qui d. accipiendum,* elegantissime mehercules; de cuius lectionis, per Lambinum e coniectura propositae, veritate dubitare quempiam Latine scientem, fas non sit. dicit Voss. I. II. Leid. III. Oud. *In ea sententia quam — accipiendam* Erf. *In eam sententiam, in quam is — accipiendum* BT. Atque ita dederunt Sch. et Orell. *L.*

Deinde ex superiore, et ex inferiore scriptura docendum, id, quod quaeratur, fieri perspicuum. Quare si ipsa separatim ex se verba considerentur, omnia, aut ple-
450 raque, ambigua visum iri. Quae autem ex omni considerata scriptura perspicua fiant, haec ambigua non oportere existimari. Deinde qua in sententia scriptor fuerit, ex ceteris eius scriptis, factis, dictis, animo, atque vita eius sumi oportebit, et eam ipsam scripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quaeritur, totam omnibus ex partibus pertentare, si quid, aut ad id adpositum sit, quod nos interpretemur, aut ei, quod adversarius intelligat, adversetur. Nam facile, quid verisimile sit eum voluisse, qui scripsit, ex omni scriptura, et ex persona scriptoris, atque iis rebus, quae personis adtributae sunt, considerabitur

Deinde erit demonstrandum, si quid ex ipsa re dabitur facultatis, id, quod adversarius intelligat, multo minus commode fieri posse, quam id, quod nos accipimus, quod illius rei neque administratio, neque exitus ullus exstet: nos quod dicamus, facile et commode transigi posse Ut in hac lege (nihil enim prohibet fictam exempli loco ponere, quo facilius res intelligatur) MERETRIX CORONAM AUREAM NE HABETO. SI HABUERIT, PUBLICA ESTO, contra eum, qui meretricem publicari dicat ex lege oportere, posset dici, neque administrationem esse ullam publicae meretricis, neque

---

Ex sup. et ex inferiore] Deest secundo loco praepositio MSS. O. (si Vossianum II. excipias) et Ed. Omn. OUD.

Fieri perspicuum] Exsulat verbum a Voss. I. Leid. III. OUD.

Scriptis, factis, dictis] Sch. *scr. et factis, dictis.* Voss. I. Leid. III. *scr. ex fact. dict.* Voss. II. *scr. et ex fact. dict.* Ed. Omn. *scr. dictis et factis.* OUD.

In qua inerit] Leid. I. *in q. inerat.* II. *in qua erit.* Sed adi ad L. I. c. 2. *in animis inesset.* OUD.

Pertentare] Voss. I. Leid. III. *tentare.* OUD.

Atque iis rebus] Voss. I. *et his r.* Leid. III. *et ex his r.* OUD.

Multo minus commodo] Ultima vox non agnoscitur a Sch. nisi a m. II. inter versus. OUD. Paullo post *accipiamus* pro vulg. *accipimus* scripsit Sch. *accepimus* Erf. et Oxonn. unus. Vulgatam tenuit Orell. *L.*

Illius rei etc. *exstet*] Leid. II. *eius r.* etc. *existet.* OUD.

Fictam exempli loco p.] Voss. I. Leid. III. Victor. p. 221. *fictam legem* etc. e glossa, uti adparet e Sch. OUD. *Fictam legem* B. *Fictum* T. *L.*

C. auream ne habeto] Voss. I. Leid. II. III. Ed. Omn. *c. a. non habeto.* OUD. Glossa: *pro non habeat* in Erf. Deinde *possit dici* scripsit Sch. pro vulgato *posset.* Male. *Posse dici* B. *L.*

Esse ullam pub. meretr.] Voss. II. *fuisse u. p. m.* OUD.

exitum legis in meretrice publicanda. At in auro publicando et administrationem et exitum facilem esse, et incommodi nihil inesse.

CAP. XLI. Ac diligenter illud quoque adtendere oportebit, num, illo probato, quod adversarius intelligat, utilior res, aut honestior, aut magis necessaria, a scriptore neglecta videatur. Id fiet, si id, quod nos demonstrabi- 451
mus, honestum, aut utile, aut necessarium demonstrabimus: et, si id, quod ab adversariis dicetur, minime eiusmodi dicemus esse. Deinde si in lege erit ex ambiguo controversia, dare operam oportebit, ut de eo, quod adversarius intelligat, alia in lege cautum esse doceatur.

Permultum autem proficiet illud demonstrare, quemadmodum scripsisset, si id, quod adversarius accipiat, fieri aut intelligi voluisset: ut in hac caussa, in qua de vasis argenteis quaeritur, possit mulier dicere, nihil adtinuisse adscribi, quae volet, si heredis voluntati permitteret. Eo enim non adscripto nihil inesse dubitationis, quin heres, quae ipse vellet, daret. Amentiae igitur fuisse, cum heredi vellet cavere, id adscribere, quo non adscripto, nihilominus heredi caveretur.

Quare hoc genere magnopere talibus in caussis uti oportebit: si hoc modo scripsisset, isto verbo usus non

---

Et exitum legis] Vocem, *legis*, reposui ex codice mannscr. confirmatur autem haec scriptura superiore simili loco: *neque exitum legis in meretrice publicanda.* LAMB.

Inc. nihil inesse] Sch. Leid. III. *inc. n. esse.* OUD.

CAP. XLI. *Illud quoque*] Ed. Omn. *hic quoque.* OUD.

Advers. intelligat] Sch. *adv. intelligit.* OUD.

Ab scriptore negl] Sic exhibent MSS. O. vulgo *a scr.* OUD.

Necessarium demonstrabimus] Leid. II. *nec. demonstrabitur.* OUD. *Demonstrabitur* Oxonn. unus. Supra *quod nos demonstrabimus* orationis variandae caussa Lamb. *q. n. dicimus*, Sch. *q. n. dicemus*, citra codicum auctoritatem. *L.*

Eiusmodi dicemus] In eodem *huiusm. dicamus.* OUD. *Esse dicemus*, B. T. *L.*

Cautum e. doceatur] Voss. I. *c. e. videatur.* OUD.

Permultum autem prof.] Leid. III. *et permultum hic pr.* deest *autem* ab Ed. Omn. OUD.

Nihil inesse dubit.] Sch. Voss. I. II. *n. esse d.* OUD. *Esse* Erf. *L.*

Amentiae igitur fuisse] Legendum videtur, *Amentiam igitur*, seu, si quis malit, *Amentis igitur fuisse.* LAMB. *Amentiae igitur fuisse.* Sch. Voss. II. Ed. Omn. *amentiam igitur f.* Vere, quod iam ex ingenio coniecit Lambinus. Sic c. 45. *Nunc cum scriptum sit, amentiam esse* etc. OUD. *Amentiae* Erf. B. *Amentia* T. *L.*

Quare hoc genere] Sch. *q. h. in genere.* OUD.

esset, non isto loco verbum istud collocasset. Nam ex his sententia scriptoris maxime perspicitur. Deinde quo tempore scriptum sit, quaerendum est, ut, quid eum voluisse in eiusmodi tempore verisimile sit, intelligatur. Post ex deliberationis partibus, quid utilius, et quid honestius, et illi ad scribendum, et his ad comprobandum sit, demonstrandum: et ex his, si quid amplificationis dabitur, communibus utrumque locis uti oportebit.

CAP. XLII. Ex scripto et sententia controversia consistit, cum alter verbis ipsis, quae scripta sunt, utitur: alter ad id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adiungit dictionem.

Scriptoris autem sententia ab eo, qui sententia se de-
452 fendet, tum semper ad idem spectare, et idem velle demonstrabitur: tum aut ex facto, aut ex eventu aliquo ad tempus id, quod instituit, adcommodabitur. Semper ad idem spectare, hoc modo: Paterfamilias cum liberorum nihil haberet, uxorem autem haberet, in testamento ita scripsit: Si mihi filius genitus unus, plu-

---

Non isto loco verbum istud] Voss. I. Leid. III. *n. i. l. v. illud.* Oudendorp.

Et quid honestius] Deest copula Leid. II. Victor. p. 221. Oud.

Si quid amplificationis] *Partibus* addit Leid. II. Oud.

Utrumque locis uti op.] Sch. *utrimque.*, Voss. I. Leid. III. *utrique.* Leid. II. *utrisque.* Ed. Omn. *utroque.* Sed Leid. I. habet, quod unice verum credo, *utrosque*, sive, ut explicat Victorius, *utramque partem.* Passim in plurali ea voce usi sunt Cicero, ceterique optimae latinitatis scriptores. Oud. *Utrinque* recte scripsit Orellius. *Utrisque* B. et Oxonn. unus. *Utrosque* dedit Sch. Sed *utrinque* praestantissimus ille Turicensis liber, quem recte sequitur Orell. Li

CAP. XLII. *Controversia consistit*] Voss. I. *c. constat.* Leid. III. *c. nascitur.* Oud.

Adiungit dictionem] MSS. tres Ed. Omn. *adiunget d.* Oud.

Tum aut ex facto] Deest *aut* Sch. Voss. II. Oud.

Quod instituit, adcommodabitur] Voss. I. II. Leid. I. a m. I. item III. *instituitur.* Ed. Omn. *instituerit*, non male. *Accommodatur* Sch. Voss. I. Leid. I. Oud.

Liberorum nihil haberet] Sch. a m. I. *liberos filios hab. nil.* Voss. I. *habuisset.* Oud.

Si mihi filius genitur unus] Cum in tribus libris manuscriptis ita scriptum reperissem, *genitus unus*, neque in ullo verbum *fuerit*, legatur: ego sic reponendum conieci, *filius genitur unus*, etc. ex qua vera et recta scriptura non intellecta alii fecerunt, *genitus fuerit*, alii *gignitur. Geno* autem dixisse veteres pro *gigno*, et veteres grammatici docent, et nos admonuimus in commentariis nostris Lucretianis: atque eo verbo non semel Lucretius utitur, ut quidem nos edidimus. Lamb. Ita Pall. et Lambiniani. Nam editio prima: *Si mihi genitus sit filius unus.* Sequentes: *Si mihi fil. ge-*

RESVE, IS MIHI HERES ESTO. Deinde, quae adsolent. Postea: SI FILIUS ANTE MORITUR, QUAM IN TUTELAM SUAM VENERIT, TU MIHI, dicebat, SECUNDUS HERES ESTO. Filius non est natus; ambigunt agnati cum eo, qui est heres, si filius ante, quam in suam tutelam veniat, mortuus sit.

In hoc genere non potest hoc dici, ad tempus, aut ad eventum aliquem sententiam scriptoris oportere adcommodari; propterea quod ea sola demonstratur, qua fretus ille, qui contra scriptum dicit, suam esse hereditatem defendit. Alterum autem genus est eorum, qui sententiam inducunt, in quo non simplex voluntas scriptoris ostenditur, quae in omne tempus, et in omne factum idem valeat: sed ex quodam facto, aut eventu ad tempus interpretanda dicitur. Ea partibus iuridicialis adsumtivae maxime sustinetur. Nam tum inducitur comparatio, ut in

---

nitus fuerit unus. Lambinus finxit, *filius genitur unus;* non necessario. Grut. In manuscr. verbum *fuerit* abest, ut recte Lambinus, ultima modo commutata littera *genitur* emendarit. Brut. Sch. Ed. Omn. *gen. sit u.* Supr. in Sch. *gignitur.* Voss. I. Leid. III. *gen. fuerit u.* Oud. *Gignitur* TB. Erf. Oxonn. quattuor. *Genitus* male Ern. Sch. Recte Orellius cum Lambino *genitur.* Cf. de Orat. II, 32. *L.*

Quae adsolent] Sch. Leid. I. *quae solent.* Oud.

Tu mihi, dicebat, secundus heres esto] Duo Gryph. antiquissimi: *tu mihi, dicet, secund. her. esto.* Lamb. temere sublatam litteram *m* ex adverbio *tum* ob priorem similem vocis insequentis *mihi*, ex verbo, *dicet*, corrupto pronomen, *ille*, efficit; quomodo esse legendum ratio postulat. Brut. Sch. a m. I. *tum mihi, dicet, heres e.* In Vossianis quoque *tum.* Oud. *Dicet* T. Nec *dicet* nec *dicebat* est in B. et Oxonn. uno, qui ita exhibent: *tu mihi secundus esto.* Lambinus coni. *tum mihi ille secundus heres esto,* quod probat Orellius. *L.*

In hoc genere] Leid. II. *hoc in gen.* Oud. Statim ante pro vulgato *veniat, mortuus sit*, Sch. e coni. *veniret*, male. Recte Orell. *venerit*, e Victorino et quattuor Oxonn. *Venisset* B. *L.*

Ad temp. aut ad eventum] Sic Leid. II. In ceteris MSS. *et ad ev.* Oud.

Sola demonstratur]. Sch. Voss. II. Ed. Omn. *sola esse dem.* Oudendorpius.

Dicit etc. *defendit*] Leid. III. *dicet,* etc. *defendet.* Ed. Omn. *dicet*, etc. *defendit.* Oud.

Alterum autem genus est eorum] Sch. *aliud a. g. est eor.* Supr. *illud.* Ed. Omn. *illud a. g. eorum.* Oud. Deinde rectius distinguunt Sch. Orell. *inducunt, in quo.* *L.*

Ea partibus] Ed. Omn. *Ea ex partibus.* Oud.

Ut in eum] Leid. I. Voss. II. atque a m. II. Sch. *ut in eo.* Sic scripsit Orellius ex uno Oxonn. In. *L.* Vulgatum *ut in eum* tenent BT. Exhibet tamen *ut in eum* etiam Erf. Atque ita etiam

eum, qui, cum lex aperiri portas noctu vetaret, aperuit quodam in bello, et auxilia quaedam in oppidum recepit,
453 ne ab hostibus opprimerentur, si foris essent, quod prope muros hostes castra haberent.

Tum relatio criminis, ut in eo, qui, cum communis lex omnium hominem occidere vetaret, tribunum militum suum, qui vim sibi inferre conaretur, occidit. Tum remotio criminis, ut in eo, qui, cum lex, quibus diebus in legationem proficisceretur, praestituerat, quia sumtum

---

paullo post: *Tum relatio criminis, ut in eo, qui;* ubi *in eo* pariter a verbo *inducitur* pendet, quod recte notavit Orell. *L.*

Auxilia quaedam] Sch. Voss. I. Leid. III. *auxilio quosdam.* Oudendorp.

Hostes castra haberent] Primam vocem non agnoscit Sch. Oud.

Ut in eo qui etc. *tribunum militum suum* etc.] Sic est legendum, et ita habent duo libri manuscripti, et nonnulli vulgati; nisi quis malit reponi, *tribunum militarem suum*, ut est apud Marc. Tullium orat. pro Milone, ubi commemoratur hoc factum his verbis: *Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit: atque hunc ille vir summus scelere solutum periculo liberavit.* Eandem rem narrat Plutarchus in Mario, et ei militi nomen fuisse ait Trebonio: tribuno autem, Caio Clodio. Lamb. Mss. et olim vulgati: *eo milite qui*, ut putem rescribendum: *ut in eo milite qui* etc. *tribunum suum* etc. Grut. Sch. Voss. I. Leid. II. III. Ed. Omn. *ut in eo milite.* Tum *tribunus* Voss. I. II. Leid. I. III. Ed. Omn. *militem.* MSS. quinque et m. II. Sch. cum Ed. Omn. Quare cum Grutero malim *ut in eo milite, qui* etc. *tribunum suum* etc. *occidit.* Oud. *In eo milite, qui* dedit Orell. Atque ita etiam Cod. T. Omittunt v. *milite* B. et Erf. Tum *tribunum militem* T. et Erf., unde Orellius Lambini suspicionem amplectitur, *tribunum militarem* scribentis. Sch. eiecit vulgatum *militum.* *L.*

Communis lex omnium] Deest ultima vox Leid. III. eamque abesse lubens sinam, nisi velis *omnino.* Oud. *Lex hominem omnium,* unde intelligitur, glossema esse *omnium*, quod recte eiecit Sch. priori editione. Tum pro v. *vetaret* Lamb. *vetet;* sed vulgatam defendit Orell. *Vetaret* est *vetare diceret accusator tum*, quum res in iudicio ageretur. *L.*

Vim sibi inferri conaretur] Sch. Voss. I. Leid. II. III. *v. s. adferre c.* Verissime, sicuti in eodem exemplo, ea locutione *vim adferre* usus est auctor pro Milone c. 4: *Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris* etc. *interfectus ab eo est, cui vim adferebat.* Atque in re stupri amarunt optimi *vim adferre* prae vulgariore *inferre*, in quod saepe mutarunt librarii: ut L. I. ad Her. c. 9. *vim in loca adtulit;* sicut et pro *adferre manum* vel *manus* pluries [saepius] *inferre* reposuerunt. Vide Comm. ad Hist. de B. Afric. c. 93. ad Liv. L. XLII. c. 29. *conabatur* Leid. III. Oud. *Afferre* cum cod. T. scripsit Orell., scripserant ante iam Ern. Sch. *Afferre* Erf., *inferre* B. Tum *conaretur* Erf. B. *L.*

quaestor non dedit, profectus non est. Tum concessio per purgationem, et per imprudentiam, ut in vituli immolatione: et per vim, ut in navi rostrata: et per casum, ut in Eurotae fluminis magnitudine. Quare aut ita sententia inducetur, ut unum quiddam voluisse scriptor demonstretur: aut sic, ut in eiusmodi re, et tempore hoc voluisse doceatur.

CAP. XLIII. Ergo is, qui scriptum defendit, his locis plerumque omnibus, maiore autem parte semper poterit uti: Primum scriptoris collaudatione, et loco communi, nihil eos, qui iudicent, nisi id, quod scriptum sit, spectare oportere: et hoc eo magis, si legitimum scriptum proferetur, id est, aut lex ipsa, aut ex lege aliquid. Postea quod vehementissimum est, facti, aut intentionis adversa-
riorum cum ipso scripto contentione, quid scriptum sit, 454
quid factum, quid iuratus iudex: quem locum multis modis variare oportebit. Tum ipsum secum admirantem, quidnam contra dici possit: tum ad iudicis officium revertentem, et ab eo quaerentem, quid praeterea audire, aut exspectare debeat: tum ipsum adversarium, quasi inten-

---

Et per imprudentiam] Addit *factum* suprasc. *facta* Sch. *facti.* Ed. Omn. Oud.

In Eurotae fluminis magn.] Vox *fluminis* deest Sch. sed a m. II. inter versus adscriptum *s. fluminis.* Satis hic intelligitur *Eurotas* esse flumen ex c. 31. Oud. *Fluminis* omittunt T. Oxonn. tres. Delevit Sch., uncis inclusit Orell. Exhibent B. et Erf. *L.*

Unum quiddam] Sed. Ed. Omn. *unum quoddam.* Oud. Utrumque dicitur, utrumque dici potest. Si *unum quiddam*, *unum* pro adiectivo est; sin *unum quoddam*, *unum* pro substantivo est. *L.*

Re et tempore] Leid. III. *re aut t.* Oud.

CAP. XLIII. *Scriptum defendit*] Sch. Voss. I. Leid. II. Victori. p. 222. Ed. Omn. *sc. defendet.* Oud.

His locis] Sch. *et his l.* Oud.

Maiorem autem partem] Sic est legendum, et ita loquebantur boni scriptores. Marc. Tull. Orat. perf.: *Magnam partem iambis nostra constat oratio.* Item C. Caesar, lib. 4. de bell. Gall.: *magnam partem lacte atque pecore vivunt.* Et idem Lucretius lib. 3. *Non minimam partem mortis formidine aluntur.* Idem 6. *Inde bonam partem in lectum maerore dabantur.* sic enim edendum curavimus, ubi vulgo legebatur: *Inde bona ex parte*, etc. Lamb. *Maiore autem parte.* Sch. *mai. tum p.* Oud. *Maiorem autem partem* coniecit Lamb. scripsit Sch. probavit Orellius. Codices non addicunt. *L.*

Nisi id quod scriptum sit] Sch. a m. I. *ni.* Tum *est* in eodem, Voss. I. Leid. III. Oud.

Variare oportebit. Tum] Rectius distingunt Lamb. Sch. Orell. *variare oportebit, tum.* *L.*

Quasi intentantis loco producendo] Duabus his vocibus deletis, *intentantis loco*, seu, ut habent quidam alii libri, *intendentis*

tantis loco, producendo, hoc est, interrogando, utrum scriptum neget esse eo modo, an ab se contra factum esse, aut contra contendi neget: utrum negare ausus sit, se dicere desiturum.

Si neutrum neget, et contra tamen dicat: nihil esse, quo hominem impudentiorem quisquam se visurum arbitretur: in hoc ita commorari conveniet, quasi nihil praeterea dicendum sit, et quasi contra dici nihil possit, saepe id, quod scriptum est, recitando; saepe cum scripto factum adversarii confligendo; atque interdum acriter ad iudicem ipsum revertendo. Quo in loco iudici demonstrandum est, quid iuratus sit, quid sequi debeat, duabus de caussis iudicem dubitare oportere, si aut scriptum sit obscure, aut neget aliquid adversarius:

CAP. XLIV. Cum et scriptum aperte sit, et adver-
455 sarius omnia confiteatur, tum iudicem legi parere, non

---

loco, sic legendum puto: *quasi producendo.* LAMB. Sch. a m. I. *intendentis l.* OUD. Turbant Codd. *minitantis*, *tentantis*, *intestis loco.* Atque ita Oxonn. *Intentantis*, ut vulgo BT. Erf. *Intentantis locum* Altorf. unde Schuetzius efformavit: *in intentionis locum.* Vulgatam recte defendit Orell.: *scilicet quasi eius, qui actionem intendat seu intentet, loco assumpto.* L.

Producendo h. e. interrogando] Sch. Voss. II. Leid. II. *producendum h. e. interrogandum.* OUD.

Aut contra contendi neget] Hoc totum quis non videt esse vel corruptum, vel foris inculcatum et supervacaneum? Nam quod quidam reposuerunt, *aut contra contendi posse neget:* primum hoc, *posse*, addiderunt de suo: deinde sententiam expresserunt ab hoc loco alienam, atque adeo huic loco plane contrariam. Ita enim esset potius legendum, *aut contra contendi posse putet:* vel sic potius, *aut contra dici posse contendat.* Quare haec omnino vel delenda esse censeo, vel sic, ut paullo ante admonui, emendanda: nisi ita explicemus, an neget contra scriptum, a se factum, aut pugnari contra scriptum, cum factum suum, quod cum scripto pugnat, defendat. LAMB. *Contra contendi neget.* Leid. I. Voss. II. et Sch. a m. II. *c. c. posse neget.* OUD.

Nihil esse, quod hominem] Sic restitui, ratione fretus. Sic enim loquuntur Latini, *nihil est, quod:* non, *nihil est, quo.* Sic idem infra: *nam cum simplex erit necessitudo, nihil erit, quod multa dicamus.* LAMB. *Nihil esse, quod* scripsit Orellius iubente Lambino. At codd. omnes *nihil esse quo*, excepto uno Erfurtensi, qui Lambini coniecturam confirmat. *Nihil esse contradicat quo* B. L.

Hominem impudentiorem] Sch. *hom. imprud.* Voss. I. *hom. inprudentem.* OUD.

Confligendo] Leid. II. Ed. Omn. *comparando* e glossa. OUD.

CAP. XLIV. *Cum et scriptum ap. sit*] Leid. III. *cum autem et sc.* etc. OUD.

Iudicem legi parere] Sch. *index l. p.* suprascr. *iudices*, ut est in Voss. I. II. Leid. I. III. OUD.

interpretari legem oportere. Hoc loco confirmato, tum diluere ea, quae contra dici poterant, oportebit. Contra autem dicetur, si aut prorsus aliud sensisse scriptor, et scripsisse aliud demonstrabitur: ut in illa de testamento, quam posuimus, controversia, aut caussa adsumtiva inferetur, quam ob rem scripto non potuerit, aut non oportuerit obtemperari.

Si aliud sensisse scriptor, aliud scripsisse dicetur, is, qui scripto utetur, hoc dicet, non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui, ne id facere possemus, iudicium nobis reliquerit suae voluntatis: multa incommoda consequi, si instituatur, ut a scripto recedatur. Nam et eos, qui aliquid scribant, non existimaturos, id, quod scripserint, ratum futurum: et eos, qui iudicent, certum, quod sequantur, nihil habituros, si semel a scripto recedere consueverint. Quodsi voluntas scriptoris conservanda sit, se, non adversarios, a voluntate eius stare. Nam multo propius accedere ad scriptoris voluntatem eum, qui ex ipsius eam literis interpretetur, quam illum, qui sententiam scriptoris non ex ipsius scripto spectet, quod ille suae voluntatis quasi imaginem reliquerit, sed domesticis suspicionibus perscrutetur.

Sin caussam adferet is, qui a sententia stabit, primum erit contra dicendum: quam absurdum, non negare con-

---

Tum diluere ea] *Deluere* duo Gryph. vetust. libri. Paulo post in iisdem *controversa esse omnia* legitur. Brut.

Contra dici poterant] Sch. *c. d. potuerunt.* Vossiani, Leid. II. III. *c. d. poterunt.* Oud. *Poterunt* BT. Erf. atque ita scripserunt Sch. Orell. *L.*

Non op. obtemperari] Leid. III. *n. o. obtemperare.* Oud.

Aliud scripsisse dicetur] Voss. I. *aut s. d.* Sch. Voss. I. II. *dicatur.* Oud.

Hoc dicet] Deest pronomen Leid. III. Oud.

Iudicium nobis reliquerit suae voluntatis] Pal. II. III. Greveub. *indicium.* Haereo in eligendo. Grut. Sch. Leid. I. Voss. II. cum aliis *indicium.* Quod mihi omnino praeferendum videtur. Scripto enim indicat eius auctor voluntatem suam sive relinquit suae voluntatis *imaginem,* ut infra se explicat Cicero. Et quid, quaeso, est *iudicium voluntatis?* Leid. III. *reliquit.* Oud. *Indicium* scripserunt Ern. Sch. Orellius. Rectissime. Atque ita T. Erf. *L.*

A scripto recedatur] Leid. I. Voss. II. *ab sc. r.* Oud.

Ratum futurum] Prave *rarum* typothetarum errore editur. Oud.

Certum quod sequantur] Ita Sch. a m. I. In reliquis *quid.* Oudendorp.

A scripto recedere] Sch. Leid. I. Voss. II. *ab scr. r.* Oud.

Conservanda sit] Liber unus manuscr. habet, *observanda sit.* Lamb. *Conservanda sit*] Leid. III. *cons. est.* Oud.

Quam absurdum] Voss. I. Leid. III. *quam esse abs.* Leid. II.

tra legem fecisse, sed quare fecerit, caussam aliquam invenire. Deinde conversa omnia esse: ante solitos esse accusatores iudicibus persuadere, adfinem esse alicuius cul-
456 pae eum, qui accusaretur: caussam proferre, quae eum ad peccandum impulisset: nunc ipsum reum caussam adferre, quare deliquerit. Deinde hanc inducere partitionem, cuius in singulas partes multae convenient argumentationes.

Primum nulla in lege ullam caussam contra scriptum accipi convenire. Deinde si in ceteris legibus conveniat, hanc esse huiusmodi legem, ut in ea non oporteat. Postremo si in hac quoque lege oporteat, hanc quidem caussam accipi minime oportere.

CAP. XLV. Prima pars his fere locis confirmabitur, scriptori neque ingenium, neque operam, neque ullam facultatem defuisse, quo minus posset aperte perscribere id, quod cogitaret: non fuisse ei grave, nec difficile, eam caussam excipere, quam adversarii proferant, si quidquam excipiendum putasset: consuesse eos, qui leges scribant, exceptionibus uti.

Deinde oportet recitare leges cum exceptionibus scriptas, et maxime videre, si qua in ea ipsa lege, qua de

---

q. abs. sit. Oud. *Quam absurdam sit* B. *quam absurdum* omisso *sit* T. Erf. atque ita scripsit Orell. *Absurdum esse* omisso *quam* Lamb. *L.*

Ipsum reum caussam adferre] Leid. II. *eum ipsum.* Sch. Voss. I. Leid. III. *c. inferre*, elegantissima variatione praecedentium *adferre* et *proferre*. Consule quos laudavi viros doctos ad Caes. L. I. B. G. c. 39. *Quorum alius, alia caussa illata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse dicerent, petebant.* Ut ibi legendum firmat quoque Ed. Veneta anni 1471. Supra hoc cap.: *aut causa adsumtiva inferatur.* Oud. *Inferre* scripserunt Sch. et Orell. *Afferre* TB. Erf. *L.*

In singulas partes] Sch. Ed. Omn. *in singulis partibus.* Oud.

Convenient argumentationes] Sch. Voss. I. Ed. Omn. *conveniunt.* Sch. Voss. I. Leid. III. *orationes.* Oud.

Huiusmodi legem] Sch. Voss. II. Leid. III. *eiusmodi l.* Oud. *Eiusmodi* Erf. Atque ita Lamb. *L.*

In hac quoque lege] Deest penultima vox Sch. a m. I. Oud.

Accipi minime oport.] Verbum *accipi* exsulat a Leid. II. Oud.

CAP. XLV. *His fere locis*] Leid. II. *his omnibus f. l.* Oud.

Perscribere id] Voss. II. *describere id.* Oud.

Eam c. excipere] Voss. I. *e. c. recipere.* Oud.

Si quidq. excipiendum] Voss. I. *si q. accipiendum.* Oud.

Consuesse eos, qui leges scribant] Sch. Leid. I. *consuevisse* etc. Voss. I. *consuescere e. q. legem scr.* Oud. *Consuesse* dedit Orell. *Consuevisse* exhibet B. *Consuesse* Erf. *L.*

Videre, si qua in ea ipsa lege, qua de agitur] Leid. II. *videre haec.* Sch. a m. I. *vid. quae.* Abest *ipsa* a Voss. I. *de qua*

agitur, sit exceptio aliquo in capite, aut apud eumdem legis scriptorem, quo magis eum probetur fuisse excepturum, si quid excipiendum putaret: et ostendere, caussam accipere, nihil aliud esse, nisi legem tollere: ideo quod, cum semel caussa consideretur, nihil attineat eam ex lege considerare, quippe quae in lege scripta non sit. Quod si sit institutum, omnibus caussam dari et potestatem peccandi, cum intellexerint, vos ex ingenio eius, qui contra legem fecerit, non ex lege, in quam iurati sitis, rem iudicare. Deinde et ipsis iudicibus iudicandi, et ceteris civibus vivendi rationes perturbatum iri, si semel a legibus recessum sit.

Nam et iudices neque quid sequantur, habituros, si ab eo, quod scriptum sit, recedant: neque, quo pacto 457 aliis improbare possint, quod contra legem iudicarint: et ceteros cives, quid agant, ignoraturos, si ex suo quisque consilio, et ex ea ratione, quae in mentem, aut in libidinem venerit, non ex communi praescripto civitatis unamquamque rem administrabit. Postea quaerere a iudicibus ipsis, quare in alienis detineantur negotiis: cur reipublicae

ag. MSS. quattuor. *agatur* Leid. I. II. Oud. *De qua agatur* T. *qua de agatur* B. Erf. *qua de agitur* scripserunt Ern. Sch. Orellius. *L.*

Caussam accipere] Voss. I. Leid. III. et Var. Lect. Sch. c. *excipere.* Oud.

In lege scripta non sit] Voss. I. caret τοῖς [vv.] *in lege.* Oud.

In quam iurati sitis] Leid. III. Ed. Omn. *in qua.* Voss. I. Leid. III. *i. estis.* Oud.

Vivendi rationes] Voss. II. *vivundi r.* Oud.

A legibus recessum sit] Sch. Voss. I. II. Leid. III. *ab leg. r. s.* Oud. Statim post *neque quod sequantur* dedit Lambinus, adversus Latini sermonis consuetudinem et contra omnes libros MSS. Cf. iubet Orellius Beierum ad Cic. Off. T. II, pag. 18. *L.*

Quo pacto aliis improbare possit] Victoriana *alios.* Lambini *in aliis impr.* membranae Suffridi nostri *probarem.* An fuit: *improperare* aut *exprobrare?* Grut. *Aliis inprobare p. quod.* Sch. *alios.* Benç, nisi potius mecum legas *probare.* Leid. III. *quod illi.* Oud. *In aliis impr.* secundum Lamb. scripsit Sch. *Alios improbare* Iu. Crat. Oxon. unus, Victorius. *Aliis probare* Erf. T. *Alios probare* unus Oxonn. Verum censet Orell., quod Gruterus coniecit: *aliis exprobrare* et conf. iubet Beierum ad Orat. in P. Clodium p. 31. *L.*

Quod contra legem iudicarint] Tres libri manuscripti habent: *quid contra legem iudicarint.* unde suspicor legendum, *si quid contra legem,* etc. Lamb.

Et ex ea ratione] Leid. III. *et ex sua rat.* Oud.

In mentem aut in lib. venerit] Voss. I. *aut lib. venerint.* Abest quoque praepositio ab Ed. Omn. Male. Oud. Deinde pro vulgato *rem administrabit* Ern. coniecit: *rem administrarit,* quae nunc confirmatur a Cod. Erf., qui *amministrarit.* *L.*

Quaerere ab iudicibus ipsis] Sic MSS. O. vulgo *a i.* Oud.

munere impediantur, cum saepius seriis suis rebus et commodis servire possint: cur in certa verba iurent: cur certo tempore conveniant, certo discedant: nihil quisquam adferat caussae, quo minus frequenter operam reipublicae det, nisi quae caussa ex lege excepta sit: an se legibus obstrictos in tantis molestiis esse aequum censeant, adversarios nostros leges negligere concedant.

Deinde item quaerere ab iudicibus, si eius rei caussam, propter quam se reus contra legem fecisse dicat, exceptionem ipse in lege adscribat, passurine sint. Postea hoc, quod faciat; indignius et impudentius esse, quam si adscribat. Age porro, quid si ipsi velint iudices adscri-

---

Cum saepius seriis suis rebus] Adieci vocem *seriis*, fide Pall. sec. tert. ac Grevenb. Eius loco erat in pr. *necessariis*, interpretamentum scilicet alterius. Grut. *Saepius seriis suis rebus*. Deest prima vox a Leid. III. Secunda a Leid. II. et m. I. Sch. *seriis*. Leid. III. Oud. Schuetzius coniecerat: *quo secius suis rebus* quam egregiam emendationem confirmatam reperit Orell. in Cod. Tur. qui, etsi corrupte, exhibet: *quo saepius secius suis rebus*. Sch. secutus est Orellius. Ceterum Sch. conferri iubet ad Her. I, 12. *L.*

Certo discedant] Sch. Ed. Omn. *certoque d.* Leid. II. *in forum, cur d.* Oud.

Nihil quisq. adf. c.] Leid. III. Ed. Omn. *cur nihil q.* etc. Oud.

Nisi quae c. ex lege excepta sit] Sch. *ni.* Dein praebent MSS. O. et Ed. Omn. *in lege*. Verissime, ut in superioribus et seqq. Agitur de exceptione, quae ipsi legi adscripta sit. Oud. *In lege* dederunt Ern. Sch. Orell. Atque ita exhibent T. et Erf. *L.*

Leges negligere] Leid. III. *legem n.* Oud.

Quaerere ab iudicibus] Leid. III. *q. ab i. ipsis*. Ed. Omn. *inquirere ab i.* Oud.

Si eius caussae, propter quam] Cum ab uno codice manuscripto longe optimo abesset vox *caussam*, in alio scriptum esset *caussae*; ego, deleta voce *rei*, *caussae* retinui: quae scriptura, mea quidem sententia, recta et proba est. Lamb. Primitus erat *caussae*, quod et in Grevenb. at enim Pall. *caussa*, quod fere malim. Lambinus *caussam* abiecit. Grut. *Si eius causae* legit Lambin. certe vulgata lectio non potest ferri. *Si eius rei causa* forte [fortasse] legendum, *m* litera abiecta. Brut. Abest *rei* Sch. a m. I. *caussam* non est in Leid. II. III. Voss. I., *caussae* Sch., *caussa* Leid. I. Voss. II. Mihi videtur vera lectio *eius caussae* etc. Oud. Voc. *caussa* spurium esse iudicavit Ern. atque ita dedit Orell. qui v. *caussa* uncis inclusit. *Eius caussae* scripsit Sch. Sed ad veritatem ducit Cod. B. qui scriptum exhibet: *si reus rei propter quam se reus*, quod nihil aliud est, nisi: *si eius rei propter q. s. r.* *L.*

Exceptionem] In Voss. I. et Leid. III. vox *exceptionem* praeponitur illis *propter quam* etc Oud.

Et impudentius esse, quam si adscribat] Leid. II. *atque imp.* Voss. I. *et inprudentius esse in quam*. Ed. Omn. *si quid adscr.* Sch. a m. I. *adscribatur*. Oud.

Si ipsi velint i.] MSS. O. *si ipsi vellent i.* Oud. *Quod si ipsi vellent iud.* Erf. *Quid si ipsi vellent iud.* BT. *Si quid ipsi*

bere? passurusne sit populus? atque hoc esse indignius, quam rem verbo et literis mutare non possint, eam re ipsa, et iudicio maxime commutare.

Deinde indignum esse de lege aliquid derogari, aut 458
legem abrogari, aut aliqua ex parte commutari, cum populo cognoscendi, et probandi, aut improbandi potestas nulla fiat: hoc ipsis iudicibus invidiosissimum futurum. Non hunc locum esse, neque hoc tempus legum corrigendarum; apud populum hoc, et per populum agi convenire. Quodsi nunc id agant, velle se scire, qui lator sit, qui sint accepturi: se actiones videre, et dissuadere velle. Quodsi haec cum summe inutilia, tum multo turpissima sint; legem cuiuscemodi sit, in praesentia conservari a iudicibus, post, si displiceat, a populo corrigi convenire.

---

velint suspicatus erat Ern. Praestare putat Orellius: *Quod si ipsi velint*, id quod exhibet Oxon. unus. *L.*

Atque hoc esse ind.] Sch. a m. 1. *at hoc e. ind.* Oud.

I. maxime commutare] Sch. Voss. I. *i. maximo comm.* Oud.

Aut legem abrogari] Haec absunt ab uno codice manuscripto. Lambinus.

Populo cognoscendi] Voss. I. Leid. I. *p. agnoscendi.* Oud.

Invidiosissimum] Ed. Omn. *invidiosum.* Oud.

Agi convenire] Voss. 1. Leid. III. *magis conv.* Oud.

Qui lator sit] Quidam liber manuscr. habet, *qui legis lator sit.* Alius, *qui lator legis sit.* Lamb. Voss. I. II. Leid. III. *sc. q. l. legis sit.* Oud.

Se actiones videre] Hic locus mihi suspectus est. Quidam libri manuscr. habent, *eas se actiones.* etc. Quidam vir doctus legendum putat, *eam se rogationem videre.* Ego putabam potius reponendum, *eam se rationem*, etc. Lamb. Pal. pr. *accessiones videre.* et blanditur auribus. Grut. Sch. e paraphrasi Victorini: *se captiones ostendere et dissuadere velle.* Orellius: *se captiones videre, et dissuadere velle*, sed ita intelligens: *se intelligere captiones, seque eas velle dissuadere;* ut voc. *videre* non pendeat a v. *velle. L.*

Legem, cuiuscuiusmodi sit] Id est *cuiuscumque modi sit.* Sed legendum arbitror, *cuicuimodi sit*, quod idem valet. Nam *cuiuscuiusmodi*, duriusculum est: quamquam etiam alibi Cicero hac voce usus est, et Lucretius. Quare sequamur libros manuscriptos. Lamb. *Cuiuscemodi sit.* Leid. II. Sch. a m. II. *cuiusmodi sit.* Ed. Omn. *cuiuscumque modi sit.* Male. Adi Mercer. ad Septim. de B. Troi. L. II, 18. 27. Duker. ad Flor. L. III, 4, 2., me ad Hist. B. Afric. c. 19. Et alibi. *Cuiuscemodi* saepe e MSS. reponendum est in Appuleio, ut L. VIII. Met. p. 164. Ed. Pric. Ubi vide Colv. et Roald. ad L. IX. p. 177. Et sic lege L. X. p. 219. XI. p. 250. Flor. N. 15. Oud. *Cuicuimodi* e Lambini coniectura scripsit Sch. *Cuiusmodi* B. Equidem cum Lambino et Schuetzio faciendum existimo. Illud enim *cuiusmodi*, quod etiam in duobus Oudendorpii, corruptum est ex *cuicuimodi*, quod ceteris corruptionibus ansam dedit. *L.*

In praesentia conservari a iudicibus] Sch. *conveniat in pr. observari.* Leid. II. III. *ab iud.* Oud. *Ab iud.* etiam B. *L.*

Deinde, si scriptum non exstaret, magnopere quaereremus: neque isti, ne si extra periculum quidem esset, crederemus. Nunc cum scriptum sit, amentiam esse, eius qui peccarit, potius, quam legis ipsius verba cognoscere. His, et huiusmodi rationibus ostenditur, caussam extra scriptum accipi non oportere.

CAP. XLVI. Secunda pars est, in qua est ostendendum, si in ceteris legibus oporteat, in hac non oportere. Hoc demonstrabitur, si lex aut ad res maximas, utilissimas, honestissimas, religiosissimas videbitur pertinere: aut inutile, aut turpe, aut nefas esse tali in re non diligentissime legi obtemperare: aut ita lex diligenter perscripta demonstrabitur, ita cautum unaquaque de re, ita quod
459 oportuerit, exceptum, ut minime conveniat quidquam in tam diligenti scriptura praeteritum arbitrari. Tertius locus est ei, qui pro scripto dicet, maxime necessarius, per quem ostendat oportet, si conveniat caussam contra scriptum accipi, eam tamen minime oportere, quae ab adversariis adferatur.

Qui locus idcirco est huic necessarius, quod semper is, qui contra scriptum dicit, aequitatis aliquid adferat oportet. Nam summa impudentia est, eum, qui contra quod scri-

---

Magnopere quaereremus] Leid. II. *magno opere q.* III. *magne requireremus.* OUD. Statim ante Sch. scribendum suspicatur: *Deinde quod, si scriptum.* L.

Ne si extra p. quidem esset creder.] Abest *ne* a m. I. Sch. et Leid. II. *nisi* in Leid. I. III. Voss. II. *esset quidem creder.* Sch. Voss. I. Leid. II. OUD.

Eius, qui peccarit] Sic est in Leid. II. Ceteri et Ed. Omn. praebent *eius rei, q. p.* Leid. I. *peccaverit.* OUD.

Huiusmodi rationibus] Sch. *huiuscemodi r.* OUD.

CAP. XLVI. *Est ostendendum*] Deest verbum Sch. a m. I. Bene. OUD.

Aut inutile etc. *l. obtemperare*] Sch. a m. I. *ut inut.* etc. *l. obt. videatur.* OUD.

Perscripta demonstr.] Leid. II. *persc. esse dem.* OUD.

Ostendat oportet] Leid. III. *oportet, ut ost.* OUD.

Summa impudentia est] Leid. II. *summe inpudentie.* Voss. I. Ed. Omn. *s. inprudentia.* Sch. Leid. I. Voss. II. *s. inpud. sit.* Quod praeplacet. OUD. *S. impudentia sit* recte scripserunt Ern. Sch. et Orell. *S. imprudentia sit* B. quod non spreverim. L.

Contra quod scriptum sit] Significat Gothofredus in libro V. esse *contra quam script. sit.* Ego vero testor in gemino nostro legi *contra quam quod scriptum sit.* GRON. Sch. Voss. II. *contra quam scr.* Leid. I. Ed. Omn. *contra quam quod scr.* Nil muto. Sic *praeter quod* pro *praeter quam quod.* Vide me ad Suet. Claud c. 4. *scr. est* Voss. I. Leid. III. *Contra quam quod* BT. *contra quam* omisso *quod* Erf. Lamb. *contra id quod.* Recte Ern. Sch. Orell. *contra quam quod.* Ita enim solet Cicero. L.

ptum sit, aliquid probare velit, non aequitatis praesidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipsa quidpiam accusator deroget, omnibus partibus iustius, et probabilius accusare videatur. Nam superior oratio hoc omnis faciebat, uti iudices, etiamsi nollent, necesse esset; haec autem, etiamsi necesse non esset, ut vellent contra iudicare.

Id autem fiet, si, quibus ex locis culpa demonstrabitur non esse in eo, qui comparatione, aut remotione, aut relatione criminis, aut concessionis partibus se defendit, (de quibus ante, ut potuimus, diligenter perscripsimus) de his locis quae res postulabit, ad caussam adversariorum improbandam transferemus: aut caussae et rationes adferentur, quare, et quo consilio ita sit in lege, aut in 460
testamento scriptum: ut sententia quoque, et voluntate scriptoris, non ipsa solum scripturae caussa confirmatum

---

Si quid igitur ex hac ipsa quippiam acc. deroget] Locus negligenter admodum habitus, ut patet ex silentio omnium, et tamen conspirantium in hanc lectionem. At, o boni, ubi Cicero scripsit: *si quid quippiam?* Id quod vitiose se habere non fugit vetustiores, unde in uno codice penitus omitti video τὸ [v.] *quippiam*. Marius Victorinus citavit: *si quidem igitur ex hac ipsa quippiam*, sane multo melius, quam omnes hodie per typos editae. Imo et alter MStus: *Set quid igitur ex hac ipsa quipiam*, vitiata scil. prima vocula ex nota *ſi*, quae fere est ipsum *si*, et tamen solet exprimere *sed*. Itaque alterutrum quisque eligat. GRON. In uno Gryph. codice *quippiam* abest. *Si quidem igitur* Aldus edidit: quae mihi tamen lectio haud probatur. BRUT. Sch. a m. 1. cum Mediceo caret voce *quidpiam*, inepta sane, cum praecedat *quid*. Leid. III. *acc. quicquam*. Vel igitur delenda est, vel cum altero Med. *quipiam* sive *quispiam* est legendum. *Derogat* Sch. a m. 1. OUD. *Si quidem* pro v. *si quid* habet Victorinus. Hoc si admittitur, legendum *quippiam*, ut recte vidit Orellius. Atque ita, omisso *igitur*, legendum censuerim. *Quippiam* deletur a Sch. sed exhibetur a Codd. Oxonn. duobus, T. B. Omittitur ab Erfurtensi et reliquis Oxonn. L.

Nam superior oratio hoc omnis faciebat] Lambinus transponit: *Nam superior omnis oratio hoc faciebat*, non volentibus Mss. nimirum ignorabat *hoc* positum hic ἀντὶ τοῦ *huc* antique. GRUTER. Ed. Omn. *haec*. Dein MSS. O. *ut i.* non *uti i.* OUD. *Huc* scripsit Sch. *Haec* B. cum aliis. *Hoc* Erf. L.

Haec autem, etiamsi nec] Deest *autem* Leid. III. OUD.

Non esse in eo] Sch. a m. I. et Voss. II. cum Ed. Omn. carent negativa particula, uti et Voss. I. Leid. III, in quibus est *inesse in eo*. OUD. Pro vv. *non esse* Sch. et Orell. *inesse*. Lamb. et Cod. T. *esse*, omisso *non*. L.

De his locis] Voss. I. *si de his l.* OUD.

Quae res postulabit] Sch. a m. I. Ed. Omn. *quos r. p.* Leid. II. *quas r. p.* OUD.

Ut sententia quoque, et voluntate scriptoris etc.] Hunc locum putaveram olim sic esse legendum: *ut sententia quoque et voluntas scriptoris, non ipsa solum scripturae caussa, confirmata esse*

esse videatur: aut aliis quoque constitutionibus factum coarguetur.

CAP. XLVII. Contra scriptum autem qui dicet, primum eum inducet locum, per quem aequitas caussae demonstretur: aut ostendet, quo animo, quo consilio, qua de caussa fecerit: et, quamcumque caussam adsumet, adsumtionis partibus se defendet, de quibus ante dictum est. Atque hoc in loco cum diutius commoratus, sui facti rationem, et aequitatem caussae exornaverit, tum ex his locis fere contra adversarios dicet oportere caussas accipi: demonstrabit, nullam esse legem, quae aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri velit: omnia supplicia, quae a legibus proficiscantur, culpae ac malitiae vindicandae caussa constituta esse:

Scriptorem ipsum, si existat, factum hoc probaturum: et idem ipsum, si ei talis res accidisset, facturum fuisse: et ea re legis scriptorem certo ex ordine iudices, certa aetate praeditos constituisse, ut essent, non qui scriptum suum recitarent, quod quivis puer facere posset, sed qui cogitationem adsequi possent, et voluntatem interpretari. Deinde illum scriptorem, si scripta sua stultis hominibus, et bar-
461 baris iudicibus committeret, omnia summa diligentia perscripturum fuisse: nunc vero, quod intelligeret, quales

---

videatur, quoniam in aliquot libris manuscr. *confirmata*, pro *confirmatum*, scriptum repereram. Nunc autem aliter sentio: et receptam scripturam tueor, sive *confirmatum* legatur, sive *confirmata*. Nam si *confirmatum*, subintelligetur, testamentum; sin *confirmata*, lex. LAMB. Leid. III. *confirmata e. v.* OUD. Statim ante pro v. *scripturae* Sch. de coni. dedit *scriptura*, quod recepit Orell. Tum *confirmata* Sch. et Orell. Atque ita etiam T. *L.*

Aut aliis etc. *coarguetur*] Exsulant haec omnia Voss. I. *coarguatur*. Leid. II. III. OUD.

CAP. XLVII. *Aequitas caussae demonstretur*] Voss. II. Ed. Omn. *aequitatis c. demonstrentur*. Voss. I. *demonstraretur*. OUD.

Qua de caussa f.] Abest praepositio a Leid. II. III. OUD.

Ante dictum est] Leid. III. *iam ante d. e.* OUD.

Exornaverit] Sch. a m. I. *exornabit*. OUD.

Demonstrabit, nullam] Leid. III. *dem. quia* I. *demonstrabitque*. OUD.

A legibus profic.] Leid. I. Voss. II. *ab l. pr.* OUD.

Et ea re legis scr.] Abest copula Leid. III. et m. I. Sch. OUD.

Sed qui cogitationem assequi possent] Sic omnes quidem habent libri: sed ego sic omnino legendum contendo: *sed qui cogitatione sententiam assequi possent*; nisi dicamus, *cogitationem* hic esse positum pro διάνοιαν, quod tutius est. LAMB.

Quales viri iudicaturi essent] Ex duobus codicibus antiquis observavi: *quales viri res iudicaturi essent*, quod forsan non alienum ab Ciceronis manu, ut cap. 45. *Cum intellexerint, vos ex in-*

viri iudicaturi essent, idcirco eum, quae perspicua videret esse, non adscripsisse: neque enim vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes fore putavit.

Postea quaerere ab adversariis, quid si hoc fecissem? quid si hoc accidisset? eorum aliquid, in quibus aut caussa sit honestissima, aut necessitudo certissima; tumne accusaretis? Atqui hoc lex nusquam excepit. Non ergo omnia scriptis, sed quaedam, quae perspicua sunt, tacitis exceptionibus caveri. Deinde nullam rem neque legibus, neque scriptura ulla, denique ne in sermone quidem quotidiano, atque imperiis domesticis recte posse administrari, si unusquisque velit verba spectare, et non ad voluntatem eius, qui verba habuerit, accedere.

CAP. XLVIII. Deinde ex utilitatis et honestatis partibus ostendere, quam inutile, aut quam turpe sit id, quod adversarii dicant fieri oportuisse, aut oportere: et id, quod nos fecerimus, aut postulemus, quam utile, aut quam ho-

---

genio eius.. rem iudicare. 8. famil. ep. 14. Vide ad Livium III, 44. Gron. Sch. Leid. II. Voss. II. *res iud. ese.* Oud. *Quales viri iudicaturi essent* scripserunt Sch. et Orell. *quales viri res iud. e.* T. Erf. Oxonn. sres. Vid. *res* abest a B. *L.*

Eum, quae persp. vid. esse] Voss. I. *eam.* In Leid. III. haud compareat *esse.* Oud.

Voluntatis interpretes] Voss. I. *vol. interpretatores.* Oud. Statim post Sch. de coniectura scripsit: *Postea quaeret — ostendet — describet.* Oxonn. duo: *Postea quaerere — ostendere — describere debet.* Non enim habent, unde pendeant, infinitivi. *L.*

Si hoc accidisset] Ed. Omn. *si haec accidissent.* Oud.

Aut caussa sit hon.] Deest prima vox Leid. II. III. Oud.

Tumne accusaretis] Sch. a m. I. *tunc ne accusarent.* Oud.

Atqui hoc lex nusquam excipit] Leid. II. *atque.* Sch. a m. I. *haec l. numquam exc.* Voss. I. II. Leid. II. *excipit.* Oud.

Quae perspicua sunt] Desunt haec Sch. *sint* Voss. I. Leid. I. II. III. Ed. Omn. Bene. Oud.

Neque legibus] Leid. II. *n. lege.* Oud.

Denique ne in sermone quidem] Sch. a m. I. cum Voss. II. *deinde.* Sch. a m. II. Voss. I. Leid. I. III. *neque in s. q.* Oud. *Denique ne in sermone quidem* Erf. *D. neque in sermone quidem* B. *D. ne sermone quidem* Lamb. *L.*

Verba spectare] MSS. O. Ed. Omn. *v. exspectare* vel *expectare.* Oud.

Qui verba habuerit] Sch. Voss. I. Leid. I. II. *qui ea verba h.* Quod Ciceronianae perspicuitati convenientius est vulgato. *habuit* Voss. I. Leid. III. Oud. *Qui ea verba habuerit* Sch. Orell. Atque ita BT. Erf. Recte. *L.*

CAP. XLVIII. *Fieri oportuisse, aut oportere*] Nos probata Lamb. emendatione, *fieri oportuisse, aut potuisse*, edidimus. Iisdem autem verbis alibi eandem in his libris sententiam complexus est. Brut. *Potuisse aut oportuisse* Lamb. *L.*

nestum sit. Deinde leges nobis caras esse non propter literas, quae tenues et obscurae notae sint voluntatis, sed propter earum rerum, quibus de scriptum est, utilitatem, et eorum, qui scripserint, sapientiam et diligentiam. Postea, quid sit lex, describere, ut ea videatur in sententiis, non in verbis consistere: et iudex is videatur legi obtemperare, qui sententiam eius, non qui scripturam sequatur. Deinde, quam indignum sit, eodem adfici supplicio eum, qui
462 propter aliquod scelus et audaciam contra legem fecerit, et eum, qui honesta, aut necessaria de caussa, non ab sententia, sed ab literis legis recesserit: atque his, et huiusmodi rationibus, et accipi caussam, et in hac lege accipi, et eam caussam, quam ipse adferat, oportere accipi demonstrabit.

Et quemadmodum ei dicebamus, qui a scripto diceret, hoc fore utilissimum, si quid de aequitate ea, quae cum adversario staret, derogasset: sic huic, qui contra scriptum dicet, plurimum proderit, ex ipsa scriptura aliquid ad suam caussam convertere, aut ambigue aliquid scriptum ostendere: deinde ex illo ambiguo eam partem, quae sibi prosit, defendere, aut verbi definitionem inducere, et illius verbi vim, quo argueri videatur, ad suae caussae commodum traducere, aut ex scripto non scriptum aliquod inducere per ratiocinationem, de qua post dicemus.

Quacumque autem in re, quamvis leviter probabili,

Eorum qui scripserint] Sch. Leid. II. Ed. Omn. *eorum, q. scripserunt.* Oud. Paullo ante *quibus de rebus scriptum est* Lamb. Sch. in Ed. mai. probante Orellio. *Quibus descriptum est* B. Cum vulgata faciunt T. Erf. *L.*

Et iudex is videatur] Deest copula a m. I. Sch. *ut iud.* Voss. I. Oudendorp.

Contra legem fecerit] Sic Leid. II. In reliquis et Ed. Omn. *c. leges f.* Oud.

Qui a scripto diceret] Sic Voss. II. In ceteris *ab scr.* Oud.

Fore utilissimum] Leid. III. *f. utillimum.* Oud.

Quae cum adversario staret] Sch. a m. I. *qua* etc. Leid. II. *q. c. de advers. st.* Oud.

Aut ambigue aliquid scriptum] Ed. Omn. *tum ambiguum aliquid.* Oud.

Eam partem] Leid. II. *illam p.* Oud.

Non scriptum aliquod ind.] Sch. Leid. I. Voss. II. *aliquid.* Oud.

De qua post dicemus] Ed. Omn. *posterius.* Leid. I. *dicimus.* Oudendorp.

Leviter probabili] Leid. III. Ed. Omn. *leniter prob.* Oud. *Quacunque autem in re, quamvis leviter probabili*, ut vulgo, TB. Erf. nisi quod *in* deest in T. *Quacunque autem ratione* cet. scripsit de coni. Sch. Expositas enim esse ait in supp. plures rationes, quibus is, qui contra scriptum dicat, possit aliquid ex ipsa scriptura

scripto ipso se defenderit, etiam cum aequitate caussa abundabit, necessario multum proficiet, ideo quod, si id, quo nititur adversariorum caussa, subduxerit, omnem illam eius vim, et acrimoniam lenierit, ac diluerit. Loci autem communes certis ex adsumtionis partibus in utramque partem convenient. Praeterea eius, qui a scripto dicet, leges ex se, non ex eius, qui contra commiserit, utilitate spe- 463
ctari oportere, et legibus antiquius haberi nihil oportere. Contra scriptum, leges in consilio scriptoris, et utilitate communi, non in verbis consistere. Quam indignum sit, aequitatem literis argueri, quae voluntate eius, qui scripserit, defendatur.

CAP. XLIX. Ex contrariis autem legibus controversia nascitur, cum inter se duae videntur leges, aut plures

---

ad suam caussam convertere. *In re* autem ortum esse putat ex compendio *rone* pro *ratione*. Non probabile est, *in re* ex *rone* ortum esse, sed *re* significat *ratione*, quapropter in optimo T. *re* omissa *in* praep., legitur; additum deinde *in* ab iis, qui *nudum* illud *re* non intelligerent. Recte igitur Sch. *ratione* reposuisse videtur. *L.*

Scripto ipso defenderit] Uterque MSS. *Scripto ipso se defenderit*. Ita quoque habent editi priores. In Lambini quibusdam editionibus video primum omissum esse, nulla facti caussa addita, quod parum sane probari potest. Exstitisse enim et in MSStis, quos vir ille doctus vidit, vel hinc suspicor, quod in margine etiam notovit: *quacumque autem in re scripto ipso quamvis leviter probabilis se d.* Itaque Ciceroni vocem necessariam restitui. GRON. *Scripto ipso se defenderit.* Sch. Leid. III. *ipse.* Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. *defendet.* *Se* abest male a Sch. OUD.

Aequitate caussa abundabit] Sch. a m. I. *aeq. c. abundat.* OUDENDORP.

Quo nititur] Voss. II. *quo utitur.* OUD.

Vim et acrimoniam] Leid. II. *vim atque acr.* OUD. *Omnem eius vim*, omissa v. *illam*, scripserunt Sch. et Orell. Ita e MS. Casselano iam Ern. scripserat. *Omnem illius vim* Oxon. unus. *L.*

Lenierit ac diluerit] *Deluerit*, ut supra etiam *deluere.* BAUT.

Loci autem communes certis etc.] Editio veterrima *ceteri*; neque aliter Grevenb. Pal. pr. sec. nam tert. *ceteris*, quod et in Victorini antiquiore editione. GRUT. Sch. *coeteris*, lineola litterae *s* subducta. In MSS. reliquis et Ed. Omn. *ceteri.* Verissime. Nam hunc usque a cap. 45. egit Cicero de locis quibusdam communibus ex assumtionis partibus. OUD. *Ceteris* tuetur Orell. Atque ita exhibent T. et editiones Victorini antiquiores. *Certis* B. *Ceteri* Erf. *Ceteri* Ern. Sch. *L.*

Praeterea eius] Sch. Voss. I. Leid. II. III. Ed. Omn. *praeterea autem ei.* OUD.

CAP. XLIX. *Ex contrariis autem leg.*] Deest *autem* Leid. II. OUDENDORP.

discrepare, hoc modo: Lex est: QUI TYRANNUM OCCIDERIT, OLYMPIONICARUM PRAEMIUM CAPITO, ET QUAM VOLET SIBI REM A MAGISTRATU DEPOSCITO, ET MAGISTRATUS EI CONCEDITO. Et altera lex: TYRANNO OCCISO, QUINQUE EIUS PROXIMOS COGNATIONE, MAGISTRATUS NECATO. Alexandrum, qui apud Pheraeos in Thessalia tyrannidem occuparat, uxor sua, cui Thebe nomen fuit, noctu, cum simul cubaret, occidit. Haec filium suum, quem ex tyranno habebat, sibi praemii loco deposcit. Sunt qui ex lege puerum occidi dicant oportere. Res in iudicio est. In hoc genere utramque in partem iidem loci, atque eadem praecepta convenient, ideo quod uterque suam legem confirmare, contrariam infirmare debebit.

Primum igitur leges oportet contendere, considerando, utra lex ad maiores, hoc est, ad utiliores, ad honestiores ac magis necessarias res pertineat. Ex quo conficitur, ut, si leges duae, aut si plures, aut, quotquot erunt, conservari non possint, quia discrepent inter se; ea maxime conservanda putetur, quae ad maximas res pertinere videa-

---

Lex est: Qui tyr.] Abest verbum Sch. Leid. I. II. Bene. Vid. c. 50. 51. OUD. Pariter abest v. *est* a Cod. T. *Lex erat* Cod. Erf. *L.*

Olympionicarum praemium c.] MSS, O. Ed. Omn. *Olympicorum*, cum glossa in Sch. *sc. coronarum*, *quae dantur in Olympico ludo Iovis*. Male. Si quid mutandum, posset scribi *Olympiacum praemium*. Sch. et Ed. Omn. *praemia*. OUD.

Et altera lex] Deest copula Leid. I. II. Contra additur *est* Ed. Omn. OUD.

Noctu, cum simul cubaret] Leid. II. *nocte*. Voss. I. Leid. II. III. *Cubarent*. OUD. *Cubarent* etiam Erf. Paullo ante *uxor sua* omnes. Cf. quae dixi ad Plaut. Milit. gl. II, 1, 34. *L.*

Sibi praemii loco deposcit] Quidam liber manuscr. habet: *sibi in praemii locum*, etc. alius: *sibi in praemium deposcit*. LAMB. Voss. I. Leid. III. *in praemii loco*. Leid. I. II. Voss. II. Ed. Omn. Alcuin. p. 362. *sibi in pr. loco*. Plane ut L. III. in Verr. c. 61: *petivit in beneficii loco et gratiae*. Plura similia vide apud Nizolium. OUD. Scripserunt ita Ern. Sch. Orell. Consentiunt T. Erf. B. nisi quod B. *in primum loco*, corrupte. *L.*

Dicant oportere] Post haec adduntur in Leid. II. *sunt qui dicant matri oportere reddi loco praemii*, e glossa. OUD.

Atque eadem praecepta] Sch. *eademque pr.* OUD.

Contrariam infirm.] Leid. II. Ed. Omn. *et contr. inf.* OUD.

Primum ig. l. oportet cont.] Leid. II. *primo*. Sch. Ed. Omn. *oportebit*. OUD.

Consideranda] Sch. a m. I. *considerandum*. OUD.

Aut si plures] Leid. III. *aut pl. erunt*. OUD.

Conservari non possint] Ed. Omn. *quae c. n. possunt*. OUD.

Quia discrepent] Leid. I. *q. discrepant*. OUD.

Ea maxime cons.] Sch. *sed ea m. c.* OUD.

tur. Deinde utra lex posterius lata sit; nam postrema quaeque gravissima est. Deinde utra lex iubeat aliquid, utra permittat; nam id, quod imperatur, necessarium: 464
illud, quod permittitur, voluntarium est. Deinde in utra lege, si non obtemperatum sit, poena adficiatur, aut in utra maior poena statuatur.

Nam maxime conservanda est ea, quae diligentissime sancta est. Deinde utra lex iubeat, utra vetet; nam saepe ea, quae vetat, quasi exceptione quadam corrigere videtur illam, quae iubet. Deinde utra lex de genere omni; utra de parte quadam; utra communiter in plures; utra in aliquam certam rem scripta videatur. Nam quae in partem aliquam, et quae in certam quamdam rem scripta est, promptius ad caussam accedere videtur, et ad iudi-

---

Poenâ adficiatur] Deest nominativus. Omnino legendum existimo *poena adiiciatur.* Victorin. explicat p. 228. *Utra lex poenam constituat ei, qui non obtemperet, utra maiorem poenam.* Voc. *afficiatur* delevit Sch. secundum Victorinum. Orellius coniecit, sed dubitanter: *utra lege, si non obt. sit, poenâ sanciatur?* ablegatque ad Orat. pro Plancio cap. 34. Codd. a vulgata nihil discedunt. *L.*

Conservanda est ea] Sch. a m. I. Voss. II. *consideranda est ea,* non male. OUD.

Quae diligentissime sancta est] Sic restitui, coniectura ductus, cum in libris omnibus legeretur, *quae diligentissima et sancta est,* plane mendose atque inepte; *sancire legem* autem, et *diligenter sancita,* seu *sancta lex,* usitata sunt Latinis genera loquendi. Non dissimulabo tamen, me in uno codice manuscripto scriptum reperisse, *diligentissima et sanctissima,* sed ego hoc, *sanctissima,* suppositum esse puto ab eo, cui vox *sancta* post vocem *diligentissima* non probaretur. Licet etiam legere, *diligentissime sancita est.* Sed malo *sancta,* quod propius aberit ab antiqua scriptura. LAMB. Sic P. Man. et Lamb. nam prius excusi, *quae diligentissima et sancta est,* quod et in Pal. I. et III. quippe sec. *diligentissime scripta est.* GRUT. *Diligentissime sancta est.* Optime sic exhibet Sch. a m. I. In ceteris *diligentissima et sancta est.* Ed. Oxon. *diligentissima est et sancta.* OUD. *Quae d. sancita est* T. *quae diligentissima et sanctissima est* B. *q. diligentissime sancta est* Erf., atque ita Ern. Sch. Orell. Ab Orellio iubemur cf. Beierum ad Off. Tom. II, pag. 277. 299. 308. *L.*

Corrigere videtur] Ita Leid. I. reliqui praebent *c. videatur.* OUDENDORP.

De genere omni] Voss. I. *omni de genere,* bene. Voss. II. *de gen. sit omni.* OUD.

Scripta videatur] Exsulat prima vox a Voss. I. Leid. III. OUD.

In certam quamdam rem] Abest penultima vox a Leid. II. OUD.

Promptius ad caussam] Sic scripti omnes; maluit Lambinus *propius,* non a se tamen, sed a Petro Fabro, qui videatur ad L. LXXX *ff. de regulis iuris.* GRUT. *Propius* dederunt Sch. et Orell. Atque ita Turic. Erf. *Propinquius* duo Oxonn. *L.*

cium magis pertinere. Deinde ex lege utrum statim fieri necesse sit: utrum habeat aliquam moram, et sustentationem. Nam id, quod statim faciendum sit, perfici prius oportet.

Deinde operam dare, ut sua lex ipso scripto videatur niti. Contraria autem aut per ambiguum, aut per ratiocinationem, aut per definitionem induci; quo sanctius et firmius id videatur esse, quod apertius descriptum sit: deinde suae legis ad scriptum, ipsam sententiam quoque adiungere, contrariam legem item ad aliam sententiam traducere, ut, si fieri poterit, ne discrepare quidem videantur inter se: postremo facere, si caussa dabit facultatem,
465 ut nostra ratione utraque lex conservari videatur, et adversariorum ratione, altera sit necessario negligenda. Locos autem communes, et quos ipsa caussa det, videre oportebit, et ex utilitatis et honestatis amplissimis partibus sumere, demonstrantem per amplificationem, ad utram potius legem accedere oporteat.

CAP. L. Ex ratiocinatione nascitur controversia, cum ex eo, quod uspiam est, ad id quod nusquam scriptum est, pervenitur, hoc pacto: Lex est: Si furiosus est,

---

Ut sua lex ipso scripto vid. niti] Tu lege, *ut suo lex ipsa scripto;* quomodo in antiquiss. Gryph. libro scriptum exstat et ratio docet legendum. Brut. Leid. III. Ed. Omn. *ex ipso scripto v. n.* Oudendorp.

Quo sanctius et firmius id videatur] Sch. Leid. III. *et sanct.* etc. Voss. I. *uti sanct.* deest *quo* Leid. I. Voss. II. *id* abest Leid. II. Oud.

Ad scriptum ipsam sententiam] Voss. I. Ed. Omn. *ipsum.* Oud. *Ad scriptum ipsum, sententiam* Lamb. cum duobus Oxon. *Ad scriptum ipsum quoque sententiam* B. *L.*

Descriptum sit] MSS. O. *scriptum sit.* Oud.

Si fieri poterit] Sch. Ed. Omn. *si f. potest.* Voss. I. II. Leid. III. *si f. posset.* Oud.

Nostra ratione] Sch. Voss. I. II. Leid. III. *n. oratione.* Oud.

Et adversariorum rat.] MSS. O. carent copula *et*, nervosius et vere. Oud.

Ex utilitatis et honestatis am. p.] Sch. Voss. I. Leid. I. II. *ex ut. et ex honest. am. p.* Oud.

Demonstrantem per amplific.] Leid. II. *demonstrative per ampl.* Oud.

CAP. L. *Pervenitur, hoc pacto*] Sch. Voss. I. Leid. I. III. *venitur.* Leid. III. *h. modo.* Oud. *Venitur.* T. Erf. *L.*

Si furiosus est] His verbis hanc legem fuisse perscriptam traditum est: Si furiosus esse incipit, etc. alii his: Si furiosus exsistit, etc. Lamb. *Lex est.* Abest verbum *est* a Sch. Leid. I. Ed. Omnib. V. c. praec. Oud. Deinde *Si furiosus escit* probabiliter legendum esse censet Orell. Rectissime. Cf. *Dirksen.* Legg. XII. tabb. p. 374. Et *Zell.* ad Legg. XII. tabb. p. 24. *L.*

AGNATUM GENTILIUMQUE IN EO, PECUNIAQUE EIUS POTESTAS ESTO. Et lex: PATERFAMILIAS UTI SUPER FAMILIA PECUNIAQUE SUA LEGASSIT, ITA IUS ESTO. Et lex: SI PATERFAMILIAS INTESTATO MORITUR, FAMILIA PECUNIAQUE EIUS AGNATUM GENTILIUMQUE ESTO.

Quidam iudicatus est parentem occidisse. Ei statim, quod effugiendi potestas non fuit, ligneae soleae in pedes 466
inductae sunt: os autem obvolutum est folliculo, et prae-

PECUNIAQUE SUA LEGASSIT] Sic restitui, cum in vulgatis legatur, *legaverit*. *Legassit* autem antiquum pro *legaverit*. Sed non dissimulabo, alibi hanc legem his verbis perscriptam reperiri: PATERFAMILIAS UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA, TUTELAVE REI SUAE, ITA IUS ESTO. Sed mendose. Legendum est enim, ut supra admonuimus esse legendum, Simone Boesio auctore, PATERFAMILIAS UTI LEGASSIT, SUAE REI, FAMILIAE, TUTELAE, PECUNIAEVE SUAE, ITA IUS ESTO. Lamb. Pal. sec. ac tert. *legasset;* legendum scilicet *legassit*. Grut. Si sic duo boni codices quondam Palatini, si ipse sic corrigit, quid caussae igitur clar. Grutero fuit, ut editam ab Lambino ac restitutam, ut ipse profitetur, etsi non addita auctoritate librorum veterum, mutaret, et hanc emendationem ita seram subnecteret? Certe quum et ipse in uno membranaceo nunc ita videam, non debui dubitare de hac veritate, quum illud *legassit* in libros scriptos venturum nullos esset, nisi ab auctoris manu per quosdam probos librarios fuisset propagatum. Quod non in omnibus ita legatur, ubique novimus regnare nugatores. Porro quae hic haesitatio et varietas? In utraque lege olim legebatur *agnatorum*. Circa annum 1545. Venetiis ita dederunt in posteriore, at in priore *agnatûm*. Omnes deinde probarunt istud *agnatorum*, nec quidquam de suis libris fatentur. In meo uno MS. diserte reperio utrobique *agnatûm*, qui quum sit bonae notae, cogor credere similiter legi in similibus, atque adeo id quoque reddidi auctori suo, utpote quod in eis, quae ad Herennium scripta sunt, I, 15. iam feceram. Gron. *Agnatûm gentiliumque*. Sic Sch. et Leid. II. vetuste pro *agnatorum*, quod est in reliquis MSS. ac marg. Sch. Vid. ad Her. L. I. c. 13. *agnati:* Ed. Omn. Oud. *Legassit*, ubi vulgati *legaverit*, habet vetustissimus unus Gryphii liber, quemadmodum etiam Lamb. edidit. Ita autem legendum Lib. I. ad Heren. cap. 14. quidquid in eo hoc ipsum exemplar variare videatur. Religiose enim prisca illa et horrida verba in vetustis legibus conservata. Brut. Sch. *legesit*, suprasc. *legaverit*, quod dant ceteri praeter Voss. I. in quo *legavit*. Ed. Omn. *legasset*. Oud. *Agnatum* T. *Agnatorum* B. Erf. *Legaverit* T. Erf. *Legarit* B. *Agnatum* recte scripsit Orell. *Legassit* recte Sch. et Orell. *L.*

Intestato moritur] Sic Sch. ut alibi saepius; sed in MSS. ceteris, atque ed. Omn. *intestatus:* quod nihilo est deterius. Oud.

Agnatûm gentiliumque] Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. *Agnatorum g.* Oud. *Agnatam* T. *Agnatorum* B. Erf. *Agnatum* recte Orell. *L.*

Ei statim etc.] MSS. O. *et statim*. Oud.

Inditae sunt] Libri vulgati habent, *inductae sunt:* duo manuscripti, *inditae sunt*, unde quidam legi volunt, *indutae sunt*, quomodo scriptum est in uno libro manuscr. lib. I. Rhetoric. ad

ligatum: deinde est in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. Interea quidam eius familiares in carcerem tabulas adferunt, et testes adducunt. Heredes, quos ipse iubet, scribunt: tabulae obsignantur. De illo post supplicium sumitur. Inter eos, qui heredes in tabulis scripti sunt, et inter agnatos, de hereditate controversia est. Hic certa lex, quae testamenti faciendi iis, qui in eo loco sint, adimat potestatem, nulla profertur. Ex ceteris legibus, et quae hunc ipsum supplicio huiusmodi adficiunt, et quae ad testamenti faciendi potestatem pertinent, per ratiocinationem veniendum est ad eiusmodi rationem, ut quaeratur, habueritne testamenti faciendi potestatem.

Locos autem communes hoc in genere argumentandi, hos, et huiusmodi quosdam esse arbitramur. Primum, eius scripti, quod proferas, laudationem et confirmationem. Deinde eius rei, qua de quaeratur, cum eo, de quo con-

---

Herennium. Videbatur tamen potius ita loqui debuisse: *pedes in soleas ligneas induti sunt*, quemadmodum dicimus, *inducere se in laqueum, in nubem*. LAMB. *Inditae sunt* alii habent, ut unus Gryph. manuscr., *indutae* alius, *inductae* nonnulli legunt; quam lectionem Leon. Aldus, Manutius, Victorius, omnesque adeo vulgati praeter Lamb. agnoscunt. Is enim inditae, ut nos, edidit. *Indere* autem *catenas captivis* Plautus [Capt. 1, 2, 3.] dixit, locuples auctor Latinae elegantiae. BRUT. Sch. Leid. II. *in p. inditae s.* V. ad Heren. L. I. c. 13. OUD. *Indutae* Orell. *Inductae* Sch. *Inductae* BT. *Inditae* Erf. Orellius ablegat ad lib. ad Her. I, 13. *L.*

Folliculo] Addunt quidam, *lupino*, ut est lib. I. ad Herennium. LAMB.

Culeus] MSS. O. *culleus*. OUD.

In quem coniectus] Pal. pr. ita fere haec concepit, ut legi possit, *conlectus;* quod ferri queat. GRUT.

In profluentem deferretur] Ed. Omn. *in pr. deveheretur*. OUD.

Quos ipse iubet] Sch. *quos ipsos libet* supr. *ipsis*, sed II. manu *ipse iubet*. OUD.

Et quae hunc ipsum suppl. huiusmodi] Deest copula Sch. Ed. Omn. Tum *eiusmodi* MSS. O. OUD.

Ad eiusmodi rationem] Leid. III. Ed. Omn. *ad huiusm. r.* OUD. *Veniundum est* Erf. *L.*

Locos autem communes] Exsulat vox ultima a Leid. II. Ed. Omn. OUD. *Locos autem in hoc genere* B. Absentiam adi. *communis* non improbat Ern. sed, notante recte Orellio, contra Ciceronis in his consuetudinem. *L.*

Laudationem et confirmationem] Sch. *in confirmationem*. OUD.

Qua de quaeratur] Sch. Leid. I. Ed. Omn. *de qua quaeritur*. Voss. II. *quaeritur*. OUD. *De qua quaeritur* B. *Qua de quaeratur*. Erf. *L.*

De quo constat] Sch. Leid. II. Ed. Omn. *de quo constet*. OUD. *Constet* BT. Erf. *L.*

stat, collationem eiusmodi, ut id, de quo quaeritur, rei, de qua constet, simile esse videatur. Postea admirationem percontatione, qui fieri possit, ut, qui hoc aequum esse concedat, illud neget, quod aut aequius, aut eodem sit in genere. Deinde idcirco de hac re nihil esse scriptum, quod, cum de illa esset scriptum, de hac re is, qui 167 scribebat, neminem dubitaturum arbitratus sit.

Postea multis in legibus multa esse praeterita, quae idcirco praeterita nemo arbitretur, quod ex ceteris, de quibus scriptum sit, intelligi possint. Deinde aequitas rei demonstranda est, ut in iuridiciali absoluta. Contra autem qui dicet, similitudinem infirmare debebit: quod faciet, si demonstrabit, illud, quod conferatur, ab eo, cui conferatur, diversum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: si, quo in numero illud, quod per similitudinem adfertur, et quo in loco illud, cuius caussa adfertur, haberi conveniat, ostendetur. De-

---

Collationem eiusmodi] Sch. a m. I. habet tantummodo *collatio*. Leid. II. *collatione hui.* Ed. Omn. *c. huiusm.* OUD.

De qua constet] Sch. Voss. II. Leid. III. *de q. constat.* OUD. *De qua constet* Erf. *De qua causa constet* B. *L.*

Postea admirationem percontatione] Lambinus interposuit *cum*, sed non e libris; iis enim adest *per contentionem*, neque spreverim GRUT. Sch. Leid. I. Voss. II. *per contentionem.* Leid. II. *per cunctationem.* III. *per cunctationem.* Voss. I. *percunctatione.* OUD. Erf. *postea adm. per contationem.* B. *p. adm. per contentionem.* Omisit Schützius verbum: *percontatione;* Ern. scripsit *per contentionem.* Bene Orellius ad Lamb. reversus scripsit: *cum percontatione.* *L.*

De hac re] Leid. II. *hac de re.* Bene. OUD. *De hac re* BT. quem ordinem in his legum formulis praefert Orell. *L.*

De illa esset scriptum, de hac re] Sch. a m. II. Ed. Omn. *de illa re.* Sed *re* post *hac* non comparet in MS. ullo. OUD. Deest eadem vox in Erf. et TB. quod pariter probat Orell. *L.*

Arbitratus sit] Leid. II. *arbitraturus.* Voss. I. Leid. III. *arb. est.* OUD.

Nemo arbitretur] Sch. Voss. I. *n. arbitratur.* OUD. *Nemo non arbitretur* est lectio Lambini, quam speciosam dicit Orellius. Nescio quid laboret idem in structura, quam ita se habere sit: *quae revera esse praeterita nemo arbitretur, idcircoque id arbitretur, quod* cet. Non pertinet ad priora *idcirco*, sed ad sequens tantum, quod spectat, tanquam si scriptum sit: *quae praeterita nemo arbitretur, propterea quod* cet. *L.*

Intelligi possint] Sch. *int. possit.* OUD.

In iuridiciali absoluta] Sch. a m. I. *in negotiali abs.* A Leid. I. abest τὸ [v.] *iuridiciali.* OUD.

Ab eo, cui conferatur] Desunt Leid. II. Ed. Omnib. OUD.

Diversum esse genere] Sch. *d. e. in genere.* OUD.

Conveniat, ostendetur] Sch. Ed. Omn. *conv. demonstrabitur.* OUDENDORPIUS.

inde, quid res cum re differat, demonstrabitur, ut non idem videatur de utraque existimari oportere.

Ac, si ipse quoque poterit ratiocinationibus uti, iisdem ratiocinationibus, quibus ante dictum est, utetur: si non poterit, negabit oportere quidquam, nisi quod scriptum sit, considerare: periclitari omnia iura, si similitudines accipiantur: nihil esse paene, quod non alteri simile esse videatur: multis dissimilibus rebus, in unamquamque rem tantum singulas esse leges: omnia posse inter se vel similia vel dissimilia demonstrari. Loci communes a ratiocinatione, oportere coniectura ex eo, quod scriptum sit, ad id, quod non scriptum sit, pervenire: et neminem posse omnes res per scripturam amplecti, sed eum commodissime scribere, qui curet, ut quaedam ex quibusdam intelligantur.

Iisdem ratiocinationibus, quibus ante dictum] *Rationibus* legitur in omnibus manuscriptis. Brut. Substantivum abest a Sch. Leid. I. Ed. Omn. *de quibus* Voss. I. *praedictum* Leid. I. *praedicentur* Voss. II. Oud. *Hisdem rationibus* B. iisdem rationibus Erf. T. Oxonn. aliquot. Sch. scripsit: *iisdem quibus ante*, omissa voce media. Orellius coniecit: *si ipse quoque poterit ratiocinatione uti, iisdem rationibus* cet. *Praedictum est* BT. Erf. atque ita scripsit Orellius: *quibus ante praedictum est;* idque ex more Ciceronis esse affirmat, ablegans ad Orat. pro Planco p. 126. (suae edit.) *L.*

Periclitari etc. *videntur*] Exsulant haec omnia Sch. Voss. II. ponuntur vero in Leid. I. post vv. *dissim. demonstrari.* A Leid. II. abest τὸ [v.] *esse.* Oud. Ista omnia: *periclitari* — — *videatur* absunt a Codd. T. Erf. Oxonn. tribus. Uncis inclusit Ern. Verba haec: *nihil paene esse, quod non alteri simile esse videatur* abiecit Schützius. Iisdem verbis omnia leguntur apud Victorinum, unde Ern. et Orell. suspicantur, non Ciceronis esse, sed Victorini. *Nihil deesse paene et — similes esse videantur* B. *L.*

Si similitud. accip.] Voss. I. *simil. si acc.* Oud.

Multis dissimilibus rebus] *Multis de dissimilibus* Lambinus recte emendat. Ita enim docet ratio esse legendum. Brut. MSS. O. praebent *de similibus* Voss. I. Leid. I. III. *multas de s.* Oud. Quod verum puto. Oud. *De similibus* etiam Erf. *Multas de similibus* receperunt Orell. Sch. recte. *L.*

In unam quamque rem tantum] Sic Leid. II. In reliquis et ed. Omn. *et in un.* Sch. a m. I. Voss. I. Ed. Omn. *tamen*, nec male. Deest ea vox Leid. II. Oud. *Tamen* T. Erf. *tum* B. Omnes ex non intellecto scripturae compendio. *L.*

Dissimilia demonstrari] Voss. I. Leid. III. *d. monstrari.* Oud.

Loci communes a ratiocinatione] Si haec Ciceronis sunt, de quo vehementer dubito, maior distinctio post ea ponatur. *Loci autem c.* Leid. III. Oud.

Ad id quod non sc.] Ed. Omn. *ad quod non sc.* Oud.

Commodissime scribere] Voss. I. Leid. III. *commode sc.* Oud.

Ex quibusdam intell.] Leid. II. *a q. int.* Oud.

Contra ratiocinationem, huiuscemodi: coniecturam divinationem esse, et stulti scriptoris esse, non posse omnibus de rebus cavere, quibus velit.

CAP. LI. Definitio est: cum in scripto verbum aliquod est positum, cuius de vi quaeritur, hoc modo: Lex: QUI IN ADVERSA TEMPESTATE NAVIM RELI- 468
QUERINT, OMNIA AMITTUNTO: EORUM NAVIS ET ONERA SUNTO, QUI IN NAVI REMANSERINT. Duo quidam, cum iam in alto navigarent, et eorum alterius navis, alterius onus esset, naufragum quemdam natantem, et manus ad se tendentem animadverterunt: misericordia commoti, navim ad eum adplicaverunt: hominem ad se sustulerunt.

Postea aliquanto, ipsos quoque tempestas vehementius iactare coepit, usque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret, et inde funiculo, qui a puppi religatus scapham adnexam trahebat, navim,

---

Huiuscemodi] MSS. O. Ed. Omn. *huiusmodi.* OUD. *Huiusmodi* Erf. BT. *L.*

CAP. LI. *Verbum al. est positum*] Ed. Omnib. *v. al. est expositum.* OUD.

Lex] Voss. I. Leid. II. III. Ed. Omnib. *lex est.* Sed v. c. 49. OUDENDORP.

Omnia amittunto] Voss. I. Leid. I. *o. amittant,* sec. *o. amittendo.* OUD.

Et eorum alterius navis] Sch. Alcuin. p. 362. *cum eor.* etc. MSS. reliqui quinque *et cum eor.* Eiusque particulae repetitionem codicum auctoritate admittendam censeo, utpote frequentissimam. OUDENDORP.

Tendentem animadverterunt] Ed. Omn. *t. adverterunt.* Sed in Leid. I. *est t. animum adverterunt.* Eleganter utrumque. Confer notata ad Hirt. L. VIII. B. G. c. 16. *priores equorum partes* adverterent, et ad B. Alex. c. 30. et de altero, *animum advertere* ad Caes. L. I. de B. G. c. 24. v. c. 18. Id quod e MSS. quoque restituendum est Accio apud Nonium p. 484. Ed. Merc. Ciceroni L. I. de divin. c. 46. Vitruvio L. II. c. 9. *Hoc autem ita esse licet animum advertere etiam de arbustis.* Sic MSS. Voss. et Edd. vett. vulgo *animadvertere in arb.* Sed bene L. X. c. 22. *ut etiam possumus hinc animum advertere.* OUD. *Animum adverterunt* etiam T. hodieque sic legi sive offensione Offic. II, 19. indicavit Orell. *Tendentem viderunt* B. *L.*

Navim ad e. adplicaverunt] Sch. *n. ad e. adplicarunt.* Leid. I. II. Ed. Omn. *adplicuerunt.* Prius malo, ut tollatur, ingratus hic repetitarum syllabarum *erunt* sonus. Vide totum locum. OUD. *Applicaverunt* T. Erf. *L.*

Ad se sustulerunt] Leid. I. *ad sese s.* OUD.

Postea aliquanto] Voss. II. *post al.* OUD.

A puppi religatus] Sch. Voss. II. *a p. religatur.* OUD.

Navim, quoad posset, moderatus est] Sic nequaquam prave omnes editi; quod miror, quum uterque noster MS. habeat *navi,*

quoad posset, moderaretur: ille autem, cuius merces erant, in gladium in navi ibidem incumberet. Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit, et navi, quoad potuit, est opitulatus. Sedatis autem fluctibus, et tempestate iam commutata, navis in portum provehitur. Ille autem, qui in gladium incubuerat, leviter saucius facile est ex vulnere recreatus. Navim cum onere, horum trium suam quisque esse dicit. Hic omnes scripto ad caussam accedunt, et ex nominis vi nascitur controversia. Nam et relinquere navem, et remanere in navi, denique navis ipsa quid sit, definitionibus quaeritur. Iisdem autem ex locis omnibus, quibus definitiva constitutio, tractabitur.

---

qua constructione non minus gavisum fuisse Tullium docent exempla apud Nizolium. GRON. *Qua posset*, ut edidimus, scriptum exstat in duobus manuscr. Gryph. melioribus. Vulg. *quoad posset*. BRUT. Sch. Voss. I. II. Leid. III. Ed. Omnib. *navi*. V. Menken. in Misc. Lips. V. IV. T. 4. p. 738. *ut quod p.* Sch. a m. I. OUD. *Quoad posset* B. Erf. *L.*

Cuius merces erant] Sch. *c. m. erat.* OUD.

In navi ibidem incumberet] Desunt non male *in navi* Sch. agnoscit tamen Alcuin. p. 362. *in nave* Leid. I. Voss. II. in Leid. III. *incubuit.* OUD. *In navi* recte omiserunt Ern. Sch. Orell. *In navi in gladium* B. *Ibidem in navi* T. *L.*

Quoad potuit] Sch. *quod p.* OUD.

Navis in portum provehitur] Ed. Omn. *n. in p. incolumis prov.* Legendum vero e MSS. quinque *pervehitur*, ut Cic. L. XIV. ad Att. Ep. 19. *in portum mallem pervehi.* *Pervehi* dicitur de iis, qui destinatum ad locum veniunt: *provehi*, qui longius aliquo progrediuntur. Adi Comm. ad Liv. L. XXXI. c. 23. *Tranquillo pervectus Chalcidem*; ad Caes. L. II. B. Civ. c. 3. *Freto Siciliae pervehitur.* Restituendum etiam e MSS. in quibus Vossianus, apud Cic. ad Quirit. c. 8. *parva navicula pervectus in Africam.* Vulgo *traiectus.* Plin. L. II. c. 97. *tertio die ex Italia pervectorum Uticam.* Sic MSS. optimi Leidd. non *prov.* Sil. L. VIII. 226.

pervecta ad litora.

Ubi male Heins. *praev.* L. V. 204.

Delon pervectus Apollo.

Adde L. XVI. 519. Solin. p. 23. Ed. Salm. *Equitantem Puteolos usque* perveheret. Sic MSS. tres cum Ald. vulgo *veheret.* Restituenda etiam saepius est Apuleio, ut L. I. Met. p. 16. 17. L. IX. p. 189. *domum celeri gradu pervectus.* Sic enim MSS. quinque vulgo *prov.* OUD. *Pervehitur* recte scripserunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Incubuerat, lev. saucius] Sch. *incumbebat.* Voss. II. *incubuerit.* Idem cum Ed. Omnib. *sauciatus.* OUD.

Fac. est ex v. recreatus] Sch. *fac. ex v. recreatur.* OUD.

Suam quisque esse dicit] Voss. I. *s. q. eam dicet.* Sch. Leid. II. *dicebat.* OUD.

Scripto ad o. accedunt] Leid. III. *ex scripto* etc. OUD.

Nam et relinq. navem] Leid. II. *namque et r.* deest *navem* Sch. a m. I. *navim* Voss. I. Sch. a m. II. OUD.

Nunc, expositis iis argumentationibus, quae in iudiciale caussarum genus adcommodantur, deinceps in deliberativum genus et demonstrativum, argumentandi locos et praecepta dabimus; non quo non in aliqua constitu- 469 tione omnis semper caussa versetur; sed quia proprii tantum harum caussarum quidam loci sunt, non a constitutione separati, sed ad fines horum generum adcommodati. Nam placet, in iudiciali genere finem esse aequitatem, hoc est, partem quamdam honestatis; in deliberativo autem Aristoteli placet utilitatem, nobis et honestatem et utilitatem; in demonstrativo autem honestatem. Quare in hoc quoque genere caussae quaedam argumentationes communiter, ac similiter tractabuntur; quaedam separatius ad finem, quo referri omnem rationem oportet, adiungentur. Atque uniuscuiusque constitutionis exemplum supponere non gravaremur, nisi illud videremus, quemadmodum res obscurae dicendo fierent apertiores; sic res apertas obscuriores fieri oratione. Nunc ad deliberationis praecepta pergamus.

CAP. LII. Rerum expetendarum tria genera sunt. Par autem numerus vitandarum ex contraria parte. Nam est quiddam, quod sua vi nos adliciat ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod

---

In deliberativum genus] Abest ultima vox Voss. I. Oud.

Non quo non] Voss. I. *n. quod n.* Oud. *Non quo non aliqua*, omisso *in*, B. *L.*

Semper caussa versetur] Exsulat adverbium a Leid. III. *versatur* Sch. Oud.

Proprii tantum] Ed. Omn. *proprii tamen.* Deest *tantum* Leid. II. *Tamen* etiam B. *L.*

Non a constit. separati] Sch. *nunc a c. s.* Oud.

In demonstrativo autem honestatem] Apage istud *autem*, quod praecessit, MSS. O. et ed. Omnib. consensu. Oud. *Autem* omiserunt recte Ern. Sch. Orell. *L.*

In hoc quoque genere] Leid. II. *in h. quidem g.* Oud.

Quaedam separatius] Liber unus habet, *quaedam separatim*; *separatius* tamen non improbo, ab adverbio positivo *separate*. Lamb.

Referri omnem rationem] Imo vero lege *orationem*, quod dant MSS. O. et ed. Omnib. Oud. *Orationem* recte scripserunt Ern. Sch. Orell. *L.*

Nisi illud videremus] Sch. *ni illud videremus* supr. *e.* Addunt *quod* Leid. II. Voss. II. Oud.

CAP. LII. *Nam est quiddam*] Sch. *n. e. quoddam.* Oud. Deinde *sua vi nos allicit ad sese* scripsit Ern. de coniectura, eumque secuti sunt Sch. et Orell. Erf. *alliceat.* B. *eliciat.* T. *alliciat.* Nolim sublatum coniunctivum, qui optime se tuetur. *L.*

Quod genus] Ed. Omn. *q. genus est.* Oud.

genus virtus, scientia, veritas est. Aliud autem non propter suam vim et naturam, sed propter fructum, atque utilitatem, petendum: quod genus pecunia est. Est porro quiddam ex horum partibus iunctum, quod et sua vi, et dignitate nos inductos ducit, et prae se quamdam gerit utilitatem, quo magis expetatur, ut amicitia, bona existimatio. Atque ex his horum contraria facile, tacentibus nobis, intelligentur.

Sed ut expeditius ratio tradatur, ea, quae posuimus,
470 brevi nominabuntur. Nam in primo genere quae sunt, honesta adpellabuntur; quae autem in secundo, utilia; haec autem tertia, quia partem honestatis continent, et quia maior est vis honestatis, iunctae res omnino ex duplici genere intelligentur: sed in meliorem partem vocabuli conferantur, et honesta nominentur. Ex his illud conficitur, ut adpetendarum rerum partes sint, honestas et utilitas: vitandarum, turpitudo et inutilitas. His igitur duabus rebus

---

Scientia, veritas est. Aliud autem] Sch. *ac. ver.* Tum *est autem aliud* Sch. Voss. I. II. Leid. II. III. Oud.

Atque util.] Leid. II. *et util.* Oud.

Q. genus pecunia est] MSS. O. et ed. Omn. carent τοῦ [v.] *genus*. Bene. Oud.

Est porro quiddam] Sch. *e. p. quoddam.* Oud.

Ex h. partibus iunctum] Leid. III. *ex h. p. coniunctum.* Oud.

Nos inductos ducit] Lamb. non sine certa ratione vocem *inductos* alieno loco insertam tollit. Brut. Deest pronomen Leid. III. *illectos* Leid. II. Oud. *Vi et dignitate nos illectos ducit* scripsit Sch. quem secutus est Orell., qui *vi illicere* e Plinio mai. citat. Codd. omnes exhibent vulgatam praeter illum unum apud Oudend. et B., qui *nos* omittit. *L.*

Prae se gerit] Sch. *per se g.* Oud.

Facile, tac. nobis, intelligentur] Sch. *quae facile etc. intelliguntur* Leid. II. Oud.

Brevi nominabuntur] Sch. a m. II. *breviter n.* Oud. *Breviter* Erf. B. *L.*

In primo genere quae sunt] Ed. Omn. *in pr. quidem g.* etc. Verbo caret Voss. I. Oud.

Quae autem in secundo] Secunda vox abest Sch. a m. I. Oud.

Quia p. honestatis continent] Sch. a m. I. *quae.* Ed. Omn. *p. honestatis et utilitatis c.* Oud.

Iunctae res] Sch. a m. I. *iuncta esse.* Ed. Omn. *i. esse.* Oud.

Intelligentur] Sch. Voss. II. *intelliguntur.* Oud.

Nominentur] Voss. I. Leid. I. a m. I. *nominantur.* Oud. Omnem hunc locum inde a vv. *Haec autem tertia* ad Lambini lectionem sic immutavit Sch.: *Haec autem tertia, quia partes honestatis et utilitatis continent, omnino iuncta esse* (Lamb. *iunctae res omnino*) *ex duplici genere intelligentur: sed quia maior vis est honestatis, in meliorem partem vocabuli conferantur, et honesta nominentur.* *L.*

Ex his illud confic.] Sch. *ex illis ill. conf.* Oud.

duae res grandes sunt adtributae, necessitudo, et adfectio: quarum altera ex vi, altera ex re et personis consideratur. De utraque post apertius perscribemus. Nunc honestatis rationes primum explicemus.

CAP. LIII. Quod aut totum, aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabimus. Quare cum eius duae partes sint, quarum altera simplex, altera iuncta sit, simplicem prius consideremus. Est igitur in eo genere omnes res una vi atque uno nomine amplexa virtus. Nam virtus est animi habitus naturae modo, rationi consentaneus: quamobrem omnibus eius partibus cognitis, tota vis erit simplicis honestatis considerata. Habet igitur partes quatuor: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam.

Prudentia est rerum bonarum, et malarum, et utrarumque scientia. Partes eius, memoria, intelligentia, 471 providentia. Memoria est, per quam animus repetit illa,

---

Consideratur] Sch. a m. 1. *consideretur.* Leid. II. *considerantur.* Non male. Oud.

CAP. LIII. *Cum eius duae partes sint*] Sch. Voss. I. II. *sunt.* Oud.

Alt. iuncta sit] Leid. III. *alt. coniuncta s.* Oud.

Naturae, modo, rationi consentaneus] Liber unus manuscriptus habet: *naturae modo, atque rationi consentaneus. Modus naturae* autem, id est, moderatio naturae, seu moderata natura, seu lex e regula naturae. Si quis lectionem receptam probabit, sic poterit hic locus explicari, consentaneus rationi, quae ratio naturae modus est; vel sic: consentaneus rationi, per modum, et moderationem naturae; vel sic: consentaneus naturae, modo, rationi. Omnino suspectus mihi est hic locus, neque videtur mendo vacare; scriptura tamen antiqua satis facilis, et plana est. Lamb. *Naturae modo atque rationi consentaneus* scripsit Orellius, e cod. T. *modo naturae modo rationi* c. B. *naturae modo, rationi consentaneus* Erf., ut vulgo. *Naturae, moderationi* margo Crat. *L.*

Simpl. honest. considerata] Sch. Leid. II. III. Voss. II. *s. h. consideranda.* Oud.

Prudentia est rerum bonarum et malarum, et utrarumque scientia] Mss. nostri non agnoscunt copulam *et*; unde factum puto, ut Lambinus ediderit, *et malarum, neutrarumque scientia.* Erat in Pal. sec. *malarum utrarum vitandum scientia,* quod excutient feriatiores. Grut. Etiam MSSti nostri ignorant copulam; et quod notabile est, in uno bene antiquo voci *utrarumque* superscriptum est *quasi prolepsis*, non secus ac si Ciceronem tunc ita intelligerent: *est scientia rerum utrarumque, bonarum* scilicet *et malarum.* Gron. Uti in aliorum, sic in nostris MSS. non comparet copula *et.* Forsan legendum est *vitandarumque*, quo facit lectio Pal. II. *utrarum vitandum.* Neque tum post *bonarum* videatur addendum fuisse *et appetendarum.* Confer praecedentia. Nam sic c. 54. *uti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reponemus.* Oud. *Neutrarumque* scripsit Sch. cum Lambino. *Utrarum* T. *utrarumque* B. Erf. Lamb. et Sch. secutus est Orell. *L.*

quae fuerunt. Intelligentia est, per quam ea perspicit, quae sunt. Providentia est, per quam futurum aliquid videtur ante quam factum sit. Iustitia est habitus animi, communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem. Eius initium est ab natura profectum: deinde quaedam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt: postea res et ab natura profectas, et ab consuetudine probatas, legum metus, et religio sanxit.

Natura ius est, quod non opinio genuit, sed quaedam innata vis inseruit, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. Religio est, quae superioris cuiusdam naturae (quam divinam vocant) curam, cerimoniamque adfert. Pietas, per quam sanguine coniunctis, patriaeque benivolis officium et diligens tribuitur cultus. Gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria, et alterius remunerandi voluntas continetur.

Ea perspicit] Leid. II. *ea prospicit.* Oud.

Antequam factum sit] Ita in solo Voss. II. Reliqui cum ed. Omn. habent *a. q. f. est.* Oud. Paullo ante *per quam f. al. videt* (sc. *animus*) scripsit Sch. Sed recte monet Orell. passivi usum in hoc verbo non esse oblitterandum. *L.*

Natura ius est etc.] Tres libri manuscripti habent: *Naturae ius est;* quam scripturam quamvis non improbem, ita enim supra hoc eodem libro locutus est: *Naturae iura, et consuetudinis ius,* etc., receptam tamen tueor ac retineo, ut *natura* sit septimi casus. Sic enim etiam infra loquitur: *Consuetudine ius est.* Lamb. Pal. omnes, item primitus cusi *Naturae.* Sed reciperem, nisi sequeretur mox, *consuetudine ius est* etc. Grut. Sch. Leid. I. II. Voss. II. *Naturae ius est.* Leid. III. *natura iustitia e.* Ed. Omn. *naturae ius erit,* male. Vide c. 54. et L. II. ad Herenn. c. 13, Oud. *Natura* B. Erf. Paullo post *inseruit* omnes exhibent Codd. Sed Sch. Lambini coniecturam secutus dedit *insevit. Inserit* est in Cod. B. unde Lambini coniectura confirmari videtur. *L.*

Pietas] Voss. I. Leid. III. *p. est.* Oud.

Sanguine coniunctis, patriaeque benivolis] Haec mutavit Lambinus, sed nullo praeeunte manuscripto. Itaque licet nihilo sint istis peiora, minime tamen recipienda duximus. Impudens est es hominis, qui in alterius scriptis agit ingeniosum. Grut. Vid. Gifan. Ind. Lucret. p. 434. Voss. I. Leid. III. *patriae beniv. et sang. coni.* Oud. Lamb. in peiore editione: *per quam patriae et sanguine coniunctis officium.* In posterioris margine: *per quam patriae sanguineque coniunctis benevolentia, officium.* Orellius in vulgata unum tantum voc. corruptum censet, scribendumque *benivolum* pro *benivolis.* In B. est: *per quam patrie benivolis sanguineque coniunctis off.* *L.*

Alterius memoria, et alterius] Secunda vox deest Sch. a m. I. Ultima Sch. a m. I. Voss. II. Ed. Omnib. Oud. *Et remunerandi voluntas* dedit e Tur. Orell. *L.*

Vindicatio est, per quam vis et iniuria, et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo, aut ulciscendo propulsatur. Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam, et honore dignantur.

Veritas est, per quam, immutata ea, quae sunt, aut 472 ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur.

CAP. LIV. Consuetudine ius est, quod aut leviter a natura tractum aluit et maius fecit usus, ut religionem: aut si quid eorum, quae ante diximus, ab natura profectum, maius factum propter consuetudinem videmus, aut quod in morem vetustas vulgi adprobatione perduxit: quod genus, pactum, par, iudicatum. Pactum est, quod inter aliquos convenit. Par, quod in omnes aequabile est. Iudicatum, de quo alicuius, aut aliquorum iam sententiis constitutum est. Lege ius est, quod in eo scripto, quod populo expositum est, ut observet, continetur.

Fortitudo est considerata periculorum susceptio, et laborum perpessio. Eius partes, magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia. Magnificentia est rerum magnarum, et excelsarum cum animi ampla quadam, et splendida propositione agitatio, atque administratio. Fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe collocavit. Patientia

---

Vindicatio est] Abest verbum a Sch. Leid. I. II. Voss. II. Bene. OUDENDORP.

Vis et iniuria] Leid. II. III. Ed. Omn. *vis aut ini.* OUD.

Observantia est] Rursus *est* non comparet in Sch. Leid. I. Voss. II. uti et mox, ubi vulgo *veritas est.* OUD.

Aut ante fuerunt] Media voce caret Leid. I. a manu pr. neque ea indiget sensus. OUD.

CAP. LIV. *Aluit et maius f. usus*] Sch. *valuit et m. f. us.* OUDENDORP.

Si quid eorum] Sch. *si quod e.* OUD. Verba haec: *Aut si quid — videmus* ut turpissimum interpolatoris pannum hic adsutum rescidit Sch. *Aut si quid aliud horum quae* B. *Ut si quid eorum q.* T. Erf. *L.*

Vulgi approbatione perduxit] Liber unus manuscr. habet, *produxit:* quod probo. Ita enim saepenumero loquitur, nisi quis malit, legi *provexit.* LAMB.

Quod genus, pactum] Sic Leid. I. In ceteris et ed. Omn. *q. g. pactum est.* OUD.

Par, quod in omnes aequabile] Sic posui praeeunte Pal. sec. tert. et Grevenb. vulgata *inter omnes.* GRUT. Sch. Leid. II. Ed. Omn. *inter o.* etc. OUD.

Lege ius est] Sch. *legis,* male. Leid. III. *L. iustitia est.* OUD.

Agitatio atque admin.] Sch. a m. I. Ed. Omn. *cogitatio.* Leid. II. *coagitatio.* OUD. *Cogitatio* Erf. *L.*

In se fiduciae] Voss. I. Leid. III. *in se fidentiae.* OUD.

est honestatis, aut utilitatis caussa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio.

Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio. Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma et moderata dominatio. Eius partes sunt continentia, cle-
473 mentia, modestia. Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. Clementia, per quam animi temere in odium alicuius invectionis concitati, comitate retinentur. Modestia, per quam pudor honestus claram et stabilem comparat auctoritatem. Atque haec omnia propter se solum, ut nihil adiungatur emolumenti, petenda sunt. Quod ut demonstretur, neque ad hoc nostrum in-

---

Aut utilitatis c.] Leid. III. *atque ut.* Oud.

Ac difficilium] Voss. I. Leid. III. *et diff.* Oud.

Rationis etc. *impetus animi*] Leid. III. *ratione.* a Leid. II. abest *animi.* Oud.

Eius partes sunt] Sic Leid. I. II. Ceteri et ed. Omn. carent verbo. Oud.

Consilii gubernatione regitur] Pal. pr. initio habuit *generatione;* unde fit ut non abhorream a scriptura Grevenb. *consilii ratione regitur.* Grut. Deest vox *gubernatione* ed. Omn. Oud.

Temere in odium alicuius inferioris] Sic restitui coniectura ductus. Nam vox *invectionis*, quae reperitur in omnibus libris, et *iniecionis*, quae in nonnullis veteribus, sine dubio corrupta est. Quod autem Mich. Brutus sic emendandum censet, *temere in odium alicuius invectio conciata, comitate retinetur*, pace eius dixerim, non probo. Lamb. *Invectionis* lectio minus vera; ineptit enim haec definitio, neque integrat eam Lambinus, reponendo, *inferioris.* Pal. sec. habet *alicuius invectio concitata.* tert. *alicuius iniectionis concitati.* Grut. *Clementia, per quam animi temere in odium alicuius invectionis concitati comitate retinetur.* Haec vulgata lectio foede corrupta et perturbata. Nos ex meo libro, in quo integra manet, plane nobis videmur depravatam restituisse: *Clementia, per quam animi temere in odium alicuius invectio concitata, comitate retinetur.* Unam autem ipsi vocem levi mutatione emendatam pro *iniectio*, *invectio* substituimus. Brut. Sch. Voss. I. Leid. I. II. *cl. est, per q.* et statim *modestia est.* Voss. I. Leid. I. II. Leid. III. *alius* pro *alicuius.* Sch. a m. I. *iniectionis.* Leid. II. *invectio.* An legendum *invectionibus*, sive insectationibus, et invectiva oratione? Oud. *Clementia, per quam animi temere in odium alicuius concitati invectio comitate retinetur.* Ita Ernestius, quem secuti sunt Sch. et Orellius. *Alicuius invectionis concitati comitate retinentur* TB. Erf. ut vulgo. Unde Garaton. ad Plancinianam, citante Orellio: *animi concitati invectiones com. retinentur.* Sed displicet Orellio pluralis numerus *invectiones.* *Invectio* e Codd. tuetur Brutus, eiusque lectioni consentiunt tres Oxonienses. *L.*

Claram et stabilem] Sic in solo Leid II. in Sch. a m. I. *curam*, a II. *caram*, ut est in reliquis MSS. Oud. *Caram* scripserunt recte Ern. Sch. Orellius. *L.*

Ut nihil adi. emol.] Voss. II. *ut adi. emol. praeter se.* Oud.

stitutum pertinet, et a brevitate praecipiendi remotum est.

Propter se autem vitanda sunt, non ea modo, quae his contraria sunt, ut fortitudini ignavia, et iustitiae iniustitia: verum etiam illa, quae propinqua videntur et finitima esse, absunt autem longissime: quod genus, fidentiae contrarium est diffidentia, et ea re vitium est: audacia non contrarium, sed adpositum est, ac propinquum, et tamen vitium est. Sic unicuique virtuti finitimum vitium reperietur, aut certo iam nomine adpellatum; ut audacia, quae fidentiae; pertinacia, quae perseverantiae finitima est; superstitio, quae religioni propinqua est: aut sine ullo certo nomine. Quae omnia item uti contraria rerum bonarum, in rebus vitandis reponemus. Ac de eo quidem genere honestatis, quod omni ex parte propter se petitur, satis dictum est.

CAP. LV. Nunc de eo, in quo utilitas quoque adiungitur, quod tamen honestum vocamus, dicendum vi- 474
detur. Sunt igitur multa, quae nos cum dignitate, tum fructu quoque suo ducunt ad se: quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas, alicuius honesta, et cultu, et honore, et verecundia digna auctoritas. Amplitudo, potentiae, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia, voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius caussa, quem diligit, cum eius pari voluntate.

A brevitate p. remotum] Praepositionem haud agnoscit Sch. OUDENDORP.

Absunt autem longissime] Voss. I. Leid. III. *abs. a. quam. longissime.* Eleganter; ut c. 56. *quam brevissimo tempore*, et passim. OUD. *Finitima esse tamen longissime* B. *L.*

Quae omnia item.] Ultima particula abest Leid. III. OUD.

Reponemus] Leid. II. III. *ponemus.* Sch. a m. I. *reponuntur.* Ed. Omn. *reperiuntur.* OUD. *Reponentur* B. Erf. *L.*

CAP. LV. *Cum dignitate*] Voss. I. II. Leid. I. *tum d.* OUD.

Ducunt ad se] Lambinus abscidit *ad se.* Et vero non comparent in Pal. sec. aut tert. aut Grevenb. Non tamen est dedecori sententiae. GRUT. Nos duas voces *ad se*, quae in omnibus manuscript. aberant, sustulimus. BRUT. *Ducunt ad se.* Sic legitur in solo Leid. II. et Victor. p. 232. Ceteri et ed. Omn. carent τοῖς [vv.] *ad se.* OUD. *Tum quoque suo fructu ducunt: quo in* B. *Tum fructu quoque suo ducunt: quo in* Erf. T. Voculas *ad se* iam Ern. omisit eumque secuti sunt Sch. et Orell. *L.*

Alicuius honesta] Fortasse legendum, *honesti.* LAMB. Sch. Leid. III. *dignitas est al.* OUD.

Verecundia digna] Leid. II. *reverentia d.* OUD.

Hic, quia de civilibus caussis loquimur, fructus ad amicitiam adiungimus, ut eorum quoque caussa petenda videatur: ne forte qui nos de omni amicitia dicere existimant, reprehendere incipiant, quamquam sunt qui propter utilitatem modo petendam putant amicitiam: sunt qui propter se solum: sunt qui propter se, et utilitatem. Quorum quid verissime constituatur, alius locus erit considerandi. Nunc hoc sic ad usum oratorium relinquatur, utramque propter rem amicitiam esse expetendam.

Amicitiarum autem ratio, quoniam partim sunt religionibus iunctae, partim non sunt: et quia partim veteres sunt, partim novae, partim ab illorum, partim ab nostro beneficio profectae, partim utiliores, partim minus utiles: ex caussarum dignitatibus, et temporum oportunitatibus, ex officiis, ex religionibus, ex vetustatibus habebitur.

CAP. LVI. Utilitas autem aut in corpore posita est,
475 aut in extraneis rebus: quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum revertitur, ut in republica quaedam sunt, quae (ut sic dicam) ad corpus perti-

---

Causiss loquimur] Exsulant a Voss. I. Oud.

Eorum quoque caussa] Mediam vocem ignorat Sch. Oud. Paullo post Orellius e cod. Tur. scripsit: *ne forte qui nos de omni amicitia dicere existimans reprehendere incipiat;* ut *ne forte* pro *ne*, quod est *ne forte quis*, positum intelligatur. *Ne qui* et *ne quis* promiscue usurpata monstrat Orell. in Fragmm. legis Serviliae pag. 82. ed. Klenze. Ita antiquitus factum esse non negem. Sed vide quae supra monui ad pag. 539. de *si qui* et *si quis* formulis. *Existiment* scripserunt Lamb. Ern. Sch. e Codicibus. Sed *existimant* Erf. B. *L.*

Petendam putant amicitiam] Sch. *petendas p. amicitias.* Oud. *Putent* ex uno Cod. reposuit Ern. At *putant* tuentur Erf. B. *L.*

Propter se solum] Voss. I. *pr. se solummodo.* Oud.

Verissime constituatur] Voss. II. *verisimile const.* Oud.

Alius locus erit considerandi] Sic legendum vel omnibus libris reclamantibus, qui habent, *considerandus.* Lamb. Deest verbum Sch. in MSS. reliquis et ed. Omn. *considerandus;* prave. Oud. *Considerandus* etiam B. et Erf. *L.*

Esse expetendam] Sch. *esse petendam.* Oud. Paullo post *partim ab aliorum partim ab nostro* suspicatus erat Ern. atque ita exhibent Erf. et unus Oxonn. Sed non est necessarium. *L.*

CAP. LVI. *Aut in corpore*] Sch. Voss. Leid. III. *aut in nostris rebus aut in corpore.* Oud.

Aut in extraneis rebus] Deest *aut* Leid. I. *in* abest Leid. III. et Sch. a m. I. *extrariis* Leid. II. III. de quo dixi ad Suet. Vesp. c. 5. et alibi, ni fallor. Vid. L. I. ad Herenn. c. 14. II. c. 13. Infra c. 59. *extrarias res.* Oud. *In extrariis rebus* scripsit Orellius, quae ipsi antiquior vocabuli forma videtur, et saepius oblitterata. Nostri Codd. non addiderunt. *L.*

nent civitatis, ut agri, portus, pecunia: classes, nautae, milites, socii; quibus rebus incolumitatem, ac libertatem retinent civitates: Alia vero, quae iam quiddam magis amplum, et minus necessarium conficiunt, ut urbis egregia exornatio, atque amplitudo, ut quaedam excellens pecuniae magnitudo, amicitiarum ac societatum multitudo.

Quibus rebus non illud solum conficitur, ut salvae et incolumes, verum etiam, ut amplae, atque potentes sint civitates. Quare utilitatis duae partes videntur esse, incolumitas, et potentia. Incolumitas est salutis tuta, atque integra conservatio. Potentia est ad sua conservanda, et alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. Atque in iis omnibus, quae ante dicta sunt, quid difficulter fieri et quid facile fieri possit, oportet considerare. Facile fieri id dicimus, quod sine magno, aut sine ullo labore, sumtu, molestia, quam brevissimo tempore confici potest. Difficile autem fieri, quod quamquam laboris, sumtus, molestiae, longinquitatis indiget, atque aut omnes, aut plurimas, aut maximas caussas habet difficultatis; tamen, his

Classes n. mil. socii] Sch. Voss. I. Leid. I. III. *classis*. abest *socii* a Voss. II. OUD. *Classis* B. *L.*

Quibus rebus incol.] Leid. II. *q. in rebus*. OUD.

Alia vero] Sch. Voss. II. Leid. III. *aliae v.* Ed. Omn. *alia si*. OUD. *Alia vero*, ut vulgo, BT. Erf. *L.*

Quiddam m. amplum] Sch. *quoddam m. amp.* OUD.

Potentes sint civit.] Sch. *potentissimae s. c.* OUD.

Tuta atque integra cons.] Sch. *rata atque int. cons.* Vere, ut opinor, pro certa, firma et quasi sarta tecta. Sic in Top. c. 14. *Rata conclusio* L. II. de Fin. c. 7. δόξας *maxime ratas*. Adi Is. Voss. ad Melam L. II. c. 7. inf. *sine pernicie et rata est*. Sic enim Leid. I. in MSS. quam plurimis *rara*; vulgo *tuta*, uti hic. *et int.* Leid. III. OUD. *Tuta* exhibent BT. Erf. *L.*

Alterius obtinenda] Sch. *ad tenenda alt.* OUD.

In iis omnibus] Abest praepositio Sch. a m. I. Pronomen deest Voss. I. Leid. III. dein *antea* Voss. I. OUD.

Difficulter fieri, et quid facile fieri] Exsulat prima vox a Sch. *difficultum et q.* Leid. II. *et q. fac. fieri* desunt Voss. I. OUD. *Quid difficulter vel posse fieri et quid facile* B. *Difficulter* omittit T. *L.*

Facile fieri id dicimus, quod sine magno aut sine ullo labore] Locus sumptus ex Lib. I. Rhetor. Aristotelis: Ῥᾴδια δὲ ὅσα ἢ ἄνευ λύπης, ἢ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. τὸ γὰρ χαλεπὸν ὁρίζεται ἢ λύπῃ, ἢ πλήθει χρόνου. URS. Voce *fieri* carent Leid. III. Voss. I. OUD. Omittit hanc vocem etiam Cod. T. Et probat Ern. *L.*

Difficile autem fieri] Sch. Voss. II. Ed. Omnib. *posse autem fieri*, sicuti supra, *difficulter* abest a Sch. ut distinguantur *posse fieri, et facile fieri*. Nec male. Atque τὸ [v.] *difficulter* et *difficile* e glossa esse profecta, coniicias quoque e scriptura Leid. I. *posse autem difficile fieri*. Uti et ipsis Ciceronis verbis c. 57. *in illa superiori, possitne fieri, quaestione*. OUD. *Difficulter autem fieri posse quod* Erf. *Difficile autem fieri posse quod* B. *Ea autem fieri quod* T. Latere hic aliquid corrupti suspicatur Orell. *L.*

susceptis difficultatibus, compleri, atque ad exitum perduci potest.

Quoniam ergo de honestate, et de utilitate diximus, nunc restat, ut de iis rebus, quas his adtributas esse dicebamus, necessitudine et adfectione perscribamus.

476 CAP. LVII. Puto igitur esse hanc necessitudinem, cui nulla vi resisti potest; quae neque mutari, neque leniri potest. Atque, ut apertius hoc sit, exemplis licet vim rei, qualis et quanta sit, cognoscamus. Uri posse flamma ligneam materiam necesse est. Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est; atque ita necesse, ut vis ea postulat, quam modo describebamus, necessitudinis, cui nulla vi resisti potest, quae neque mutari, neque leniri potest. Huiusmodi necessitudines, cum in dicendi rationes incident, recte necessitudines adpellabuntur. Sin aliquae

---

Compleri] Sch. a m. I. *conferri.* Leid. I. *complerique.* Oud. *Confici* cum glossa { (i. e. *vel*) *compleri* Erf. *L.*

Quoniam ergo de h.] Deest secunda vox Sch. a m. I. *q. igitur* Leid. I. Oud. *Quoniam igitur de* B. *L.*

CAP. LVII. *Cui nulla vi resisti potest, quo ea secius id quod facere potest, perficiat*] Hic a verbo, *potest*, cetera in duobus Gryph. libris antiquis inveniuntur, quae absunt in manuscriptis aliis et in vulgatis. In iisdem paullo post: *partim autem esse multas res necessitatis.* Brut. Addit Sch. *quin quod fas et ius facere possunt, perficiat.* Oud. *Cui nulla vi resisti possit, quae n.* B. *Cui nulla vi resisti potest quod n.* Erf. Sed plene T.: *Cui nulla vi resisti potest, quo ea secius id, quod facere potest, perficiat; quae n.* Atque ita scripsit Orellius. *L.*

Exemplis licet vim rei.] Sch. *exemplo scilicet vis rei.* Leid. I. *exemplo* etc. Leid. II. *veri rei.* Oud.

Qualis et quanta] Sch. *q. aut q.* Oud.

Corpus mortale] Sch. *animal. corp. mort.* Oud.

Atque ita necesse] Leid. II. *atque hoc ita n. est.* Verbum additur quoque Voss. I. Leid. III. Sch. a m. II. Oud.

Ut vis ea post.] MSS. O. et ed. Omn. *ut vis p. ea.* Bene. Oud.

Necessitudinis] Addit Voss. II. *sc. i. e. scilicet.* Oud.

Quae neque mutari neque leniri potest] Sch. hic praeponit: *quod ea secius id quod facere potest, perficiat.* Oud. Ita hoc quoque loco Cod. T. apud Orell. Scripsitque ita Orellius, sed uncis ista omnia: *cui nulla vi resisti potest, quo ea secius id, quod facere potest, perficiat, quae neque mutari neque leniri potest;* nullam enim caussam se videre ait quod ea statim sic repetantur. *L.*

Cum in dicendi rationes incidunt] Sic primus edidit Lambinus, sequente Gothofredo et Grutero: debuerant igitur pariter mutare *appellantur.* Itaque varius puto edi ab maioribus *incident,* quod ego integrum exstare quoque video in duobus scriptis, ut merito revocaverim. In iisdem mox legitur: *Sin aliquae res accident diff.* Gron. Voss. I. *in dicundi r. inc.* Oud. Scripsit Sch. e Pargoldi coniectura: *Huiusmodi quum in dicendo rationes inc.* Orellius v. *necessitudines* et v. *in* uncis inclusit, ut totum locum sic legi voluerit: *Huiusmodi quum dicendi rationes inc.* quae mihi ratio vera videtur. *L.*

s incident difficiles, in illa superiori, possitne fieri, aestione considerabimus.

Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quasdam m adiunctione necessitudines, quasdam simplices et ablutas. Nam aliter dicere solemus: necesse est Casilinen-s se dedere Annibali; aliter autem: necesse est Casilinum nire in Annibalis potestatem. Illic in superiore adiun-io est haec, nisi malint fame perire; si enim id malunt, n necesse. Hoc inferius non item, propterea quod sive lint Casilinenses se dedere, sive famem perpeti, atque perire, necessè est Casilinum venire in Annibalis potetem. Quid igitur perficere potest haec necessitudinis disibutio? Prope dicam, plurimum, cum is locus necessidinis videbitur incurrere. Nam cum simplex erit necesudo, nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla tione lenire possimus.

Cum autem ita necesse erit, ut aliquid effugere, aut 477 ipisci velimus, tum adiunctio illa, quid habeat utilitatis, t quid honestatis, erit considerandum. Nam si velis

---

Considerabimus] Sch. e m. I. *considerabitur.* OUD.

Esse quasdam etc. *necessitudines*] Deest verbum Voss. I. *etiam* etc. *necessitudines esse.* OUD.

Casilinenses] MSS. O. Victor. ed. Omn. semper scribunt du-ici *s*, et praeter Voss. I. dant *Cassilienses.* OUD. *Cassilinenses Cassilinum* duplici *s* Erf. uno B. *L.*

Nisi malint fame perire] Voss. II. *nisi se m.* Sch. Voss. I. id. III. Ed. Omn. *nisi si malunt.* Verissime; de elegantia locu-onis frequentissimae *nisi si* consule modo Cll. Drakenb. ad Liv. VI. c. 26. et Duk. ad. Flor. L. IV. c. 7. §. 15. *malunt* etiam id. II. OUD. *Nisi malint* Erf. *ni se malint* B. *Nisi si ma-nt* T. Atque ita scripsit Orell. *L.*

Non necesse] MSS. O. et ed. Omn. bene *non est necesse.* OUD.

Hoc inferius] Videtur legendum: *In hoc inferiore.* LAMB. mbinum secutus est Sch. Sed Ern. coniecerat: *hic in inferiori.* ulgatam tenuit Orell. verba priora illa: *in superiore* e glossa esse tans. *L.*

Sive velint] Sch. Voss. II. *si velint.* OUD.

Atque ita perire] Media vox non apparet in Leid. II. OUD.

Perficere potest] Leid. II. *p. posset* supr. *i.* OUD.

Is locus nec. videbitur] Sch. a m. I. Voss. I. Leid. III. carent onomine. Leid. I. *eis.* Ed. Omn. *his.* Leid. II. *videtur.* OUD. *Is* nisit T. quod idem uncis inclusit Orell. *L.*

Simplex erit necessitudo] Leid. III. *s. er. necessitudinis vis.* OUD.

Ut aliquid effugere, aut] Sch. *si aliquod eff. vel;* suprasc. [v.] *si* voce *aut.* Secundo loco *vel* etiam Leid. II. OUD. *Si* quid *eff.* e cod. T. scripsit Orell. *Cum ita necesse sit ut* B. Comrat Orell. locum e Cic. de Nat. Deor. I, 2. *Tribuenda — deom — numini ita sunt, si animadvertuntur ab iis.* *L.*

Quid habeat util.] Sch. *quod h. ut.* OUD.

Aut quid honestatis] Ed. Omn. *atque h.* OUD.

adtendere, (ita tamen, ut id quaeras, quod conveniat ad usum civitatis) reperias nullam esse rem, quam facere necesse sit, nisi propter aliquam caussam, quam adiunctionem nominamus: pariter autem esse multas res necessitudinis, ad quas similis adiunctio non accedit. Quod genus, ut homines mortales necesse est interire, sine adiunctione: ut cibo utantur, non necesse est, nisi cum illa exceptione: extra quam, si nolint fame perire.

Ergo, ut dixi, illud, quod adiungitur, semper, cuius-

Ita tamen, ut] Sch. Leid. I. *ita tantum, ut.* Oud.

Reperias] Ed. Omn. *reperies.* Oud. Hunc locum ita e coniectura exhibuit Sch. *reperias nonnullam esse rem, quam facere necesse non sit.* Recte monuit Orellius, Ciceronem tantum de iis rebus loqui, quae ad civilem usum remque iudicialem pertinent. Hoc enim velle: *in talibus de nulla necessitate* (*absoluta*) *disputari reperias, sed semper de hypothetica quadam;* ut nunc vulgo dicunt. Etenim extra iudicia et deliberationes versatur omnis necessitas absoluta. Haec Orell. *L.*

Nisi pr. aliquam caussam] Penultima vox abest Leid. II. Oud.

Pariter autem esse multas] Ita Manutiana nupera, neque aliter Pal. sec. alii enim voce immissa, *invenias esse multas;* non necessario, repetitur quippe superius *reperias.* Prima editio praefert: *praeter haec autem invenies esse multas,* quam secuti sunt Victorius ac Lambinus. Grut. Sch. *partim autem esse multa res necessitatis,* et in marg. *praeterea autem invenies* etc. Voss. I. II. Leid. I. Ed. Omn. *praeter haec autem invenies m. esse* etc. Sed vere in Victorino p. 234. *praeter haec autem esse multas invenias res.* Id est necessitudines. Unde patet vocem *necessitudinis* vel *necessitatis* e glossa explicationis caussa in textum irrepsisse. In ed. Omn. quoque *necessitatis.* Oud. Multum fluctuat in his lectio. Victorin. *praeter haec autem esse multas invenias res*] *id est necessitudines.* B. *praeter haec invenies multas res necessitatis ad quas.* T. *partem autem esse multas res necessitatis a. q.* Erf. *pariter autem esse multas res necessitudinis a. q.* Schützius scripsit: *praeter haec autem esse multas necessitudines.* Orellius contra: *praeter haec autem esse multas* [*invenias*] *res* [*necessitudinis*] *ad quas.* Nam v. *invenias* a multis abest, aliis *invenies.* Pro *necessitudinis* alii *necessitatis* et apud Victor. aperte glossema est illud v. Sic recte Orellius. *L.*

At quas similis adiunctio non accedit]. Quidam putant, negationis nota deleta, sic legendum, *similis adiunctio accedit.* Lamb.

Quod genus, ut h.] *Ut* de Ern. coni. Orellius uncis inclusit. Schützius totum locum ita exhibuit: *Quod genus, ut homines mortales intereant, necesse est;* secundum Oliveti et Lallemandi lectionem, quae tamen incertum est an codicibus innitatur. *L.*

Extra quam] Necesse est, verbi gratia, homines intereant, *extra quam si velint fame perire,* id est, praeterquam si, vel, nisi velint, etc. Mendose legitur in libris vulgatis, *extra quam si nolint,* etc. Lamb.

Si nolint fame p.] Voss. I. Leid. III. *si nolunt.* Male Lambinus legi vult *si velint.* Non enim pendent haec ab illis *necesse est homines interire, sed necesse est, ut cibo utantur.* Oud.

nodi sit, erit considerandum. Nam omni tempore id pertinebit, ut aut ad honestatem hoc modo exponenda necessitudo sit: necesse est hoc faciamus, si honeste volumus vivere: aut ad incolumitatem, hoc modo: necesse est, si ncolumes volumus esse: aut ad commoditatem, hoc modo: necesse est, si sine incommodo volumus vivere.

CAP. LVIII. Ac summa quidem necessitudo videtur sse honestatis: huic proxima, incolumitatis: tertia ac evissima, commoditatis: quae cum his numquam poterit uabus contendere.

Hasce autem inter se saepe necesse est comparari, t, quamquam praestet honestas incolumitati, tamen, utri 478
otissimum consulendum sit, deliberetur. Cuius rei certum quoddam praescriptum videtur in perpetuum dari osse. Nam, qua in re fieri poterit, ut, cum incolumitati onsuluerimus, quod sit in praesentia de honestate deli-

---

Id pertinebit, ut aut ad honestatem etc.] Pal. sec. *id pert. t honestam ad partem.* Grut. Abest τὸ [v.] *aut* a Sch. Voss. I. eid. I. a m. I. et Leid. III. *ad* abest Voss. II. *ad honestatis* 'oss. I. Sch. a m. I. In marg. *ad honestam partem*, ut exaratur ı Leid. I. *honestam ad partem* Leid. II. Oud. *Ut aut ad* Erf. *Ut d honestam partem hoc modo* B. Delevit *aut* Ern. et verba *ad onestatem* uncis inclusit. Sch. scripsit *aut ad honestatem ut hoc odo.* Orellius vv. *aut ad honestatem* uncis inclusit, sed legenum putat: *ad id pertinebit.* *L.*

Necesse est, hoc faciamus] Non agnoscunt τὰ [vv.] *hoc fac.* ch. Voss. I. Leid. III. Ed. Omn. *hoc faceremus* Leid. I. *hoc modo* c. II. Oud. Vv. *hoc faciamus* omiserunt Ern. Sch. Orell. Deunt ea in Cod. T. *Est hoc faciamus* desunt in Cod. B. *Necesse st hoc facere* exhibet Erf. *L.*

Volumus esse] Sch. a m. I. *v. vivere* Oud. Haec nota pertiere videtur ad inferiora: *si incolumes volumus esse*, ubi v. *esse* ı omnibus reliquis est codd. *L.*

Aut ad incolumitatem hoc modo] Desunt Sch. Leid. I. a m. I. *ut in necessitate incolumitatis* Voss. II. Oud. Vv. *aut ad incoumitatem hoc modo* desunt in Codd. T. Oxonn. uno. Omissa sunt b Ern. Sch. Orell. *L.*

Aut ad commoditatem hoc modo] Absunt Sch. Leid. I. a m. I. *ut in necessitate commoditatis* Voss. II. Oud. Absunt eadem a odd. T. Oxon. uno. Omissa ab Ern. Sch. Orell. *Aut ad inommoditatem hoc modo* Erf. *L.*

Si sine incommodo v. vivere] Sch. *et si* etc. abest *vivere* a eid. III. Oud.

CAP. XLVIII. *Certum quoddam praesc.*] Leid. II. III. *c. uiddam pr.* Oud. *Certum quiddam quod scriptum* B. *L.*

De honestate delibratum] Cum in duobus libris manuscriptum reperissem, *delibratum*, in duobus aliis *deliberatum*, hoc sum lectoribus testificari volui, ut desinant iam dubitare omnes itterarum studiosi homines, ubique in similibus locis legendum sse *delibrare* et *delibratum*, non *delibare* neque *delibatum*; qua le re tamen plura scripsimus in commentariis Lucretianis. Lamb.

batum, virtute aliquando et industria recuperetur, incolumitatis ratio videbitur habenda: cum autem id non poterit, honestatis. Ita in eiusmodi quoque re, cum incolumitati videbimur consulere, vere poterimus dicere, nos honestatis rationem habere, quoniam sine incolumitate eam nullo tempore possumus adipisci. Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere, vel in praesentia quiescere, atque aliud tempus exspectare oportebit.

In commoditatis vero ratione modo illud adtendatur, dignane caussa videatur ea, quae ad utilitatem pertinebit, quare aut de magnificentia, aut de honestate quiddam derogetur. Atque in hoc loco mihi caput illud videtur esse, ut quaeramus, quid sit illud, quod si adipisci, aut effugere velimus, aliqua res nobis sit necessaria, hoc est, quae sit adiunctio, ut proinde, uti quaeque res erit, la-
479 boremus, et gravissimam quamque caussam vehementissime necessariam iudicemus.

Adfectio est quaedam ex tempore, aut ex negotiorum

Delibatum quidem hodie legitur; sed antiquitus omnes exhibent, *deliberatum*, quod et in tribus Pall, mutavitque Lambinus in *delibratum*, forsan bene, ita tamen ut sumatur non a *libro*, sed a *libra*. Grut. vid. ad Cic. de Senect. c. 21. et supra ad cap. 39. *Quod sit in pr. de hon. delibatum.* Exsulant haec omnia a Leid. I. Voss. II. *sit* deest Leid. II. *deliberatum* in Sch. Voss. I. Ed. Omn. Vide ad c. 39. Oud. *Deliberatum* T B. Erf. L.

Virtute al. et industria] Sch. *et ut virtus al. industria.* Sed vulgatum in marg. *virtus al. per industriam* Leid. I. a m. I. *virtus al. de industria.* Ed. Omnib. *virtute aliq. et virtus aliq. industria.* Oudendorp.

Id non poterit] Leid. II. Voss. II. Sch. a m. II. Ed. Omn. *id n. potuerit.* Oud.

Ita in eiusmodi q. re] Deest prima vox Voss. I. Leid. III. *huiusm.* MSS. O. et ed. Omnib. Oud. *Huiusmodi* etiam T. B. Erf. L.

Vere pot. dicere] Leid. II. *iure pot. d.* Oud.

Vel in praesentia quiescere] Sic omnis scripta lectio. Primitus ensi, *ut in praes.* deinceps vulgati *et in praes.* Grut. Voss. *a in praes. q.* Ed. Omn. *et in pr. q.* Oud.

In commoditatis vero ratione] Quatuor hae voces non sunt in Pal. secundo. Grev. autem eorum loco habet: *In commoditatis tantummodo illud* etc. Grut. Desunt Sch. Leid. III. *In necessitudine commoditatis* Leid. I. *in necessitate commoditatis* Voss. II. Oud.

Modo illud adtendatur] Leid. I. *tantum modo illi adt.* Oud.

Ad ut. pertinebit] Voss. I. *ut v. e.* Oud.

Quod si adipisci] Leid. II. *q. si aut adip.* Oud.

Uti quaeque res erit] Leid. III. *uti quisque r. e.* Vide Donat. et alios ad Terent. Eun. II, 3, 82. *illarum quisquam;* cave tamen, hue admittas. Oud.

Ex tempore aut ex neg. eventu] Sch. *ex temporum aut negot. eventu.* Optimum sane esse illud *temporum*, sciunt, qui Cicero-

eventu, aut administratione, aut hominum studio, commutatio rerum, ut nos tales, quales ante habitae sint, aut plerumque haberi soleant, habendae videantur esse: ut ad hostes transire turpe videtur esse, at non illo animo, quo Ulysses transiit: et pecuniam in mare deiicere, inutile; at non eo consilio, quo Aristippus fecit. Sunt igitur res quaedam ex tempore, et ex consilio, non ex sua natura considerandae: quibus in omnibus, quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, considerandum est: et non quid, sed quo quidque animo, quicum, quo tempore, quamdiu fiat, adtendendum est. His ex partibus ad sententiam dicendam locos sumi oportere arbitramur.

CAP. LIX. Laudes autem, et vituperationes ex his locis sumentur, qui loci personis sunt adtributi, de quibus ante dictum est. Sin distributius tractare quis volet, partiatur in animum, et corpus, et extrarias res licebit.

---

non legerunt. Statim *quid tempora petant.* Oud. *Temporum* scripsit Sch. *tempore*, ut nostri omnes, retinuit Orell. *L.*

Aut administratione] Leid. II. *aut ex adm.* Oud. Sch. scripsit: *aut ex administratione hominum aut studio.* In B. est: *aut administratione aut hominum studio.* In vulgata acquievit Orell. *L.*

Ante habitae sint] Deest ad verbum Leid. III. Oud.

Turpe videtur esse] Sch. Leid. II. I. *videatur e.* Oud.

Illo animo] Voss. I. *in illo animo.* Oud.

Ulixes transiit] Leid. I. *Ul. transivit.* Oud. *Ulixes transiet* B. *Ulixes* Erf. Atque ita recte Sch. et Orell. *L.*

Et pecuniam] Voss. I. *ut p.* Oud.

Quo Aristippus fecit] Bel. sec. item Grev. *deiecit*, adeo ut suspicer utramque vocem esse ab interprete. Grut. Leid. I. II. *deiecit* e glossa scil., ut patet e Sch. cui a II. m. suprascriptum est *deiecit*. Nec tamen suspiceris cum Grutero *fecit*, quod et Victorinus agnoscit, iudicem esse ab interprete. Saepe enim hoc verbo intellexerunt optimi eum actum, quem praecedens expressit, ut nos Belgae solemus per verbum *doen*. Adi Burm. ad Suet. Ner. c. 46. Virgil. I. Aen. v. 58.

Mollitque animos et temperat iras.

Ni faciat. scil. *ni temperet iras.* ac saepe. Oud. *Quo Aristippus deiecit* scr. Ern. Sch. Orell. *Deiecit caetera* T. *Fecit* B. Erf. *L.*

Aut quid personis dignum] Deest copula Sch. Voss. I. Leid. I. III. bene. Oud.

Et non quid] Addunt *fiat* Voss. II. Ed. Omnib. Oud.

Adtendendum est] Verbo caret Leid. II. Oud.

CAP. LIX. *Laudes autem*] Deest ultima vox Leid. I. Oud.

Ex his locis sumentur, qui loci] Male *his* vel *iis* et *loci* exsulant a Leid. III. *sumuntur* Leid. II. Oud. *Ex iis locis* scr. Orell. *Ex his l.* Schütz. *his* exhibent B. Erf. *Loci* deest in Erf. Sed exhibetur a B. *L.*

Ante dictum est] Non comparet *ante* in Voss. I. Oud.

Tractare quis volet] Voss. I. Leid. III. *tr. qui v.* Oud. *Qui* etiam in Erf. *L.*

Et extrarias res] Deest coniunctio Voss. I. *et in extr.* Leid. II. *extraneas* Voss. I. II. Leid. II. III. ac suprasc. in Schol. sed vide ad c. 56. et mox. Oud. *Extraneas* BT. et quippe Oxonn. *L.*

Animi est, virtus, cuius de partibus paullo ante dictum est. Corporis, valetudo, dignitas, vires, velocitas. Extrariae, honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia, et cetera, quae simili esse in genere intelligentur. Atque in his, id, quod in omnia valet, valere oportebit: contraria quoque, et quae, et qualia sint, intelligentur.

Videre autem in laudando, et in vituperando oportebit, non tam quae in corpore, aut in extraneis rebus habuerit is, de quo agetur, quam quo pacto his rebus usus 480 sit. Nam fortunam quidem et laudare, stultitia, et vituperare, superbia est. Animi autem, et laus honesta, et vituperatio vehemens est. Nunc quoniam omne in caussae genus argumentandi ratio tradita est, de inventione, prima ac maxima parte rhetoricae, satis dictum videtur. Quare, quoniam et una pars ad exitum hunc ab superiore libro perducta est, et hic liber non parum continet literarum, quae restant, in reliquis dicemus.

Animi est virtus] Ed. Omn. *animi laus virt.* OUD.

Extrariae] Sch. Voss. II. *extraneae.* Supra in Sch. rei Leid. II. *extrariae* rem OUD. *Extraneae* B. Erf. et Oxon. sec. *Extraneae* T. *L.*

Quae simili esse in genere] Dictio *esse* non exstat in Pal. II. Guliemius eam mutabat in *ea.* *se.* GRUT.

In gen. intelligentur] MSS. quinque. *intelligentur.* Leid. I. *intelligantur.* bene. OUD. *Quae simili in genere versantur* Sch. de coni. citans similem locum de Inv. I, 27. *Molestiam, iracundiam, amorem et caetera, quae simili in genere versantur.* Vulgatam retinuit Orell. *L.*

Valet, valere oportebit] Prima vox non est in Leid. II. reliquae absunt Voss. II. *valere* ab ed. Omn. OUD. *Valet* omittunt T. et Erf. Omisit Sch. retinuit Orell. *L.*

Et quae et qualia sunt, intelligentur] Abest primum *et* a MSS. O. et ed. Omn. nec desideres. *sunt* Leid. I. *intelligantur* Leid. I. Voss. II. ed. Omn. OUD. *Contraria quoque, quae et qualia sunt, intelligantur* B. *Quae et qualia sint* omisso priori *et*, etiam T. Erf. atque ita scripsit Orell. Is tamen *intelligentur* recte retinuit. Verbis *contraria quoque* Lambinus praemiserat haec: *ut contrariis cognitis*, quae in nullo cod. comparuerunt. *L.*

Et in vituperando] Praepositione carent Sch. Voss. I. Leid. II. OUD.

Non tam, quae in corpore] Voss. II. *non tam ea* etc. in deest Voss. I. OUD.

In extraneis rebus] Leid. II. *in extrariis r.* OUD. *In extraneis r.* T. *Aut in contrariis reb.* B. *In extrariis* constantiae tamen scripsit Orell. *In extraneis* etiam Erf. *L.*

De quo agetur] Sch. Voss. II. *de q. agitur.* OUD.

Animi autem et laus honesta] Sch. *an. enim* etc. Voss. I. *honestas.* OUD.

Argumentandi ratio] Leid. II. *arg. quoque r.* OUD.

Ab sup. libro] Sch. Leid. II. Voss. II. *a sup. l.* OUD. *Hoc ac superiore* egregie exhibet T. *hunc a sup. libr.* B. *hic ab sup. libro* Erf. *hoc et sup. libro* scripserat iam Lamb. Cod. illi secutus est Orell. *L.*

VARIETAS LECTIONIS
CODICIS ZUICCAVIENSIS
AD LIBROS AD HERENNIUM;
CODICIS VRATISLAVIENSIS
AD LIBROS DE INVENTIONE.

COD. ZUICCAUIENSIS.

M. T. C. ORATORUM CLARISSIMI AD HERENNIUM RETHORICORUM NOVORUM LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Ocium studio.
possimus a m. pr.
noluisse aut nos.
assumsere relinquimus.
conquisiverunt — ad ppositum attinebant.
quae putavimus ad racionem.
aut gloria.
de re dicere.
Sed si te. illud unum.
praeceptionis racionem.

CAP. II.

De oratoris officio.

et legibus.
et iudiciale.
demonstr. genus est.
quod attribuitur.
quod positum in cons. habet in s. personas.
accus. in se aut p.
in oratore esse.
et pronunciationem.

De invencione.

Inv. est rer. ver. aut veris. excog. q. c. reddant prob.
quid quibusque l.
verbor. dispositionis.
et gestus.
et exerc.
impellimur diligenti racione.
esse valeamus.

CAP. III.

recipere oporteat quasque.
ad oracionem possint.
inventioni sex partes cons.
et concl.
Exordium est principium orationis per q.
auditoris aut iudicis.
const. vel apparatur ad aud.
aut proinde ut.
et quid in controv.
primo dicendum vid.
considerandum est

CAP. IV.

De quatuor generibus causarum.

dubium et hum.
genus causae.
aut id def.
aut oppugnamus.
genus causae int.
causa hon. et turp. partem.
res antefertur.
ad omne gen. causae.

CAP. V.

appellatur prohemium.

quae epodos nom.
ut att. benivolos dociles auditores.
habemus.
ne quid turp. pars illa
Si humile
Si turpe erit genus causae ins.
utendum est.
Si honestum genus causae.
uti vel non uti.
uti principio vol.
ut id oportebit.
uti volemus sed contra vol.
vel a script.
principium capere.
et attentum.
e
q3 eorum.
est ille qui attente.
volt audire
magnis inusitatis. notis in margine.
aut de his rebus quae.
religionem aut pietatem nos esse dicturos.
et si rog.
aut attente aud.
res de quibus dicturi.
modis possimus.
aut in temp.
qui audiunt aliquid ref.
dummodo ad eam ipsam rem. Ab altera manu supra lineam addita: „haec omnia" post dummodo.
et si rogabimus.
et si simul ostendemus.
in aliis spem nos hab.
si quid eorum.
hospicium sodalitatem.
advers. referemus.
veritati eos.
luxuriam adversariorum prof.
beniv. colligitur.
quae de his estim. et quae
A rebus ipsis.
auditorem eff.
et adv.
aperiendum est

Cap. VI.

de tribus temporibus.

tempora quae dil. s. cons. in quibus princip. uti non poss.
aut cum.
ab his qui ante contrad.
hominem non rem rem non hospitem (corr. hominem) spectari op.
facta quae dicantur.
rem dio aux.
fictum esse ostendimus.
Item si negab.
aliqua r. eorum dict.
Si persuasus auditor fuerit, id est si oratio.
sibi adiumentum putat.
possit exordiemur ab appologo.
A fabula veris.
imitatione depravatione inv.
irris. stulticia exup.
collat. abiectione litt.
mutat. preterea expectatione.
agris. Si promiserimus.

Cap. VII.

quia principium eiusmodi.
statim apertis rationibq.
conficiamus ut ad eandem commoditatem in dicendi opere venire possimus verum
tamen hoc per exord.
comparandum est. Nunc ne quando vicioso exordio utamur, quae vicia vitanda sunt, docebo. In ex.
ut usitata.
ut non apparata videatur esse oratio.

De vicioso exordio.

Viciosum.
advers. uti potest quod.
Item illud que advers. ex contr. poterit uti.
nimium apparatis verbis.
compositum est.
aut nimium longum est.
videtur quod seperatum vocatur in quo eciam tr. concluditur, ut pr. coh. c. narr.

Cap. VIII.

De tribus narrationis generibus. Narrationum.

genera tria sunt.
quod pertinet (cum glossa: genus narrat.)
genus narrationis est
aut fidei aut criminationis

tractari possimus.
duo genra sunt.
ut *haec* quae
illud vero quod ad ver.
Tres res convenit.
cognoscendum est.

CAP. IX.

De brevi narratione.

Rem.
incipiemus narrare unde.
prosequemur. et si trans.
ante quoque quae facta sint.
quod genus est si.
redisse
sed et id quod neque
adiuvet
satis est
ne id quod supra diximus.
megarum.
ubi advenit megarum.
vim loco att.

De dilucida narratione.

Rem.
ut quicquid primum.
gestum ita.
conservabimus ut gestae res erunt.
aut potuisse
neque in aliam.
et si persequimur ea.
fiat.

De verisimili narratione.

Veritimilis
ne refelli possit.
Sin erunt ficta.
eo m. conservanda erunt.
De his rebus.
confingendum.
excogitabimus.
quod eam nos soli preter ceteros in tr.

CAP. X.

Diximus.

De Divisione caussarum.

Causarum.
adversariis et quid in controversiis relinquatur si ea.
convenient hoc modo.
iure fecerit et

me ulcisci neg. oportuisse (*parentum* ab al. manu in marg.)
partium numero contineri non.
nam et periculosum est ne.
res quibus de rebus dicturi.
breviter exp. Nunc ad confirmationem transeamus

CAP. XI.

De confirm. et conf.

Tota.
adiumenta nostra.
cognoverimus.

De causarum constitutionibus.

Causarum.
Noster doctor hermestes.
et singulari in.
docere illos.
bipertito.

De constitutione.

Const.
ut ante diximus.
Vlisses int.
consp. corpore tel.
ubi occ. fratrem et inimic. fr.

CAP. XII.

cum ex scripto aut ex scriptis aliquid contr.
et contrarias leg.
cum ipso scripto
Si lex sit quae,
qui remanserunt.
omnes perierunt navim.
concederunt preter.
fortuitu (sicut Sch.)
locum qui petat nominavit.
malicia (sed c traductum)
est legitima
res in u. s. scripta duas.
heredem testamento fecerit faceret vasa (sic).
Tullius heres meus.
therencide uxori *meae*.
magn. illa petit Tullius.
quae ipsa volet.
const. leg. (deest *est*)
coll. adversus rempub. videt ferre.
fecit — delecit.
nonnihil utimur, ut hoc modo.

pret. sunt exceptiones.
et a caussa.

Cap. XIII.

lex si furiosus existet,
lex qui parentem necasse iudicatus erit, ut his obvolutus et obligatus corio devehatur in fluentem et lex paterfamilias intestatus moritur uti super .... familia.
legaverit.
eo damnato.
sunt in carcerem.
qui defendebant.
afferunt testamentum ipso praesente conscribunt testes recte aff.
suppl. sumitur.
hii qui
in rem nullam.
legitima ex r.

Cap. XIV.

Partes due sunt.
in cenaculo. In eo actius, (i. e. cum eo).
eum nominare.
infirma sed
concessio, remotio criminis, translatio criminis, comparatio.
negat se.
necessitatem.
apud tribunum plebis.
supplicium sumsit, cui fr. esset.
apparuerit.
testamento manumissus,
peccasse et consulto reus fecisse.
misereatur.
non potest vere.

iniciemus.
sed aut in s.
concilium.

Cap. XV.

coactus fecisse.
non crimen sed culpam ipsam.
se fatetur.
ea huiusmodi (deest *ea*). Gaius pompilius.
ut imped.
dixit.

Cap. XVI.

satis videor.
aperiemus.
ro est ratio et quae causam facit.
in hac potissimum.
cum fatetur.
pervertit.
nec ca quidem.
nec parva q.
acc. continet.
et quod
firm. accusator.
hoc modo sed
verba: „poenas pendere oportuit" desunt.
crinomenon.
et ratione defensionis.

Cap. XVII.

quare nec ratio quare fec. quaeritur.
sed et omnes.
rebus dicendum.
quos. huius vol. magn. satis crevit.
si quo tardius
quod de negotio dim.

LIBER II.

Cap. I.

hereny br.
de maximis *rebus* primum *dicendum* fuit.
potissimum conscriberemus.

De generibus causarum
(rubro scr.)

hoc et *in* priore libello egimus
cum de oratoriis officiis quinque tr.
absoluta sed parvam

scribere incipiemus in
locuti (sic semper).
posita-repperiri oporteret.
ad *eandem* conferatur.
admonuimus causas esse quam-
plures in quibus
constitutiones ac partes.

CAP. II.

item quas argum.
Graeci epichiremata.
sequi quas vitari.
quae prima quaeque difficillima
est, et potissimum conside-
remus.

De coniecturali.

ventum aut *ha*bitum.
probabilem collationem.
unumquodque quid valeat ape-
riemus.

De probabili argumentatione.

reo expedisse
quae inducit ad.
incommodorum euitatione ita
cum queritur.
numquid commodum
numquid incommodum.

CAP. III.

adversary in invitatione (sed
in in margine).
causum fuisse si potuerit
in quo primum cons.
num ante quid simile f.
repperire repperiat disp.
vel perfidum si quoquo modo
contaminare personam.
qui fecerit illud.
hc (i. e. hoc) tam perp.
poterit recurret ad inpr.
Si vehementer hom.
Sin nihil eorum fieri
defensione et dicat.
dicere.

CAP. IV.

De collatione.

cum accusatur (semper).
bonum fuisse demostr.
rationibus facere non potuisse
non eque.

cupiditatem in hoc loco
defensor ut demonstret
bonum fuisse aut alios quoque
ad id quod ipse
potuisse.

De signo.

numquid est passus.
accusatori convenit (corr, — *iat*).
qua die quotta noctis.
et cuius modi temporibus.
ita consideratur.
transigendum scierit ne satis
ante scieri et.
prouideri non potuerit.
perficiendi haec quae fuerit sp.
libris aut servis aut utrisque.

CAP. V.

De argumento.

considerare ubi visus sit ubi
fuerit.
numquid apparauerit.
numquid in loco — fecerit aut.
numquid strepitus.
odore gustatu.
aut a quo factum sit.
vestigium repertum fuerit (de-
est *rei*).
visus aut comprehensus fuerit tr.
reus nihil horum fecerit.
esset usui futurum.
signa sunt confidentiae no in-
nocentiae defensor.
negabit *se* esse commotum.

CAP. VI.

sunt hy quibus nisi acc.
et hy quibus nisi def. uti ne-
mo potest.
alia causa ab reo (*b* in *ab* tra-
ductum).
sunt *tum* acc. tum defensoris.
argumenta *et* a rumoribus.
si aut non fieri potuisse.
Hec ad improbationem et prob.

CAP. VII.

et cruciatu voluisse.
ut quicquid (ut semper).
argumentando isdem vys.
maiores voluisse certis (deest
nostros).
signo simili perc. poss*it*.

oportere quae aliis alio sit voc.
quod denique sciri aut (deest *saepe*).
disp. cum probabitur.
dicta erunt probabili.
videri oportet. Item
reuera sunt gesta.
in nos tanquam in alium
indignum facinus esse.

CAP. VIII.

eciam si dicemus causam
malifolos et maledicos.
et aliquam aut fictam.
titubatione impediretur.
ad hunc praeceptionis ass. (deest *rationis*).
accommodassemus nunc
transeamus.

CAP. IX.

De scripto et voce.

recitatione utemur deinde.
quolibet alio scripto.
quod ad rem pertinet deinde.
quid indices sequi.
diligenter scriptum sit
ea scientia quae.
adversariis excogitata sit
voluisset perscribere an non
id scriptor scripserit.
quod scripsit et dam.
sancitum est aut

CAP. X.

Deinde quod scriptum sit
lege aut non more.
non natura non bono et a quo posse
contrariam dicemus sententiam aut n.
constare cum inferioribus et superioribus sent.
a voluntate contra scr.
enumeratione deinde
breviter exceptarum
intelligitur scriptoris vol.
recitet et voluntatem scriptoris non interpretetur.

De contrariis legibus.

discrepant inter se vid.
numquae abrogatio

dissentiant aut alters
parte postea disseremus

CAP. XI.

De ambiguo.

ambiguum esse scriptum putabitur ut puta quod
quomodo scriptum est et si id
recte more lege nat.
interpretantur e sont.
amphibologiarum
nos autem arbitramur non modo adiumento esse.
enim illi dialectici amphiboloias (sic).
quae parte ex altera.
interpellatores quod scripti sui tum
contempnaremus.

CAP. XII.

De diffinicione.

ex quibus rebus ciuit.
constat haec sunt ea
magistratus consilium
prohibui detrimenta erarium conseruaui.
accommodata descr.
coniungetur et descriptionis ratione aptabitur deinde contrariae
loquemur.

De translatione.

actionem petitionem aut executionem habeat quam non
modo alio tempore alio loco.
legibus et moribus de equo.
reperiuntur de quibus
absoluta.

De ratiocinacione.

queretur quid in rebus
de qua agitur an diss.
ea de re scr.
cauere quod satis
reuertamur.

De iuridicali absoluta.

CAP. XIII.

extrane defensionis.
convenit queri.
eas convoceris.

quod genus est id quod argentario obtuleris.
decretum impositum est Ea
reddidit Sextus Iulius non
Item Cayus Coelius.
Publius Mucius.
qui Lucium Actium.
et communem utilitatem vid.
quod genus *est*, ut maior
annis sexaginta et
causa cognitorem det.
Ex eo novum genus const.
si quid inter se pepigeret si quid
rem ubi pangunt orationem pangunt in conicio.
ex conventu quae
quae iure praestare dic.
iuridicali seruandum uidetur.

De comparatione.

CAP. XIV.

primum queri conveniet
fuerit utilius statuendi potestas.
ex coniecturali constitutione.
esse quod melius.
negocium esse gestum de aliqua probabili causa deinde queretur.
coniecturalis de qua ante.
His ita tractatis
utetur hoc loco communi.
qui inutile praeposuerit.
non haberet potestatem.

De translatione.

CAP. XV.

transferetur in qua
querendum est vere ne in alium
in alium transfertur ac illud quod reus
suscepisse fateatur.
iudicium nondum venit Locus
fecisse dicat quid.
facere idem voluisset.
transferet rem locum.
ut qui audient.
aut inutile fuisse rem.

CAP. XVI.

De concessione.

de his partibus primum ost.
videtur.

De necessitudine.

considerandum est num culpa ventum.
querendum est quomodo vis
deinde his qui in nec.
putari.

De imprudentia.

se defendat sed culpa contaminabitur de.
esse constet.

De fortuna.

Cum in fortunam.
ignosci dicet reo oportere.
praescripta Etenim
hec tres partes.
defensoris humanitatem miam voluntatem in omnibus
non sunt in eis fraudem esse.

De deprecatione.

CAP. XVII.

queritur ex *his* locis.
spes erit usui futura.
si ille supplex
odio non credulitate
ignotum sit Si
nihil periculi nobis (*ab eo ab alia manu add.*)
missum faciemus.
aliqua civitate.
enumeratione peccatorum.
causa iuridicialis.
supersedenda.

De remocione criminis.

demonstrabit in quem
conferetur et quonam.
potuerit obsistere Si
et dissereture.

CAP. XVIII.

De argumentis.

satis ostendisse uidemur.
consequens videtur, ut
in isdem locis.
identidem (sic) reuoluamus.
quoquo loco.

absolutissima ac perf.
demonstrat id verum esse.
honestande atque locupletande.

CAP. XIX.

Vlixis fuisse.
acerrimum *e* medio.
morte salutem (deest *se*).
iniuria quavis inimic*um*.
Omnes enim cum minima de causa peccata susc.
emolimento inducti;
non se temperasse.
ira exuscitatum.
non incredibile est put.
Vlixes ad maleficium accesserit Et
absolutissima argumentatio ea est, quae quinque partibus constat.
semper est necesse uti.
praetermittenda si parum
tum exornatione et

CAP. XX.

De vitiosa argumentatione.

Duo sunt genera.
reprehensione que reprehensione confutare.
dilucide intelligere non poteris
recedere hae adversariorum
argumentaciones ac praec.
possimus.

De viciosa exposicione.

confertur quod non est necessario omnibus.
pauperes id falso et

CAP. XXI.

res ostendemus nos.
ex parte fecerat predones in illo loco.
cum hoc modo in ipsorum collectionem.
Ergo quoque vitandum.
: ne
expositione : quando (sic ab alia manu suprascr.)
partem relinquamus Item
enumeratione si cum aut plura sunt.
quae homines ad malef. compellunt.
quid irreligio.
Satis fuerat dixisse

CAP. XXII.

infinitae moderatae sunt
igitur adversarii nostri indusi avaritia hoc inter se fac.
fuit satis exp.
cese cecidissent abiegne ad.
argo in qua argini delecti vi vecti petebant pellem illam inauratam.
hera mea errans medea pedem efferret domo egra amore saucia.
quod satis erat curasset poeta.
hera mea errans pedem efferret domo medea animo egra et amore saucia.
in expositione magnopere vitiosa est.

De vitiosa ratione.

CAP. XXIII.

expositionem est non est.
Amicum ob meritam (deest *castigare*).
immane castigare facinus verum.
Haec propositio.
am. meum hodie non castigabo
pro commissa noxia.
quod facturus non ex
philosophia fugienda est.
socord. et desidiam
saxique ad instar globosi (ad transscriptum).
praedicant esse volubilem.
Ideo dicunt esse volubilem quia quo saxum impulerit fors eo cadere fortunam.
esse vocant quia nihil.
dignum aut indignum.
Sunt item philosophi qui fortunam negant ullam sed temeritate omnia regi autumant id magis
verisimile esse aiunt quod usus res ipsa a se experiendo edocet.
veluti horestes modo fuit rex est mendicus modo naufragio nempe res ista obtigit.
Ergo id non forte nec fortuna obtigit Nam
res geri Nam

Cap. XXIV.

ratio est cum videtur
afferri id quod in expositione dictum est
est omnibus auaritia
subicit expositioni hoc modo
propterea quia qui
consueuerunt
non uniuersalis neque abs.
eadem quare bruta fortuna dicitur

De confirmatione viciosa.

multa vitanda et in nostra
studiosi in conf.
improbum esse threspontem existimabas
huius locabas
sin et probus
cogis relinquere
Eaque hoc modo
Nulla re indigna
si probus est collocavi
sin autem est improbus
diluitur hoc modo
improbum esse threspontem existimabas
cur me huius loc.
Igitur reprehensio huius concl.

Cap. XXV.

quae plures significat
al. abutimur (sic)
abutitur
signa non sunt si non
viciosum est qn (i. e. quando) rel.
vel in eumdem qui dicit quod
Iracundia ductus peccavit
huiusmodi enim
peccata diluuntur Item viciosa est
constat quod etiam nunc
di quibus est potestas sup.
consiliant conferuntque conc.
pro suo iure usum trespontem Ennius
Satis rationibus certe ita esse
dici videbitur hoc modo
Item viciosa est cum id
expectabant omnes (sed corr.)
desertus ab omnibus
solus ut rest.

Cap. XXVI.

partem dictum sit pot.
factiosus dixerit Sacius
quam uti malis legibus
Nam *et* hoc tametsi rei augendae causa
iniuriam nullam nisi
constat vulgares
in aliam partem transf.
si quis furti quem arg.
eius rei testium
controuersiam: dissoluere: controversia (sic), hoc modo
id tribunomilitum
res est sed impedita et simili
loco *pro*fertur
Item viciosa est cum
si intelligam tali dare arma
me enim est equum frui
Item viciosa est ipsum
Qua causa accusem hunc tam id disputando eneł.
Si inuerecundum
videtur ostendisse quare
te a summo iam detexam (corr. *detegam*).

Cap. XXVII.

in aliam derivetur
considerandum est *in* aliud accus.
defensoris purgatio purget
Vti cum quis accusetur habitu (sed corr. *ambitu*).
Haec si diligenter in
et in eiusmodi depr.
quid dicatur non hab.
qui in eo studiosi sunt
preditum corpore decoloratum constat esse constat ergo necatum veneno deinde
usque adeo in eo

Cap. XXVIII.

de re altera mentionem
ut compararetur (*si* ab alia manu interpos.)
an non accipere quae
quae in altera re inc.
necesse vituperari alteram cum alteram laudes
an vegentinis qui reipub. (sic) et po. ro. (sic) prof.

et is qui dicat et (alterum *et* transscriptum) alteros qui laedat
magis laudaueris aliquam laudem partis att.
ne cupidius pugn.
vocabulo rei, contr.
immutat*e* vol.
appell*e*rentur a po. ro. (sic) quasi non omnes
si cum causa fuit nos tamen nominum commutationem.

De exornatione viciosa.

CAP. XXIX.

et indicatis
et locupletandam
quae sunt his rebus
dissimile nec (*est* deest).
Exemplum visum est
aut improbum ut non
quam res postulat Res
de re profertur (corr. *proferatur*).
aut improba
idonea res indicatae
viciosum est quod
argumentari et

(Desinit codex.)

(Codex est chartaceus, forma maxima, seculi quinti decimi; scriptura multis compendiis referta, scholiis inter lineas multis, sed saepe insulsis; quaedam scholia etiam in margine. Tituli quidam intercurrunt lineis rubro scripti. Idem continet Horatii Epistolas, Tibulli carmina, Virgilii catalecta, Moretum, Priapeia, Orationes quasdam Ciceronis, pro Lege Manilia, pro M. Marcello, pro Archia poeta et alia quaedam.)

Liber primus cum Schuetziana ed. callatus; alter cum Graeviana.

VARIETAS LECTIONIS

E CODICE VRATISLAVIENSI B.

AD LIBROS DE INVENTIONE ENOTATA.

(*Collatio facta cum Ed. Graev.*)

Nam et cum nostrae
tum animi — tum facilius
sententiam duxit
sed prodesse n.
sibi et pern.
commoda velit patriae
eloquentia sive artis initium sive studii sive exercitationis cuiusdam
ab natura
amministrabant
certos quisquam asp.
Itaque propter
insciëntiam (ita Cod.)
viribus, abutebatur (, *corporis* suprascr.)
casi
perniciosissimis (sic; sed quid hoc?)
opp. animis inesset hom.
in agros
compulit
inmanibus (sic)
hec nec tacita
rationes vitae
cum his se pateretur
a iocundissima
recedere
assuèvit (semper)
b. a.
exordium boni mali qm principium diximus.

Verisimillimum igitur mihi
accederent privatorum
sepe mendacio
stare homines
et iudicio suo d.
per ocium celebrata
*t*mo
summa cum R. P. detrimento (sic).
illum Catonem non fugit.
quidem mea animo
hoc sit unum
et ad privatas et publ.
illustris
si eadem vita iocunda fiat
omnium praesto est sapientia rerum hanc ad i.
hum. et inferiores sint
maxime beluis praest.
qua in re hom.
praestent bestiis
hominibus ipsis
dicant hii
animus uniuscuiusque
quae et magnis et multis constat ex rebus. Eius
quaedam deest.
q. Greci rhetoricam w.
cum his sentimus
et ab eis
contineri et m.
apposite (sic semper et in sim.)
ad persuadendum
intelligimus, cum
dicimus aliud
ideo quod in his
oratorem posse dicere optime existimavit.
inmensam (sic).
versari oratoris officium
in disceptione et consultione
sententiae deest.
dividit
dicit rem
habet in se
esse tributam
quae habet in se
Vt quid sit bonum
in vita praeter hon.
quae sit solis m.
consumpta int.
de oratoris artificio
quod ars eius quam
mendacissime

verum hortari minimum est
multo est maximum ex arte
rhetoricae artis v. quam
he quas pl.
in hordinem
et sententiarum desunt.
et verborum
genus et finem et off. linitis
tanto opere
rebus materia artis partibus
ac disceptione
*ap*ellamus (sic).
verbis definienda est o.
diffinitiva
eo cum quo op.
quod accio tr.
non
rem incidunt (sic)
nec causam quidem
Nam si factum sit p.
Occidit ne A. Ulixes
Fregelliani
Kartaginem
non quid sit
ad RP. perv.
est controversia
*ap*elletur.
non quod de re ipsa non conveniat. haec omnia desunt.
diffinienda
subripuerit
illam
nomine rem (sic).
apellari
atque conservari licuit.
et quod id f. sit apellari nomine oporteat.
quantum sit et cuiusm.
quale quaeritur
factum est sine ulla
subposuit
reprehendendum est: verum
ne aut si taciti
praeteriremus
causa non secuti eum putaremur.
sunt genera c.
recte alicuius generis causae partes putari
pars esse potest
sunt genera c.
Nullum autem dicere
u
multas dix

neque ipse inter se similes sint et ab iudiciali genere plurimum dissentiant.
eas partes generalis c. esse dixerit.
causae putabuntur.
accommodatur (sic semper).
constitutio ipsa et pars
ea neque c. neque p.
neque const. neque p. c.
delib. et demonstatio
et pars eius quaelibet int.
neque pars const. neque c. est.
neque partem const.
omnia eadem iuc.
potest causa simul
assumpta (sic semper).
neque const. est nec p.
partes videtur duas nobis h.
in qua recti et equi nat.
consideratur et equitate sit
ipsa et in duas p. distribuitur
assumptivam
Assumptiva quae ipsa
nichil dat firmi
et ab sua culpa
transfertur
facere uidetur.
quod ideo factum iure d.
quod aliquis ante
quodque argumentorum
an coniuncta
Et si coniuncta
coniuncta an ex
Coniuncta tamen ex
queruntur hoc modo
cartago
cartaginiensibus
Vtrum exercitus
philippum qui sociis sit: auxilio mittatur
hitalia — annihalem.

Cap. XIII.

separata sunt
nam tum verba i.
res
plures significare (sic).
quod non est scriptum
diffinitiva const.
o
in qua pos. (sic).
diffinitivum (ita semper)
Ratio est, cum
causae, cognita const.
ex conflictatione causarum
Causarum est conflictio
quae causam continet
controversiae nascitur hoc m.
horestes
omnis contr. quoque s.
est hoc quod illa
rat. controversia nascitur
nobis ea
enim inquit patrem meum
a te filio.

Cap. XIV.

didnctione
apellamus
horeste — horestis
def. ac potissima ad i.
et sorores
penam
debuerunt
reperientur
ex diductione
rationis iudicatio nasci
iudicationem. Factum est
repperiri
tum denique
quidque (a scr. m. in marg.)
primum est ita pr.
chohaerere
ex his ducas
oportet arg. im.
pertracta
omnium debet esse
quoque in rationem exord.

Cap. XV.

benivolum (sic) attentum
bn
Quare qui causam ordini velet (sic)
quinnque sunt
favet auditoris an.
a quo est alienus an.
magno opere
Obscurum quo
t ibus
difficiliores ad c. (sic)
causa est implicita.
-ω
qm tam d.
dividitur in d. p. in
et in insin.

Benivolentia captatur non m.
sed augetur et infl. odium. In
contemptionis
ω
ht ab ipsa (i. e. *habet*)
p. turp. partem hon. (deest *et*)
translata causa vid.
et si fuerit comm. aut narrationem iuc.
dict, vel si uti.

Cap. XVI.

genere causae
efficere dociles op. aud.
ω
qm. q. r. ex. efficere
q. quaeque rationibus confici possit.
ab ipsa re. Ab.
illata (sic semper)
atque supplici ut.
contemptionem adducamus,
In odium ducentur
spurce malitiose superbe crudeliter — proferemus.
usus eorum.
In contemptionem ducentur.
benivolentia captabitur
Ab auditorum persona / si res fortiter ab his sapienter mansuete (sic a ser. m. suprascr.)
si
et, de his (supr. scr. a ser. m.)
iudicii eorum honestatis et auctoritatis expectatio.
A rebus ipsis si causam nostram
per contentionem
esse et aut ad omnes
aut aliquos illustres uiros aut
inmortales aut summam
breui causam nostram
consistit controversia
attentissime est audire paratus.

Cap. XVII.

quomodo tractare conv.
admirabile est genus c. hoc est
ab his qu
dicendi loc s
e
cum iam hii quos
primis
ex duabus rebus in orationem vel oratorem nonnumquam (primis a m. s. supr. scr.)
contrahit off.
eo
aut pro homine (sic)
animus auditoris er.
diss, te id def.
quod existimaueris
pedetemptim
indignentur
te quicquam
ab illis aud.
deinde aut camdem aut e.
in praesentia dem.
fecisse id quod
facile ei cognitu
firmum sibi put.
hii qui audierint
Nunc auditor. (sed *nam* corr.)
oratione putant
paratum (suprascr.)
assensisse (sic semper)
quod illum
alienabit
polliceri non im.
non inutile erit
aut ex eo tempore vel quae ex tempore nata est ex quo nata sit quod strepitum aut aclamatione possumus dicere aut iam p. quod vel
irrisionem (sic s.)
inicere

Cap. XVIII.

et communiter (haec supr. scr.)
propterea quia ex his
fidem auditori adimit
summo opere
ut
accom. convenire
commune quod
potest evenire
Longum quod
Separatum quod
ductum est quod aliud conficit quam genus postulat causae ut sicut nec si quis aliqui membrum annexum orationis Translatum docilem auditorem faciat cum benivo-

lentium causa desiderát aut si pr.
postulet
praeceptum est
nichil horum
traduntur praecepta
quo nichil prof. peius est

CAP. XIX.

sunt tria genera
in quo omnis causa
diagressio
de quo agitur
et dicitur et scribitur
duae sunt
nec veri res similes
res gesta
quod genus est apius
induxit
bellum cartaginensibus
Huiusmodi est
similis cum reb.
clamitans sepe
o mithio
sumptum
est durus
equum et bonum
multa debet esse
iocundo ex.
Verum hoc ex

CAP. XX.

eam habere res, ut
unde necesse erit inde
factum sit
est, narrando
nullam aliam in rem tr.
id quod non sit dictum int.
verum quod nec obest
praeterietur
unum quodque
quam necesse erit.
Hic tametsi — *negarit* esse (haec et intermedia pallidiori atramento sed ab eadem manu supra scripta sunt)
hoc in genere
ut quodque eorum primum.
temporum
Ac si rerum ac servabitur ordo (sic)
ut gestae erunt
erit considerandum
de brevitate videntur hoc

conservanda sunt.
parum est res int.

CAP. XXI.

apparere
si
personarum (sic)
facultates faciendi
spacii (sic semper)
oportunus (sic)
ad eam rem de qua agitur fuisse et ad vulgi opinionem et ad eorum qui audient, rumorem accomm.
ac veri quidem simile ex his
Illud praeterea op. ne aut cum (*autem* et *considerare* desunt)
ea
tn (tamen) interpr.
postulet narretur.
obest tunc cum ips.
magnam offensionem excepit argumentando et causam
op. rei gestae partes disp.
cum ab adv.
cum ab his qui
accidit
in qua res postulabit quo
de
agemus cum disp. (sic)
id
cum aut quod (sic)
prodesse dil.
et exornate exp.
aut id quod ips.
negglígitur (in hoc verbo duplex *g* semper)
omnia retorquenda sunt
quae illius leviter erunt attingendo commoda sua dil.
dictum est deinde transeamus ad transpartitionem.

CAP. XXII.

Partes sunt duae eius, quarum
magno opere
est quicquid cum adv. continent
certos res animo teneat
fore (sed correctum *forte*)
partitionis qualiter conv.
Item contra convenit int.
Agamemnonem. nam —
uterque et hoc exposuit, quod
quid in controversia sit pon.

expositione quemadmodum
cum nullum nisi necessarium assumitur verbum
idcirco (sic) est. utilis quod
nec extr.
in causam generande quibus
vit. est ac turpissimum inf.
permixte partibus — *impl.*
partes compl.
Pars autem quod
omo
Nam h animalis (sic)

CAP. XXIII.

et aperta (corr. *apertae*) generali intellecta
partione (sic)
admicuisse
nec cuius genus
secum sicuti aliquam div. partem et dissimilem ponas in eadem
inciderint partes
tempore eo commodissime
explanandum
nos dicamus hoc modo.
et noluisse fecisse. Nam fec.
satis est ostendere
nulla sit partitio
et cum simplex quiddam ag.
Ac sunt quoque alia pr.
praecepta in partitione quae
tanto opere
pertineant quae vers.
in partione sic ord.
primum vitam filii. Nam
sosia
ex ephebis deinde consilium (sic) suum et nunc id operando deinde quid
in partitione postremum posuit. Nunc
quemadmodum igitur et ad pr.
ordo postulat ipse pr.

CAP. XXIV.

nostrae causae fidem
sunt certa
tamen incommodum v.
permixtam
et confusione expositione
quomodo unum quodque
a
genus hinc omnibus argoibus argumentandi *titis* (tractis) rationibus conf.
Omnis res
firmatur (corr. *confirmatur*)
est attributum
quo suo proprio et certo
diffinire
enumerare quarum ind.
partim in genere mortali versatur
hominum genere pars in b. genere
etiam in sexu
u
Natione gcus (graecus)
maioribus et c.
incommoda confid. (inter haec duo voc. lacuna rasura facta)
inbecillis
velox an tardus acutus
efficiosus
prudens
et omnia quae
t comparantur
considerantur (sic)

CAP. XXV.

sit educatus.
liberalium artium
amministret
si servus an liber; pec.
Ac si non de vivo quaeritur
absolutam in aliqua re p.
artis alicuius perc. aut
et intem corporis
studio et industria paratam
Affectio animi et
commutatio est ut leticia
in genere eodem
Studium est animi
rem amplificata
poetriae geom.
litterarum (sic semper)
considerantur
aut quid faciat
quid dicat quid facturus
haec esse attributa videntur.

CAP. XXVI.

partim quae gesta negocium cons.
ea, quae per affixa videntur esse ad rem

prima brevis
Deinde ante gestam rem
de his quae negocio attr.
queritur locus
amministrandum (sic constanter)
totius religionis.
locus sit aut fuerit.
autem
Tempus est id quo (sic)
pars quaedam est etern.
anni mensurni diurni (corr. *annui*)
praeterierunt
aut
et eorum quaedam quae propter (sic)
et in fabularum
numero reponatur
existant; et quae n.
gesta sunt
quae plerique scire possunt.
et intem quae
et quae consequentur
quid ocius
eiusdem est cons.
aut
potueritne magn. (sic)
transsigi

Cap. XXVII.

esse
utrumque hoc intelligentur.
aut aliqua parte anni sp.
quod a parte
diximus dixerat. Haec
fere eodem tempore
Singulare est autem quod
solet alicui evenire, ut
somphus
ex his quae
et in affectione animi
cetera
et quae in simili gen. (sic)
non
confici potest (sic)

Cap. XXVIII.

et quod minus, et quod eque magnum et quod simile erit ei negocio de quo agitur et quod contr.
eventus et minus et eque
specie comparabili aut ex conf. aut
assimilanda nat. ind.
contrarium dicitur
caloris
amplectatur, ut cup.
est exitus alicuius neg.
in quo solet queri
quid eximia quaque re evenit, evenerit, eventurum sit
in hoc genere commodius
possit et quid
ex his quas
attributas esse
In hac hae res quer.
queritur
Primum quod
Deinde eiusdem f.
Deinde et quae ea de re
rei lex
Deinde de nat. eius queritur ut evenire vulgo soleat
ius. et raro.
ex his rebus quae positae sunt in
Ac negociis fere res hae

Cap. XXIX.

ex
quae his locis (sic)
debet esse.
aliquo ex genere
necessario dem. Necessario (alterum corr.)
aut per numerationem
reprenditur
si probus est cur. acc.
una relicta necessario (sic)
alicuius rei amici gratia
esse susceptum
fuerint nec
ad amicum illius
mors huius pert.
consec. consequitur h. m.
istud ex tempore
autem eo tempore ipso transmeare fui
dicitis fecerim non modo non fecerim
Atque diligenter oportebit videre
modum argumentationis in se solum habeat
in
id quod solet fieri, aut opinione quod pos.
aut habet in se ad h.

quod fere fieri solet
huiusmodi: si mater
diligit suum si
esse paratas

Cap. XXX.

et in his rebus quae
sub eadem ratione cad. max.
Nam si is qui
convenit his qui
habere gr.
Nam ut portus in mari sine
portu navibus
esse potest tutus
stabilis esse non potest
In his rebus, quae
est tortorium locare
nec Hermacreonti
Nec tum vera
quoniam si cicatrix est, vulnus
affuit; tum
ex itinere convenire
quod ante aut fuerit
quae sunt his
firmatur opinione
id in tribus generibus compu-
tatur religio communi
legibus iudicaverunt

auctoritate ut gri patris
nichil gessit, post
Comp. est autem
aliquam
partes sunt tres imago
casu
exemplum et
nec munus dil.
controversia quae sive ratione
debeat et in quamque argumen-
tationem conveniant
et permixtim
et ab aliis artis scr.
dicendum visum est ut
argumenti argumentandi absolu-
tio adiungetur
solum magna rei ut.

Cap. XXXI.

ind. tractator, aut
ut illi quaedam dubia res
Eschinen
habeat melius
Illius resp. (deest)
Age vero, inquit, quid si illa
meliorem virum, quam tu ha-
bes, utrumne tuum virum an
illius
Queso, Xenophon, inquit, si v.
quam tu, utrumne tuum f. an
illius habere malis
quam tu, utrum
quoque statuit ipse, Post.
quid uterque vestrum cog.
opt. virum habere et tu X.
habere uxorem
nisi hoc feceritis
femina electior in t.
d. assensum est, factum
quod dubium videtur
quod sibi dederat illa q.
quod ex eo ille, q.

Cap. XXXII.

nobis praec. v.
quod inducimus p.
ut sit necesse concedi dubium
non esse oportebit.
ut simile his rebus sit)
ante induximus.
primo rogatur
esse concedendam necessario, pl.

procedere roem non sinit
Extremum aut tac.
ost. simili est eorum
Si concedatur concl. argum. (de-
est *est*.)
responsio est
imitatur concessionem
hoc genus tripertitum argumen-
tandi. Pr.
conc. volumus

Cap. XXXIII.

videbitur alicui d.
nisi quid ex c. — exempli
nisi monstretur nequeunt.
pervulgata, quod
Epamenundas
ei qui ex lege praetor
ipse dies exercitum retinuisset
contra legem, L.
Epamenundas
ascribat (semper)
exceptionem extra q.
causā hanc eandem exceptionem

in iussu pop. (vv. *arere.* — *honoris causa* des.)
ad legem scribi iub. populus ne Th.
id patietur fieri.
sit nobis rectum videtur.
N. vestram diligentiam
videri o iudices.
corrig. neque a vobis neque ab illo scr.
vestro commutari, quod
nec verbo quidem
quidem in praesentia satis d.

Cap. XXXIV.

ex re ipsa aliquid prob. el.
idem in usu d.
paululum
partes distribui posse p.
nam et hoc brevis est
accurantur (semper)
amministrantur (ut semper)
partem annumerant et eam d.
omnibus est instr. et app. reb. quam
Cum igitur prop.
in tertia parte aiunt
inducunt alii probationem
diffinitum (semper)
servant annuae
v. in nulla re parte umquam
quicquam (semper)
mediocri consilio mundi naturam ammiu.
ex his
quod conficiatur (sic) hoc modo. Q.

Cap. XXXV.

dicunt esse hi non
perfectam sibi videri
quae a probatione conf.
propos. approbationem (d. *et*)
quae sit approbata sit non propositio non sit argumentationis
partes detributa est quam
profectio maxime sec.
his qui elegantissimi
postulabat, commoremur.

Cap. XXXVI.

separata est quidem a prop.
ad quod iungitur et a quo
valet *sine approbatione* (*d.* Oud.)
Separata igitur est a
Ostendetur autem id
prop. quiddam in se continet
perspicuum et quod
Si quo die rome ista cedes f. e.
in cede interesse non p.
complexio sequitur.
Est igitur quaedam questio que indigeat approbatione
conficitur hoc
separatam quidem esse a
Sin autem ita falsum est nec esse
Simili modo licet alteram
assumptione. Si quadam
separatum quiddam extra assumptionem approbatio
quaedam in qua michil
est igitur approbatio
autem quod polliciti
omnibus continet veritatem sa.
approbationis. Fit eadem hoc modo. Si oportet velle sapere dare op.
conveniet haec
perspicua est est; enim huiusmodi. Oportet autem sapere. Hoc quia ipsum
Quare autem statim
Est quaedam ergo assumptio quae
Falsum est igitur non plus esse

Cap. XXXVII.

si summo opere — summo opere
summo opere sapientia (om. *autem*)
summo opere igitur
Hinc et propositio et assumptio perspicua est
neutra indiget quoque app.
sed utraque loco suo posita vim
propriam continere. Quodsi
qui V partibus distribuerunt.
Quinque igitur partes sunt. (*sius* supra scr.) argum.
tractantur.
Propositio est per quam
omnis oportet ut remanet

ratiocinationis. Approbatio (deest *Propositio*) est, per quam breviter id quod exp.
Assumptio est per
quod ex positione
rationibus confirmatur
Complexio est per
Deinde bipertita quae in

Cap. XXXVIII.

exempla ponamus; eorum quae referri oportet
non ex scriptione interpretari, quae in litteris est. Ea enim,
nihil aliud sibi nisi
causa legum salvas vult esse
sed reip. sed ex legibus omnes
obtime — amministrari
atque utilitate interpretemur (*leges* om.)
desinite litteris perscrutari et leges ut aequum est
Quid magis Epaminondam
hunc tanta gloria Theb. tam
carius atque antiquius
debeat
At hoc quidem
igitur esse amentiam ex.
eodem pacto comm. (*et* deest)

Cap. XXXIX.

partibus argument. constat
propositio per se int.
approbatione proposita quatuor
obtemp. legibus oportet.
nisi quod scr. est
Quid enim
test. suae volunt.
magno opere requireremus (*eas* deest.
nisi extra quidem iudicium
ut his nobis sent.
istum partiamur
nisi id quod scr.
sequamini quid dubitatis quin
praeterita probatione
orationi eorum
Ac primum quidem
Cartaginenses
persaepe nos (deest *iam*)
habere spem
perfidia deceptus sis (*toties* deest)

hoc modo
aut urbem eorum

Cap. XL.

qui putant nonnunquam conclusioni supersederi cum id
hic satis dicunt esse propositione et assumere quod conficiatur quoniam perspicuum est,
conclusionis rem
et omnis argumentatio vel ratiocinatio concl.
magno opere (sic semper)
id in conclusionem inf.
eodem pacto
Aut contrarium conclusionis hoc modo summa igitur
In eorum fide spem ponere, quorum
tociens
inferatur hoc modo
conficitur, exequitur, necesse est huiusmodi
inferre inferas illud quod seq.
aut ex cond. aut ex contr.
in his quibus — conspicuus est
consecutione oportet uti
ex una quaque parte
putabunt stare arg.
nam hoc putabit nullius neque app. neque complexionis ind.
errare videntur
uno nomine
et inventi eius artificiosa
aliquid hoc modo: Quoniam

Cap. XLI.

quae videbantur off.
propulsamus
posse putant
Quae si quid habet propositio vel assumptio probabile aut
commoneat
solum argumentum spectaretur
esset excog.
et mediocres esse existim.
nam in omnibus rebus
mater satietatis
ingrediatur in
ipsis generibus
distinguere
neque semper
partibus uti
sed hoc tum

tum a probatione
tum illo complexionis genere uti
aut in aliquo exemplo
de his quae
oratorio visa sunt

Cap. XLII.

idem potest ex locis
in his adinventationibus aliud nisi
quos qui observabit
diluere ac infirmare
aut ex his quae
aliquid unum
aut si genus ipsum argumentationis viciosum ostendetur, aut si contra
aut firmior paratur. Ex his quae
esse huiusmodi negatur
aut utraque parte (deest *ex*)

Cap. XLIII.

Quod autem pro
erit infirmabitur (deest *si*)
quam pecuniae sit aut erit
ut si aliquis quem
sunt his antiquior
celebri huius occidi
Curius pro fluvio ait. Nemo
id ex hisdem locis
Nam si in signo
primum esse verum ostendi
Deinde esse eius rei signum
quod numquam oportuerit
eum de quo queritur
Nam hae res signo sunt attr.
Ergo unum quodque horum in
aut se pocius
suspitione dici posse monstrabitur

Cap. XLIV.

quod confertur ei — confertur
loco tempore pers.
loco hoc cuius causa
demonstrab*imus*
aliud de eo quod comparabitur existimari oportere.
indigebimus
Sin iudicatum aliquid
maxime infirmatur
qui iudicauerunt
iudicatum est et commemorando
instat. Contrariis (deest *ex*)
permittat
ad id quod agitur
Et uidendum num ea res
aliter sint multa ind.
auctoritas maxime potest inf.
ea argumenta quidem quae

Cap. XLV.

sicut nec, dicentur
erunt huiusmodi
utrum concesserit debet
s: falsa est duob.
aut confirmatione aut alterius
Si inverecundum
estimabit. Hic siue uereri
concedendum hoc putat
ut neget esse
Si inverecundum
tua correptus ab — recedit.
Quoniam hab*et* istum
aut si eorum nichil
subripueris
neque ex hereditate
neque donatus est neque domi n. est
necesse ergo est subr.
equus est captus
praedae sectione evenerit

Cap. XLVI.

si illud extremum non
quod ante sit coh.
est aut cum
diligit filium si
et omnis argumentatio
maiorem vim quandam cont.
cogn. est huiusmodi ut non huius
et maximae atque arduae cognitionis ind.
oratorium nos contentos esse
ex his quae

Cap. XLVII.

Cum autem (semper *cum*)
conficiatur et aliud
contra eum quis
hac uti argum.
autem visus ab his
ad exercitum profectus
cogebatur illatum

...ie quid quo, facilius cognosc.
...um aut non memin.
Si indigetis peccuniae
...autem peccunia
...enim si ita
...hoc assumebas
...pecuniam plus
...si primo (*tibi* deest) concessissem (*hoc* deest)
...cum peccuniam non haberet

Cap. XLVIII.

in conclusionem inf.
idque ex his quae
viciosum ostendetur
aut non ad id
constituitur &c.
diffinitio est si
nihilo minus ab
quia causam veram
si non concessum sit
si causam veram
Leve quod
aut perspicue
turpem rem
defensione vult
in regno
summo opere solus ut

Cap. XLIX.

petitur huiusmodi. Quod.
natae
conditiones non essent (sic)
ascribendum (semper)
Huiusmodi illa conquestio
Ut in nemore
caesae cedissent ad terram habenae trabes
civis est
hominis improbi
cum accuset honestem
Ai. esse necatum
Turpe quod
in quo dicetur
aut his qui
aut ea qua de ag. (*re* deest)
legem Cepionis

Cap. L.

quod id qui audiunt
Macedonem dicens contr. aliq. urbis exp. dicens
benivalentiam,

sperate tamen aliquid
vim et felicitatem et copias adaugeat
ad expugnandum
Euriphila
defendit
res hominis ex vicio vit.
Aut si quis cum volet laudare de facilitate
Aut si quis rem cum re
ut alteram rem se non
vituperaverit
quis aliqui cum deliberant
bellum gerant an non
infirma ratio ut
noxam in pueritia in mane
condocibile
Non castigabo — noxa

Cap. LI.

affecit
honestum esse demonstremus.
existimamus
nunc conclusionem p.
tum conclusionem ponit.
iudicatione *esse* ipsa
ex qua conficiatur aliquid.
esse
putaverit oratoris sequatur oportebit nam
autem non placuit, hanc
in numerum
digredi

Cap. LII.

in unum locum
unum in locum subiiciuntur
Sin uariae fiet (ita plane Cod.)
propter facultatem singillatim
omnes breviter tractare arg.
tum aut id quod
dicere oportebit quas
exposuerit
confirmaveris
tum ab his qui
docuimus et illud pl.
debeant desid.
dictum est tuas argum.
et eam tuam dixeris argum.
afferetur q.
re int. grabitur.
Hoc modo Atque hoc aliis
Nam tum ex
ut quid quo quidque

aliquam inanimatam perducere et
et quaerat id a nobis quid dubitatis quid poss.
genera ferre
quid desiderat
alias hoc facere
monimento
apud nos hoc q.
o iudices desideratis
omnibus hisdem m.

CAP. LIII.

locis his quos
in confirmandis pr.
nam ex his rebus
cum commemoremus
fuerit dies imm.
responsis similibus r. (deest et)
Item maioribus
senatui pop.
ostenditur aut ad — aut ad
partem quidem atroc.
aut ad sup.
sunt hii quorum
indignissimum est. Tertius locus est (vv. *an ad pares* — *sup. est* desunt)
demonstramus ceteros alacres
quod statuatur
ceteras res constitutas (deest *perperam*)
si sit simul ind.
et industria
indignamus
quae res a leg.
et aequali iure

CAP. LIV.

neque ab aud. quidem
atque a feris quidem hominibus barbaris gentibus et inm.
esse remotum.
in amicos in eos ab quibus eruditur in mortuos (desunt interposita)

miseros et indignos
quibus ex omnibus
cum aliis peccatis quae constant esse peccata
gerundo
cum uniuscuiusque ind.
hoc primum acciderit.
neque alicui unq.
et arr. et odium
ab his qui

CAP. LV.

per quos f. vis hominum (quae) infirmitas ostend.
tempora distribuitur.
in quibus malis fuerint
si qua in simili genere
dici potuerint.
quae passi p.
Quintus per q.
singillatim
ponuntur
Sextus est per q.
Septimus est p.
Karus debeat
vel non factum
extr. spiritum, eius accepi
et expertas an.
eiusmodi commendatio (*rei* deest)
distinctio deploratur
vixeris aut a p.
ab his a quibus.
est servis (*ut* deest) liberis

CAP. LVI.

qui kari nobis
Sextus dec. per quem
ostendimus esse
amplum et patientem inc. (desunt *et exc.*)
et futurum esse si quid
in quo grav.
dixerit rhetor Apollius
ut videtur de
orationis partibus

LIBER II.

Incipit Secundus Liber.
eracleontehem Zeusim
ceteras quamplures
pinxit tabulas

e simulacrum pingere vellet
magno opere
ibi corpus in illo fano.
. *i* tum
Neque tamen (sic) eos
ab his quas nam
hominem deduxerunt
numeros multos ostenderunt
Etenim crotoniatae quodam tempore
olympiaco certamine
nomnum cum laude maxima ret.
inquiunt illi sorores
ex his virginibus
delegit quinque
qui pulcritudinis habere verissimum iudicium debuisset.
Neque
uno se in corpore rep.
omnibus ex partibus
commodum adiuncto aliquo inc.

CAP. II.

quisquam nobis dicere
ad vitia eius quoque occ.
quam se uni
certo id vellent adicere
et non tanto opere
hoc in suo genere
quecunque fuerunt
quecunque placeret
artis scriptores
et se ipsum cognosceremus
profecti sunt tamquam in
tamen praecepta nobis permulta dicendi
eodem tempore
magnus et mirabilis

CAP. III.

efflatum est
transtulerunt
nobis nos omnes
tanto opere
Sin autem aliquid alicui temere praet.
consequamur, ut satis
et in omni tempore et in omni vita studiose
quoad feret facultas sequemur
artis et fine et officio et mat.
ceteris distinctius de rebus
autem inventorum expolitio pet.

CAP. IV.

necesse est quod in aliquo
praecipi possunt
generis diversae
laus vel vit.
accusatio aliud recus.
Neque hoc nunc dicimus
et ex genere caussae
in cetera caussarum genera (*quaeque* d.)
implicita
Nunc autem a con.
proficiscamur
proficiscentem quendam ad merc. et
est comitatus. cum hoc
in quandam tab. div.
arctius ut fit ex. (*iam* deest.)
prope oppositum
ipse se in suum lectulum rec.
facta erat
inclinavit
attulerat abstulit
exclamavit
hominem occisum (*esse* deest)
diversoriis
eduxit — cruentatum
deducitur ab illis

CAP. V.

necessario pars aliqua
convenirei
ex persona ex causa
est capienda
id quod fecerit
cogitatione fecit
Ratiocinatio est (*autem* d.)
consideranda
interfuisse tunc
faciendi aut non faciendi
reiiciendi minuendi devitandive
commodi caussa suscipitur
accusator aliquid cum imp.
quanta vis sit amoris
aliqua eorum caussa
affectionis expl.
si quod ad faciendum facinus

CAP. VI.

verum et rat.
aliquid commi quis dicet
magno opere
sunt. Res aliomodo est

tunc cum aut id quod;
nec bonum bonum aut malum. a ut quod bonum aut malum est nec malum nec bonum.
esse ullam pec.
aut amici aut (*vita* deest.)
et tam pie dic.
non ita esse visum
ex his quae

CAP. VII.

aliter aliquid accidit,
hi qui arg.
eum negasse cuius
quod eo testamento
spectari cogitationem oportet
cog. animus aut spe
considerare quo (*et* deest.)
quod quisque
accusatori negandum si dem
nemini fuisse. Sin quoque aliis
faciendi causa vid.
defuisse aliis demonstrata est
voluptas (sic)
dicentur. Fac.
adiumenta ceteraque quae
his accusator
alios a culpa exim.

CAP. VIII.

sit eius affectionis
similitudines inerunt prof.
quietam ad partem
ipsa affecto crudeli
tranq. transferatur
et oratio tum ad an.
fuisse dicat aut
subeatur sit comp.
omnes similiter loci
eum esse id sec.
ei visum est c.
quanq. fuerit in falsa op.
nem. esse tantae stultitiae
Quod si hoc conc.
iri oportet nec dub.
hunc quod eius
sed et id quod
pro falso probasse quod;
pro vero. Quod
sic his locis qui acc.

CAP. IX.

si hae res quae
quae attributae sunt personis
in libro primo
cognomen quoque (*et agnomen* add. in margine)
aut si ob eam rem hom. Graecos
civitatis sit quibus consanguineis quibus maioribus qui pertinebant. Ex victu
an fuerit an futurus sit
aliquod eorum quaer.
attr. esse int.
intelliguntur. Ambitus autem
animi et corporis
contraria sint res ipsa
docebit et quid
quod ipsorum
autem quod est
rem amplificata m.
Item et cons.
faciendi aut non faciendi vero ex cogitata
facta casus et orat.
ut confirm. (*in* deest.)
et quid afferant
ad confirmandam coni.

CAP. X.

hae sunt attr.
ni animus
ad eam susp.
ut in tali
causa quaeritur peccaverit
intercesserit (in Graev. error typ.)
sic causam intendere peccati est leve, si
minus perspicuae rationi affinis esse ostenditur.
eius qui arguitur ex
in pari peccato conv.
non potuerit si
aliquo debebit ostendere in genere eiusmodi causa
peccasse dicendum et aut in
si quidem pec.
In omni causa item nat.
atque ex inpari quoque
sic ex pari
oportebit si avar.
demonstrare possis (deest non)
quia in illa re
tantum de f.
ante dimisso dem.
vita tractari sed

Cap. XI.

mota aut comm.
quod genus est in
magno aliquid labore
sunt factum esse dicet. Denique se nichil
uoluntas ad faciendum demonstr.
quo arguitur
fuisse cupidus doc.
coniuncta conquaestione
esse aut indignum
demonstrabitur ut cum
animus in uita fuerit omni a viciis.
quae confingi quamvis falso possit
imitari possit
in eam estimationem
dicetur
aliquorum iudicio aut
nec. et persuasioni
tribuentur
sed ab tali culpa
et de moribus quaerere,
illud quod instat

Cap. XII.

autem suspiciones (*ipso* deest)
atque negotio
Ex his ergo
quae a re separari
considerasse
sunt attributae
locus spectabitur
ammonuisse
ne eam rem iterum
breviter iniecimus quid quaque
considerabuntur. Quo in genere
quoque videndus erit eventus
hoc est quod ex qua re s.
magno opere — titubatio avaricia.
pars restat ex his quas
videbimus haec que consuet. sit et quae lex et quae accio et quod eius rei artificium aut usus aut exercitacio hominum aut approbatio. aut offensio. ex quibus
eligitur aliquid

Cap. XIII.

Sunt autem et aliae s.
fortuna et ex conuictu. studio.
potueritne quid fieri
Deinde hec si quo
quod fuerit penitere necesse quod spem
celandi non haberet
Ante rem erat
tam familiariter se appl.
quaesierit
diuerterit deinde cenarit
exiret
potuerit fierit. partim ul (i. e. *vel*) a fort.
si · si
si peccuniae adium. adiutores (sic)
hic non facile neque nec. est
modo comparationis,
Non facile est autem
singillatim

Cap. XIV.

Quare que exposuimus considerare oportebit
incidit si gesti
cur ab hoc ille pocius
cur hoc ante factum sit cur hoc ipso negotio. cur hoc
aut factum de ind.
aut rem ipsam
signum sit.
at et huius et illius
et tum ex sing.
autem sepe ad coni. quaest.
contra quae omnia
ad commodum suae caussae deb.
Quare videntur nobis errare
et si qui aliter
hisdem ex locis
capienda (suprascr. ab ead. man. *sumenda*) est.
ex hisdem attr.
est coniuncta si
quae dicitur
et aud (sic) in omnes generis eiusdem aut in

Cap. XV.

si quis uelit ost.
perorata causa et probata

et contra suspitionibus credi oportere
credi non oportere. Ac pars. (ita illa suprascripta sunt)
comm. per. ind. (*aut* deest)
auditoribus argum. (*et* deest)
cum diligenter aliquis
aliquis propriae causae
locus tractus est
dictis suscitatur
Omnia autem orn.
et gravitatis et suavitatis
a
aliquid habe,nt (sic) in communes (deest *dign.*)
ab his qui
in exercitatione
sibi verbor.
comparaverunt

Cap. XVI.

et hoc quoque amisisse dicitur et non
partes ducentur.
ostenditur per quem
conquestione mia capt.
et ceteri loci omnes comm.
ex hisdem pr.
sed illi ten. et subt. et acut.
et tum verbis

Cap. XVII.

adduxit de templo
accersitur reus magestatis (sic)
de templo eduxisti
quem habebam
minuit mai. (*is* deest)
minuatne his mai.
in qua praecepta n. data s.
Omnibus partibus autem
in hoc libro
attenderit
in eis incident
ex opinione hominum
aut horum quibus
pluribq v. et rat. *est* conf.
hunc totum locum
esse ostenditur eius
et quae inc. (*si* deest)
concesso, ostenditur
aut pari neg. sim.

Cap. XVIII.

sibi sacra subr.
ut faciat quid velit
locus est, nominis brev.
hominum hoc modo (*descriptio* deest)
est de rep. aliquid
similibus exempl.
honestas augetur.
quae hisdem ex
verba mutari conari
Nam illi communes quidem l.
Ind. autem cum c. (*eorum* deest)

Cap. XIX.

Cum actio autem
aut non cum eo
aut apud quos aut qua l.
genera quaerantur
ut qua causa cadat is
plerumque versatur
In his autem iudiciis
confirmantur autem ass.
mentio solum facta esset
cum nece parentis
indignus facinus
necesse *est* quoniam et id c esset subscr.
et ea re nomen
Ea autem poena
genere causae inducendo
def. et coniecturali const.

Cap. XX.

positum nobis sit hoc modo. Cum
venissent quidam armati, armati
praescidit
manus praescissa est
Fiat. in iudicium vocat hoc loco qu equaliter de summis ac maximis iudicatur. His qu agit
iudicetur velut de aliquo
et quo tempore aut agi aut indicari aut quid
iudicium pactio constituta
aut cum eo *non* agatur,
cum quo oportet (sic)
Tres igitur hae const.
et eius partes

Cap. XXI.

ıomine concesso est neque
:enus ipsius negocii q.
luius esse primas p.
eniret. Et de her.
ecundi haeredes sunt
t inter cognatos pup.
ıaeredis secundorum
Depulsio imo
Pater enim sibi et f.
juae fuerunt filii
nfirmatio rationis. Imo
pater scripsi sibi
le filiis pupilli re
ilii quoque pupilli (deest *eius*)
nusquam usquequaque (*aut* deest)
potest in hac caussa ut ipsa.
Subp. haec enim ab haered.
ratio est. Un.
non, illo tempore, in test.
volumptas
plurimum volebat (an valebit?)
fuerit aut si hac usi erunt inf.
nnius heredes pec. diss.
haeredes esse

Cap. XXII.

Utrisque autem aut omnibus
considerandam est
a natura
in cous. videntur venisse
Ac natura quidem ius esse quod
aut alios coni. sanguine
et honoris et amicitiar.
et nostris qui nobis kari esse d.
anteced. veneramur et col.
quam confirmavimus
quod neque in civili in iure
vers.
quaedam sunt iura ipsa
multa maxima p.
consueverunt
ut iure praestare
iam autea s.
iuris quod quisque aut ex
aut maiore
attendere quemque elicere atque
s
ege (i. e. *egere*; an *egerere*?)
pertemptando
unamquamque iuris partem
duo genera sunt quorum
alterum continet certae ampl.

qui incidant in omnes
Att. est in hac et in omni
utrum quos locos
quos non expos.

Cap. XXIII.

alteram assumptivam nom.
Grahis
ut hi qui vic.
tropheum
tropheum statuerunt.
Amp. i. (*id est*) apud — consilium.
Oportuitne
Eam enim gloriam virtutem p.
Infirm. attamen (*est* deest)
Indicatio cum (*est* d.)
virtutis concelebrandae c.
Grahis inimicitiarum mon.
statuerunt
rationem obiiecimus
quam fort.
in relatione cr. relaberemur
ex hisdem
conq. aut ex iuris ut.
aut et nat.

Cap. XXIV.

partem consideremus
igitur nunc videtur
circumsederetur
neque ullo modo effugere
cum hostibus, ut arma
impedimenta amitteret
milites sanos educeret
Accusatur reus mai.
Incurrit hinc diffinitio
Intentio est non oportuit. depulsio oportuit. quaestio
Ex quibus iudicationes
Periissentne ideo feceritne aut
comparativa haec cuius
concedere hostibus
an
militem ad hanc (sic)
convenit. Op.
ac
praecepta maxime (sic)
quod criminabitur hi qui accusantur
quo de facto indicatum est
ratione aliam ob c.
factum esse
conf. Item

accersitur
ut praeceptis definitionis

Cap. XXV.

Atque haec quidem — in hoc genere accidunt
ut et coni. utendum sit et definitione
genus incidit
Nunc accusatori
ut ipsum
aggreditur id impr.
necessarium aut non tanto opere honestum. aut non tanto opere utile aut non tanto opere nec.
illud quod ipsum arguat
solere neque oportere neque esse
rationem.
a defensore
Honesta autem et ut.
illam ipsam deliberativam causam comparativam (sic lineola subter ducta) iudicatione
praeceptis dicere (*deinceps* d.).
Sic enim iudicatio haec autem quam ante exp.
fuerit periisse quam ad hanc p.
consultationem res eveniat tr.

Cap. XXVI.

autem qm in quibus l.
in his ipse
ex hisdem
locos omnes qui
Loci communes Accusatoris
communis est ita
se quoque facturos idem f.
si sibi illa atque eadem causa fac. per idem tempus
cum id quod (*reus* d.)
et lacrimatione indigne
Illa autem dampnum hostium lug.
fratrem negl.
neque et p. R.
ferebat. Infirmatio est tamen a fratre indampnata necari non oportuit. Ex qua indicatio fit. | haec omnia leguntur |
fratrem mortem
fratris populi R.
victoriam non g.
oportuitne a f.
indampnatam

Cap. XXVII.

caussae si quid (*primum* d.)
ex dabitur ceteris c.
transferetur.
ipse suscepit
peccatum id quod sp.
negare audiri op. (deest *debebit*)
criminis transferatur de quo haberi oportere debebit. Postea et de *ea* ind. — de qua iam sumpserunt
Postea turbationem
Deinde si hoc
ut peccata peccatis homines
et iniuriam in.
facere qui nunc (*ipse* d.)
nec hoc q.
ipso opus esset iud.
faciant ut sine iudicio puniant eos quos accusant, omnino iud.
de ipsa suppl.
indignum esse eum
sumpsisse supplicium
quidem in iudicium sit.
Deinde postulet ut
illius culpam oportebat in q.
cum eius mal.
qui iure fecisse
ut ob id fieri

Cap. XXVIII.

ex his locis qui
rel. comparabit pr.
referat cr.
si res fieret
Postea demonstrando leviss.
t rationibus
contrariis partibus inf. (sic)
demonstrat si de
sumendi supplicii data sit potestas, allevuiabitur
ita perspicuam
vindicari
et similibus rebus
A defensore est in eum q.
futurum sit an iniuria aut sc.
quam karam
fuerit vindicta.

Cap. XXIX.

id fit bip.
m tum res tum ipsa causa
rem.
emplum sit (recte)
ortuitne
im de p. (*qui* d.)
quaestore
m quod p.
it vobis datum neg.
m his qui legati
i debebatur de publico
ortuitne
eraque et ex comp.
tem cuius illum culpa
o quoque off.
nsultare op.
m et cetera
inde id cum aliena
ortuisse dicat
plicita
se a reo quae
testate fuerunt quod
einde alterius
ipso fuerit
nfirmando huiusmodi et ex
isse hoc magis cons.

Cap. XXX.

n autem — in certum hominem sed
emovebitur
lterius accus.
ulpae defensione
onveniant ass.
obis post
lem utrique
cidunt. Hic tamen certissime accusatori facti i.
ut in ipso non
uppl. se affici non
egat ad se neque ad off.
ec si quid in eo
ttr. non oportere
ictum quondam
n senatum eum ducit quoque, porc.
lep. est *dedi non* op.
um id aetatis
edere tantae rel.
superiore loco differt
uod in nullo se reus concedit op.

attribui qui v.
Nam earum
accusare alium
eam nichil ad se neque ad
accuset qui
voc*av*it
et a potestate f.
sic cum hoc ab
ex omnibus partibus hon. et omnibus ut. partibus ex
quod cuiusque
locos autem ex ipsa re comu*ne* si

Cap. XXXI.

casum necessitatem.
arguitur negat, ut
in mare iact.
in illo portu fanum Dianae ei vitulum immolar*e* non l.
immolavistis ei Deo
cum demonstratur aliquod f.
esset nisi ad sacrificium ut hostias redemptor pr.
capitalis esset
redimerat
dies constaret
agere iter. cum subito
con. *a*mnis in littore
trans fluuium
fluuii magn.
accerserunt
quas debuistis
studio subita fluminis
supplicio dignusne sit.

Cap. XXXII.

ut si rostrata navis in portu depr.
in Rhodiorum portum navim (sic)
n. publicari vocat
negat oportere publicari
Depulsio conc. (d. *est*.)
tamen esse populi op.
in portum depr. lex puplicat
in unum contulimus exemp.
sim. in ea pr. arg. traducitur
demonstraretur
et
aut ab his (sic)
non infortuitum
vitari ac ratione

fecisset aut ne sic fecisset
perpeti demori denique
quam huiusmodi
in simili excausatione
et ex cont.
permagnam esse
ab his qui
habent iudicandi negl.

CAP. XXXIII.

autem cum omnibus
et in ea re quae voluntati fuerit adaugenda impedimento
quod absit a culpa
nihil esse ind. quam
qui culpa c. niohil esse ind. supplicic non carere
accusatoris in confessionem et quanta potestas pecc.
Def. questio est
potestate hominumque
conquestiones suarum
conveniat
simpliciter ex sua ni
sibi quoque aliud genus controversiae
Alio hoc loco de

CAP. XXXIV.

defessio facti
Hoc uix genus in
multa *sunt* benef. dicere possis
quod in vos semper habuit, tali uni delecto ut
tam vestra mansuetudine dign.
huius esset a uobis
et pars haec ipsa
aut in sen. aut in cons.
senatu *aut* in cons.
de quinto numitori apullo
consilium ductum est (abest. *diu.*)
sibi ignoscetur

CAP. XXXV.

non dolo neque crudel.
postea confirmare et polliceri se beneficia
qui sibi ignoscerent conf. a tali ratione omni tempore a tali ratione uel conditione alia futurum. Deinde ostendere spem, aliquo

his qui sibi — futurum uni.
a minoribus in primis
voluntatis uob.
personis sunt ad honest. et ampl. attributa
cum questione
quam illo suppl.
concessa *sunt*. Ac
t demonstrat
potestate prop. fuisse ostendi (sic)
ex his pr. quae in libro primo

CAP. XXXVI.

maleficia adaugebit
ostendet inimicum fuisse
benivolentiam
esse hac re susc.
poenas sumi op.
in eum *et* quale *od.*
communis est ind.
et alteri eorum
in miseriis *sit*.
Quoniam ergo in
rerum deductus al.
aut pr. aut poenae ratio quaeritur
in
causas de quibus (sic)

CAP. XXXVII.

nunc de pr. (d. *ut*)
et poena (d. *de*)
Sunt multa causae quae (d. *enim*)
Quicquid enim homine deprobando
tum genere primo tum
forma a se eas
L. lucilius crassius
qui tamen
et cum fecit
Hic et in depr. (*ut* recte deest)
nisi quoque alia incidat
in hac eiusmodi
dari praemium.

CAP. XXXVIII.

vi et tempore
qui fecit et consideratur casu
quadam ex ratione
spes deseruisset opitulatus sit
Ex an.

ortuna obstitisset,
quod sumptus
et si quid
eum et ipse aliquando t.
aliquem praemio
honor hab.
aut eum eiusmodi sit f.
petat aut spem
certo vindicet praemio
quod supp.
ut de se

Cap. XXXIX.

In pr. enim gen.
et quanto praemio quoque res
honos habitus sit
queieretur
aut mediocribus hominibus perv.
Et aliter
ea experiendo pulcra
nonne cum de s. gl. conpari pr.
cum eis quos (sic plane in Cod.)
contradicas
petit
Facultates tunc enim cons.
praemium peccuniarium
et se precium non pro f.
nunc de his contr.

Cap. XL.

et ex scr. et ex sent. et ex contr.
et ex r. — et ex def.
cum quod
pondo centum suo uxori
petiit a filio
quae
se ipse (sic)
in eam sententiam
in quam is
Qua si ipsa ex se uerba separatim considerantur
oportere
Deinde
scriptis et ex factis dictis
in qua erit
quaeretur
quod veris.
atque his rebus quae
sunt attributae
si quod ex re ipsa
nichil prohibet f. legem ex.
posse dici

publicenda
aut in auro
et quam inc.
in
nichil esse (sic)

Cap. XLI.

quoque illud
res utilior atque honestior atque magis nec.
dem. aut utile aut hon. aut nec.
ab adv.
esse dicemus
scripsisset sed id
in hac causam qua de
posset id mulier d.
ascribit
magno opere
verbum coll. istud
et illi ascribendum
demonstrandum est
comm. utrisque locis

Cap. XLII.

Ex scr. et ex s.
adiunget
aliquo aut temp.
quod instituitur
scripsit ita
f. gignitur unus
tu mihi secundus esto. Filius natus non est.
qui secundus est heres
antequam venisset in tutela mortuus sit.
tempus et ad ev.
accommodari oportere
ea sola esse demonstr.
qua fertur ille
suam her. esse defendit. Illud autem genus est
Ea ex partibus
opprimeretur
lex hominem omnium
s
praestitat (*praestiterat?*)
et imprudentiam
ut et vituli imm.

Cap. XLIII.

plerumque omnibus utitur maiore
collaudationem

magis legitimum
proferatur
aut aliquid ex lege
vehem. facti (*est* d.)
f. iuratus quid iud.
tum a iudicis officio rev.
quid propterea aud.
an *a* se contrafectum esse
aut contra tendi n.
destiturum
et tamen nichil esse contradicat quo
quid consequi debeat

Cap. XLIV.

sit apertum et
iudices legi.
q. poterunt contradici op.
non poterit aut
scribant nec estimaturos
ratum fut.
consueverunt
quod ille quasi imaginem suae volumptatis reliquerit.
quam absurdum *sit* non
esse omnia
ad finem esse
ad pecc. impulerit non ideo ipsum
cuius in partes singulas multae
conveniant arg.
Deinde in cet. si legibus
hanc quoque causam

Cap. XLV.

scriptoris neque
quo m. aperte posset perscr. id
grave ei
quicquam
consuenisse eos qui legem qui legem scr.
rec. cum exc. leges scriptas
qua de agatur
quo m. probetur eum f. *accept.*
omnibus dari causam et
semel ex leg.
possint qui contra l.
ex
et ea (sic) nat.
communi perscripto permutatis unam q. r.
ab iud. quare (d. *ipsis*)
saepius suis rebus (d. *seriis*)
cur nichil quisquam
nisi quod causa
adversarios vero nostros
a iudicibq
si reus rei propter quam se reus
faciat non dignius et imprud.
vellent iudices
iudicatio
der. ut legem abr.
comm. eum a populo
et aut pr.
inuidiciosissimum futurum
neque tempus
corr. legum
populum haec
velle sese scire
qui *sunt* acc.
tum summe
cuiusmodi
ab iud.
magno op.
nisi extra
esset consideremus
nunc autem cum
quam legis verba
caussam extra scr. aut contra scr.

Cap. XLVI.

ostendendum est si
aut si ita lex
quicquam
scripto decet
per quem oportet ostendere si
est necessarius hinc quod
imprudentia sit eum qui
ex hac ipsa causa accusator
oratio omnis haec fac. ut iud.
esset hoc autem
transferemus ut causae
rationes transferentur q.
scriptum aut sent.

Cap. XLVII.

primum iud. eum l.
se
partibus defendet (sic)
accipi causas
quae rem aliquam inut.
id
hoc factum probaturum ut et ipsum (sic)
certo maiorum ex ord.

omnia cum summa
non vero quod
n. excipit
Non omnia ergo scr.
neque in sermone quidem
cotidiano
amministrare
verba expectare — qui ea verba

Cap. XLVIII.

fieri oportere aut oportuisse
leges karas uobis esse non
quibus descriptum est
describere debet ut
videantur
iudex his legi uideatur obt.
Quam deinde indignum sit
honesta et nec.
accipi causa et in hac accipi lege
et causam ipsam quam ipse
si huic qui
conv. et amb. — scriptum esse
ost.
sibi prodest def.
verbi quo urgeri videatur ad
causae suae com.
ideo quia si id quo
ad. subduxerit causa
omnem eius illam uim
Praeterea autem eius
legibus antiquis hab.
Contra scriptum est l.
urgeri

Cap. XLIX.

duae videntur aut plures leges
discr.
Qui occ. tyr.
Olimpicarum
volet rem a m. sibi dep.
Phenros
habebat in primum loco dep.
partem idem loci
legem suam conf.
d. aut plures erunt aut q.
quia discrepant inter se maximo
ea cons.
posterius data sit
postrema quoque gr.
utra lex i. aut aliquid perm.
quae diligentissima et sanctissi-
ma est. ..
saepe quae v.

corrigere illam quae iubet, D.
Deinde utrum ex lege st. — sit
nec.
utrum habuerit aliq. m.
statim perficiendum sit, perspi-
ci p.
lex ex ipso scripta v.
Contrarism autem ut per amb.
aut r. aut per diffin.
induci sanctius
ap. scriptum sit
ipsum quoque sent. adi.
si poterit fieri
discrepare quid v. — intra se
fac. dabit
ratione altera sit necessario ne-
gligenda. Locos
ad utram legem accedere op. po-
tius.

Cap. L.

ad idem quod
agnatorum
Et lex est p.
uti frater fam.
legarit
Et lex est. Si
intestatus m.
agnatorum
Quidam autem.
o. Et statim quod
in pedes sunt inductae
deinde in carc. ded. est ut
coniectus est in prost. duceretur
et pararetur
quidam fam. eius in c.
sumitur supplicium. I.
faciendi aut non faciendi his qui
loco sunt
Sed ex cet. leg.
suppl. eiusmodi
hab. potestatem testamenti fa-
ciendi.
Locos autem in hoc genere a. et
hos et huiusmodi
Primum quidem eius scr. prof.
de qua quaeritur
constet collationem huiusm.
de qua causa constet
per contentionem qui
aut equus aut in eadem s. gen.
Deinde nichil esse scr. de hac re
idcirco quod

de illa re scriptum esset de hac is
dubitaturum neminem a.
multa praeterita esse
Contra aut hoc qui d.
esse natura vi genere m. loco tempore pers.
afferatur demonstrabit et quo
afferatur haberi
ut non videatur de utraque is existimare op.
si ipse poterit
hisdem rationibꝰ quibus antea praedictum est
quicquam
nisi ascriptum sit
iura omnia
nichil deesse paene
similes esse videantur
rebus et in un.
rem tam sing.
Loci autem comm.
coniecturam ex eo
quod non sit scr. perv.
scribere oportet qui
huiusmodi coni.
posse de omnibus rebus cavere de quibus velit.

Cap. LI.

cum in scriptum v.
positum est
de cuius ui
Lex est qui adv.
navem reliquerit
nave
cum in alto
et cum eorum alt.
tendentem uiderunt
aliquamdiu
et in fun.
puppi ligatus
annexam
navi quoad p.
in navi in gladium ib.
incumbit
Et hic ille
et navim q.
opitulatus est
qui gladium
fac. ex volu. est recr.
Navim qui cum honere
trium unusquisque suam esse dicit.
omnis
et remanere navi controversia est denique ipsa navis quid
Hisdem autem
locis diffinitionibus quibus diffinitiva const.
his arg. quae
deinde in del.
non quo n. aliqua c.
omnis causa semper v.
pr. tamen h. c.
iuridiciali gen.
quamdam partem hon.
autem ut Ar.
nobis hon.
in hoc quidem genere c. id est deliberativo et demonstrative quaedam
obscurae
res ap.
fieri obscuriores o.

Cap. LII.

par autem in numeris
quod ex sua vi — eliciat ad se, non
emolimento
quod gen. est v.
veritas. Est aliud
quo est pecunia. Est porro
ex eorum partibus
dign. inductos (*nos* d.).
ducit ad se et per se q.
expectatur
ut autem amicitiae bona
tradatur ad finem, ea quae scripsimus breviter nom.
hon. appellantur.
partes hon.
continent quia
meliorem uim vocabuli conferentur.
rebus res grandes
apertius describemus — rationem

Cap. LIII.

hon. appellamus
quarum altera pars simplex altera coniuncta est, simpl.
nomine complexa v.
modo naturae modo rationi
partibus omnibus eius c.
consideranda. H.

est bonarum rerum malarum utrarumque sc.
Partes eius sunt mem.
per quam omnis repetit ea, quae aliquid futurum v.
tribuens benignitatem
et a cons.
Natura est ius quod
quaedam uis innata inserit ut
cerimoniamque asserunt. Pietas per quam patrie benivolis sanguineque coniunctis off.
Gratia est in quam
vis aut iniuria
et omnino quod

CAP. LIV.

Consuetudinis ius est
tr. a nat.
aut si quid aliud horum, q.
quod genus est pactum
Par quod inter omnes
Iudicatum est d. q. iudicia al.
Legis est quod
ut observaret cont.
considerata praesidiorum susc.
Eius sunt partes
et celsarum
multam in se animus ipse fid.
Temperantia rationis
firma moderatio moderata. Ei.
Clementia est per
Modestia est p.
emolimenti
non eo modo quo his
finitima esse tamen longissime
diffidentiae
et in ea re
sed oppositum est et pr.
reperitur aut
pertinentia q.
omnia

omn. utuis contrariarum rerum (sic)
reponentur
propter se patitur, s.

CAP. LV.

quod honestum v.
tum dign. tum quoque suo fructu ducunt quo in g. gloria d.
fama de aliquo c. l.
Dignitas est al.
et venerantia digna
Amplitudo est p.
Amicitia est vol.
Hic quoque quia
adiungamus
sunt qui per se et ut
considerandus
Nunc sic ad us.
relinq. propter utramque rem propter amicitiam expetendam.
veteres partim novae sunt p.
ab officio nostro sunt
ex c. dign. et exemplorum dignitatibus ex temporum oportunitatibus aut in nostris rebus aut in corpore posita est

CAP. LVI.

reuertitur aut reipublicae quaedam
classis
atque societatum m.
atque ut potentes sunt
incolumitas
Pot. ad sua
his omn. quae
quid difficulter vel posse fieri et quid facile
id fieri dicimus
magno atque sine
sumptum mol.
fieri posse quod
habet difficultas
atque exitum
Quoniam igitur de
et utilitate
his reb. quas

CAP. LVII.

hanc esse
resisti possit q.
hoc sp. sit
ita necesse est ut vis postulet ea
quae modo d.
nec m. nec l.
rectae nec.
in quaestione cons.
v. v. quasdam esse cum adiectione nec.
solemus dicere. necesse esse Cas.
Casilienses
Casilinum in Ann. pot.
nise malint

id malint non
non est necesse
inferius. Nunc item
Quid igitur hoc eff. p.
necessitudinis distributa prope
Cum ita nec. sit
aut honestatis
Nam velis att.
quid conv.
adiunct. nominamus. Praeter haec invenies multas res necessitatis ad quas
necesse intercire
ut ad honestam partem hoc modo
necesse si honeste vol. v.
valumus esse. Ac summa quidem necessitudo

Cap. LVIII.

proxima est inc.
His autem inter se
tamen uti pot. c.
certum quiddam quod scriptum vid.
Nam quaque in re
pr. deliberatum de honestate ut virtus aliquando industria.
tum incolumitatis
cum id non
Ita in huiusmodi quaque *re*
habere, cum autem virtutis ratio est incolumitatis quoniam sine
quiescere vel aliud tempus
In ratione vero comm. modo attenditur
quod aut adipisci
aut fugere
aliqua nobis sit res nec.
Affectio quaedam est ex t. et negotiorum aut administratione
hominis studio
habitae sunt aut
ut ad hostes tamen si re turpe videatur esse aut non illo
Ulixes transiet pec.
inutile aut non eo c.
quaedam res ex t.
non sua nat.
quod tempora
aut quod p.
et non quod fiat sed quo quoque animo quicum

Cap. LIX.

sumuntur qui loci
et ex res licebit
virtus
valitudo
velocitas honores pecuniae aff.
intelligantur
in his quod in
quoque quae (d. *et*) — sunt, intelligantur.
et vituperando op.
non tantum in corp.
aut in contrariis rebus
Animi autem laus hon.
omne in genus causae arg.
prima et maxima
satis esse dictum
a sup. libro
producta est

I.

INDEX NOTARUM.

(*Numerus paginam significat nostram.*)

A.

A scripto dicere i. e. scriptum defendere. p. 79.
Abactiones hominum. p. 162.
Abrogare legem. p. 84.
Abscindere, de formis quibusd. h. v. p. 398.
Abscisio pro: abscissio. p. 398.
Absoluta constitutio. p. 75. *assumptiva*. p. 46.
Absque pro *sine* non est Lat. p. XXII. 484.
Abuti. p. 413.
Ac ante vocalem poni nequit. p. XVIII. XXX. 19. 112. *idem ac (atque)*, *similis ac*, *alius ac* et simill. p. 179.
Accendere pretium vestium. p. XXXI.
Accidere pro *cadere*. p. 508.
Accommodare aliquid in aliquam rem, *et ad al. r.* p. 265.
Accusari maiestatis. p. 576.
Accusativus. De accus. *Megaridem* et *Megarim* v. p. 28.
Actores causarum. p. 8.
Ad aliquid praeceptum dare. p. 435.
Adiectiva derivata tempus significantia desinunt in *ornus*, *ernus*, *urnus*. p. 463.
Adiutores et *adiumenta*. p. 69.
Admittere peccatum. p. 404.
Advertere et *animum advertere*. p. 634.
Aesopus Tragoedus. p. 232.
Affectata verba ignorabant vett. Romani. p. 523.
Afferre et *inferre vim*. p. 613.
Affirmatio, *admiratio*, *confirmatio* a codd. confusa. p. 18.
Afuisse. p. 60. 186.
Agere. p. 8.
Agitur incolumitas. p. 364.
Albani et *Albenses*. p. 145.
Aliquis i. q. *alius quis*. p. 12. 106.
Aliquis et *aliqui*. p. 559. *aliquid* et *aliquod*. ibd.
Alitur i. e. potest fieri. p. 407.
Alius et *aliquis* conf. p. 553. *alius aliquis* conf. ibd.
Ambiguum. p. 19.
Ἀμφιβολία. p. 87.
An — aut. p. 518. *an — sive* in disiunctione petidum. p. XXIII.
Ἀναπόλευθον. p. 566.
Angiportum neut. gen. p. 590.
Animo facere. p. 297.
Ante praedictum est Cic. usitat. p. 633.
Apollo, gen. *Apollinis* pro: *Apoll.* p. 136. *Aperta* dict. ibd.
Ar antique pro *ad*. p. 593.
Arbitrii p. 68.
Arcessere. p. 50. 593.
Argumentum in narratione. p. 25. in confirmat. p. 34. persona vel fabula ex tragoedia vel comoedia desumpta. p. 343.
Arrisio. p. 21.
Arteria num. plur. neutr. gen. p. 201.
Artis oratio. p. 404.
Assis quattuor deuta Batavor. p. 49.

At et *sed* quomodo diff. p. 425. *at* pro *attamen*. p. 131.
Atque confestim, statim, illico. p. 329 sq.
Attinere. Nihil attinet sine adiectione. p. 3. 200. 485.
Aurea manus. p. 224.
Auctores falso dict. p. 177.
Avocari. p. 162.

B.

Bacae Boae. p. 282.
Bacchae aeneae. p. 282.
Balnei usus apud Veteres. p. 272.
Benigne facere. p. 522.
Boeus. p. 248.
Boiscus. p. 248.
Boius. p. 248.
Bosporus non *Bosphorus* scribend. p. 490.
Brevi subintell. sermone. p. 424.
Brevitas in narrando. p. 29.

C.

Cachinnatio nimia. p. 210.
Calcei Sicyonii. p. 248.
Callentissimus superlat. hic auctoritate valde dubia. p. X.
Capital. p. 592.
Casus et *natura* coni. p. 186.
Causa est aliqua res et *alicui rei*. p. 96.
Causarum divisio duplex. p. 32.
Cautus. p. 600.
Celebris male dicitur pro eo, q. est *celebratus*. p. XLV. L. LVIII.
Ceroma quid? p. 272.
Cerotum quid? p. 272.
Cespitare lexicographis solis debetur. p. XXIX.
Cimber Tragoedus. p. 232.
Cistellae sive *cistae*. p. 40. 90.
Clarus et *fortis*, de hor. adiectivor. c. nom. subst. *vir* coniunct. p. 598.
Codices omnes in depravata lectione consentientes. p. 96.
Coetu primo pro *actione prima*. p. 547.
Cogere in unum locum. p. 359.
Cohortari aliquem ad aliquid p. 164. *aliqua in re aliquid*. ibd.
Collatio. p. 20.
Commodo suo aliquid facere. p. 199.
Commotae tempestates. p. 59.
Commovere auditori misericordiam. p. 122.
Comparare. p. 154. *comparatum esse ad aliqd*. p. 167.
Concastigabo. p. 125.
Concessu. p. 563.
Conducere in unum locum. p. 526.
Conducibile. p. 99.
Conflagrata urbe incendio. p. 268.
Confligere. p. 31.
Conformare animum ad virtutem. p. 509.
Coniicere causam. p. 97.
Coniunctivus male usurpat. p. XXI. — in re, quae ut intellecta tantum et cogitata refertur. p. 249.
Conquisierunt. p. 3.
Conscendere in naves. p. 57.
Consilia magistratuum. p. 48. 90. *senatus*. p. 166. *militaria imperatorum*. p. 48.
Consistens. p. 72.
Conspici et *conspiciendum*. p. 213.
Constanti oppon. *varium*. p. 186.
Constituere contrarium verbo *commovere*. p. 349.
Constitutio. p. 51. *Legitima*. p. 79.
Consulto. p. 153.
Consumere nonnihil industriae in hoc vel illo studio. p. 191.
Contentio dexterae. p. 301.
Continens. p. 164.
Continuari. p. 533.
Continuatio. p. 207.
Contorte dicere. p. 28.
Contrarius a *contra*. p. 46.
Convicium facere. p. 279.
Corruptores. p. 62.
Cruentus et *cruentatus* diff. p. 535.
Cum maxime. p. 261.
Cupidus. p. 74.

uriatiis et *Curiatibus*. p. 580.
ursitare cum Sicyoniis. p. 248.

D.

ecimus praenomen. p. 224.
ecius non est praenomen. p. 224.
edecorum. p. 183.
educere. p. 525. 560. — *Deduci ad aliquid*. p. 598. — Auferri, abduci. p. 132.
efendere propulsare. p. 567.
eflagratum fanum, imperium. p. 268.
eflorare incert. auctor. verb. p. XXXV.
egredi et *degressio*. p. 513.
einceps et *deinde* diff. p. 224.
electus et *dilectus* diff. p. 6. 308.
elibrare et *delibrare* conf. p. 649.
elibrare. p. 607.
eminuere et *deminutio*. p. 352.
emittitur animus. p. 513.
emonstrativum. p. 4.
emovere. p. 585.
enique. p. 258.
epravatio. p. 19.
Deprecatio et *deprecari*. p. 35. 36.
Deprimere et *extollere* oppos. p. 16.
Depultus pro: *depulsus* male. p. 276.
Deripere et *diripere* diff. p. 357.
Derogare legi. p. 84.
Deuta Batav. p. 46.
Deversores. p. 535.
Dialectici dic. Stoici. p. 73.
Dicere. p. 551.
Dictatores, qui scribis dictarent. p. 170.
Dictio responsum Apollinis. p. 136.
Dignitas pulcritudo virilis. p. 176.
Dilego et *dilectus*. p. 308.
Diligenter dare quid? p. 308.
Dilucide docere et *dicere*. p. 281.
Disciplinabilis et *disciplinalis*. p. 165.
Distributae res. p. 453.
Distributio. p. 207. 211.
Divisio causarum. p. 32.
Domitio. p. 230.
Domum itio. p. 230.
Dum pro *dummodo* c. subiunct. p. 14.

E.

Ea re non *ex ea re*. p. 544.
Ecqua et *ecquae* diff. p. 552.
Edisserere. p. 107.
Elaborare in re al. p. 56.
Elicere rubores. p. 273.
Ellipsis verbi *coepit*. p. 273. — voc. *vero*. p. 288. *magis* et *potius*. p. 527.
Ἐνστάσει demonstrare. p. 64.
Eo quod. p. 472.
Ἐπιχειρήματα. p. 59.
Ἐπῳδός. p. 10.
Ergo et *igitur* parenthesin excip. p. 18.
Eriphyle. p. 510.
Esse in disciplinis. p. 183. — *esse* et *est* iteratum. p. 523. — *escit* antique pro: *erit*. p. 629.
Eventum. p. 271.
Ἔφοδος. p. 10.
Ex et *per* conf. p. 92.
Exaugere. p. 317.
Excantare quid? p. LIII. — *fruges exc*. ibid. — *excantare* pro: diripere, compilare. ibd.
Excipere pericula, offensionem, iniurias. p. 369.
Exercitatio imitationis. p. 199.
Ex infimo. p. 402.
Exprobrare. p. 618.
Exsarcire. p. 55.
Exspectatio. p. 20.
Exsuperatio. p. 19. 397.
Extollere et *deprimere* oppon. p. 16.
Extra quam. p. 647.
Extrarium. p. 643. deriv. ab *extra*. p. 46.

F.

Facere. p. 650. — *orationem*. p. 149. — *suspicionem*. p. 325. — *facta beneficia* pro *colla-*

tis aut *datis* rarius d. p. 601. — *factus*, *subornatus*. p. 189.
Facilitas pro felicitate. p. 303.
Fama non temere nascitur. p. 77.
Faucium praecipuum munus. p. 211.
Fecit et *fuit*, *fecerit* et *fuerit*, *fecerat* et *fuerat*, *fecisset* et *fuisset*, *fecero* et *fuero* inter se confusa et commutata. p. 103.
Felicitas virtuti oppon. p. 303.
Femur in casib. abl. *feminis*, *femini*, *femine*. p. 215. *femoris plangor* cui. rei indicium. ibid.
Ferre pro *auferre*. p. 250.
Firmissimae argumentationes. p. 193.
Firmitudo. p. 100.
Foemineus planctus non est oratoris. p. 166.
Forte dici nequit pro eo, quod dicendum est *fortasse*. p. X. XVI. XXXIII. LIII. XLIV. XLVIII. LI. 6. 8. 37. 55. 69. 73. 96. 119. 272. 330. 394.
Fortean male dic. pro *forsitan*. p. 120.
Fortis vid. *clarus*.
Fortunam quidam Philosophi deam esse negant. p. 126. Plural. hui. voc. num. p. 360.
Frontem ferire indignantis est oratoris. p. 216.
Fugit me aliquid, non *effugit*. p. 64. — *fugit me ratio*. p. 104.
Futuri exacti significatio momentanea. p. 139. — de form. hui. temp. in legg. vetustis. p. 630.

G.

Genitivus in *i* nominum propr. Graecor. declin. tert. p. 210.
Geno, *gigno*. p. 611. 612.
Genus — *quod genus*, *οἷον*. p. 444.
Gestae res oppon. *fictis* vel *dictis*. p. 447.
Gnatus s. *natus* pro *filio*. p. 467.
Gratis pro *frustra* barbarum. p. XXII.
Gravitas et *lenitas* oppon. p. 448.

H.

Habere — *non habeo*, *quod* — non Latin. pro: *non habeo*, *quid* — p. 618.
Hactenus de tempore dici nequit. p. IX. XLV.
Hereditas venit alicui. p. 315.
Herilis labor. p. 356.
Hermes, *Hermagoras*, *Hermetes*, *Hermetio*, *Hermesius*, de his nominib. p. 35.
Hi qui, *illi qui*, *ii qui* diff. p. 595.
Honestum. p. 99.
Hortari bellum. p. 164.

I.

Idoneus aliqua re. p. 167.
Id quod saepe ita *idque* corruptum est, vel voc. *id* elaps. p. 443. 506.
Ignarus. p. 179.
Ignotus pro *ignaro*. p. 179.
Ille qui. vid. *hic*.
Illustris aliqua re. p. 281.
Imitatio. p. 19.
Immane. p. 122.
Immoene, *immune*. p. 122.
Immune facinus. p. 122.
Impedire pro eo, quod est *polluere*. p. 63.
Imperfecti usus notabilis pro plusquamperfecto. p. 44.
Impingere in lapsus ἄχρηστ. p. XXIX.
In contrario. p. 327. — *in triginta pondo alicui debere*. p. 59. — *in aliquid praecepta dare*. p. 435. — *in loco*. p. 27. — *in numero reponere* et *in numerum* diff. p. 464. — *In praesentia* et *in praesenti* diff. p. 442. — *in praesentia* et *in praesentiarum* diff. p. 75. 88. — *in* quid signific. ad temporis vocc. adiunct. p. 531.

Inambulatio oratorum in locis ubi stabant. p. 214.
Incendere annonam. p. XXXI.
Incuti. p. 412.
Indicare se. p. 189.
Indicativus male usurpatus. p. XLIII. exquisitior coniunctivo. p. 8.
Indigere cum secundo casu struere solet auct. ad Herenn. p. 113.
Inducere in aliquid et *ad aliquid.* p. 206. *inducere*, quae pedibus induuntur. p. 44.
Induere et indere soleas in pedes. p. 630.
Inemendatus vox ecclesiasticorum scripit. p. XXVIII.
Inertia, ἀτεχνία. p. 379.
Inesse in aliqua re. p. 410.
Inferre, vid. *afferre.* — *Inferre caussam.* p. 617.
Iniectare. p. 209.
Iniicere. p. 551.
Initio ab ultimo rem repetere. p. 26.
Innuere falsa usurpatum notione. p. XXIII. XXIV. XXXVIII. 166.
Inscitia et *inscientia.* p. 528.
Insimulatio. p. 35.
Intemperantes. p. 155.
Interpellatio. p. 21.
Interpretari pass. p. 88.
Invehi factis et verbis. p. 356.
Inventio rerum. p. 31. 32.
Inversio. p. 19.
Invitare quid? p. 387.
Ipse ipse per se. p. 275. *et ipse* non suo loco pos. p. XLVII. — *ipsissimus.* p. XXV.
Irreligio non Ciceron. p. 117.
Is qui, vid. *hic.*
Ita. p. 646.
Item nova exempla introducit. p. 322.
Iterare. p. 125.
Iudicare rem. p. 623.
Iungere vocem. p. 211.
Iure praestare. p. 572 sq.
Iusiurandum relinquere. p. 285.

K.

Κοινούμενον quid? p. 51.

L.

Laelius ex sua familia primus ad curules magistratus pervenit. p. 280.
Laesae maiestatis accusare non est Lat. p. 576.
Legassit non *legaverit.* p. 43. 630.
Lenitas et *levitas* conf. p. 443.
Levare crimen. p. 584.
Lex sancta. p. 628. *Lex Apulia.* p. 40. *Lex Sempronia.* p. 40. *lex XII tab.* p. 42.
Licuit, compertum est. p. 485.
Literarum mutatio. p. 20.
Loca, in quibus stabant oratores. p. 214.
Loco et *in loco* quid? p. 291. *in loco* i. q. *illico.* p. 28.
Loquentes res oppon. *rebus mutis.* p. 294.

M.

Magna verba. p. 306.
Magnam partem non *magna parte.* p. 453.
Magnificare. p. 306.
Magnificus. p. 306.
Magno opere et *magnopere* et quae sunt simill. p. 51. 446. 530. 538. 552.
Maiestatis lege vel *maiestatis accusare.* p. 576.
Mandare aliquid fidei alicuius. p. 95. *mandare* simplic. non ponitur pro *commendare.* ibid.
Mandati iudicium. p. 95.
Marcii non *Martii.* p. 231.
Materies et *materia* diff. p. 458.
Materis quid? p. 336.
Maturatio. p. 163.
Megara sing. num. p. 28.
Mensurnus. p. 463.
Mentio. p. 163.
Mentitio, mendacium. p. 162.
Mille et sexcenti viri i. e. multi. p. 119.

Mimicus iocus, mimica cachinnatio. p. 210.
Miseratio, commiseratio. p. 526.
Misereatur passive et imperson. p. 471.
Moderatio vocis et corporis. p. 420.
Modo. Non modo et non modo non. p. 88.
Modo et *more* confund. p. 408. *modus naturae.* p. 628.
Moenus; munus. Moeri, muri. p. 122.
Mollitudo et *mollities* diff. p. 458.
Monitores qui fuerint. p. 274.
Mos. p. 29.
Multum et diu. p. 566.
Mys. p. 262.

N.

Natura. p. 30. *natura* et *casus* coni. p. 186.
Natus vid. *gnatus.*
Navigium pro navi vel navigatione. p. 481.
Nec — quidem non est Lat. p. 52.
Negatio ex antecedd. subintelligenda. p. 23.
Neptuniae lacunae. p. 276.
Nescio quis et *qui.* p. 539.
Nisi quid cum indicat. et subi. p. 11. *nisi si.* p. 646. *ni* pro: *nisi.* p. 595.
Nitor obsoletus quid? p. 343.
Nomen de nomine proprio. p. 228. *Nomine alicuius audire* non Lat. p. XXXVI.
Nominativus nominum propr. decl. I. in *a* pro *as.* p. 417. nomm. propr. Graecor. femin. gen. decl. I. in *e* et *a.* p. 510. *nominat.* plural. decl. III. in *is* voc. *nocens.* p. 71.
Novari pro *renovari.* p. 445.
Nova aliquid dicere. p. 29.
Novi homines. p. 286.
Nullibi male pro: *nusquam.* p. 61. 160.
Numeralia cardinall. et *distributiva* male coni. p. L.
Nutriter de homine conditione. p. 343.

O.

Oblita oratio. p. 250.
Obrogare legem, legi. p. 81.
Obsoletus nitor. p. 343.
Occurrere pro *legi, inveniri* et non Lat. p. XV. XVII. XVIII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXIX. XLI. L. 84.
Os apud veteres pro *u* in voce. *immunis, munus, punio* et simill. p. 122.
Offendere pass. sensu. p. 458. 527. *offendi in aliquo.* p. 441.
Officium. p. 31. *officia oratoris.* p. 55.
Omnino falso dict. p. 165. — i. q. ἁπλῶς. p. 584.
Omnis pro: *in universum.* p. 425.
Opimius. p. 599.
Opinio. p. 30.
Orare, agere. p. 97.
Oratoris officia. p. 55.
Ordo. Extra ordinem nomen accipere quid? p. 566.
Ostentatio. p. 242.

P.

Pagunt. p. 97.
Palamedi genit. cas. p. 110.
Pallor indicium pavoris. p. 71.
Par vel *dispar animi vitium cum causa.* p. 62.
Parare alicui poenas. p. 470.
Paratus a pecunia. p. 270.
Παρονομασία. p. 20.
Pars magna et *maior.* p. 614.
Participium solet usurpari significatione nominis adiuncti. p. 233.
Partim male pro *modo.* p. 13.
Passivarum formarum in *— ris* usus rarior apud Cicer. p. 558.
Patiens animus. p. 523. *Qui est passus* pro: *qui est infestatus* aut *occisus* valde suspectum. p. 65.

Pecus, pecuum, unde *pecua* et *pecuda*, ac *pecuarius*. p. 342.
Πεποιημένη λέξις quid? p. 149.
Per et *pro* conf. p. 8. 21. 26. *per* et *ex* conf. p. 92.
Perfidiosi. p. 62.
Pergo proficisci. p. 158.
Perpeti laborem cum utilitatis ratione. p. 164.
Perpetua valetudo. p. 185. 186.
Persuasus esse videtur animus. p. 16. 17.
Perturbate dicere. p. 28. 29.
Pervehi et *provehi* diff. p. 635.
Pes subsellii. p. 401.
Pietas. p. 13.
Plagiosippus. p. 334.
Plangere pectus. p. 215. *plangunt saxa fluctus*. ibid.
Plangor quid? p. 215.
Pluralis num. in expositione, quum in glossa est *singularis*. p. 17.
Poenio, punio. p. 122.
Poenitere quod possit, nihil facere. p. 554.
Poenitus, punitus. p. 581.
Ponere in cum Accus. et *in* cum Ablat. diff. p. 464. *ponere exemplum ab aliquo*. p. 242.
Πόνος dolor, *labor*. p. 520.
Popilius, an *Popillius* scrib. p. 49. 50.
Potiri quando struatur c. Accus. p. 591.
Potius subintell. p. 527.
Praependere quid? p. 420.
Praepositiones multis in locis inepte inculcantur. p. 146. solent iterari a Cicer. p. 74. 171. 205. 285. 532. 598. 602. 643.
Praesertim falso usurpat. p. VIII. X. XXXII.
Praestare cum quarto casu. p. 573.
Praestinguere quid? p. 386.
Praeter quod. p. 570.
Praeteritum de re, quam nunc scribimus. p. 551.
Praevalere non Cicer., probum tamen. p. XXXIII.
Praxitelae. p. 261.
Principium quid? p. 21.
Produci. p. 9.
Proficisci ad perniciem alicuius, ad maleficium. p. 112.
Proiectio brachii. p. 214.
Prolixus serioris aetatis voc. p. L.
Promeritum. p. 558.
Propugnare pro aliqua re. p. 408.
Protervus, proterve, protervia. p. 545.
Proturbare. p. 268.
Provehi. p. 112.
Puncta in MSS. subiecta notant vocem esse delendam. p. 142.

Q.

Quaesiisse, quaesisse. p. 3.
Quam superlat. innect. p. 642.
Quamvis nominib. et adverbiis adi. p. 549.
Quanquam cum subiunctivo. p. 529.
Qui pro *quo*. p. 318.
Quia. *Non quia, non quia non*. p. 430.
Quid et *quod*. p. 539.
Quidam modestiae significandae causa add. p. 242.
Quivis unus recte dic. p. 78.
Quo. *Non quo, non quo non*. p. 430.
Quoad satis est. p. 198.
Quod pro *quoad*. p. 449. *quod genus*. p. 444.
Quodammodo et *quodam modo*. p. 51.
Quomodo et *quo modo*, *quemadmodum* et *quem ad modum* simill. p. 51.
Quoque non suo loco positum. p. XXXIV. falso pos. p. 103.
Quum maxime. p. 260. 261.
Quum — tum et *tum — tum*. p. 88. 244.

R.

Ratio. p. 58.
Ratum, quid? p. 644.
Recens in dolore. p. 76.

Reddere et *dare* iudicium in aliquem. p. 95.
Refelli absolute dict. p. 30.
Referri. p. 30.
Rhetorica (ῥητορικὴ) et *rhetorica* (τὰ ῥητορικά) diff. p. XIV.
Relativum. Vocab. id ex antecedd., ad quod *relativum* refertur, repetitum post *relat.* p. 13. 34. 35. 264.
Religio pro *superstitione.* p. 117.
Renovare. p. 445.
Reponere in numerum et *in numero.* p. 464.
Res distributae. p. 453.
Retrahere aliquem ab aliqua re. p. 184.
Revocare sententiam quid? p. XVIII.
Rogari sententiam. p. 478.

S.

Salutatorium munus gerere quid? p. 274. *Salutatorium cubile,* ibid.
Sancio, sancivi et *sanxi.* p. 229.
Sancire legem, sancita et *sancta lex.* p. 628.
Scapham conscendere. p. 37.
Scopus verbum mere graecum, p. XIX. XXIX.
Se et *esse* ubi ponenda. p. 529.
Sed eleganter omitti solet. p. 197. 496. *Sed* et *at* quomodo diff. p. 425. *Sed etiam* pro *quin etiam.* p. 315. *Sed et* pro *sed etiam.* p. XXXIV.
Sententiam reddere. p. 81.
Servus labor. p. 356.
Seu omittend. p. L.
Si eleganter omittitur. p. 194. *Si, sed.* p. 622. *Si quis* et *si qui* diff. p. 639.
Sicyonii calcei. p. 248.
Signum. p. 65.
Sine scopo absoluto Belgismus est. p. XXIX.
Situlae et *urnae.* p. 40.
Socci p. 44.
Solarium. p. 273. 274.
Statim, i. q. *protinus.* p. 10.
Statuendi potestatem non habere. p. 100.
Stilus falso dic. p. 154.
Strenue quid? p. 209.
Studere c. Accus. p. 54. pro: *cupere, desiderare.* ibid.
Studiosum quid? p. 286.
Suavitudo. p. 203.
Subiectum ubi novus locus incipit, semper antecedit. p. 122.
Subiicere aliquam rem sub aliquid. p. 296.
Succedaneae curae incerto sensu dic. p. XLV. *Succedaneus periculi culpae* quid? ibid. *Succedaneus regi.* p. XLVI.
Summae reip. oppon. *municipalis.* p. 440.
Superbi. p. 155.
Superlativorum iteratio. p. 5[illegible]
Suppeditare absolute quid? p. [illegible]
Supplausio pedis. p. 214.
Supplosio pedis. p. 214.
Suspectare. p. 439.
Suspectatio. p. 438.
Suspicio. p. 19.
Suus, sibi pro: *eius, ei.* p. 1[illegible]. *suus* ad Accusat. obiecti in enunt. relat. p. 627.
Συνέχον καὶ αἰτία. p. 51.

T.

Tacitus facere et *animo facere.* p. 297.
Tametsi sq. *tamen.* p. 551.
Tenere pro *retinere.* p. 296.
Testum, testa, testu. p. 260.
Tharsus urbs Ciliciae. p. 599.
Thasus insula in mari Aegeo. p. 399.
Timeo pro *nolo.* p. 138. 139.
Tisias, non *Tys.* scribend. p. 528.
Tollere et *relinquere urbem* oppon. p. 159.
Trabes nom. singul. p. 119. 508.
Tractare vitam. p. 316. *tractare* sign. *mutatione figurare orationem.* p. 368.
Translatio. p. 41.
Tropaeum non *trophaeum* scrib. p. 490.
Tum. p. 263. *Tum maxime.*

p. 261. *Tum* — *tum* et *quum* — *tum* vid. s. v. *quum*.
Turpe genus causae. p. 10.

U.

Uliges non *Ulysses* scrib. p. 36. 422.
Unctionis usus ante et post balneum. p. 272.
Unus quisque, *unus aliquis*, *unum quidquid*. p. 78. *Quivis unus*. ibid.
Usu venire et *usu evehire*. p. 72. 428. 499. 520.
Ut et male pro: *nec minus vel itemque*. p. XLIX.
Utilitas quid sign. latiori sensu. p. 99.
Utrosque. p. 611.
Utrum, *an*. p. 103. 475.

V.

Vagare. p. 236.
Valere pro eo, quod est *scire* vel *posse* non Ciceronianum. p. XI. XL. IV. 6.
Valetudo perpetua. p. 185.
Velle de inanimatis. p. 226. prò *malle*. p. 527.
Venit hereditas pro *obvenit*. p. 315.
Verba forma activa et deponent. promiscue usurpata. p. 88.
Vereor, *ut*. p. 178.
Vero omiss. p. 188.
Vester quid? p. 329.
Videre quid? p. 222. *Videri* et *visus*. p. 75. 76.
Vincere sponsione. p. 315.
Vocabulum de nomine appellativo. p. 228. *Vocabula* similia, vel simile signiff. Romani amant componere, nec non contraria prope se posita. p. 51.
Volubilis epitheton *fortunae* proprium. p. 124.
Vulnus fit arteriae. p. 202.

Z.

Zeugma. p. 516.
Zeuxis et *Zeusis*. p. 524.

II.

INDEX SCRIPTORUM

QUI IN NOTIS CITANTUR.

(*Numerus paginam significat nostram.*)

A.

Aceius apud Nonium. p. 634.
Appuleius. p. 428. 470. 496. 528. 529. 620. 635.
Aristoteles. p. 644.

C.

Caesar. p. 614. 428. 443. 471. 472. 613. 617. 634.
Catalecta Virgilii. p. 162.
Cato. p. 397.
Catullus. p. 104. 215.
Celsus. p. 272.
Charisius. p. 260.
Cicero. p. 3. 13. 14. 15. 19. 24. 30. 34. 36. 38. 42. 64. 69. 87. 89. 95. 110. 112. 113. 119. 132. 134. 149. 167. 176. 179. 180. 186. 189. 200. 205. 206. 210. 214. 215. 224. 225. 230. 245. 251. 261. 286. 291. 296. 309. 315. 325. 326. 334. 351. 365. 366. 369. 413. 427. 430. 526. 549. 613. 233. 545. 28. 46. 359. 395. 406. 408. 428. 441. 442. 443. 457. 461. 468. 481. 485. 508. 523. 525. 528. 563. 589. 590. 634. 635.
Columella. p. 272. 527.
Curtius. p. 15.

D.

Demosthenes. p. 319.
Diodorus Siculus. p. 143.
Dionysius Halicarnassensis. p. 87.

E.

Ennius. p. 119. 135.
Euripides. p. 119.
Eutropius. p. 47.

F.

Fabius. p. 214.
Festus. p. 97. 122. 136. 274.
Frontinus. p. 573.

G.

Gellius. p. 97. 149. 512.
Gratius. p. 305.

H.

Hesiodus. p. 77.
Hirtius. p. 529. 573. 634.
Homerus. p. 522.
Horatius. p. 3. 29. 64. 122. 136.
Hyginus. p. 573.

I.

Iustinus. p. 164. 270.
Iuvenalis. p. 126. 327.

L.

Livius. p. 16. 136. 138. 222. 288. 297. 329. 599. 268. 457. 575. 581. 613. 635.
Longinus. p. 149.
Lucanus. p. 403. 470. 497.
Lucretius p. 117. 136. 201. 215. 248. 316. 526. 607. 611. 614. 620.

M.

Manutius. p. 40.
Martianus Capella. p. 533.
Minucius Felix. p. 554.

N.

Nepos. p. 110. 176. 428. 457.
Nonius. p. 336. 342.

O.

Ovidius. p. 112. 213. 306. 329. 403. 523.

P.

Pacuvius. p. 126. 230.
Plautus. p. 46. 62. 63. 78. 104. 122. 209. 280. 306.
Plinius. p. 39. 143. 272. 274. 397. 262. 486.
Plutarchus. p. 543. 613.
Priscianus. p. 97. 334. 399. 463. 485.

Q.

Quinctilianus. p. 4. 32. 46. 74. 97. 149. 215. 432. 528.

S.

Sallustius. p. 387.
Seneca. p. 230.
Septimius. p. 481.
Servius. p. 236.
Silius Italicus. p. 256. 635.
Sisenna apud Nonium. p. 40. 533.
Solinus. p. 468. 573. 635.
Suetonius. p. 25. 28. 44. 48. 210. 215. 220. 231. 270. 643.

T.

Tacitus. p. 25. 164. 303. 459.
Terentius. p. 55. 127. 189. 209. 306. 439.
Tibullus. p. 528.

V.

Varro. p. 428.
Vellejus Paterculus. p. 410.
Virgilius. p. 24. 250. 253. 330.
Vitruvius. p. 428.

X.

Xenophon. p. 248.

ADDENDA

Ad Herenn. II, 5. *Quid sibi esset usu venturum.* Quae ad hunc locum annotavi, ea peculiari scriptione retractari et denuo excussi. Ibi quae de differentia formularum *usu venire* et *usu evenire* mihi certa et indubitata esse videbantur, hoc loco repetere non gravatus sum.

Ubicunque alterutra harum formularum legitur, codices manu exaratos inter utramque fluctuare videmus, ita ut pauca sint loca, ubi omnes codices hucusque consulti consentiant. Unus est locus, in quo codices adhuc collati in lectione *usu evenire* conveniunt, qui locus exstat apud Ciceronem de Finib. lib. V, 2., qui ita est comparatus: *Ego autem tibi, Piso, assentior, usu hoc evenire, ut acrius aliquanto et attentius de claris viris, locorum admonitu, cogitemus.* Ita MSS. omnes, nisi quod duo eorum, quos Goerenzius contulit, vocabulum *usu* abiiciunt; quae res magis etiam confirmat lectionem *usu evenire.* Unus etiam mihi e contrario innotuit locus, ubi, etsi codices vel omnes consentirent, non ferri posset lectio *usu evenire*, qui locus apud eundem Ciceronem legitur in oratione pro Quinctio c. 15. *Nam quid homini potest turpius, quid vero miserius aut acerbius usu evenire; quod tantum evenire dedecus* etc. Ubi facile intelligitur, Ciceronem non potuisse scribere *usu evenire*, quum *evenire* statim subiiciatur. Itaque conficitur, ut statuamus, utramque formulam videri in usu fuisse Romanis. Restat igitur, ut rationem consulamus, et potuisse aut debuisse utrumque dici ostendamus. Sed primum audiamus eos, qui ante nos de ea disputaverunt.

Primus fuit Oudendorpius, qui in nota ad Cic. de Inv. libr. I, 10. plerisque in locis, quae excitavit, *usu venire* repositum voluit, discrimen tamen inter formulas *usu venit mihi* et *usu evenit mihi* esse statuebat; sed quale illud esset, docere non instituit. Secutus est Goerenzius in nota ad locum e Cic. de Finib. lib. V, c. 2. supra excitatum, qui sic pronunciavit, formulam *usu venire* tum poni, si, quae accidant, certis quibusdam conditionibus fere semper et certa quadam ex regula eveniant, quod secus esse in verbo composito. Hic tamen, ut solet, diligentiorem disquisitionem in aliud tempus distulit, neque adhuc promissis suis stetit, omnia *iam nunc debentia dici* in aliud tempus transferens. Eum excepit Bremius in nota ad Corn. Nep.

XXIII, 12, 3. Is formulam *usu evenire* Latinam esse negavit, nullam interserens caussam, nisi quod plerumque meliores codices in altera illa *usu venire* consentiant. Tum iterum Goerenzius, cognita hac Bremii sententia, in additamentis ad calcem editioni suae libri de Finibus subiectis p. 703. haec annotavit, quum *more, sorte, casu evenire* dicatur, non intelligi, quidni etiam *usu evenire* dici possit. Quae comparari posse negat Gernhardus in animadversione ad Cic. Cat. mai. c. 3. p. 17., propterea quod illi ablativi *more, sorte, casu* caussam *eventus* significent, *usu* autem ubi in illa formula caussae habeat significationem, locum se reperisse nullum. *Usu* autem *venire* esse *usui et experientiae hominis se offerre.* Ultimo autem loco et novissimo tempore de hac formula monuit Io. Casp. Orellius in novissima Ciceronis editione in nota ad Cic. librum de Inv. I, 44., qui haec: *Subtilius, quam verius discrimen esse censeo, quod nuper viri quidam docti inter v. usu venire et usu evenire statuere tentarunt. Immo usu evenire non magis puto Latinum esse, quam usu accidere, usu contingere, quae ipsa sibi repugnant, neque ab homine sano coniungi poterant. Itaque usu evenire librariis debetur, qui venire hoc sensu usurpatum non concoquerent.* Hactenus ille. At ego vereor, ne Orellius nimium intelligendo fecerit, ut nihil intellexerit. Sed iam quid mihi videatur, exponendum est.

Omnium primum hoc erit tenendum, codicum manuscriptorum in tanto dissensu (non enim verum est, optimos quosque in lectione *usu venire* ubique consentire) nullam posse esse auctoritatem. Tum haec via erit ingredienda, ut formulae usus ab ultimis inde Latini sermonis temporibus repetatur. Atque hoc loco sane mirum videri debet, quod qui hucusque de hac formula disseruerunt, non respexerunt ad antiquam illam dictionem, quam Scenici maxime frequentant: *usus venit*, quod nihil aliud est, quam *res ita fert, ipso experimento obviam est,* tum *res postulat, opus est,* pro qua etiam dicitur *usus est,* affini saltem notione. Veluti Plaut. Cist. I, 2, 28.

Si quid usus venerit,
Meminisse ego hanc rem vos volo.

Cui plane geminum est illud apud Ciceronem Tuscul. Dispp. IV, 3. init. *Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus, si usus fuerit, et saepe diximus.* Atque ita saepissime alibi. Cum his tamen componi non inutile erit formulam *negotium est*, de qua ut de reliquis, quae sunt affines, breviter disputavi ad Plaut. Mil. Glor. II, 6, 43. Neque est ullus apud Plautum et Terentium locus, ubi *usus venit*, pro quo etiam *usu venit* in Codd. legitur, dicatur pro eo, quod est *evenit* vel

accidit. Nam in uno Phormionis apud Terentium loco I, 2, 23. aliud notat. Ibi ita est:

> *D. O Geta, provinciam*
> *Cepisti duram. G. Mi usus venit hoc, scio,*
> *Memini relinqui me deo irato meo.*

Ad quem locum Faernus notat, omnes antiquos libros exhibere usu *venit*, solum Bembinum librum *usus evenit;* Bentleius autem, suos omnes, uno excepto, praestare *usu venit.* Sensus autem alius non esse potest, nisi: *usu atque experimento edoctus didici.* Non igitur *evenit*, neque *accidit* significat.

Igitur duas videmus antiquitus huius formulae esse significationes: *experiri, experimento sentire,* et *res postulat, opus est.* Utra prior fuerit, facile est ad intelligendum. *Usus* enim nihil aliud est, quam *ipsa rei perceptio*, rei experimentum, *der Gebrauch einer Sache,* quapropter *usus venit* proprie debet esse *der Gebrauch kommt*, usus, perceptio rei, rei ipsius experimentum offertur. Unde facilis erat transitus ad illam antiquis usitatiorem notionem, ex qua *opus est* significabat. Prior illa deinde magis fuit usitata et fortasse sola, quae seriore tempore obtineret. Paucis etiam notandum, ne non curasse videar, *usuvenit* compositum efficere vocabulum, extrito *s* ex *usus venit,* quod eodem modo formatum ut *multimodis*, ex *multis modis;* atque unam tantum efficere notionem, quod iam h. l. addendum fuit.

Iam quum hoc constare videatur, videndum, ne iis in locis, ubi parum accommodata sit formula *usu venire,* altera illa *usu evenire* poni debeat. Sed primum videamus, quid nativo sensu denotet haec formula. *Evenire* per se habet exitus alicuius indicationem, ut sit exitum aliquem habere, *ἀποβαίνειν.* Et quia, quae exitum habent, vel habere dicuntur, a caussis quibusdam pendere cogitantur necessario, etiam caussae significatio subest huic verbo, quae significari apparet praepositione verbo addita. Est enim *evenire* venire ex aliqua re. Ubicunque igitur *evenire usu* dicitur, aut exitum habere aliquid hunc vel illum, aut venire aliquid ex usu et propter usum, intelligendum est. Ut igitur *more evenit* significat: *es geschieht der Sitte gemäss,* i. e. *fit ita, quoniam moris est;* sic *usu evenit* erit: *es geschieht dem Gebrauche gemäss*, i. e. *fit ita, quoniam usus ita fert*, quoniam usu receptum est. Hic *fieri* aliquid et quidem *casu* fieri dicitur, quanquam hac conditione, ut fiat, cum *statuur;* et si *usu mihi venit* significat *experior*, offert se mihi, sic simpliciter, e contrario *usu evenit mihi* aut accidit mihi, quoniam usu ita fieri solet, aut ita tandem evadit res usu volente; h. e. aut: *es geschieht dem Gebrauche gemäss*, aut: es wird daraus, es kommt noch so, da es so zu

kommen pflegt. *Usu mihi venit* ἀποπειρῶμαι, *usu mihi evenit* τῇ χρήσει ἀποβαίνει, ἐν τῷ βίῳ συμβαίνει. Vel sic habeto: in formula *usu venit* usus vocabuli notio praevalet, casus nulla vel exigua obtinet; contra in formula *usu evenit* magis *eventus* notio, qui fit casu, ostenditur, non tamen sine quadam *usus* conditione. *Usu venit* notare debet rem ita ferre, ipso experimento ita fieri debere; contra *usu evenit* plenam habet eventus indicationem, ut significare debeat, rem accidere sic vel aliter, si usus eius rei veniat, si ea in vita utamur. Itaque *usu venit* τῷ πράγματι ἔνεστιν; *usu venit* ἀποβαίνει. *Usu venit* compositum est, et, nisi una voce scribendum, tamen sub uno accentu proferendum; *usu evenit* duo vocabula sunt, quae duas notiones continent. Igitur apud Ciceronem de Finib. V, 2. *Ego autem tibi, Piso assentior, u s u hoc e v e n i r e, ut acrius aliquanto et attentius de claris viris, locorum admonitu, cogitemus;* iam interpositum *hoc* ostendit, non posse locum habere compositum vocabulum *usuvenire*, quod dirimi nequit. Tum ipsa illud ostendit loci sententia. *Usu hoc evenit* est τῇ χρήσει οὕτως ἀποβαίνει, accidere ita solet in rebus humanis, fieri ita in vita solet, ut locis admoniti aliquanto acrius atque attentius de claris viris cogitemus. Similiter apud Cornelium Nep. XXIII, 12, 3. *Hannibal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei ab rege datum erat muneri; idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitum sibi haberet, semper verens, ne usu eveniret, quod accidit.* Ita scribendum censeo. *Ne usu eveniret* est ne res hunc tandem exitum haberet, ne hoc sibi in vita accideret, quod revera accidit. Non hoc loco scribi potest: *ne usu veniret*, quod significaret: ne ipsa re ita ferente disceret. Quid hoc rei est? Aut quid *usus* in hac caussa negotii habet? Saepe autem coniungi videmus *evenire* et *accidere*. Veluti Cic. de Nat. Deor. I, 21, 59. *Non igitur ille, ut plerique, sed isto modo, ut tu, distincte, graviter, ornate. Sed quod in illo mihi u s u saepe e v e n i t, idem modo, quum te audirem, accidebat, ut moleste ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas, sententias incidisse.* Ibi *mihi usu saepe evenit* est: saepe inter usum illarum rerum et tractationem mihi accidit; pariterque ibi vocis diremptio ostendit, compositum usu venire non posse habere locum. Scribitur vulgo quidem h. l. *usu venit*, quo iure, facile ex supradictis intelligetur. Sic apud eundem Cic. Ep. ad Div. VI, 21, 2. *Timebam enim, ne evenirent ea, quae acciderunt.* Ita plane dicere debebat; nam hoc loco, ut *usus* vocabulum adiiceret, nulla erat caussa; sed *eventum*, h. e. rei exitum spectabat solum, quod in seqq. ostendit: *idem nunc nihil timeo, et ad omnem eventum paratus sum.* Contra Cic. pro Quinctio loco supra citato c. 15. *Nam quid homini potest turpius, quid vero miserius aut acerbius u s u v e n i-*

res quod tantum evenire dedecus, quae tanta calamitas inveniri potest? Ibi sermo est de accusatione apud praetorem. Dixerat antea Cicero, non esse hanc officii rationem et hominum consuetudinem, ut statim ad praetorem eatur, et ad extrema et inimicissima iura tam cito decurratur. Pergit deinde, nihil posse crudelius atque acerbius usu ipso atque experimento disci, quam si quis statim in extremum ius vocetur, et si adversarius statim postulet, ut ex edicto praetoris bona alterius possideat. Hoc loco haud dubie, quia ante de consuetudine sermo fuit deque eo, quod inter homines usu receptum esset, formula haec: *quid homini potest miserius atque acerbius usu venire* singularem quandam et peculiarem notionem habet, quam postea tamen variat scriptor, additis reliquis. Ea autem nulla alia esse potest, nisi haec: *Quid homo potest ipsa re et experimento turpius, quid miserius et acerbius intelligere.* Si dixisset *usu evenire*, hoc tantum dixisset *accidere in vita*; quum vero dixit *usu venire*, manifestum est, hoc eum voluisse: *nihil intelligere ipso experimento potest homo, quod sit turpius, miserius, acerbius*; quo eodem facit *vero* quod subiungitur alteri *quid*, quodque significat, re vera aliter non esse, quod ipsum apprime facit ad sententiam a nobis iam propositam.

Ad Herenn. II, 23. In notis ad versum Pacuvii:

Saxoque illam instare globoso praedicant volubilem,

primum pro siglis: *Cod. Zitt.* lege: *Cod. Zuicc.*; tum versus nescio cuius errore non ex mea sententia emendatus ibi exhibetur. Sic enim eum restituendum censeo:

Sáxique instar ĕssĕ glŏbosi praédicant volúbilem.

Esse, ut saepe apud Plautum, pyrrhichius est. Veluti Captiv. II, 1, 52.:

Út qui herum me tíbi fuisse, atque ĕssĕ nunc conservúm velint.

Ibidem II, 3, 73.:

Te aéstimatum, et meám ĕssĕ vitam hic pró te positam pígneri.

Idem Menaechm. V, 4, 1.:

Ád patrem ibo, ut mátris iram síbi ĕssĕ sedatám sciat.

Adde quae notavi ad Prisciani lib. de metris Terentii c. 2. pag. 388.

Praeterea velim haec emendentur errata operarum, quae maxime videntur notatu digna.

In Praef. dedic. p. XXIX. lin. III. ab inf. ora pro *obsoleto*, lege *absoluto*.

Ibid. pag. XXXI. pro *restium* lege *vestium* in nota subi.

Ibid. pag. XLVI. pro *nobis* lege *notis*, in nota subiecta.

Ibid. pag. XLVIII. in not. subiectis lege: *Est enim coniectura* pro *Et enim coni.*

Ad Her. pag. 22. lin. 18. in not. post vv. *ope venire* adde siglam: *Oud.*

Ibid. pag. 28. lin. 32. in notis scribe: *post vocem conservabimus* Schuetzius *de coniectura inseruit*, quod nomen a nobis ibi omissum est.

Ibid. pag. 37. lin. 23. ad notam, quae verbo finit *remanserunt*, adde siglam *Oud.* et versu sequenti pro Idem scribe Graevi. Eadem pagina lin. 9. ab inf. ora post vv. *in naves* adde siglam: Oud.

Ibid. pag. 39. lin. 16. ab inf. ora pro vv. *scribendum fuit* lege: *scribendum visum est.*

Ibid. pag. 115. lin. 12. ab inf. ora. Graevi nota, quae ibi, quemadmodum in archetypo, vitiose exhibetur, ita haud dubie legenda: *Fortasse Cicero scripsit: Nihil affertur; differt raro id fieri* etc. *Nihil adfertur* est: *argumentatio est nihili, vitiosa.*

Ibid. pag. 135. lin. 11. ab inf. ora in notis addere debebam ad notam *Graevii*, qua testatur, *ei rei testimonium esse* Lambini esse lectionem, ante Lambinum *testimonio esse* exhiberi, quod ipsum in margine Lambin. ed. legitur.

Ibid. pag. 137. lin. 16. ab inf. ora post verba: *Quem ego me* adde haec: *lectionem neglexerint.*

Ceteri errores videbuntur leviores.

Bericht
über einige Verlagsunternehmungen
der J. C. Hinrichsschen Buchhandlung in Leipzig
vom Jahre 1828.

Bachmann, Prof. Lud., Anecdota Graeca. E codd. Parisiensis descripsit. Volumen I. Lexica. — Volumen II. Opuscula grammatica. 8 maj. Engl. Postpap. 7 thl. Franz. Druckp. 5 thl.

Beck, Prof. I. R. G., Auctarium Lexici Latino-Graeci manualis ex optt. scriptorum collectum. 8. Schreibp. 8 gr. Druckp. 6 gr.

Dessen Lexicon Latino-Graecum man. mit Auctarium 1 thl. 4 gr.

Erasmi, Desid. Roter. Colloquia. Ad fidem optimorum exemplorum denuo edita cum scholiis selectis variorum. Curavit God. Stallbaum. 8 maj. (29 Bog.) 1 thl. 8 gr.

Foy, General, Geschichte des Kriegs auf der pyrenäischen Halb-Insel unter Napoleon, begleitet von einer politisch-militärischen Schilderung der kriegführenden Mächte. Aus d. Franz. übertragen und mit Erläuterungen versehen durch Oberst Chevr. Puttrich. 3r Theil. gr. 8. (23 Bog.) geh. 1 thl. 8 gr.

— desselben Werks, 4r und letzter Theil. Aus dem Franz. übertragen, und mit der Fortsetzung der Kriegsbegebenheiten bis 1814 vermehrt von F. A. Rüder. Mit 1 Charte der Halb-Insel. gr. 8. (22 Bog.) geh. 1 thl. 8 gr.

Das ganze Werk in 4 Bänden mit Foy's Porträt und 1 Charte 78½ Bogen auf franz. Druckp. geh. kostet nur 6 thl.

Geschichte der Verbreitung des Protestantismus in Spanien und seiner Unterdrückung durch die Inquisition im sechszehnten Jahrhundert. Aus dem Französ. gr. 8.

Jahrbücher der Geschichte der Staatskunst. Eine Monatsschrift in Verbindung mit mehrern gelehrten Männern herausgegeben vom Hofrath und Prof. K. H. L. Pölitz. 1828. 4 Bde. in 12 Heften. gr. 8. 6 thl. n.

Dieß Journal erscheint regelmäßig 4 Wochen vor dem Monate dessen Namen es führt.

Lycophronis Alexandra cum Is. Tzetzae Commentario. Ex recens. Lud. Bachmann. 2 Voll. 8 maj.

Diese Ausgabe, die die sorgfältigsten Collationen aller bekannt gewordenen Handschriften enthält, wird als die vollständigste eines griech. Classikers angesehen werden können und zur Michaelismesse erscheinen.

Macieiowski, Prof. W. Al., Excursus ad Virgilii Aeneidos lib. X. v. 74 sq. Inest Disquisitio de origine stipulationis. 4 maj. (Varsaviae.) In Comm. 12 gr. n.

Pölitz, Hofr. K. H. L., die Staatswissenschaften im Lichte unsrer Zeit. 4r Theil. — Auch u. d. Titel: Staatenkunde und positives Staatsrecht (Verfassungsrecht.) Zweite, berichtigte und verm. Aufl. gr. 8. (50 Bog.) 3 thl. 4 gr.

— — desselben Werk. 5r u. letzter Theil. — Auch u. d. Titel; Practisches (europäisches) Völkerrecht; Diplomatie, und Staatspraxis. Zweite, berichtigte und vermehrte Aufl. gr. 8. (22½ Bog.) 1 thl. 12 gr.

Das ganze Werk in 5 Theilen vollständig 10 thl. 16 gr. auf Postp. 14 thl. 12 gr.

Pölitz, Hofr. K. H. L., D. Heinr. Gottlieb Tzschirner. Kurzer Abriß seines Lebens und Wirkens. (Aus den Jahrb. der Gesch. und Staatsk., 4s Heft, abgedr.) 2te unveränd. Aufl. gr. 8. 36 S. geh. 5 gr.

Schlözers, August Ludwig, öffentliches und Privatleben aus Originalurkunden und, mit wörtlicher Beifügung mehrerer dieser letzteren, vollständig beschrieben von dessen ältestem Sohne, D. Christ. von Schlözer, K. Russ. Staatsrathe, Ritter, Professor 2c. 2 Bände. gr. 8. (49 B.) geh. 4 th.

Stein, D. C. G. D., kleine Geographie oder Abriß der mathematischen, physischen und besonders politischen Erdkunde. Nach den neuesten Bestimmungen für Gymnasien und Schulen. Mit 1 Weltcharte. 16te, rechtmäß. verbess. u. verm. Aufl. gr. 8. (25½ B.) 16 gr.

— Reisen nach den vorzüglichsten Hauptstädten von Mittel-Europa. Eine Schilderung der Länder und Städte, ihrer Bewohner, Naturschönheiten, Sehenswürdigkeiten u. s. w. Viertes Bändchen. Auch unter dem Titel:

— Reise über den Unterharz, Arnsberg, Aachen, Brüssel, Antwerpen, Paris, Strasburg, Basel, Carlsruhe, Darmstadt, Würzburg, Weimar 2c. Mit 1 Kupfr. u. 1 Charte von Baiern, Würtemberg und Baden. 8. 1 thl. 8 gr.

— Reisen 5s Bdchen: die Reise durch Holland und England. Mit 1 Kpfr. u. 1 Charte von den Niederlanden. Erscheint zu Michaelis.

— Reisen 6s Bdchen: die Reise durch Baiern, Tyrol, Italien, die Schweiz und Würtemberg nebst Register über's ganze Werk mit 1 Kupfr. und 1 Spezial-Reise-Charte von der Schweiz. (Erscheint zu Neujahr 1829.)

Bis dahin besteht noch der äußerst billige Subscriptionspreis von 4½ thl. Sächs. oder 4 thl. 10 sgr. Preuß. C.

Tzschirner, Dr. Heinr. Gottlieb, Prof. der Theologie u. Superint. zu Leipzig 2c., Predigten. Aus dessen nachgelassenen Handschriften gewählt und herausgegeben vom Prof. Dr. J. D. Goldhorn. 3 Bände, die Jahre 1817—1828 umfassend. (circa 70 B.) gr. 8. Subscript. Pr. 3 thl. 12 gr. n.

Die resp. Subscribenten werden eingeladen, bis August uns ihre deutlich geschriebenen Namen einzusenden, die den 3 Bänden vorgedruckt werden sollen. Sammler erhalten auch in jeder Buchhandlung auf 9 Exemplare das 10te frei.

Venturini, D. C., Chronik des neunzehnten Jahrhunderts. Neue Folge. Erster Band d. J. 1826. gr. 8. (Erscheint zu Michaelis.)

Verzeichniß der Bücher, Landkarten 2c., welche vom July bis December 1827 neu erschienen oder neu aufgelegt worden sind, mit Bemerkung der Bogenzahl, der Verleger und Preise in Sächs. u. Preuß. Courant, nebst andern literarischen Notizen und einem wissenschaftl. Repertorium. 59ste Fortsetzung. 8. (12½ B.) 6 gr.

— desselben 60ste Fortsetzung. 1828. Januar bis Juny. Erscheint Anfang July.

Vogel, Dr. E. F., de singulari historiae studio primario verae jurisprudentiae fonte Comment. 4 maj. (4½ B.) in Commiss. 6 gr.

Weygand's, G. H. F., Kunst in zwei Monaten englisch lesen, verstehen, schreiben und sprechen zu lernen. Nach den neuesten Sprachforschern und nach richtigen und möglichst erleichternden Grundsätzen umgearbeitet und verbessert durch G. Wolbrecht. Dritte Aufl. gr. 8. (14 B.) 16 gr.